RESOLVTIONVM
CRIMINALIVM
PETRI CABALLI I.C.
PONTREMVLENSIS.

PRO SERENISSIMO MAGNO DVCE HETRVRIAE
Dudum Vniuersarum Militarium Legionum, & Magistratus Dominorum octo virorum Guardiæ, & Baliæ Auditoris.
AC SACRÆ RELIGIONIS EQVITVM DIVI STEPHANI PRÆSIDENTIS.
Nunc verò pro eodem Serenissimo Principe in Ciuitate, ac tota dictione Florentina Fiscalis Cameræ Auditoris Generalis; Nec non in signatura libellorum supplicum Gratiæ, & Iustitiæ Primi Consiliarij.

CENTVRIA TERTIA.

IN QVIBVS OMNIA PENE AD CRIMINOSORVM IVDICIORVM MATERIAM Pertinentia ita excussa apparent, vt iudicantium futurus sit nemo, qui vel minimo negocio quoslibet malefitiorum nodos non dissoluat, & cunctos ferè casus magis dubitabiles, & quotidie in foro vertentes tuto non decidat, tàm attenta vtriusque Iuris dispositione, quàm Curiarum hodierni temporis consuetudine.

ADIECTIS SVMMARIIS, ET DVPLICI INDICE, VNO ARGVMENTORVM Casuum omnium, Altero verborum, rerum, & sententiarum, quæ in hac Tertia Centuria continentur.

CVI ACCESSIT EIVSDEM AVTHORIS ELEGANS TRACTATVS DE OMNI Genere Homicidij, Omnibus in foro practicantibus necessarius.

VENETIIS, Apud Bertanos, M. DC. XLIV.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

PETRVS CABALLVS IVRECONSVLTVS
BENIGNO LECTORI. S. D.

LEGVM doctrinam inſignem, ac eminentem eſſe nemo eſt, qui neſciat, nulla enim alia inter omnes diſciplinas humanas facile inuenitur, quæ honeſtatis, benèque, & beatè viuendi normam perfectius præſcribat, & hominem pace, vnitate, concordia, æquitate, iuſtitia fidelius adiuuet. Hæc enim vitia pellit, crimina punit, turpitudinem fugat, iniuriam propulſat, efferatos animorum motus cohibet, æquabile vbique Jus diſtribuit, humani fœderis vincula continet, ciuilem mortalium ſocietatem conſolidat, virtutem inſequi, turpia reijcere docet, & quicquid in vniuerſo orbis ambitu eſt, peritè moderatur, ſtudioſum ſui grauem, purum, ſincerum, incorruptum, & quadam æquitatis, & veritatis maieſtate verendum facit, cuius fulgidiſsimę doctrinę alta mœnia, qui conſcendit, humanam fœlicitatem, ſi aliqua in Terris recipitur, attigiſſe credendus eſt, quod tamen perpaucis contigiſſe fatendum eſt, difficillimum enim eſt ad hanc amplitudinem peruenire, ad quam arduus eſt omninò aditus ob profundam Juris Pontificij inueſtigationem, nodoſum Legum ęnigmata, altamque rerum omnium ſpeculationem, vt propterea mirum non ſit, ſi ipſe, et ſi ſummo ſtudio, magnis vigilijs, indefeſſoque labore hanc legalem ſcientiam ſum ingreſſus, et longiſsimo temporis ſpatio ſequutus, eam tamen perfectè non fuerim adeptus; In ea tamen quod didici, publicè legendum ſtudioſis expoſui, nec intra priuatos parietes delitſcere permiſi, non quidem ſtudio comparandę glorię, aut mei nominis ad poſteros producendi, ſed vt alijs ad capeſſendam iuris prudentiam aliquo pacto vſui eſſe poſſem, etſi enim non omnes, quę ſcripſi, comprobaturi ſunt, aliqui tamen ea laudabunt, et qualiacunque ſint, aliqua ratione legentibus proderunt, et quod iuris minus perfectum legitur, alij maiori ſtudio, et ampliori otio perficere poterunt. Vale.

Florentiæ die prima Aprilis Anno milleſsimo ſexcenteſimo decimo primo.

AD AMBROSIVM MAGNANINIVM I. V. D. FIVIZANENSEM.

ANDREAS POLESCVS ÆCQVINAS

IN CENTVRIAS

Perillustris, ac Excellentiss. D. Petri Caballi I. C.

ODE

MOSES iura dedit iam populo Dei
De Sina tonitru, turbine, & ignibus
Ore afflata supremo,
Legum lumen, & omnium,
Amphion cithara traxit eburnea
Vndas, saxa, feras nemora, Sydera,
Infernumque leuauit
Pœnarum cruciatibus.
Est vultur Tityum, voluitur Ixion
Subuoluit Sisiphus, Tantalus abstinet,
Sic olim Radamantus,
Minos sanxit, & Aeacus.
Sed Persa, sed Iber, Niliger, & Scitha
Ambrosi, Antipoda, Roma quod non dedit,
Flore quale CABALLVS
Ius ore Angelico vomit.
PETRVM musa cast et iam fide florida
Pertraxisse feras, tartara, Sydera,
Cui septem Paracletus
Cordas temperat aureas.
Cœlo Astrea redit nunc, pudor, & fides,
Virtutis quod cohors omnis, & impium
Nefas cedit ab orbe,
Ac ætas meat aurea
O nato Pelei COSME beatior
Hoc Chirone viuas, non nihil arroges
Armis; iura, Deum quod
Has si Centurias, coles,

AD CLARISSIMVM VIRVM D. PETRVM CABALLVM

Serenissimi Magni Hetruriæ Ducis, à Consilijs, à & Secretis.

ANTONII CVRINI I. C. PONTREMVLENSIS EQVITIS D. STEPHANI, Atque in Pisano Gymnasio, Iuris ciuilis vespertini, è prima sede interpretis.

SI prisco legum proceres, ceu Iuris asylos
Suspiciunt omnes, quilibet vt stupeat,
Quod legum immensum pelagus vastumque profundum.
Transilire docent, sæuaque monstra fugant
Quo Caballe tuos cultu extollemus honores,
Doctrina cunctis maior, & ingenio?
Tu quæ multiplici sunt sparsa volumine legum
Congeris, eloquio & lucidiora facis,
Tu responsa patrum, varijs immersa tenebris
Illustras serte clarus & arte grauis,
Tu certius quicquid reliqui dixere priores
Aperis, & fusum nectare, nectis opus,
Te duce tutus agit, iudex actorque reusque
Tu duce quisque nouit reddere cuique suum
Ast generosa nequit mens vni insistere palmæ
Et laudem factis, quæris & igenio,
Hinc tibi commissi sic tractas pondera regni
Pallas si vt lateri, Mercuriusque forent:
Publica sicque tuis, præfers Petre commoda rebus
Vt superis etiam te probes esse parem
Quæso at pro tantis, quænam tibi præmia cedent?
Fama perennis, honos, perpetuumque decus,
Scilicet ante alios, mira vt virtute coruscus
Sol veluti Stellis clarior, ipse mices.

EIVSDEM AD EVNDEM.

VIue vale, & vatis Cumeæ tempora vince
Viue, & Nestorea secula, viue, vale;

EIVSDEM AD LECTOREM.

QVid stupes ò lector? valeat pro omnibus vnus?
Angoscas nomen, cætera nota satis.

EIVSDEM AD LIBRVM.

DVm fora, dum iudex, actorq; reusq. manebunt,
Dignus eris luce, tempore laude liber.

AD

AD SERENISSIMVM COSMVM MEDICES MAGNVM DVCEM ETRVRIÆ IV. Ac Religionis Equitum Diui Stephani Magnum Magiſtrum.

In Excellentiſs. Iuriſconſultum Petrum Caballum Pontremulenſem Florentini Fiſci ſummum Præſidem, & ipſius Magni Ducis Conſiliarium Primarium.

LAVRENTII CANOSSÆ PONTREMVLENSIS, ELOGIVM.

Regum Progenies Etruſca COSME,
Qui tenes populos beatus inter
Albentem Tiberim, Macra & fluenta;
Inuident alij tibi Tetrarchæ,
Reges ac alij Domos ſuperbas,
Vrbium decus, aureumque florem,
Claſſem vel populis timendam Eois,
Certam præſidium, decuſque regnis.
Inuident equitum graues cateruas,
Et robur peditum ruens in hoſtes,
Et partos Pa:ris artibus triumphos.
Inuident minus haud tamen Caballum
Hunc ad ſydera laudibus ſupremis
FERNANDVS Genitor tuus ferebat
Diuino referens frequenter ore.
Offendunt alij, caduntque ſæpe,
Aſt nunquam mihi caſpitat Caballus,
Prouidus, pede labitur nec vno,
Pegaſus veluti grauatus orbem
Volatu rapido Polum petiuit;
Petrus auxilio, artibuſque Diuæ
Pallados celebris tenebit aſtra.
Huius Imperium Viri regetur
Noſtrum conſilio graui, licebit
Dum lætis hominum praeſſe rebus.
Tu regnum auſpicijs Patris potitus
Exemplum ſequeris Patris, Caballo
Tradis Imperij regendi habenas,
Cuius præſidio regis ſuperbum,
Et Floræ populum regiſque gentes.
Aſtræa è veteris domo Saturni
Virgo deſiliens tuis reſedit
Regnis Iuſtitia coacta tali.
Talique Imperio fruens Etruſca
Tellus Neſtoreos tibi frequenter
Nectorique tuo precatur annos.
Inuident igitur tibi Tetrarchæ,
Quæ tenes bona ſepties beatus.
Sed tibi haud minus inuident Caballum.

Ad Eundem Petrum Caballum I. C. Præſtantiſsimum.

Hieronymi Canoſſæ Pontremulenſis.

C A R M E N.

Cum vatum videam Doctorum pectora, ſummas
Haud dignè laudes enumerare tuas,
Doctrina præſtans Cultor ſantictiſsime Iuſti
Quid de Te dicam neſcius, atque puer?
Tu Decus eximium patriæ, ſplendorque Caballe
Europam illuſtras laudibus eximijs
In te ſuſpiciunt læti iuueneſque,
Aſſidueque tuum nomen ad aſtra ferunt.
Semper honos, nomenque tuum laudeſque manebunt,
Dum tua te cælo ſplendida ſcripta b·ant.
Sed quid ego infælix puerili Carmine, laudes
Imprudens nitor concelebrare tuas?
Te taleus potius tacitum mea Muſa relinquat,
Ne riſum moueat pondere preſſa graui.
Te dicant alij Muſis, & auſpice Phœbo.
Non faciles aditus arcta Corinthus habet.

A D L E C T O R E M E I V S D E M.

H I E R O N I M I C A N O S S Æ.

C A R M E N.

Perlegat aſſiduè doctiſsima ſcripta Caballi
Publica iudicij crimina ſcire volens.
Hæc celeri ſtudio verſet nocteſque, dieſque:
Afferret exiguus præmia magna labor.
Haud mora, iam poterit quoduis decidere crimen,
Seu ſeruare decet, perdere ſiue reos.
Hic facile Iuris griphos ſic arte reſoluit,
Sic legum Illuſtrat Cimmerias tenebras,
Vt pateant lippis obſcura ænigmata legum,
Factaque ſint claro lucidiora die.
Sic fulcit veris Petrus ſua dicta Caballus,
Vt magè, vel Phœbi carmine vera putes.
Mæandros igitur ſinuoſo in iure timentes
Omiſsis alijs, Hæc monumenta legant.

INDEX ARGVMENTORVM

AD CASVS IN HOC VOLVMINE CONTENTOS

Vt quid in singulis discutiatur, illò perquirenti occurrat.

gratia

An

FINIS.

RESO-

RESOLVTIONVM CRIMINALIVM PETRI CABALLI

PONTREMVLENSIS IVRISCONSVLTI.

PRO SERENISS. MAGNO DVCE ÆTRVRIÆ
Dudum vniuersarum Militarium Legionum & Magistratus Dominorum Octo virorum Guardiæ & Baliæ Auditoris.

AC SACRÆ RELIGIONIS EQVITVM DIVI STEPHANI PRÆSIDENTIS.

NVNC VERO PRO EODEM SERENISS. PRINCIPE
In Ciuitate, ac tota ditione Florentina Fiscalis Cameræ Auditoris Generalis.

NEC NON IN SIGNATVRA LIBELLORVM SVPPLICVM Gratiæ, & Iustitiæ primi Consiliarij.

CENTVRIA TERTIA.

EPITOME.

De Impensis factis per Fiscum in perquirendo, capiendo, & ad carceres reducendo homicidas, & alios facinorosos homines, & in eos procesſando, maleficia probando, furcas ad eosdem suspendendos erigendo, & alia in similibus necesſaria faciendo, an pertineant ad hæredes occisorum, aut alios offensos, vel ad Dominũ Territorij commisſorum maleficiorum, an verò ad ipsos delinquentes, & vbi aliquæ ad Dominum Territorij spectent, an super bonis dictorum malefactorum recuperari posſint, & dato quod sic non sufficientibus dictis bonis delinquentium ad satisfactionem æris alieni, & dictarum Impensarum per Fiscum factarum, an creditores fisco præferantur, an vero fiscus illis anteponatur, & de multis alijs in hac materia distinctè tractatis, & scitu dignis.

SVMMARIA.

1 *Expensa facta in accusando homicidam, & processum contra eum formando ab hærede occisi soluenda videntur.*

2 *Hæres necem defuncti iudicialiter vindicare tenetur aliàs vti indignus eius hæreditate priuatur.*

3 *Dominus habens iurisdictionem tenetur de suo facere expensas, quæ fiunt in perquirendis, carcerandis, & puniendis malefactoribus, ibidem num. 15.*

Nec videtur, quod ipsas à reis vllo pacto recuperare valeat, ibidem, num. 38.

4 *Iudex faciens expensas in requirendo reum, qui dicitur criminosus potest eas ab illo repetere.*

5 *Iudex Ciuitatis facit officiales suos fugientes ad Curiam reuocari expensis ipsius fugientis.*

Dummodo sit Iudex competens delinquentis.

Et illas faciat propter fraudẽ, et cõtumaciã eius, alias secus.

6 *Iudex laicus clericũ delinquentẽ et notoriè insequi nõ põt.*

7 *Iudex prosequendo reum ignorantem, vel scientem, sed in fraude vel contumacia vero non repertum, non recuperat ab eo expensas factas in eius persequutione.*

Expensæ præstitæ non dicuntur necessariæ, vel vtiles, sed voluntariæ ibidem. num. 9.

8 *Iudex immiscendo se rei ad ipsum non pertinenti dicitur esse in culpa.*

10 *Expensæ factæ in prosequendo, & capiendo reum, ab ipso reo exoluendæ sunt.*

Illas autem faciens potest eas à fisco recuperare, & nu. 39.

Fiscus postea illas à reo recuperat ibidem, & in fine numero 21. & 40.

11 *Potestas Ciuitatis potest expendere de ære Communis pro prosequendo, & capiendo officiales Communis fugientes, ibidem, num. 13.*

Huiuscemodi tamen impensæ sunt postea per ipsos officiales delinquentes restituendæ.

12 *Præmium concessum Indicantibus malefactores de substantijs eorum est soluendum, ibidem num. 19.*

14 *Expensa exequutionis Iustitiæ pertinent ad fiscum.*

Et ad hoc faciunt, quæ habentur infra num. 40. et 41.

Fallit tamen hoc vbi adest consuetudo in contrarium.

Prout in multis locis euenire tradit ibidem Author.

15 *A consuetudine loci recedendum non est.*

16 *Faciens expensas in prosequendo, et capiendo bannitum illas à fisco recuperat.*

Nam illas restituere tenetur, vt habetur ibidem num. 18. 20. et 39.

Illas tamen postea ipse recuperat ab ipsomet Reo, ibidem numero 21. et 40. supra num. 1 .

17 *Mulier in opus Salinarum ob maleficium damnata, et à latronibus capta, et inde commercij venalia, et redempta redit in pristinam causam.*

Emptor nihilominus pretium recuperat à fisco, cuius negotium vtiliter gessit.

18 *Officialis faciens sumptum pro capiendo malefactorem recuperat illum à communi, seu fisco.*

Faciunt, quæ habentur supra numero 15. & infra numero 20. & 40.

Illud idem etiam euenit in quocunque alio etiam non habente mandatum, qui malefactorem aliquem ceperit, & Curiæ tradiderit, & in eo prosequendo, vel capiendo aliquid erogauerit.

22 *Fiscus an possit repetere expensas factas in perquirendo, carcerando, & puniendo rebellem, vel habeat ius retentionis in bonis ipsius confiscatis.*

23 *Et vbi possit; An in eis alijs creditoribus præferendus sit, & licet in vtroque capite per Afflict. pro fisco concludatur, vt ibidem habetur, num. 24.*

Cum declaratione tamen, quod prædicta procedant, nisi creditores protestati sunt antequam impensa facta esset, quod non intendunt contribuere. ibidem num 25.

Contrarium tamen absolutè per D. Authorem concluditur, ibidem num. 26. 34. & 40.

Fiscus tenetur omnibus delinquentis creditoribus satisfacere, quando omnia ipsius bona ad eum deuoluta sunt.

27 *Impensa, quæ fit pro punitione criminis incumbit fisco.*

Præsertim quando bona criminosi confiscantur, ibid.

28 *Fiscus accipiendo bona damnati loco hæredis habetur.*

29 *Hæres non deducit expensas, quas faciat in consequenda hæreditate.*

30 *Si Rex, aut eius Magistratus vult capere maleficos, & latrones non potest adhoc cogere sibi subditos, maximè homines Ciuitatum, & quare.*

31 *Tributa Regni, redditus, & prouentus ideò Regi dantur, vt Regnum seruet, & absque subditorum grauamine iustitiam faciat, ibidem num. 35. & 36.*

3 *Quare Regalia Principibus cõcessa sunt ibidem, & num. seq. & supra num 31.*

34 *Principibus deficientibus in administratione iustitia denegari possunt Regni redditus, & prouentus.*

35 *Princeps non debet iustitiã vendere, nec permittere, quod partes aliquid pro ea consequenda soluant.*

36 *Iustitia gratis à Principibus ministranda est supra numero 33.*

37 *Princeps tenetur de proprio purgare prouinciam malis hominibus.*

41 *An creditum, quod habet fiscus expensarum in prosequendo reo, capiendo, & puniendo factarum æquiparetur credito ex causa funeris.*

42 *Creditum ex causa funeris quæcunque alia priuata credita superat.*

43 *Hoc tamen procedit, quò ad creditores habentes personales actiones, & hypothecas tacitas, non autem quòad habentes expressas, & anteriores.*

44 *Pro opinione ab Authore firmata in præsenti casu deducitur ab eodem decisio quædam Florentiæ sequuta cum summa etiam omnium commendatione.*

Licet in aliquo quò ad eorum fundamenta ab Authore damnetur, ibidem num. 52. & 53.

45 *Antonius Curinus Pontremulensis Eques Diui Stephani Auditor Rotæ Florentinæ affinis, & Clarissimus D. Authoris.*

46 *Ioannes Baptista Concinus Serenissimi Magni Ducis Aetruriæ supremus Auditor ab Authore commendatur.*

47 *An fiscus præferatur creditoribus ex cõtractu, dubitatur. Et num. seq. cum distinctione de qua ibi declaratur, 48.*

49 *Fiscus in prosequendo pœnam pecuniariam contra reum agit de lucro captando.*

Secus in prosequendo expensas factas in eo perquirendo, capiendo, & puniendo.

50 *Fiscus quantum ad lucra non est potior priuato.*

51 *Quæstio præcedentis casus declaratur in quibus terminis procedat.*

52 *Stant hæc duo simul, quod fiscus faciat expensas ad perquirendum, capiendum, & puniendum reum, & quod eas postea ab ipso reo recuperet.*

53 *Fiscus in recuperandis expensis, de quibus supra, non præfertur creditoribus ex contractu.*

CASVS DVCENTESIMVS PRIMVS.

Commisso graui homicidio factæ fuerunt plures expensæ, tam in perquirendo, & capiendo homicidam, quã in ipsius accusando, & processum contra eum faciendo, & furcas ad ipsum suspendendum construendo, vnde dubitatum fuit ad quem tales
1 impensæ spectent; & quoad expensas factas in accusando, & processum faciendo, videtur, quod ad eas teneatur hæres occisi, qui necem defuncti iudicialiter vin-
2 dicare tenetur, alias vti indignus eius hæreditate priuatur toto titulo ff. & C. de his quib. vt indign. & ita in puncto decidit Capel. Tolosan. decis. 41. in princ. & hęc non videtur habere dubium; Aliæ autem expensę factæ in perquirendo, & capiendo homicidam, & in furcas erigendo, vt suspendetur, videntur spectare ad Dominum, cuius est iurisdictio loci commissi maleficij, vt punctualiter concludit Capel. Tolosan. dict. decis. 41. in fine, quam allegat Henric. Boic. in c. ad au-
4 res de Simon. vbi in §. super eo numero 6. vers. & nota, inquit, quod si Iudex requirendo reum, qui dicitur criminosus faciat expensas, potest eas ab eo repetere ar-
5 gument. leg. Circensium, C. de decurion. lib. 10. vbi Iudex Ciuitatis facit officiales suos fugientes ad Curiam reuocari expensis ipsius fugientis, & hoc secundum Henric. si eas faciens sit Iudex competens talis delinquentis, & illas faciat propter fraudem, seu contumaciam eius, quia fortè subterfugit, vel in immunitatem ecclesiæ se ponit, cui insidiando Iudex faciat sumptus,
6 alias si non esset suus Iudex, vt quia laicus Iudex insequeretur notoriè Clericum delinquentem, vel esset suus Iudex, sed requireret reum ignorantem, vel scien-
7 tem, sed in fraude, vel contumacia vera non repertum puta infirmum grauiter, vel ab alio Iudice de facto detentum, secus videretur, cum in neutro casu possit tali requisito aliquid imputari, & quia vt subdit nu-
8 mero 7. in primo casu Iudex ipse est in culpa immiscendo se rei ad ipsum non pertinenti, & in secundo, vt hoc ego addam, quia non videntur expensæ vtiles,
9 & necessariæ, sed potius voluntariæ; quæ quidem verba Henric. non videntur mihi satis probare sententiam Capel. Tolosan. cum potius velint, quod ad præmissas expensas teneatur ipse delinquens, quam
10 fiscus, & quod proinde, qui eas fecit, non a fisco, sed a Reo repetat, nisi dicamus, quod faciens tales impensas, illas recuperat à fisco, & fiscus postea à Reo, vt voluit Bart. in d. l. Circensium, vbi formaliter ait, nota ar-
11 gumentum ex ista lege, quod Potestas Ciuitatis potest expendere de ære Communis pro persequendo, & capiendo Officiales Communis fugientes, ipsis tamen captis omnes expensæ per ipsos debent refici, & restitui, & idem vult in effectu Angel. de Perus. in leg. lex Cornelia §. si quis liberum in fine, numero quinto,
12 ff. de iniurijs, vbi inquit, quod præmium concessum

indican-

indicantibus malefactorem semper est soluendum de substantia malefactoris, & debet statui, arbitrio boni viri, & ita verè loquitur dict. leg. in qua dicitur, quod
13 Ciuitas fecit impensas in reuocando ad eam Officiales, qui aufugerant, à quibus eas recuperat, vt etiam ibi ad notant Luc. de Penna, & Bald. in princip. vnde dictam sententiam Capel. Tolos. veram existimo, quā sequitur Clar. in Pract. crimin. quæst. 99. num. 9. vers. quæro hic vbi eius authoritate ait, quod expensa exe-
14 quutionis iustitiæ, puta furcarum, carnificis, & similium pertinet ad fiscum, quod procedere intelligit, nisi adsit consuetudo in contrarium, puta, quia communitas loci consueuisset, hæc suis impensis facere, vt est in multis locis, nam tunc ab ipsa consuetudine non
15 esset recedendum; concordat Cassan. in consuetud. Burgund. titul. des. confiscationis in verbo, & appartient. in versicul. aduerte etiam fol. 370. vbi quod Dominus habens iurisdictionem tenetur de suo facere expensas, quæ fiunt in persecutione delinquentis, nisi sint impensæ, quæ fiunt in accusando delinquentem; Ad idem optimè facit Bald. in c. 1. in princ. sub num. 3. versic. pone cæpi bannitum in titulo hic finitur lex Federic. in vsibus feudorum dicens, quod si cæpi ban-
16 nitum, & expendi in ista captura, fiscus tenetur mihi restituere per text. in l. mulier in opus Salinarum ff. de
17 captiuit. & postlim. reuers. vbi mulier in opus Salinarum ob maleficium damnata, & a latronibus capta, & iure commercij vendita, & redempta, redit in pristinam causam; sed emptor recuperat pretium a fisco, cuius negotium vtiliter gessit, quam legem dicit Bald. ad hoc notandam, & eum sequitur ibidem Afflict. in quinto notab. num. 5. versic. sed quæro; Hoc idem tenet Angel. de Perusio in auth. de collationib. §. iubemus il 3. in fin. versiculo sed de vno posset dubi-
18 tari, vbi tradit, quod officialis faciens sumptum pro capiendo malefactorem, recuperat illum a communi, seu fisco per dict. leg. mulier in opus Salinarum; seruit etiam text. in lege vnica post principium iuncta gloss. in verbo libertas C. de mulierib. quæ propt. seru.
19 se iniunxer. vbi quod delatoribus criminosorum soluitur præmium a fisco, vt etiam probatur expressius in leg. 2. 3. & 4. C. quibus ex caus. seru. pro præmio libert. accipiunt, & vbique not. gloss. & scribentes; facit etiam, quod quicunque etiam non habens mandatum
20 a Iudice cœperit malefactorem aliquem, & tradiderit Curiæ, & in eo capiendo aliquid erogauerit, poterit illud recuperare a fisco, vt ex mente aliorum tradit Clar. in Pract. crimin. q. 29. num. 7. vers. vnum tamen; Fiscus igitur, aut ipse facit, aut facienti restituere tenetur impensas erogatas in perquirendo, & capiendo malefactorem, & in exequenda contra eum sententia, quas nihilominus ab ipso delinquente recuperare potest, vt ex omnibus prædictis apparet.

Hinc alias vidi de facto pulchrā quæstionē, quidam ob varia eius atrocissima delicta, etiam læsam Maiestatem sapientia diù fuit insequutus, & maximis laboribus, & impensis captus, & postea ad tutos carceres ductus, & ibi processatus, & tandem condemnatus ad pœnam furcarum, & confiscationis omnium bonorum, & effectualiter suspensus, & incorporata eius bona per fiscum non sine etiam magna impensa, & illis non sufficientibus, ad satisfactionem creditorum dicti delinquentis, & prædictarum expensarum fisci, & petentibus ipsis creditoribus sibi satisfieri, & dicente fisco, quod est, creditor dictarum impensarum,

quas intendit recuperare, & in primis, & ante omnia
22 deducere, quærebatur, quid de Iure dicendum esset, & an fiscus tales expensas repetere, seu recuperare
23 posset in bonis dicti Rebellis confiscatis, & vbi posset, an in eis alijs creditoribus præferendus esset; Istam Quæstionem ponit in indiuiduo Afflict. in cap. 1. §. & bona committentium crimen læsæ Maiestatis numero 47. versic. Item quæro, vbi ait, quod si per Rebellionem Vassalli omnia bona deuoluta sunt fisco, qui propterea tenetur satisfacere omnibus creditoribus delinquentis, & conuentus ab ipsis creditoribus excipiat, quod pro expugnando dicto Rebelle, & incorporandis eius bonis expendit vtiliter in exercitu magnam pecuniæ quantitatem, quam intendit prius deducere de dictis bonis in ipsum peruentis, & in eis ius retentionis habere, audiendus est contra creditores, & illis
24 præferendus, & sic in vtroque capite pro fisco concludit Afflict. quod scilicet prædictas expensas recuperet, & quod in illis creditoribus præferatur, ad quod plura allegat, quæ ibi videri possunt, & eius decisionē refert, & sequitur, ac nouis quibusdam fundamentis comprobat Peregrin. in tractat. de Iurib. & priuil. fisci lib. 5. tit. 1. de publicat. bonor. num. 193. & 194. versic. succedit alia quæstio, qui tamen omittit attestationem ab ipso Afflict. factam, quod D. Antonius de Balaxinis Regius Consiliarius sibi dixerat, quod ita fuit iudicatum per Consilium Regis Castellæ, quam conclusionem, vt ego nec istud omittam putat Afflict. veram esse, nisi illi creditores protestati fuissent, antequam
25 impensa facta esset per Regem, quod non intendebat contribuere in expensis prædictis per notata in l. fin. C. de negot. gest. & præcipuè per Alexandrum.
26 Contrarium autem, quod fiscus audiri non debeat, & illi sint creditores præferendi, tenuit Gigas in tract. de crim. læsæ Maiest. in vlt. parte tit. de plurib. & varijs quæstionibus quæst. 12. vbi refert dictam decisionem Afflict. & eam postea reprobat ex eo, quod respectu impensarum factarum in perquirendo, & consequendo Rebelle, non videatur audiendus fiscus, cum om-
27 nis impensa, quæ fit pro punitione criminis, incumbat ipsi fisco, qui accipit multas, & pœnas, & præsertim quando bona talis criminosi confiscantur, & quo ad expensas factas in incorporandis bonis, & re-
28 ducendis ad manus fisci, quia ipse fiscus accipiendo
29 bona damnati loco hæredis habetur, qui non deducit expensas, quas facit in consequenda hæreditate, & respondet rationibus per Afflict. allegatis, quam opinionem Gigantis contra Afflict. & Peregrin. eum sequentem amplectitur Hieron. de Lauren. decis. Auenionēs. 121. numer. 4. & plur. seq. & nouissimè Baiard. in additionibus ad Clar. in Practic. crimin. quæst. 78. sub num. 169. 170. versic. item adde quod fiscus, & allegat Luc. de Penn. in leg. 1. C. ne rusticani ad vllum obseq. deuocent. libro 11. vbi col. ante pen. post princip. versiculo amplius si Rex vult. Ex authoritate Andr. de Isernia summi feudistæ inquit, quod si Rex, aut eius Magi-
30 stratus vult capere malefícos, & latrones non potest ad hoc cogere sibi subditos, maximè homines Ciuitatum, quia stipendijs Regis sunt huiusmodi malefacto-
31 res capiendi, nam ideo habet tributa, & Regni redditus, & prouentus, vt Regnum seruet, & absque subditorum grauamine iustitiam faciat; Ideo namque sunt Regi prouidentia quadam constituta stipendia, ne, dum pro his exequendis sumptus ad hoc sufficiens quæritur, Rex veluti prædo grassetur, vt ibi per ipsum,

pro quo benefaciunt statim dicenda ex Afflicto, cum ista opinione transit Iacob. de Aiello in tractatu de adoa, & relevio in princip. & num. 41. & istam senten-
32 tiam ipse probaui veluti veriorem, & validioribus rationibus fulcitam, pro qua potissimum dicebam face-
33 re, quod Principibus concessa sunt Regalia, vt iustitiam faciant subditis suis, & taliter se gerant, quod boni inter malos quiete viuant, & mali coerceantur, & vnicuique ius suum tribuatur, in tantum, vt si in
34 prædictis deficiant, possint eis denegari introitus Regni, qui debentur in recompensationem grauaminis, & oneris illi impositi in administrandi subiectis iustitia, vt latè ostendit Afflict. in eodem tit. quæ sint regal. in c. 1. in princ. nu. 7. & 8. vers. circa quartam quæstio-
35 nem, qui etiam subiicit, quod non debent iustitiam vendere, nec permittere, quod Partes aliquid soluant pro ea consequenda, quia gratis debent illam facere, & ipsi
36 de proprio Doctoribus, Officialibus, & Ministris salaria soluere; Si ergo de proprio tenentur Principes pur-
37 gare Prouinciam malis hominibus, & bonam subditis ministrare iustitiam, non videtur, quod expensas in eã
38 causam factas recuperare possint, ad quod etiam faciunt alia iura, & authoritates, de quibus antea meminimus, quæ impensas in perquirendis, capiendis, ac
39 puniendis malefactoribus erogatas fisco incumbere probant.
40 Et si diceretur posse nihilominus fiscum huiusmodi expensas ab ipso delinquente, cuius causa illas fecit recuperare, vt superius ex aliquibus iuribus, & authoritatibus probauimus, non tamen per hoc sequeretur, quod alijs creditoribus sit præferendus; Nec aliquid releuat fundamentum Peregrini, quod æquiparetur ta-
41 le creditum fisci credito ex causa funeris, quod quæ-
42 cunque alia credita priuata superat, quia vltra quod æquiparatio hæc non habet rationem, nec authoritatem, non est generalis, quia expensæ funeris, & infir-
43 mitatis defuncti præferuntur omnibus legatarijs, & creditoribus habentibus actiones personales, & hypothecas tacitas, non autem habentibus expressas anteriores, vt re ad partes discussa resoluit Franc. decision. Neapolitan. 51. per totam in prima parte, & idem nouissimè concludit Surd. decision. Mantuana, 112. pariter in tota, cum quibus conuenit Vanderan. in tract. de Priuileg. credit. cap. 3. ante finem vers. priuilegium quoque funerariæ actionis, & secundum hanc opinio-
44 nem contra Afflict. & Pereg. votasse scio Clarissimum D. Paulum vintam Senatorem Florentinum, & Auditorem fiscalem Serenissimi Magni Ducis Ætruriæ, & in Signatura gratiæ, & Iustitiæ pro eodem Principe collegam meum honorandissimum, qui tamen nihil ex prædictis allegabat contra Afflict. & Peregrin. vltra authoritatem Gigant. cuius rationibus tantum nitebatur, & cum eo postea anno 1602. transierunt Excellentissimi Iureconsulti Domini Alexander Zilo-
45 chus Corrigiensis, & Antonius Curinus Pontremulensis compatriota, & Affinis meus, & tamquam filius carissimus ambo Eequites diui Stephani, & Auditores Rotæ Florentinæ, ac Dominicus Gualandus Mutinensis Iudex Mercantiæ, & cum dictæ decisionis reuisio concessa esset instante procuratore fisci tandem re maturè discussa fuit approbata per alios Iudices, inter quos erat Clarissimus Senator Florentinus, & meritissimus Auditor supremus suæ Celsitudinis D.
46 Ioannesbaptista Concinus vir nunquam satis laudatus; Sanè nullam vim faciendam puto in eo, quod dictus D. Vinta, & post eum præfati Domini tres magnũ constituere videbantur fundamentum, videlicet, quod
47 fiscus non præferatur creditoribus delinquentis ex contractu, imò ipsi creditores ei anteponantur, vt per Couar. lib. 1. variar. resolution. c. 16. num. 8. vers. igitur ex verò sensu per Clar. in Practic. crimin. q. 78. num. 31. versiculo vidi quandoque dubitari per Franch. Beci. consil. 57. num. 7. vers. amplius per Afflict. in cap. 1. in princ. sub nu. 9. in 31. priuileg. fisci tit. de duobus fratribus de nouo benefic. inuest. in vsib. feudor. per Farinac. in suis quæstionib. criminalib. tit. de delict. & pœnis quæst. 25. num. 188. versic. sub limita tertio, & per Peregr. in d. tractatu de Iurib. & priuileg. fisci lib. 4. tit. vltimo de pœnis, & mulctis, nu. 11. vers. vtrum autem, & est text. in leg. vnica C. pœnis fiscalib. creditor. præferri libro 10. & ibi Bartol. num. 2. Luc. de Pen. in verbo exactio, & Bald. num. primo, & probatur etiam in leg. quod placuit ff. de Iure fisci, & ibi pariter notant gloss. & cæteri Scribentes, quoniam prædicta conclu-
48 sio loquitur respectu pęnę debitę fisco propter delictum, in qua bene conuenit, quod postponatur creditori ex contractu, qui tractat de damno vitando, fi-
49 scus autem de Lucro capitando, vt punctualiter dicit Luc. de Penna in dict. verbo exactio, quod alijs verbis voluit Afflict. in d. 31. priuilegio, dicens, quod ideò creditores ex contractu præferuntur fisco, quia
50 quantum ad lucra fiscus non est potior priuato; No-
51 stra autem quæstio tractat non de pęnis, sed de expensis per fiscum factis, & sic de credito non ex causa lucratiua pænarum, sed potius onerosa propter impensas de proprio erogatas in persequendo, & puniendo malefactores, vnde non bene videtur talis conclusio applicari proposito nostro. Nec pariter magni faciendam puto aliam eorundem Dominorum considerationem, quod fiscus teneretur dictas impensas facere, quia per hoc non tollitur, quin eas à Delinquente
52 repetere possit, stant enim hæc simul, quod fiscus faciat expensas ad perquirendum, capiendum, & puniendum Reum, & quod eas postea ab ipso Reo recuperet, vt voluit Henric. Boic. supra citatus, & ante eũ Bart. in d. l. Circensium per illum text. apertum C. de decurionib. lib. 10. qui nõ potest euitari, licet ad illum ipsi non aduertant, sed quicquid sit de hoc satis est, quod fiscus in illis recuperandis ex bonis confiscatis non præferatur creditoribus ex contractu.

E P I T O M E.

Stante statuto, quod pars pęnæ delictorum applicetur fisco, & pars accusatori, delatori, notificatori, aut alteri priuato, an talis priuatus, cui pars pęnæ applicatur, possit ad eam agere contra delinquentem condemnatum, an verò exactio ad solum fiscum pertineat, & ab eo ipse priuatus suam portionem consequi debeat, & an saltem tali priuato licitũ sit vti retentione pro parte sibi tangente, vbi pęna ad eius manus peruenerit.

S V M M A R I A.

Pœna inter fiscum, et Accusatorem, seu delatorem ex statuto, vel lege diuidenda, sequuta condemnatione tota est soluenda fisco, à quo postea suam partem consequitur ille, cui debetur.

2 *Et ita de consuetudine seruari, et sæpius in contingentijs facti conclusum fuisse testatur ibidem D. Author.*

3 *Vtile est priuato, vt illa pęnæ pars, quæ sibi competit, prius veniat à fisco exigenda.*

4 Fauora-

4 *Fauorabilius fit exequutio, quando fisco solui debet, quam vti priuato soluendum est.*
5 *Accusator delator, vel notificator, cui pœnæ pars applicanda est, an possit agere contra condemnatum ad consequutionem dictæ suæ partis, et pro parte negatiua concluditur.*
6 *Cumnius in distinctione præsentis casus ab Authore notatur.*
7 *Quæstio præsentis casus in quibus terminis procedat.*
8 *Delinquens condemnatus volens sponte parti, seu priuato soluere portionem pœnæ, quæ sibi competit, id facere potest, et liberatur.*
Nec fiscus hoc ei impedire potest.
9 *Priuatus, qui de pœna participare debet, habet ius retentionis.*
10 *An fiscus priuato, vel è contra priuatus fisco præferatur in consequutione pœnæ, quæ inter eos est diuidenda, vbi reus non est soluendo.*
11 *Resolutio est, quod vterque æqualiter, et proportionabiliter concurrit.*
Et ita in practica seruari dicit D. Author, licet etiam affirmet substentabiliorem in puncto iuris esse opinionem tenentium, quod hoc casu fiscus præferatur, et quare.
12 *Priuatus, vbi ex offensa sibi facta per delinquentem condemnatum consequi debet sua damna, aut interesse, tunc in his præfertur fisco, pœnam prætendenti ex eodem delicto.*
13 *Quod quidem notandum esse tradit ibidem D. Author.*

CASVS CCII.

1 DIcunt Criminalistæ, quod quando pars pœnæ applicatur fisco, & pars Accusatori, delatori, notificatori, aut alteri priuato, secuta condemnatione tota est soluenda fisco, a quo postea consequitur suam partem ille, cui debetur, ita volunt Bartol. in l. Senatus censuit. 15. §. Senatus Adriani nu. 2. & 3. per illum text. ff. de Iure fisci, & ibidem Albericus numero 3. Salycet. in leg. 3. num. 5. C. ad legem Falcid. Angel. in tractatu de Malefic. in verbo dandis, & soluendis numero primo, Boss. in pract. crimin. tit. de sentent. nu. 4. Clar. in practic. crimin. quæst. 95. num. 9. vers. Solet
2 etiam, vbi ita de consuetudine obseruari, & sæpius in contingentijs facti conclusum fuisse testatur, idem voluit Bartol. in l. vnica num. 4. versic. quæro cui debeat solui C. de vendit. rer. fiscalib. cum priuat. commu. libr.
3 10. dicens, hoc esse vtile priuato, quia fauorabilius
4 fit exequutio, quando debet solui fisco, quam quando debet solui priuato iuxt. leg. penultim. cum ibi notat C. de conuenien. fisci debitor. eodem lib. decimo, Sed
5 quæri solet, an si Accusator, Delator, Notificator, aut alius priuatus, cui pars pœnæ applicatur, vellet agere contra delinquentem condemnatum ad consequutionem dictæ suæ partis pœnæ, posset id facere, & quod non possit ad dictam partem agere, nec vlla contra delinquentem condemnatum sibi competat actio tenuit in indiuiduo Albericus de Rosate in dict. §. Senatus Adriani num. 4. inquiens vidisse quæstionem de facto, quam, & ego vidi, & quidem in causa ardua, & magni momenti, quæ secundum prædictam decisionem fuit terminata per me, & alios, quibus allegaui dictum illud Alberici per eos non visum, & ita etiam sensit, licet non expressè dicat, Bartol. in eodem §. Se-
6 natus Adriani. num. 3. & clarius voluit Cuman. legens dict. §. cum princip. legis, qui tamen subdit, quod si statutum non diceret, talis delinquens condemnatur in centum, quorum pars applicetur fisco, pars parti ac-
7 cusanti, vel denuncianti, vt in terminis, in quibus loquitur præsens quæstio, sed diceret, incidat in pœnam, cuius pars applicetur fisco, & pars parti, tunc parti, seu priuato accusanti, vel denuncianti competit actio, & petitio partis, quod an verum sit, valde dubito, nec pro hac distinctione aliquid allegat, & tu, circa eam cogita, mihi enim verbalis videtur, & non realis, nec aliquod subsistens fundamentum pro illa inuenio; Illud sanè verum est, quod si delinquens
8 condemnatus velit sponte parti, seu priuato portionem suam soluere, potest id facere, & liberatur, nec fiscus hoc impedire potest, ita notabiliter dixit Bartol. in dict. leg. vnica ad fin. versic. fateor tamen C. de vendition. rer. fiscal. cum priuat. commun. libro 10. Prout
9 & verum est, quod si id, in quo delinquens condemnatur, esset penes partem, quæ de pœna participare deberet, tunc pars ipsa debitam partem daret fisco, & aliam sibi retineret, nec deberet totam pœnam fisco dare, & deinde suam portionem ab eo rehabere, vt ostendit Bartol. in d. §. Senatus Adriani ad fin. numer. 4.
10 versiculo prædicta vera, sed si condemnatus non esset soluendo, & bona non sufficerent ad satisfactionem totius pœnæ fisco, & priuato applicandæ, sed partis alicuius tantum, dubitari videtur, quis præferendus sit an fiscus priuato, an è contra, & resolutio est, quod v-
11 terque ad ratam concurrit, & æqualiter, & proportionabiliter admittitur, vt dicit Peregrin. de Iur. & priuil. fisci lib. 4. tit. vltim. de pœnis, & mulct. num. 12. versic. sed hic, & ita obseruatur in practica, licet in puncto Iuris substentabilior videatur opinio tenentium, quod fiscus hoc casu præferatur priuato, cum ex eodem delicto, & facto vterque sit creditor delinquentis, vt per Couaru. lib. 1. variar. resolut. cap. 16. num. 8. vers. agitur ex verò sensu, per Clar. in pract. crim. q. 78 num. 31. versic. vidi quandoque, & per alios ab eis citatos,
12 vbi tamen priuatus ex offensa sibi facta per delinquentem condemnatum consequi debet sua damna, aut Interesse, vtique in his præfertur fisco pœnam prætendenti ex eodem delicto, vt subdit Clar. vbi supra, &
13 post eum Peregrin. tit. de pœn. & mulct. num. 13. versic. illud planè, & istud est notandum, quia sæpè euenit, quod delinquens non possit damna, & Interesse, & pœnam soluere.

EPITOME.

De executione parata reali, & personali fisco concessa contra suum debitorem pro debito claro, & liquido, & an pro tali credito eidem fisco liceat mortuo debitore, a quo nō fuerit satisfactus sequestrare, & retineri facere eius corpus, seu cadauer, ne sepeliatur, quousque sibi satisfiat, vbi pro negatiua ex multis concluditur.

SVMMARIA.

1 *Debitor fisci, si debitum est clarum, et liquidum exequutiuè in ære, et in personas exequi potest, et ita de consuetudine seruatur.*
2 *Contra debitores fiscales pro eorum debitis liquidis proceditur ad capturam personæ, et ad descriptionem bonorum, et ita practicatur.*
3 *An liceat fisco mortuo suo debitore pro debito eius liquido sequestrare, et retinere facere eius corpus, seu cadauer ne sepelliatur quousque sibi satisfiat.*
Concluditur autem pro negatiua ibidem nu. 6.
Quæ quidem conclusio ampliatur etiam procedere, quando mortuus ex sententia liquida et certa teneretur satisfacere propter delictum, et in vita non soluisset, ibidem n. 13.

Priuatus habens pro suo credito contra debitorem executionem paratam, eo mortuo potest cum authoritate Iudicis corpus eius detineri facere, donec de debito sit satisfactus secundum Angelum de Perusio.

Contrariam tamen opinionem sequitur, et plures alij per eum relati tanquam humaniorem, et christianæ pietati magis consonã ibi em, num. 6. et per totum.

5 *Valet argumentum de priuato ad fiscum ibidem num. 10.*

7 *Neque naturalis ratio, neque diuina et humana iura patiuntur sepulturam cadaueribus defunctorum denegari.*

8 *D. Author refert Grammat. Testari, quod per triginta annos, et vltra, quibus iudicauit in Magna Curia Vicariæ nunquam vidit creditoribus licentiam impartiri, vt corpora suorum debitorum sequestrentur, ne sepelliantur, donec sibi satisf. ctum sit.*

10 *Fiscus in omnibus casibus, in quibus specialiter priuilegiatus non apparet, iure priuatorum vtitur.*

11 *Fiscus in dubio non præsumitur priuilegiatus. Et hoc fortius procedit, quando est creditor ex debito.*

12 *Fiscus in exigendo pœnam a reis agit de lucro captando, non de damno vitando.*

14 *Creditor licentiam a Iudice sequestrandi corpus sui debitoris in domo, ne sepelliatur quousque sibi satisfiat, non obtiens, et appellans, non est audiendus, sed repellendus.*

15 *Causa, in qua agitur de mortuo sequestrando, nec ne, celerem expeditionem exigit, nec vlla legitima ratione dilationem admittit.*

16 *Creditor petens corpus sui debitoris sequestrari, donec sibi satisfiat, priuatur tali credito, vel actione ad illud sibi competente.*

Et multo magis appellans post denegatam sibi licentiam.

CASVS CC. III.

1 QVoniam debitor fisci, si debitum est clarum, & liquidum, executiuè in ære, & in persona executi potest, vt est text. expressus in l. cum colo. in fine alias est §. fin. leg. præcedentis ff. ad l. Iuliam peculat. & ibi Bartol. & Alberic. notant, & Bald. consil. 60. quæritur an captus in fine sub num. 4. lib. 5 & ... in vsib. feudor. tit. de fratrib. de nouo benefic. inuestit. cap. 1. in princ. sub num. 9. in quinto priuilegii fisci, probatur etiam in l. mistic pinatores, cum ... notat. per scribent. C. de exactorib. tributor. lib. 10. & late tradit Peregr. in tract. de Iurib. & priuileg. fisci lib. 6. titul. 7. de debitorib. fiscalib. num. 5. vers. fiscalis sanè debitor, & subdit num. 7. quod ita consuetudo obseruat, quia contra debito-

2 res fiscales pro eorum debitis liquidis proceditur ad capturam personæ, & ad tenutam bonorum. & verum est; Dubitari vidi, an pro tali debito omnino claro, cer-

3 to, liquido, & patente liceat fisco mortuo debitore, a quo non fuerit satisfactus, sequestrare, & retineri facere eius corpus, seu cadauer, ne sepeliatur quousque sibi satisfiat; Ang. de Perus. in auth. a creditor. in princ. sub num. 1. vers. item per hanc legem inquit, quod si ex forma statuti instrumenta confessionata, seu guarenti-

4 giata debent mandari executioni ad instantiam creditoris. Instrumentum confessionatum, seu guarentigiatum præsentantis, mortuo debitore poterit creditor ostenso tali instrumento facere detineri cum auctoritate Iudicis corpus eius, ne sepeliatur, donec de debito sit satisfactus, & Angelum sequuntur Marsil. in l. fin. n. 54. vers. vlt. in hac materia ff. de quæstion. & in Singul. 199. in iure expressum ad finem, & Segur. relatus per Didac. Couar. & per Didac. Spin. & per Anton. Gom. statim citandos in l. si ex legati causa nu. 73. ff. de verbor. obligation. quibus addo Luc. de Penn. in l. Circensium ad fin. vers. vbi etiam C. de decurion. lib. 10. Si er-

5 go priuato habenti executionem paratam pro suo credito contra debitorem hoc licet, vtique, & fisco non denegabitur, qui si non melioris, saltem non debitoris

6 esse debet conditionis; Contrarium autem, quod etiam si defunctus sit debitis onustus, & oppressus, quæ per instrumenta guarentigiata liquida, & manifesta sunt, non possit eius corpus a creditoribus sequestrari, aut impediri, quominus sepulturæ tradatur, cum naturalis

7 ratio, & diuina, & humana iura id detestentur, neque patiantur sepulturam cadaueribus defunctorum denegari dictam ob causam, tradunt Abb. in cap. ex parte il primo sub num. 3. de sepult. Felin. in c. sicut Iudei. col. 1, vers. vnde dixit de Iudeis, & Saracen. Boe. decis. 287. num. 2. Grammat. decis. 82. per totam, vbi valde inuehitur contra Ang. de Perus. aliud tenentem in loco ci-

8 tato, & tãdem testatur, quod per triginta annos, & vltra, quibus iudicauit in magna Curia Vicariæ, nunquã vidit talem licentiam impartiri, sed semper denegari, repulsis creditoribus, Guglielm. de Benedict. in c. Raynutius in verbo mortuo itaque testatore num. 56. Rip. in tract. de peste tit. de remedijs præser. contr. pest. nu. 101. Anton. Gomez. tom. 2. variar. resolution. cap. 11. de qualitatibus contractuum num. 56. vers. Item quæro an debitore mortuo, vbi acriter reprehendit Ang. & eius sequaces, & subdit, quod ita consuluit. & practicauit, Didac. Couar. lib. 2. variar. resolut. c. 1. num. 10. vers. frequenter hoc in eodem tractatu, Roderic. Suarez. in repet. l. post rem iudicatam in testa ampliat. ff. de re iudicat. & nouissimè Didac. Spinos, in Speculo testamentor. in gloss. 2. principali tit. de electione sepultur. & de funeris expensis num. 11. & 12. vers. Tertio infertur, vbi dicit esse magis communem, & tenendam, & refert, quod eandem sequuntur Didac. Perez.

9 Bacca, Ioannes Oroscus, Io. Guttierez. & Gregor. Lopez. in locis per eum adductis; Reijcienda est igitur tamquam in humana, & impietate plena, ac a Christiana caritate aliena opinio contraria, & sequenda hæc æqua quidem, iusta, & omni ratione conueniens, quæ sicuti in creditore priuato loquitur, ita, & in fisco procedit, cum is in omnibus casibus in quibus speciali-

10 ter priuilegiatus nõ appareat, iure priuatorum vtatur, Afflict. lib. 1. constit. regni Rubr. 24. de violentijs circa possessiones in Constit. violentias nu. 51. vers. quarto ad idem, & in vsibus feudorum in Rubr. de consuetudine recti feudi num. 4. vers. Item vbi fiscus, & Peregr. in d. tract. lib. 6. tit. 1. de fisci priuileg. in extra iudicialib. num. 1. qui etiam subijcit num. 2. quod in dubio

11 non præsumitur priuilegiatus, & fortius si fiscus ipse ex delicto creditor esset, cum tunc non de damno vi-

12 tando, sed de lucro captando agat ex notat. per Peregrin. in dict. tractatu libro septimo, titulo tertio, de ijs, quæ spect. ad ordin. iudicior. numer. 45, vers. Alij verò distinguunt, & dictum supra casu 201, authoritate Luc. de Penn. & Afflict. quam sententiam probat in indiuiduo Fel. in d. c. sicut Iudei. col. 1. in fin. vers. & prædi-

13 cta amplia; volens dictam negatiuam opinionem locum habere, etiam quod ex sententia liquida, & certa mortuus teneretur satisfacere propter delictum, & in vita non soluisset, quod ante eum voluit Abb. in d. c. ex parte il primo ad fin. sub num. 3. de sepulturis, Quod

14 adeò verum est, vt non audiatur creditor appellans, sed repellatur, & eius appellatio non recipiatur, cum

15 res ista celerem expeditionem exigat, nec vlla legiti-

ma

ma ratione dilationem admittat.gl.in d.cap.ex parte il primo in verbo post appellationem in fine de sepultu, & ibidem Innoc. post princ. & Abb.sub num,3. Marf. in d.sing.199.post medium,Felin,in d.cap.sicut Iudici, col.1.vers.vnde dixit,Couar.l.c.1,sub num.10.Gram-
16 mat.d.decis.82.n.2.Imò creditor sic petens,& multo magis post denegatam licentiam appellans priuatur tali debito,& actione ad illud sibi competente Boer.d. decis.287.num.2.& latius Gram.d.decis.82.nu.4.& 6.

E P I T O M E.

De furtis domesticis factis per seruum Domino, per Libertum patrono,in cuius domo moratur,& quemcunque mercenarium ei, cui operas suas locauit, tàm leuibus, quàm magnis, & de eorum punitione,& alijs in materia.

S V M M A R I A.

1 *Furta domestica facta per seruum Domino, libertum patrono,in cuius domo moratur,& mercenarium ei, cui operas suas locauit, non sunt criminaliter iudicanda.*
2 *Idem etiam est in muliere subtrahente viro.*
Vxor criminaliter accusari non potest.
3 *Idem multo magis in filio subtrahenti patri.*
4 *Hæc tamen procedunt, vbi furta leuia sunt, secus autem si essent magna ibidem num 16.*
5 *Quilibet furtum magnum committens potest criminaliter puniri.*
De seruis, libertis mercennarijs, vxore, & filijs probat specialiter D.Author. ibid.num.6.7, & 8.
9 *Quando seruus, vel filius furatur aliquid domino, vel patri, aut vxor marito, tunc dicitur furtum domesticum.*
10 *Vbi furtum est leue nulla oritur actio furti, neque ciuilis, neque criminalis.*
Secus autem, vbi est magnum, vel graue.
11 *Notatur error quorundam parentum, qui officiali denuntiant furta sibi à filijs facta.*
Existimantium Iudice; non posse illos præter eorum voluntatem puniri, quod falsum est ibidem num.14.
12 *Ex furto facto à filio, vxore vel à quolibet alio domestico non oritur actio furti.*
Nec Iudex potest ex officio intromittere.
Et per inquisitionem contra tales personas procedere.
Dũmodo furtum sit leue, secus eñt si magnum, aut graue sit.
13 *Officium Iudicis implorari potest pro recuperatione rei sibi à domestico furatæ, vbi leuis est, & illam restituere recusat.*
15 *Furtum dicitur leue,& graue secundum qualitatem personarum,& quantitatem rerum sublatarum, ibid. nu.17.*
17 *Furta domestica quandoque punita fuerunt etiam vsque ad mortem inclusiuè.*
19 *Pro furto domestico quamuis leuis sæpius tamen reiterato, post quis puniri pœna furti criminaliter, nec tunc procedit dispositio leg. respiciendum §. furta domestica ff. de pœnis.*
20 *Mercennarius, siue dapifer furans hodie vnam rem vilem Domino, & cras aliam, & sic deinceps, ita vt multas res viles furatus reperitur, potest puniri de furto ibidem, & supra num. 1.*
21 *Textus in §. furta l. respiciendum, ff. de pœnis limitatur, ibidem.*
22 *Pluralitas furtorum rerum vilium diuersis temporibus factorum facit censeri furtum magnum, tùm ex rerum cumulatarum æstimatione, tùm ex assuefactione, & consuetudine furandi.*
23 *Pro tribus furtis domesticis vilibus debet quis suspendi secundum criminalistas.*
24 *In practica non seruatur, quod furta domestica non puniantur, si sint leuia, Nam puniuntur, & quidem grauiter, ibid. num. seq.*
25 *Domesticitas furtum aggrauat propter fidem.*
26 *Io. Faber, qui voluit seruitorem, vel familiarem debere suspendi pro primo furto, reprehenditur, cum sine lege loquatur, eundem sequuntur nonnulli ibidem relati.*
27 *Furtum domesticum nedum grauius non punitur, furto non domestico, sed nullo modo punitur, nisi sit magnum, & tunc quoque mitius.*
Contrarium tamẽ consuetudine receptum esse traditur, ibid.
Sed D. Author dicit hoc seruari se non vidisse, sed quod clementius in tales domesticos fures animaduertitur, vbi furta leuia sunt, vel non magna reputantur, & qualitates aggrauantes non habent, ibid.nu.29. & supra num.27.
28 *Magis delinquit degens in obsequio alterius furtum illi committens quam alius, quia fide credita abutitur, & ideò maiori supplicio dignus est.*

CASVS CC. IV.

1 FVrta domestica facta per seruum Domino, libertum patrono, in cuius domo moratur, & mercennarium ei, cui operas suas locauit, si leuia sunt, non sunt criminaliter vidicanda l.respiciendum §.furta domestica ff.de pœnis, Ioann.Bonifat. in tract. de furt.§. 10.in verbo animo Lucri faciendi num,157. vers.furta quoque domestica, & num.217.& seq.vers,& in summa Boss.tit. de furt.nu.24.& seq. & idem dicit Fart. in dict.§. furta domestica, in princip. in vxore subtra-
2 hente viro, quæ criminaliter accusari non potest, si furtum est leue, Boss.d. tit.de furt.num.27. Ioan.Bonifat.d.10.nu.179.& seq. & idem multo magis in filio
3 subtrahente patri, Boss.vbi supra num.27.& Ioan.Bonifat, loco cit.sub num.157. & plur. seq. sed hæc pro-
4 cedunt vbi furta sunt leuia, vt dictum est, secus autem si sunt magna, quia tunc ea committentes criminali-
5 ter puniri possunt, vt in seruis, libertis, & mercenarijs
6 probat text. a contrario sensu in dict.§.furta domestica, & tradunt ibi scribentes, & Ioan. Bonifat. supra citatus nu.164. & generaliter Bart. in l.si libertus ff. de furt. Salyc. in l.apud antiquos numer.8. vers. item quod iste C.de furt. Alex.conf.135.in 2.dubio num.2. lib.1. & Cæpol.conf.26.in 2. dub. sub num.11. vers.
7 Præterea etiam, & in vxore, Bartol. in l.1. num.4. ff. de action. rerum amotar. qui inquit, quod tunc etiam viro non agente Iudex potest procedere,& punire criminaliter,& sequuntur Cæpol.conf. vlt.nu.9. vers.nunc restat, ad fin.& Boss.d.tit.de furt.num.27. vers.sed ta-
8 men aduerte, & in filio. Bart.in l. serui, & filij, & in l. si quis vxori, in fine principij n.2. ff.de furt.Boss.d.tit. de furt. num.27.& in omnibus concordat Aretin.in §. sui autem num.4. instit. de hæred. qualitat. & diffe-
9 rent. vbi ait, quod si seruus, vel filius furatus sit aliquid Domino, vel patri, aut vxor marito, dicitur domesticum furtum, & nulla oritur actio furti, neque
10 ciuilis, neque criminalis, quando furtum est leue, secus autem si est magnum, vel graue, quod inquit no-
11 tandum, quia vidit multos parentes errare, cum notificant Officiali furta ipsis facta a filijs, quia possunt dicti filij puniri per dictum Officialem, & idem per omnia voluit in §. ij. qui num.3. instit. de obligat. quæ ex
12 delicto nascuntur, vbi loquens in furtis factis a filio,& vxore, & a quolibet alio domestico, dicit, quod non

oritur

oritur actio furti, nec Iudex potest se ex officio intro-
mittere, & per Inquisitionem contra tales personas
procedere, si furtum est leue, licet possit eius officium
13 implorari, si nolint rem sublatam restituere, vt eas
14 corripiat, & restituere, cogat, secus autem inquit, si
furtum est magnum, seu graue, quia tunc possunt prę-
dictae personae puniri de furto, quod perpetuo menti
tenendum, ait contra aliquos parentes, qui incaute
denuntiant filios, quid magnum ipsis sub traxisse, &
credunt Iudices non posse pręter eorum voluntatem
filios furti punire, quia imò possunt, quando furtum est
15 grauè, & subdit nu.4. quod dicitur grauè, vel leue sę-
cundum qualitatem personarum, & quantitatem re-
rum sublatarum, idem tenet ipse Aret. in tract. de ma-
lefic. in gloss. etiam vestem cœlestem num.33. vers. ali-
quando è contra, vbi quod filius, seruus, & vxor non
16 tenentur pro furtis factis patri, domino, & marito si
sunt leuia, sed si sunt magna, secus, & puniri possint
criminaliter, & subijcit pariter, quod dicuntur leuia,
17 vel grauia secundum qualitatem personarum, &
quantitatem ipsarum rerum subtractarum, quod &
Bart. tenuit ante eum in d. §. furta domestica num.2.
quam conclusionem probat Clar. in §. furtum num.
22. vers. posset etiam, vbi plura refert exempla, quibus
18 seuerissimè fuerunt puniti famuli, ancillae, & similes
personę pro furtis commissis in bonis Dominorum
etiam vsque ad mortem inclusiuè. Hinc dixit Bald. in
l. apud antiquos num. 9. vers. extra quaere C. de furtis,
19 quod pro furto domestico quamuis leui, saepius tamē
reiterato, quis potest puniri pœnà furti criminaliter,
nec tunc procedit dispositio d. l. respiciendum dict. §.
20 furta domestica ff. de pœnis, & dat exemplum in mer-
cennario, seu dapifero, qui hodie furatur vnam rem
vilem Domino, & cras aliam, & ita multis vicibus mul-
21 tas res viles, nam potest puniri de furto, & est pulchra
limitatio ad d. §. furta domestica quam sequuntur Au-
gust. de Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. in d. ver-
bo etiam vestem cęlestem num.34. vers. Item in quan-
tum, & Boss. d. tit. de furt. num.16. Clar. in §. furtum
num.22. vers. posset etiam in fine, quod non alia ratio-
22 ne procedit, quam ex ea, quod pluralitas furtorum
rerum vilium diuersis temporibus factorum facit cen-
seri furtum magnum, tùm ex rerum cumulatarum ęsti-
matione, tùm ex assuefactione, & consuetudine furan-
di, vt pulchrae ostendit Salyc. dictam limitationem se-
quens in d. l. apud antiquos num.8. versic. Item quod
23 ille; & ex dicto illo Baldi dicunt criminalistae, quod pro
tribus furtis domesticis vilibus debet qui suspendi, vt
per Augustin. de Arimin. loco citato, & per Boss. d. tit.
de furt. num.28. & Io. Bonifat. d. §. animo lucrifacien-
24 di num.165. Aduertendum tamen est, non seruari in
practicas, quod furta domestica non puniantur, si
sunt leuia, vbi fiunt a seruis seruitoribus, ancillis, pe-
dissequis; aut similibus personis familiaribus, nam pu-
niuntur, & quidem grauiter, quia domesticitas furtum
25 aggrauat propter fidem, quae a Dominis habetur ta-
libus personis, vt ex voto Senatus Mediolani dicit
Boss. loco citato num.25. & voluit etiam Addition. ad
Alex. d. cons.135. lib.1. in addit. in verbo domestica, &
Io. Bonifat. sub d. num.165. qui etiam subijcit durum
omnino videri, vt quos magna impensa domi alimus,
vt bona nostra custodiant, ipsi illa diripiant, aliterque
contra tales mueliitur, meminitque etiam de praedicta
Mediolanensis Senatus Sententia, pro qua benefacit
26 Io. Faber. in §. alia deinde lex sub n.2. vers. Item serui-
tor Inst. de public. iudic. volens pro primo furto su-
spendi seruitorem, vel familiarem, extraneum autem
non, quem tamē sine lege loqui, inquit Foller. in pract.
crim. canon. in verbo vel furtum c.21. num.9. quia ne-
27 dum furtum domesticum non punitur grauius nō do-
mestico, sed nullo modo punitur, nisi sit magnum, &
tunc mitius, vt ibi per ipsum, sed Fabrū sequitur Diaz.
in pract. canon. c.90. in verbo fures sub num. 1. col.4.
vers. si autem contingat, & ibi etiam Addition. litt. C.
testans hanc opinionem moribus, & consuetudine re-
28 ceptam esse, & magis delinquere degentem in obse-
quio alterius furtum illi committentem, quam alium;
quia fide credita abutitur, & maiori supplicio dignus
29 est, quod tamen ego seruari non vidi, sed clementer
in tales domesticos fures animaduerti, vbi furta leuia,
vel non magna reputentur, & qualitates aggrauantes
non habeant.

E P I T O M E.

Quod in criminalibus quis dicitur calumniator ex eo so-
lum, quod institutam accusationem non probauit, &
an aliter, quam ad expensas, damna, & interesse par-
tis damnari possit, & quid in praxi seruetur.

S V M M A R I A.

1 *Calumniator quis ex eo probatur, quod id, de quo alium accusauit, non probauit.*

2 *Accusator, qui in probatione deficit, potest sine alijs inditijs de calumnia animaduerti.*

3 *Praedicta licet de iure procedant, tamen de consuetudine non seruatur.*

4 *Calumniator praesumptus non condemnatur in pœnam aliquam calumniae, sed solum damnatur ad expensas, damna, & interesse partis accusatae, ibidem num. 5.*

Ita etiam obseruasse D. Authorem tradit ibidem ipsemet, num.5.

6 *Huiusmodi opinio summa nititur aequitate, & quarè.*

7 *Verus calumniator ille est, qui falsò accusat, idest scientem falsam accusationem instituit.*

8 *Accusatores in probatione deficientes sunt aliqualiter cōpescendi, & quarè.*

9 *Acccusator accusato absoluto à condemnatione expensarum reficiendarum excusatur, si tot indicia subministrauit, quae ad torturam contra reum satis fuerint.*

C A S V S C C. V.

1 CAlumniator quis ex eo probatur, quod id, de
quo alium accusauit, non probauit gl. in l. ath-
letas §. calumniator, in verbo ex vtraque post princi-
pium ff. de his, qui not. infam. & in c. cum dilectus in
verbo calumniandi, circa principium de calumniator.
& est communis opinio Mascard. concl.25. num.1. &
seq. & concl.254. num.1. in tract. de probat. tom.1.
2 adeo, vt contra huiusmodi accusatorem, qui in pro-
batione defecit, possit sine alijs indicijs de calumnia
animaduerti gl. in d. §. calumniator in d. verbo ex vtra-
que ante fin. & in d. c. cum dilectus, in d. verbo calum-
niandi Petr. de Benint. decis. Bonon.46. num.1. Clar.
in pract. crim. q.62. num.6. vers. dixi supra, Mascard.
dicta concl.254. num.2. & antea concl.24. num.1. &
seq. Angel. de Malefic. in verbo, & ad querelam num.
70. vers. quaero an accusator, & ibi Hieron. Chucalon.
in addition. dicens esse communem opinionem, quam
nouissimè sequitur Farinac. lib.1. quaestion. crim. tit.
de accusat. q.16. num.11. vers. verum etiam, vbi plures

Idem tenentes refert, Bertaz.conſ.crimin.391. num.
15. lib.2, Maſcard. d.concl. 24. num. 1. & ſeq. Sed
3 hæc opinio, licet de iure procedat, tamen de conſue-
4 tudine non ſeruatur, quia calumniator præſumptus
non condemnatur in pęnam aliquam calumniæ, ſed
ſolum damnatur ad expenſas, damna, & intereſſe par-
tis accuſatę, vt teſtantur Boſs.in pract. crim.tit. de ac-
cuſat.num.19. in fin. & num.27. & tit. de præuaricat.
num.8. Hieron.Chucal.in addit. ad Angel.de Malefic.
in d.verbo, & ad quærelam nu.73. in princ. qui etiam
de iure hoc videtur pulchra ratione defendere, & Fa-
5 rinac. d. q. 16. num.13. verſ.ſed vt ingenuè veritatem
fatear, & ita pluries obſeruari, nec memini ex ſola,
& ſimplici præſumpta calumnia defectus probationis
accuſationis aliquem vnquam pro calumnia condem-
naſſe in aliquam pœnam, ſed ſolum ad expenſas, dam-
na, & intereſſe accuſati, & cum hac ſententia tranſire
etiam nuper inueni Baiard. in addition. ad Clar. d. q.
62. num.19. & 31. qui ad hoc citat, vltra Boſs. in d.
tit.de accuſat. Laur. Zenni. caut. 1. num.12. & ſeq. &
concordat Claud. Bertaz.ad conſ.crimin.Barthol.Pa-
tris. 212.in addit. ſub littera A, verſ. rurſus, lib.1. & di-
6 cit habere opinionem hanc maximam æquitatem,
quia licet præſumptus calumniator non puniatur pœ-
na calumniæ, cum vt ipſe antea præcedenti verſ. dixit,
ex hoc, quod non probauit deductum crimen, non ſe-
quitur, quod poſſit dici verus calumniator, qui ille eſt,
7 qui falſo accuſat, hoc eſt ſcienter falſam accuſationẽ
inſtituit, tamen decet aliqualiter compeſcere illos, qui
8 bonis viris temere, & plerũque improbè faceſſunt ne-
gotium; Nec omittitur, quod ab hac quoque expen-
9 ſarum accuſato abſoluto reficiendarum cõdemnatio-
ne excuſatur Accuſator, ſi tot iudicia ſubminiſtrauit,
quæ ad torturam contra reum ſatis fuerit, vt reſoluit
Bertaz. d. conſ.212. per totum.

E P I T O M E.

De pęna falſificantis literas Papæ, Imperatoris, aut Re-
gis, Ducis, vel alterius Principis inferioris, Commu-
nitatis, Senatus, Maſſigratus, Iudicis, aut alterius Of-
ficialis, aut Tribunalis.

S V M M A R I A.

1 *Falſificans literas Regias non punitur pęna mortis, ſed pę-
na falſi.*
2 *Hoc ſtante non dubitatur, quod pęna mortis puniendi non
ſint ij, qui literas inferioris a Rege, puta Proregis, Locum-
tenentis, Vicarij, & ſimilis falſificant.*
3 *Qui literas Papæ, vel Imperatoris falſificat, pęna mortis
puniendus eſt.*
4 *Falſitatis crimen, quandoque adeò graue eſt, vt pęnam
mortis exigat, etiam ſi falſitatem circa literas Papæ, aut
Imperatoris non reſpiciat.*
5 *Item poteſt tale crimen adeò eſſe graue, vt vltra pęnas or-
dinarias falſificationis etiam confiſcatio bonorum impo-
natur.*
6 *Publicatio bonorum in hoc crimine receſſit ab aula, nec
amplius eſt in vſu.*
7 *Feudatarius quãdoque ob falſitatis crimen, feudo priuatur.*

C A S V S CC. VI.

1 FAlſificans literas regias non punitur pęna mortis,
ſed pęna falſi, Boer.deciſ.82. nu.3. & ſeq. Gram.
deciſ.27.num.9.& 10.& voto crim.25.num.9. Afflict.
deciſ.404.nu.15.& ſeq. & antea deciſ.21, nu.8. Diaz.
in pract. crim.canon. cap.117. num.3. & eſt text.in c.
ad audientiam de crim. falſi, & ibi not. gloſſ. & Do-
ctor. & gloſ. in c. ad falſariorum, in verbo Legitimas,
2 eo tit. & eſt de mente Guid. Pap.deciſ. 455. poſt prin-
cipium; & multo minus tenetur pœna mortis, qui al-
terius, quam Regis literas falſificauit, puta Proregis,
Locumtenentis, Vicarij, Senatus, Magiſtratus, aut al-
terius Tribunalis, aut cuiuſuis Iudicis, ſicuti, tradunt
Boer. dicta deciſ.82.num.6.& ſeq. Gramm. d. deciſ.27.
num.10. & 11.& d.voto 25. num.10. Diaz. d.c.117.
in verbo falſarij numer.2. & ibi latius Appoſtilla, in
verſ. illud autem notandum cenſeo; Qui tamen lite-
3 ras Papę, vel Imperatoris falſificat, bene pœna mor-
tis punitur, Salic.in l. maiorem num.1. ad finem C. ad
l.Cornel.de falſis, Boer.d.deciſ.82.num.4. & 6. Gram.
d.deciſ.27.num.10.& d.voto 25.num. item 10. Afflict.
d. deciſ.404. quæ eſt vlt.num.20. in fin. verſ. allega-
batur etiam, & num.21. & prius d. deciſ.21. num.2,
cum plur.ſeq. Diaz.d.cap.117. in princ.& ibi diffuſius
Appoſtilla.qui teſtatur de obſeruantia in Hiſpania, & eſt
text.in d.c.ad falſariorum, & ibi gloſſ. & Doct. Guid.
4 Pap. vbi ſupra in princ. Poteſt etiam falſitatis crimen
eſſe, tam graue, quod pœnam mortis exigat, etiam ſi
falſitatem circa literas Papæ, aut Imperatoris non
reſpiciat, vt videtur velle Boer.d.deciſ.82. ſub num.8.
& 9. quem ſequitur Baiard. ad Clar.in §. falſum num.
249.& vltra eum Afflict.d.deciſ.404.ſub num.17.ver.
2. reſpondetur, & num. ſeq. & antea d. deciſ.21. ſub
num.8. & Iacob.Philip. Portius conſ.94. ad fin.num.
5 40.verſ.de iure; Item poteſt tale crimen adeò eſſe gra-
ue, vt & confiſcatio bonorum vltra alias pœnas falſi-
6 ficanti imponatur, licet ea in hoc crimine falſi ſublata
ſit, vt per Gramm. d.voto 25. num.13. & pariter feu-
7 datario feudi priuatio, vt per Afflict.d.deciſ.414.num.
22. verſ.ſum igitur in voto, & num.24. verſ. beneficia-
tor, & num.ſeq.

E P I T O M E.

An facta donatione inter viuos abſenti notario pro eo ſti-
pulante, ſi antequam donatarius ratificet, Donator
delictum committat, ex quo bona publicentur, dona-
tio in præiudicium fiſci ſubſiſtat, an vero potius cor-
ruat, & bona donata ad fiſcum pertineant, & data va-
liditate donationis ad fauorem donatarij contra fi-
ſcum, an reſeruatum in donatione per donaturem, vt
de eo teſtari, & diſponere poſſet, ad fiſcum pertineat;
an verò ad ipſum Donatarium, in qua re diſtinctione
ſoluitur quæſtio.

S V M M A R I A.

1 *Donatio facta abſenti Notario pro eo ſtipulante ante ra-
tificationem ſequutam ius efficax donatario non tribuit,
& per donantem reuocari poteſt, & alteri in præiudicium
ipſius concedi, ibid. num 4.*
2 *Nec ſufficit ratificatio poſtea ſequens in præiudicium iu-
ris iam tertio quæſiti.*
*Contrarium tamen tanquam verius firmatur ab Authore,
ibid num 11.*
Et maximè ſi donatarius non repudiet ibidem, num.12.
*Imò quod in hoc caſu nulla opus eſt ratificatione, ſeu ceſſio-
ne, ſed ſtatim irreuocabiliter abſenti acquiritur ibidem
num.13.*
3 *Donatore poſt factam abſenti donationem Notario pro
eo abſente acceptante, & ante factam per donatarium
ratificationem delictum committentem, nunquid dona-*

tio ipſa

tio ipsa subsistat in praeiudicium fisci, an verò potius corruat in eius in fauorem.

5 *Delinquens quasi contrahit cum fisco.*

6 *Donatio carens ratificatione donatario cedit in praeiudicium fisci, & quare.*

Maximè quando in ea adest constitutum ibidem, num.9.

Et cum hac opinione transit D. Author ibidem, num.10.

7 *Fiscus in casu praesentis quaestionis loco haeredis censetur ibidem, num.15.*

Vnde sicut haeres donantis donationem reuocare non potest, ita nec fiscus.

8 *Reuocationis beneficium ad haeredem non extenditur.*

14 *Reseruata sibi per donantem pro facultate testandi, an pertineat in casu praesentis quaestionis ad fiscum tanquam ad haeredem, an verò ad donatarium.*

Respondetur cum distinctione, de qua ibid.

15 *Haeres nullum ius habet in eo, quod sibi donator super bonis donatis pro facultate testandi reseruauit, quando simpliciter fuit reseruata certa summa, vel quantitas, sed omnia pertinent ad donatarium.*

Ita etiam nec fiscus, qui loco haeredis donatori delinquenti succedit ibidem, & supra, num.7.

16 *Secus autem esset, vbi donator aliquid sibi expressè reseruaret, de quo posset disponere.*

Et tunc cum reseruatum sit in bonis donatoris, sicut ad haeredem eius transit, ita etiam ad fiscum.

Et ita pluries fuisse in facti contingentia per Senatum iudicatum habetur ibid.

17 *Ad euitandas tamen difficultates in hoc casu cautela est, vt reseruationi, quae fiet, adijciatur clausula, quod si donans non disponat, ea in donatarium transeat, vti accessoria principalis negotij.*

CASVS CC. VII.

1 QVoniam donatio absenti facta Notario per eo stipulante ante ratificationem sequutam ius efficax donatario non tribuit, & per donantem reuocari potest, & alteri in praeiudicium ipsius donatarij concedi, Dec. in l. contractus, num.22. & 23. vers. & ampliatur singulariter ff. de reg. iur. Io. Mohedan. decis.1. alias 188. num.3. tit. de donation. Molin. de hispanor. primog. lib.4. cap.2. num.69. & seq. vers. contrariam autem, Vincent. de Franch. decis. Neapol. 339. num.2. part.2. & infiniti alij relati per Tesaur. decis. pedem. 70. num.3. vers. secunda erit conclusio, qui postea citatis contrarium tenentibus, tandem sub num.4. post vers. hi sunt, inquit, sententiam hanc, & magis communem, & veriorem esse, ita vt non sufficiat ratifica-
2 tio, postea sequens in praeiudicium iuris iam tertio quaesiti, Peguer. in suis decision. seu quaestion. crimin. c.48. ante num.11. vers. nec sufficeret, Dec. in d. l. contractus sub num.20. & 21. vers. & si nunc ratificaret, & Tesaur. d. decis.70. num.5. vers. Verum pro istarum varietatem concordia; Dubitari vidi an si donator
3 post factam absenti donationem Notario pro absente acceptante, & ante factam per donatarium ratificationem, delictum committat, ex quo eius bona publicentur, donatio ipsa subsistat in praeiudicium fisci, an vero potius corruat, & videbatur pro fisco facere, quod dictum est supra, quod scilicet per talem dona-
4 tionem ius donatario non fuerit quaesitum ante ratificationem sequutam, quae cum ante delictum facta non fuerit, nec eo sequuto fieri possit in praeiudicium fisci,
5 cui ius quaesitum videtur ex delicto commisso per donantem, cum quo videtur contractum tacitè l. Imperatores ff. de iure fisci, & ita pro ipso fisco arguit in terminis Tesaur. decis. pedem. 124. numer. 1. Qui tamen
6 num.2. contrarium decidit, volens donationem subsistere, & donatarium ad bona donata excluso fisco admittendum, quia hoc casu fiscum loco haeredis cen-
7 setur, & sicut haeres donantis donationem reuocare
8 non poterat, cum ad eum reuocationis beneficium nō extendatur per ea, quae tradidit d. decis.70. sub num.5. vers. & ideò si a donante, & sub num.9. vers. non autem poterit similis facultas, post Vinc. de Franch. d. decis.339. sub num.2. & 3. & alios per eum adductos, ita nec fiscus, & ita inquit determinasse Senatum in contingentia facti, vt in fin. d. decis.124. quę conclusio
9 potissimum admittenda est, quando in donatione adest constitutum, vt per Peguer. d. c.48. sub num.11. vers. sed hoc intelligas, quem sequitur Tesaur. d. decis.124. post num.2. & cum hac opinione transeundum pu-
10 taui, tanto magis, quia penes me tuta non est opinio supra relata, quod Notario stipulante pro donatario absente possit donator ante ratificationem a donatario factam reuocare donationem, quia sunt alij nume-
11 ro, & authoritate non inferiores, qui tenent tunc ius, & actionem statim, & irreuocabiliter acquiri absenti,
12 si non repudiet, nec aliqua ratificatione opus esse, nec
13 cessione, & ita veram, & communem sententiam se habere Bald. cons.146. num.8. lib.2. cons.238. in fine lib.5. Anton. de Bur. cons.9. in 4. dub. vers. nec obuiat, & ibi plena Apostil. Alex. cons.31. nu.16. lib.6. cons.53. num.7. lib.7. Dec. cons.293. sub num.2. vers. & licet, Corne. cons.139. in fine num.6. lib.3. Crauet. cons.19. num.11. in princip. tertij dubij, & consil. 252. num.2. versic. aduertendum, Tiraq. de constit. possessor. in 3. parte limit.30. nume.13. & seq. versic. contrarium tamen, & iterum nu.23. vers. sunt & alij, & rursus num. 49. & seq. vers. ex quibus vides, & infra, Clar. in §. donatio quęst.13. per totam, Cacheran. decis. Pedem.33. num.4. & seq. vsque ad finem, Ancharan. Regiens q. 23. sub num.9. in fine, & num. seq. lib.2. & infiniti per eos allegati.

14 Et firma stante conclusione prędicta pro validitate donationis, alia oriebatur quaestio inter fiscum, & donatarium de summa pecuniarum sibi per donantem reseruata pro facultate testandi, ad quam scilicet ea spectaret, an ad fiscum, an verò ad ipsum donatarium, in qua dubitatione amplectendam duxi distinctionem, traditam per Tesaur. decis. Pedem.97. quod aut per
15 donatorem fuit reseruata facultas disponendi simpliciter de certa summa, seu quantitate super bonis donatis, & tunc nullum ius fiscus habebat, prout nec donantis hęres haberet cuius loco esse videtur, sed omnia pertineant ad donatarium, si donator non disponat, quia donatio erat pura, & reseruata solum facultas disponendi, quae cum non habuerit effectum, donationē
16 non alterat; Aut fuit reseruatum aliquid expressè, de quo donans posset disponere, & tunc, cum reseruatum esset in bonis donatoris, sicut ad haeredem eius transiret, ita etiam ad fiscum spectat, secundum quam distinctionem pluries in facti contingentia Senatum iudicasse testatur Tesaur. d. decis.97. vbi tamen in finalibus verbis post Cagnol. per eum citatum in l. finali nu.
17 239. C. de pactis cautelam esse inquit, quod ad euitandas difficultates reseruationi, quae fiet, adijciatur clausula, quod si donans non disponat, ea in donatarium transeat, vt accessoria principalis negotij.

EPITOME.

An prohibita in criminalibus appellatione, vel nullitatis dictione, si in sententia Reus condemnetur ad restitutionem rei, vel ad reficiendum parti damna, expensas, & interesse liceat hoc respectu tantum à dicta sententia appellare, vel de eius nullitate dicere.

SVMMARIA.

1 *Nunquid pars ad restitutionem rei, vel refectionem expensarum, interesse, aut damnorum condemnata prohibita appellatione, & nullitatis dictione à sententijs criminalibus possit appellare, vel dicere de nullitate.*

Resoluitur quæstio ibidem cum distinctione immediatè, & per totum.

2 *Prohibita appellatione, & nullitatis dictione in causis criminalibus non intelligitur prohibitum, quod quis possit reclamare à nimia taxatione interesse damnorum, & expensarum, & sic appellatio, & nullitatis dictio quoad excessum, & grauamen.*

3 *Et ita semper fuit per Senatum Mediolani seruatum in practica.*

Et ita etiam Florentiæ seruari, tradit ibidem D. Author.

4 *Agitur de validitate decreti in statu Mediolani lib. 4. constit. §. a sententia de accusat. & concluditur pro eo, cuius etiam tenor, & intentio ibidem habetur.*

5 *Stante prædicto decreto condemnatus nihil contra sententiam opponere potest, nisi à Principe fuerit admissus ad nouas probationes, & defensas.*

6 *In eius tamen decreti terminis dicit D. Author, quod licet non appelletur à condemnatione damnorum expensarum, & interesse partis, à taxatione tamen appellatur.*

7 *Statuta prohibent à sententijs appellari, vel de nullitate dici, de iure validum est, & ita vsu, & consuetudine probatum est.*

8 *Appellari potest à sententia Iudicis, qui se competentem declarat, quando per statutum coram eo reus molestari prohibetur.*

9 *Tollenda est via, per quam Iudices possunt ad se trahere omnes causas, & omnium aliorum Iudicum iurisdictionem absorbere.*

CASVS CC. VIII.

1 PRohibita appellatione, & nullitatis dictione à sententijs criminalibus dubitatum fuit, an si in causa criminali vna ex partibus condemnetur ad restitutionem rei, vel ad reficiendum interesse, damna, aut expensa alteri, possit in hoc pars condemnata appellare, vel dicere de nullitate sententiæ, Bald. cons. 119. num. 6. & seq. vers. dubitatur vtrum lib. 2. tenet,

2 quod non liceat appellare, vel de nullitate dicere, si vellet pars grauata retractare sententiam, sed quod si vellet reclamare respectu excessus in exequendo, posset, & quod ideò potest appellare, & de nullitate dicere à nimia taxatione interesse, damnorum, & expensarum; facit Clar. in pract. crim. quæst. 1. num. 2. vers.

3 Tertius est casus in fine, vbi quod semper vidit per Senatum Mediolani reijci appellationes à condemnationibus damnorum, vel expensarum litis in causis criminalibus indistinctè, siue venirent ex eadem lege, siue ex alia, & solummodo admitti appellationem, siue reuisionem respectu excessus; Idem vidi ipse seruari Florentiæ, & Iudices appellationum in ciuilibus causis iudicasse iurisdictionem non esse deuolutam, & ipsos Iudices, qui condemnarunt, taxasse talia damna, & expensas citatis partibus, neque tali taxatione vti excessiua vidi postea ad additos Iudices ciuiles appellatum, & ad prædicta facit Boss. in pract. crim. tit. de appellat. nu. 8. & plur. seq. vbi non videtur dissentire;

4 In statuto Mediolani adest decret. lib. 4. constitut. tit. de accusation. §. a sententia, quod a sententia lata in causa criminaliter mota, & criminaliter decisa, siue interlocutoria, siue diffinitiua sit, etiam respectu interesse partis in ea sententia comprahensi, non possit per quempiam appellari, querelari, nec de nullitate dici, nec in integrum restitutio peti, nec alio iuris remedio vti, sed executioni mittatur, sola recursus ad Princi-

5 pem relicta via, quod decretum valet, Clar. in pract. crim. quæst. 94. num. 3. & in §. homicidium num. 64. in fin. Boss. remissiuè d. tit. de appellat. num. 7. ideoque nihil contra sententiam opponere potest condemnatus, nisi à Principe fuerit admissus ad nouas defensiones, Clar. quæst. 96. num. 5. In cuius tamen decreti ter-

6 minis dico, quod licet non appelletur a condemnatione damnorum, expensarum, & interesse partis, a taxatione tamen appellatur per allegatum consilium Bal. & alia prædicta, & de validitate Statuti prohibentis à sētētijs appellari, vel de nullitate dici videantur Bart. in l. omnes populi num. 27. vers. iuxta premissa quæro ff. de iust. & iur. Rom. in Rub. ff. de arbitr. nu. 55. vers. & primo, Boss. dicto tit. de appellation. num. 7. vers. statuta tamen, Clar. in pract. crim. q 94. num. 5. vers. Cæterum in hoc Ducatu, & ibi Baiard. in addition. ad

7 eum num. 43. & ita vsu, & consuetudine probatum est, quod scilicet talia statuta valeant, vt firmat Clar. loco citato, & verum est; Si tamen vno Iudice contra aliquem procedente diceretur, quod coram eo Reus molestari non posset, & lupex ille se Iudicem com-

8 petentem pronuntiaret, bene à tali sententia appellaretur, nec appellatio hęc à statuto sublata intelligitur, quia alias quis posset trahere ad se omnes causas de

9 mundo, & per hanc viam indirectam absorbere iurisdictionem omnium aliorum Iudicum, vt tradit Angel. cons. 195. num. 3. vers. 2. quia, quem sequi videtur Dec. cons. 49. sub num. 2. & Roland. alias citatis, cons. 33. num. 6. lib. 4.

EPITOME.

Quod Strigiæ, quæ certis determinatis temporibus coram Dęmone congregantur, & veram Christianam fidem abnegant, & alia quędam faciunt ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & Iudicibus Ecclesiasticis processari, & puniri debent, nec Iudices seculares in hoc aliquo modo directè vel indirectè se intromittere possunt.

SVMMARIA.

1 *Strigiæ sunt hereticæ idolatræ, & apostatæ.*

2 *Strigiæ processari, & puniri debent ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis solis, vel cum ordinarijs locorum.*

3 *Strigiæ nunquid realiter & corporaliter vadant ad ludum, & coreas Dęmonum, an verò tantummodo fantasticè, & illusoriè, ac in somnijs id eis eueniat maxima controuersia est inter scriptores antiquos, & modernos.*

4 *Quomodocunque res sese habeat, hoc mihi refert, quoad eas processandas, & puniendas.*

5 *Iudex secularis in puniendis, & processandis Strigijs, nullo modo se intromittere potest directè, vel indirectè.*

6 *Si tamen illas in fortijs habeat pro infanticidijs, vel alijs delictis secularibus, si eas interrogando cognoscat, quod* sint in

sint in dicto errore hæreticali, debet transmittere processum inquisitoribus, vel locorum ordinarijs cum illis Strigijs.

Ad hoc vt ij in causa illa hæresis procedant, et peracto processu sibi restituantur.

7 *Strigiæ peracto processu per Inquisitorem, vel loci ordinarium ad Iudices seculares puniendæ remittuntur.*

8 *Quid autem iuris sit in exercentibus sortilegia, incantationes, et artem diuinandi, et medendi, et huiusmodi, et pro his, et similibus demones inuocantibus.*

Et an ab Inquisitore, vel loci ordinario, an verò à Iudice seculari puniatur, remissiuè hic traditur.

CASVS CC. IX.

1 STrigiæ, quæ certis temporibus in certis locis co-
ram Dęmone congregantur, & veram Iesu Chri-
sti Saluatoris, & Domini nostri fidem, & Sāctum Bap-
tisma, ac Dominum Deum, & Beatam Virginem Ma-
riam abnegant, Sanctissimam Crucem Domini nostri
Crucifixi conculcant, & fidelitatem, & subiectionem
in manibus diaboli iurant, illumque in earum Dominū
acceptant, & tamquam talem recognoscunt, venerantur,
& adorant, aliaque scelera nephanda, & turpissi-
ma faciunt, de quibus latè tradunt Bart. Fumus in sum-
ma Armilla in verbo Strigiæ, Frater Bernardus Co-
mēs. in tract. de Strigijs posito in fine tractatus eiusdē,
qui dicitur Lucerna Inquisitorum hæretic. prauit. nu.
1. & plur. seq. & ibidem Franc. Pegna in additionib.
Paul. Grilland. in tract. de Sortilegijs, q. 7. numer. 28. &
seq. Zerul. in praxi episcop. in 1. part. in verbo Strigiæ
sunt hæreticæ, Idolatræ, & apostatæ, ideòque proces-
sari, & puniri debent ab Inquisitoribus hæreticæ pra-
2 uitatis soli, vel cum ordinarijs locorum, vt ostendit
Frater Bernard. vbi supra numero 12. vers. cum ergo
prædictæ Strigiæ, & ibi Franc. Pegna in addition. in
versic. cum verò, ad quæ dicta se remittit idem Frater
Bernard. in Lucerna Inquisit. hæret. prauit. in verbo
Secta Strigiarum, Zerul. in d. praxi. Episcopali in ver-
bo casus in quibus locorum ordinarij possunt proce-
dere contra Laicos, vers. Strigiæ, & Iterum in verbo
Strigiæ vers. 3. curare debent: Summa Armilla, vbi su-
3 pra in fin. & licet maxima sit controuersia inter scrip-
tores antiquos, & modernos, an hæ Strigiæ realiter, &
corporaliter vadant ad ludum, & choreas dęmonum,
& iam dicta facinora committant, an verò tantummo-
do fantasticè, & illusoriè, ac in somnijs prędicta omnia
eis contingant, & vltimam partem teneant Frāc. Pon-
zinib. in tract. de Lamijs nu. 39. cum seq. & Repertor.
Inquisitor. prauitat. hæretic. in verbo Xorguinæ, & ibi
etiam Addent. ad eum, Primam verò tueantur Grillan.
vbi supra nu. 7. & seq. Summa Armilla in d. verbo Stri-
giæ, post principium, & Frater Bernard. in d. tractat. a
num. 1. vsque ad num. 12. qui etiam rationibus tenen-
tium contrariam opinionem respondet, quam Franc.
Pegna. ibi in addit. vers. institutum huius authoris di-
cit esse communem, & verissimā, ac multis rationibus,
& euidētibus signis, atque experimentis approbatam,
tamen quoad propositum nostrum nihil refert, an
4 vna, vel altera eligatur opinio, quia etiā tenendo vlti-
mam, quod illudantur a diabolo sunt processandæ, &
puniendæ à Iudice Ecclesiastico, vt dicit Frater Ber-
nard. in d. tract. num. 12. vers. cum ergo prædictæ Stri-
giæ, & Repertor. Inquisitorum prauit. hæretic. in ver-
bo Xorguinæ.
5 Nec Iudices seculares in hoc se intromittere possūt
aliquo modo directè, vel indirectè c. vt Inquisitionis §.
prohibemus de hæretic. in 6. In tantum quod si ipsi Iu-
6 dices seculares tales Strigias in fortijs habeant pro in-
fanticidijs, vel alijs delictis secularibus, & dum eas in-
terrogant, constet quod sint in dicto errore hæretica-
li, debeant transmittere processum Inquisitoribus, vel
locorum Ordinarijs cum ipsis Strigijs, vt ij in causa il-
7 la hæresis procedant, & peracto processu eas Iudici-
bus secularibus restituant, qui aliorum criminum iudi-
cium iam cęptum prosequantur, & iustitiam faciant,
ita colligitur ex traditis per Franc. Pegnam, in d. addi-
tion. ad tractatum de Strigijs fratris Bernardi circa fi-
nem vers. Sed ab hac sententia, & infra; Quid autem
8 sit in exercentibus sortilegia, incantationes, artem di-
uinandi, & medendi, & huiusmodi, & pro his, & simili-
bus dęmones inuocantibus, & an ab Inquisitore, aut
ordinario Ecclesiastico, an verò a Iudice seculari pu-
niantur, dixi infra casu 223. ad quæ dicta me remitto.

EPITOME.

An in promissione de non offendendo, Treuga, vel pace, per se, vel alios attinentes, & propinquos vsque in certum gradum comprahendantur spurij, vel simpliciter naturales tantum, ita, vt per offensionem ab ipsis factam incōpræhensis in dicta promissione, Treuga, vel pace, & contrauentionem incurratur pœna conuentionalis, vbi multa ad propositum deducuntur.

SVMMARIA.

1 *Prouisio facta per aliquos de se inuicem non offendendo, neque per se, neque per consanguineos, cognatos, affines, aut attinentes vsque in tertium, vel quartum consanguinitatis, vel affinitatis gradum simpliciter, et propriè loquendo, non comprahendit spurios, nec etiam naturales tantum secundum aliquos.*

2 *Et ideo, si naturales, et spurij alios in promissione comprahensos offendant, vel ipsi ab illis offendantur, pœna non cōmittitur.*

3 *Impropriè autem de naturalibus, qui sub patris gubernio viuunt, secus esset.*

Quam opinionem D. Author sequeretur in facti contingencia.

Illud idem etiam teneret de spurijs, si ex facti circunstantijs, et ex his, quæ erga eos fierent per patres, aut alios attinentes Iudici videretur, quod ex ea causa pro qua ad promissionem deuentum est, offensio actiuè, vel passiuè in illis spurijs euenerit.

Et in hoc multum versatur arbitrium Iudicis. ibidem.

4 *Contrariā tamen opinionem, quod immo propriè, et naturales, et spurij in dicta promissione comprahendantur ex pluribus tenet Baldus consilio 441. in primo dubio.*

5 *In hoc casu videtur habenda esse ratio ad naturalē affectionem, et caritatem insitam à natura ipsa, quæ non secus in istis militat, ac in alijs faciat.*

Immo sæpè maior in his, quàm in illis affectio reperitur.

6 *Opinio Baldi, de qua supra, procedit etiam, si promissio vel lex, vel statutum loqueretur per verba ciuilia, et ius denotantia.*

7 *Item procedit etiam si dictum esset de certo gradu computando secundum ius ciuile.*

Quod quidem quomodo procedat, declarat paulò post, ibid. num. 9.

8 *Spurij de iure Ciuili sunt incogniti.*

10 *Consil. Baldi, de quo supra ab Auctore commendatur, vti plenum in hac materia, elegans, et subtile.*

Pater

11 *Pater an pro filijs naturalibus, vel spurijs cogi possit fideiubere, vel promittere de non offendendo, & resoluitur, quod sic.*

12 *An spurij, vel naturales comprehendi debeant in cautione de non offendendo, arbitrium secundum aliquos censetur, qui tamen in dubio tenent non comprehendi.*

14 *In cautione de non offendendo facilius veniunt naturales tantum, quam spurij.*

CASVS CC. X.

1 PRomissio facta per aliquos de se inuicem non offendendo, neque per se, neque per consanguineos, cognatos, affines, aut attinentes, vsque in tertium, vel quartum consanguinitatis, vel affinitatis gradum, non comprehendit spurios, nec etiam naturales
2 simpliciter, & propriè, adeò quod si tales offendant alios comprehensos in promissione vel ipsi ab illis offendantur, pœna non committitur, ita ex multis concludit Herculan. in tract. de caut. de nō offendendo c. 32. per totum, Idem in spurij tenet Vulpel. in tract. de pace, induc. & promission. offend. q. 84. etiam in tota, sed impropriè naturalibus, qui sub patris gubernio vi-
3 uerent, contrarium tenet q. seq. 85. per totam, cuius opinionem sequerer in facti contingentia, & in spurijs etiam idem tenerem, si ex facti circumstantijs, & ex his, quæ erga eos fierent per patres, aut alios attinentes, Iudici videretur, quod ex ea causa pro qua 1 promissionem deuentum est, offensio actuè, vel passiuè euenerit in illis spurijs, in quo multum Iudicis arbitrium versari dixit Vulpel. d. q. 84. in fin. Imò reperio,
4 quod Bal. cons. 441. in primo dubio per totum latè disputat hanc quæstionem ad partes, & tandem concludit, & propriè naturales, & spurios compræhendi in d. promissione, & ex pluribus mouetur, quæ ibi videri possunt, & potissimum ex eo, quod in hoc proposito
5 videtur habenda esse ratio ad naturalem affectionem, & caritatem insitam a natura ipsa, quæ non secus militare videtur in talibus filijs, quam in legitimis, & naturalibus, immo & sæpe maior in illis est, quā in his, & Baldum sequi videtur Moron. in tract. de tr. c treug. &
6 pace q. 181. nu. 1. 2. & 3. & aduertendum est, quod Bal. loquitur etiam, quod promissio, vel lex, aut statutum de ea loquens, loqueretur per verba ciuilia, & ius de-
7 notantia, imo in fine consilij addit id procedere, etiam si dictum esset de certo gradu computando secundum
8 ius ciuile, quo Iure spurij sunt incogniti, quia inquit
9 hoc esse factum ad differentiam iuris canonici, & non ad exclusionem illegitimorum, & iuris naturalis, quod est notandū, & miror quod Hercul. & Vulpel. non ad-
10 duxerint d. cons. Baldi, quod in materia est & plenum, & elegās, ac subtile, & ex prædictis etiam deciditur, an
11 pater pro talibus filis naturalibus, vel spurij cogi possit fideiubere, vel promittere de non offendēdo, in qua Hercul. & Vulpel. concludunt prout in eorum resolutione, vt supra, an sint compræhensi in iam facta, sed secundum allegata ex Bald. & Moro. tenetur, vt supra His iam scriptis reperij, quod Vinc. Caroc. in suis decisionibus casu 8. posuit hanc quæstionem, quærens, an spurij venire debeant, seu compræhendi in cautio-
12 ne de non offendendo, & post plura argumenta in vtramque partem adducta concludit, quod amplectivnam, vel alterā opinionem residet in Iudicis arbitrio, considerata qualitate, & natura tam eorum, qui cautionem præstare debent, quā ipsorum spuriorum, sed quod tamen in dubio non censentur compræhensi, illud tamen ex dictis per præfatum Doctorem constat, quod facilius in hac promissione venire debet naturales tantum, quam spurij, quod admitti potest & cōfirmari ex his, quæ in alijs tamē terminis tradunt D. Rustic. in tract. an, & quando liber. posit. in condit. censeantur vocat. lib. 2. c. 6. nu. 53. & Farin. lib. 1. quæst. criminal. q. 13. num. 51. & seq. vsque ad finem.

EPITOME.

Stante lege municipali in Magno Ducatu Æturiæ, quod qui sine armis tentauit carnaliter cognoscere fœminam, vel masculum per vim, aut violentiam, effectu non sequuto condemnetur ad Triremes, cum armis vero in pœnam vitæ, an vt quis incidat in dictam pœnam, necesse sit, vt deuenerit ad actus valdè proximos, & fecerit quidquid potuerit, vt volūtatem suam expleret, an vero sufficiat, quod aliquam fecerit violentiam, & ad aliquem actum facti deuenerit tangedo personā.

SVMMARIA.

1 *Stante statuto quod qui sine armis tentauerit carnaliter cognoscere feminam, vel masculum per vim, aut violentiā, etiam effectu non sequuto, condemnetur ad triremes, cum armis verò in pœnā vitæ, dubitatur qualis, & quāta debeat esse ista vis, & ista violentia pulchrè, & latè per totum.*

2 *Quis nam dicatur deuenisse ad actus proximos ipsius facti.*

3 *An & quā do quis dicatur aliqualē violētiā alteri intulisse.*

4 *Qui nam stante prædicto statuto firmant ad hoc vt illo locus sit requiri, quod quis deuenerit ad actū multum proximum facti, & quod eorum opinio reprobatur, num. seq.*

5 *Ad hoc vt sit locus prædicto statuto sufficit, quod aliqua interuenerit violentia, vel iustus timor cohertionis, ibid. num. seq. & 10. & 15.*

Imò sufficit sola violentia per interpellationem, & suasionem, ibidem num. 7.

6 *Intermini prædicti statuti vim pati dicitur, qui terroribus conterceri potest.*

8 *Violentia ne dum facto, sed etiam verbis committi potest.*

9 *Statutum prædictum loquitur de simplici vi aut violētia.*

10 *Violentia multis modis committitur.*

11 *Opinio Bertazoli, & sequacium in præsenti casu procedit de iure communi.*

12 *Attentatum ad delictum de iure communi non punitur pœna ipsius delicti, sed mitiori.*

13 *Fallit vbi fuerit ita propinquum, quod quasi sit de esse ipsius delicti, quod non fuit perfectum.*

14 *Statutum puniens attentatum certa pœna nō requirit actū facti proximū ad hoc, vt locum habeat, et supra per totum.*

CASVS CC. XI.

1 STante lege municipali, quod qui sine armis tētauerit carnaliter cognoscere fœminam, vel masculū per vim, aut violentiā, etiam effectu non sequuto condemnetur ad Triremes, cum armis vero in pœnam vitæ, dubitatum fuit, qualis esse debeat ista vis, seu vio-
2 lentia, & an necessarium sit quod attentans deuenerit ad actus valdè proximos, & fecerit quidquid potuerit, vt voluntatem suam expleret, an verò sufficiat, quod aliquam fecerit violentiam, & ad aliquem actum
3 facti deuenerit, puta accipiendo, personam, quam cognoscere volebat, per bracchia, aut per manus, vel aliter, & eam retinendo, nec dimittendo, & eo modo stando, vt sibi assentiret contra tamen talis
4 personæ voluntatem, & illa semper recramante, & pro prima opinione, quod requiratur, quod deuenerit ad

actum multum proximum, & fecerit omne possibile,
facit Bertaz.cons.crim.203. in toto lib.1. & Bald.in l.
si quis non dicam rapere num.5. vers. Sexto oppono
C.de episcop.& cleric.ac Roman. cons.427.n.5.vers.
cęterum; Sed pro secunda opinione, quod sufficiat,
5 quod aliqua interuenerit violentia, per quam corpus
personę lædatur, & animus affligatur, & offendatur,
facit Castrens.cons.27.per totum lib.1.Nec verum vi-
detur, quod requiratur actus moltù proximus, & pro-
pinquus copulæ carnali, vt per Corn.cons.207. num.
18.lib.2.Imò vt dicit Bal.cons.267.num.3. lib.1. suffi-
6 cit iustus timor coherctionis, quia dicitur in his ter-
minis vim pati, qui terroribus poterat cohęrceri,
quod & demonstrat Corn. supracitatus, & magis in
terminis istis facit Boss. tit. de coitu damnato, & pu-
nib.num.66. vers.& aduerte, vbi quod ad puniendum
pœna capitali stuprum violentum iuxta l.1.§.fin.ff.de
extraord. crim. non est necessaria omnis omnino vis,
7 siue violentia, sed sufficit aliqua violentia etiam per so-
lam interpellationem, & suasionem, vt est casus in d.
textu,qui vere hoc probat,& ita ibi expresè vult Bar.
in fin. & post eum Alberic. sub num.1. & August. de
Arimin.in additione ad Angel. de Malefic. in verbo,
Che hai adulterato la mia donna, num.55. in fin. vers.
Sed aduerte,& num.seq.vbi etiam declarat,quod vio-
8 lentia committitur etiam sine facto,sed verbis, & facit
idem Boss.tit.de plurib.violent.num.16. versic. quan-
do quis dicatur num.37.38.& 39. vers. Nec etiam,vbi
dicitur solummodo requirere, quod interueniat vis
aliqua, seu violentia, quæ atrox dici possit; Imo po-
stea loquens in istis nostris terminis num.63. vers.non
omitto, se remittit ad dicta per ipsum in d.tit.de coitu
damnat.& punibil.& per Bartol.in d.§. fin. Quod ma-
9 ximè videtur procedere in terminis tali legis munici-
palis,quæ de simplici attentatione cum vi,aut violen-
10 tia loquitur, nec declarat, qualis esse debeat,vt ideò,
cum multis modis ea committatur satis sit, quod
11 vno modo interuenerit, & dicta per Bertaz.& Bald.&
Roman.procedunt de iure communi,secundum quod
12 attentatum ad delictum non punitur pœna ipsius de-
licti,sed mitiori,nisi fuerit ita propinquum,quod quasi
13 sit de esse ipsius delicti,quod nõ fuit perfectum, neque
14 consummatum, secus autem videtur in terminis statuti
volentis attentatum puniri certa, & determinata
pœna, quia tunc sufficit, quod deuentum fuerit ad
actum facti violentum etiam si non sit ita propinquũ
ipsi maleficio,& ad propositum seruiunt, qui quæ dif-
15 fusè dixi in prioribus resolutionibus criminalibus an-
tea impressis casu 95.in toto.

E P I T O M E.

An detentus in Palatio,domo,vel alio loco cum promis-
sione, & satisdatione de non discedendo sub certa pę-
na, si recedat, & postea cito, & spontè reuertatur di-
catur promissioni contrauenisse, ita vt incidat in pœ-
nam promissam, & eam soluere teneatur.

S V M M A R I A.

1 *Detentus in Palatio, domo, vel alio loco cum promissione, & satisdatione de non recedendo sub certa pœna dicitur propriè carceratus.*

2 *Recedens à loco, in quo quis sub certa pęna detentus est, dicitur ita carceres fregisse,& delictũ fateri, sicut existẽs in compedibus, vel in carceribus, & ex eis aufugiens.*

3 *Fallit hoc, vbi citò reuerteretur, tunc verò, nec ipse pęna fracti Carceris punitur, nec eius fideiussor ad pęnam conuentionalem tenetur, ibidem, infra num.8. contrarium infra num.16. cum seq.*

4 *Statutum puniens fugientem de carcere non includit illos qui exierunt animo redeundi,dummodo citò,& spontè redeant,non post aliquod tempus,& maximè si in fuga caperentur num.seq.*

5 *Promittens Iudici non recedere à loco sibi pro Carcere assignato sine eius licentia sub pęna mille scutorum non incidit, in pęnam, si inde sine licentia egrediatur, & postea redeat, nec pęna carceris fracti tenetur.*

6 *Factum non dicitur, quod non durat factum.*

7 *Diuertiße non videtur, qui breui reuersus est.*

8 *Fugiens ex Carcere, vel alio loco sibi pro Carcere assignato non habetur, pro confesso, nec pęna fracti Carceris punitur, si animo redeundi aufugit,& voluntariè citò reuersus fuit ibidem, & supra num.3.*

9 *Promittens debitorem non recedere ex Curia sine licentia,donec debitum,pro quo detinebatur solueret, si absque licentia recessit, sed paulo post rediit, stipulatio non committitur, nec pro ea fideiussor conueniri potest, & quarè.*

10 *Ob recessum detenti qui statim fuerit reuersus,nullum dicitur illatum damnum, vel præiudicium parti.*

Illud idem etiam euenit in eo, qui detinetur à fisco, qui recedit. & statim reuertitur, ibidem num.12. & 23.

11 *In Prętorijs stipulationibus pęna conuentionalis non exigitur. non dato interesse fisci.*

13 *De inobedientia non punitur, qui promisit de non discedendo ex Pratorio, & discessit, sed postea non requisitus rediit.*

14 *Ampliatur hoc procedere, etiam si ex interuallo redeat ante tamen condemnationem.*

15 *L. diuortium non est ff.de Diuort. de breui reuersione loquitur.*

16 *Recedens sine licentia ex loco sibi assignato tenetur ad pęnam conuentionalem.*

17 *Hoc procedit etiam si spontè & statim redierit quis.*

18 *Recedens vt supra dicitur promissioni contrauenisse.*

19 *Maximè si adesset iuramentum, ibid. & num.24.*

20 *Casus pręsentis quęstionis variè fuit in facti contingentia decisus.*

21 *Pęna, sub qua quis promisit à loco sibi assignato non recedere in euentum contrauentionis non soluitur tota, sed arbitrio Iudicis mitigatur ibidem, & num.9. & 24.*

22 *Ita etiam seruaße in cõtingentia facti testatur D. Author paulò post.*

23 *Durum est, quod vbi nullum damnum fisco est illatum per recessum detenti qui cito, & voluntariè rediit ad locum sibi assignatum, tota pęna promissa exigatur.*

24 *Quod maximè procedit vbi esset magna.*

25 *Mora propter iuramentum purgari non potest.*

C A S V S CC. XII.

1 DEtentus in Palatio, domo, vel alio loco cum
promissione, & satisdatione de non recedendo
sub certa pęna, licet propriè dicatur carceratus,& di-
2 scedens, ita carceres fregisse,& delictum fateri videa-
tur sicut existens in compedibus, vel in carceri-
bus, & ex eis aufugiens,vt notant Doctores in l. qui in
carcerem sub num. 1. ff. quod met. caus. vbi præci-
puè Bart. Angel. in l.1. numero 2. C.de priuat carcer.
Marsil.in l.si quis percussorem numero nono, C.ad l.
Cornel.de sicar.& in pract.crim.§. attingam num.24.
& seq. Grammat. cons.crim. 57. num.4. Bertaz. cons.
crim.35.

crim.35. num.3. lib.1. & ibi etiam Claud. eius filius in additionibus, in prima apostilla sub litera A,& alij adducti per Borgnin. decis.14.num.1.& seq.in 5.parte, & per Mascard. tom.1. de probatio. in verbo, carceratus, conclus.266. num.8. & plur.seq.in 4.& 5.ampla-
3 tionibus, tamen si recedat, & postea cito, & spontè reuertatur, non tenetur ipse, nec eius fideiussor ad pęnam conuentionalem, ita in puncto decidit Carer. in pract.crim.in materia inditiorum,§.tertium inditium, nu.30. fol.mihi 52. dicens esse notandum, & habuisse in facto, ad idem facit, quod antea eodem loco voluit ipse Carer. num.26. & 27. quod scilicet statutum pu-
4 niens fugientem de carcere nō includit illos, qui exierunt animo redeundi, dummodo cito, & spontè redeant, non si ex post facto per aliquod temporis spatium,& maximè si in fuga capiantur;Eandem opinionem sequēdo Carer.tenuit Hercul.in tract.de caut. de non offend. c.50. num.17. & seq.vbi formaliter dicit,
5 quod si Iudex assignauit alicui aliquem locum pro carcere, & is promisit non recedere sine lincentia Iudicis sub pœna mille scutorum, & inde sine licentia egressus est, sed redijt, non incidit in pœnam, quia nec tenetur pœna carceris rupti,qui exijt de carcere, & postea redijt, quod & tradit Marsil.per eum adductus cōs.122. num.3. non enim, vt per exemplum notat ibi Marsil. nu.2.4.& multis seq. factum aliquod esse dicitur,quod
6 nō durat factum,nec vt dicit text. in l.quidquid calore
7 in fin.ff.de regul.iur.diuertisse videtur,qui breui reuersus est;facit Ghirland.in tract. de relaxation.carcerat. tit.de fuga. sub num.7.& 8.vers. hæc tamen exceptio, & iterum sub num.13. vers.4.limitatur, vbi quod fu-
8 giens ex carcere,vel alio loco sibi pro carcere assignato non habetur pro confesso,nec pęna fractis carceris punitur,si animo redeundi aufugit, & voluntariè citò reuersus fuit,& bene in proposito seruit Roman.cons. 193.per totum,de quo meminit Afflict. decis.130.nu. 7.vbi consuluit, quod promittens debitorem non re-
9 cedere ex curia sine licentia, donec debitum,pro quo detinebatur, solueret, si absque licentia recessit, sed paulo post redijt,stipulatio non cōmittitur,nec pro ea fideiussor conueniri potest, quod multis probat rationibus, & ea potissimum, quod nullum ex tali recessu
10 illatum est damnum, aut præiudicium parti, nec stipulantis interest debitorem sine licentia recessisse, cū postea fuerit reuersus, quod comprobari potest ex dictis per Cacheran.decis.Pedem.70.num.13.& seq.vbi
11 quod in prætorijs stipulationibus pęna conuentionalis non exigitur non dato interesse fisci, quod in isto casu considerari non potest, cum in nihilo sit fiscus dan-
12 nificatus,nec ius ipsius perierit, aut in aliquo diminutum in causa, pro qua retentio fiebat ob recessum detenti,qui statim fuit reuersus,quam rationem maximè ponderat Farin.lib.1.q.crim. q.30.qui n.70.71.& 72. loquitur de præfata opinione Carer. & multa pro ea adducit,licet non omnes præcitatos doctores alleget, cum quibus nouissimè conuenit D.Hortens.Caualcan.
13 in tract.de brach.reg.part.nu.240.vbi inquit, quod si fideiussor promisit pro aliquo de non discedendo ex Pretorio, si ille discedat, & postea non requisitus redijt, non potest condemnari pro inobedientia,& allegat Carer. & Ghirland. vbi supra, imò videtur velle,
14 quod sufficiat, quod etiam ex interuallo redierit ante tamen cōdemnationem per l.diuortium non est ff. de
15 diuortijs, quæ tamē de breui reuersione loquitur Verumtamen contrariū in indiuiduo consuluit Vulpel.re-

16 spon.crim.139.per totum,vbi concludit recedentem sine licentia ex loco sibi assignato teneri ad pœnā conuentionalem,eamque exigi posse,etiā quod postea sta-
17 tim, & spontè redierit, ex quo propter contemptum Iudicis commissa est stipulatio, & negari non potest,
18 quin promissioni cōtrauenerit, & Vulpel sequutus est Claud. Bertaz. in addition. ad consilia Bartholomæi partis cons.80.lib.1.in crim.in additione sub lit.A.post princ.& eam etiam refert Farinac.d.q.30.num.73.qui & nu.74.non nulla illi seruientia adducit, quam etiam num.75. & seq firmat tanquam veriorem, & sustentabiliorē de iure, & de omni modo rigore, & maximè
19 si adesset iuramentum, & respondet facientibus pro contraria sententia, fatetur tamen nu.77. quod bis in
20 vrbe vidit hunc punctum disputari, & diuersimodè terminari,nam vna vice fideiussor fuit admissus ad cōpositionē,& pęna,quę erat mille scutorum fuit reducta ad quingentos,alia vice fideiussor fuit liberatus per dictum Carerij, qua propter dicit ipse, quod si Iudex es-
21 set, nunquam condemnaret promittentem in integrā pęnam,nec eum impunitum demitteret,sed pęnā conuentionalem mitigaret, & ad minorem summam in condemnatione reduceret, & sic pœnam rigorosam fugeret, & contemptui Iudicis cum æquitate prospiceret, & ita etiam sequendo in hac Doctorum contrarietate ipsum Farinac. tenet Baiard.in additionibus ad Clarum in pract. crim.q 21.num.105. vers.Item adde, quod recedens,vbi etiam adducit Io.Bapt.Caccialup. idem in non absimili quęstione dicentē in tract. de debitor.suspect. & fugitiuo in 1.q. principali num.2.seq.
22 Et ita etiam ego aliàs dixi in contingentia facti reducendo pęnam promissam ad medietatem tantum,quia
23 mihi semper visum fuit nimis durum, quod vbi nullum damnum fisco est illatū per recessum detenti, qui cito, & voluntariè redijt ad locum sibi assignatum, tota exigatur pœna promissa, & maximè vbi sit ma-
24 gna,scio tamen alios aliud quandoque sensisse, & iudicasse, quorum sententia magis de plano admittenda esset,quando promissio esset iurata,cum tunc pro-
25 pter iuramentum mora purgari non possit, vt per Vulpel.d.respons.139.num.9 & per Farinac.d.q.crim. 30.num.76.

EPITOME.

Quod Reus repertus in flagranti crimine, si sibi linguam abscindat, ne in tormentis, vel aliter interrogatus maleficium confiteri cogatur, pro confesso habetur, & tanquam talis condemnatur,& idem si non in flagranti crimine depręhensus, sed carceratus ita faciat.

SVMMARIA.

1 *Reus deprehensus in flagranti crimine,& sibi linguam abscindens, ne in tormentis maleficium confiteatur pro confesso habetur.*

2 *Ampliatur hoc procedere etiam in quolibet alio in Carcere existente, ibid. num.4.*

3 *Carceratus si Carceres frangit habetur pro confesso.*

4 *Carerius defenditur contra Bonifatium ab Authore, qui in hoc præsenti casu cum Carerio concludit.*

CASVS CC. III.

1 REus deprehensus in flagranti, crimine, & sibi abscindens linguam, ne in tormētis maleficiū confiteatur;pro cōfesso habetur, ita in puncto decidit

Bonif. de Vitalin. in tract. maleficior. tit. de Inquisitione in forma inquisition. super relatu n. 39. vers. sed pone, quod procedatur, cuius dictum sequitur Carer. in pract. crim. in materia torturæ §. tertium inditium in fin. num. 43. folio mihi 52. qui tamen generalius loquitur, quam Bonifat. Dicit enim Carer. quod vbi existens
2 in carcere timore tormentorum, ne confiteatur per illa, sibi abscindit linguam, habetur pro confesso de delicto, pro quo erat carceratus per dictũ illud Bonif. quod singulare appellat, sed Bonifat. non simpliciter, & indistinctè hoc firmat, tantum eo casu, quo quis in maleficio deprehensus est, alias secus esse dicit, & allegat, quæ habetur in tit. ff. de bon. eorum, qui ante sententiam mort. sibi consciuer. & quod dicitur de
3 carcerato, qui si frangit carceres, habetur pro confesso, sed certè vbi constare posset, quod reus, ne ex tortura sibi inferenda delictum pro quo detinebatur, fateri cogeretur, & ex inde vti confessus puniretur, linguam sibi abscidisset, illum pro confesso haberem,
4 prout intelligit Carer. Nec iura allegata per Bonifatium contradicunt, nec exemplum de carcerato carceres frangente, imò omnia potius faciunt pro Carer. si bene considerentur.

EPITOME.

Quod quis condemnari potest, si aliquid dicat, aut faciat, quod mali tantum sit exempli, & qualis esse debeat pœna, & de alijs ad hanc rem facientibus.

SVMMARIA.

1 *Condemnari quis potest etiam ex eo solo, quod res sit mali exempli ibidem, & num. 4.*
2 *Malum exemplum non pena capitali punitur, nec omnium bonorum, sed remissiori, & mitiori.*
3 *Decisio huius præsentis casus non rarò euenit in facto, et sæpius fuit ab Authore practicata.*
4 *Ob malum exemplum quis puniri debet.*
5 *Delicta, quæ mali sunt exempli tanquam Reipublicæ multũ perniciosa cæteris grauiora reputãtur, et grauius puniũtur.*
6 *Manifestè: siue palam delinquentes ob id grauius peccare dicuntur, quoniam pluribus peccandi exemplum præbent.*

CASVS CC. IV.

1 Condemnari quis potest etiam ex eo solo, quod res sit mali exempli l. 3. vers. sed ex Senatu consulto ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. si quis aliquid §. qui ab hortionis ff. de pœnis Bald. cons. 262. ante fin. lib. 2. Borgnin. decis. 15. in fin. num. 22. parte 5. dicit tamen Bal.
2 vbi supra, quod tunc pœna non debet esse capitalis, nec omnium bonorum, sed remissior, & mitior, quod summam habet æquitatem, & est decisio non raro
3 eueniens in facto, & quam sæpè practicaui, pro qua est alius text. in l. omne delictũ §. qui in acie ff. de re militar. qui optimè probat quem ob malum exemplum
4 puniri debere, quod etiam notat Bald. in c. 1. in princ. nu. 17. vers. & si non puniatur titul. quibus mod. feud. amit. il primo, de qua re glos. ibi iura concordantia adducit; & hinc est, quod delicta quæ mali sunt exempli,
5 tanquam Reipublicæ multum perniciosa, cæteris grauiora reputantur, & grauius puniuntur, vt dicunt Carer. in pract. criminal. §. circa igitur tertium sub numero 27. vers. Item ratione mali exempli folio mihi 250. Tiraq. in tract. de pœn. temperãd. causa 44. num. 53. Menoch. de arbitr. Iudic. libro 2. centur. 4. casu 358. num. 4. & Farin. lib. 1. quæst. crimin. quæst. 18. num. 65. vers. hinc infertur primo, & videtur text. in c. præcipuè 11. q. 3. per quem dixit glos. in c. nemo. in verbo tollerabilior. 32. q. 4. quod manifestè, siue
6 palam delinquentes ob id grauius peccare dicuntur, quoniam pluribus peccandi exemplum præbent, quo plura tradit Tiraq. supracitatus, ad quem Lectorem remittere in hoc satis esse putaui.

EPITOME.

De varijs statutis artium, seu vniuersitatum, aut Collegiorum, & conuentionibus mercatorum, aut artificum, de vendendis, aut emendis mercibus certis, & determinatis modis, locis, temporibus, personis, & precijs, an, & quando sint licita, & permissa, & quando prohibita, & reprobata, & monopolium sapiant, de pœnis ipsius monopolij, & de alijs in hac materia non spernendis.

SVMMARIA.

1 *Cõcessa per Principẽ licentia Vniuersitati Artis lanæ, quod possit noua condere statuta licita tamen, et honesta in pertinentibus ad ipsam artem, an huiusmodi ars possit facere statutum prohibens volentibus emere pannos à Mercatoribus publicè dictorum pannorum apothecas tenentibus, ne secum ducant Cimatores talium pannorum ad eos videndum, an verò hoc veluti illicitum, & sapiens monopolium non sit admittendum, & tandem post multa pro eius validitatem concluditur.*
2 *In hoc casu adest elegans Consilium Anchar. 157. non prout nonnulli existimarunt il 166. in indiuidua.*
3 *Decianus tacitè ab Authore negligentia notatur.*
4 *Consilium Anchar. in hac quæstione malè à Bossio allegatum, ibid. & num 6.*
5 *Mercator conueniens cum altero, quod non vendat in aliquo loco alios pannos, quàm suos, non dicitur illicitè pasciscere, nec monopolium committere.*
6 *An valeat Monopolium iuratum remissiuè.*
7 *D. Author in hoc casu consuluit viginti tribus annis prius quam hæc imprimerentur.*
8 *Nunquid validum sit pactum, vel illicitum ita vt monopolium sapiat, & vt talis veniat puniendum, per quod contrahentes conueniunt, vt nullus eorum possit mercem illam, quam ambo mercantur vendere alibi quàm in locis sibi ex conuentione assignatis.*
9 *Firmatur huiusmodi conuentionem fuisse, et esse illicitam, et reprobatam ibidem, et num. 24. et per hoc contrahentes esse insuper puniendos.*
10 *Qua autem pœna in facti contingentia fuerint ab Authore puniti habetur, ibid.*
11 *Conuentio, de qua in præsenti casu, monopolium sapit.*
12 *Conuentiones non respicientes bonum publicum, sed potius vtilitatem particularem pasciscentium, et quæ partialitatem inducunt, sapere dicuntur monopolium.*
13 *Conuentio impediens, ne vnus possit vẽdere in loco, in quo alter vendit, dicitur illicita, et prohibita, et quod magis est contra publicam vtilitatem, ibid. num. 16.*
14 *Conuentio inter negociatores, et artifices facta ne de laborerio vnius se intromittat alter, sapit monopolium.*
15 *Conuentio, per quam statuitur, quod certæ tantum personæ possint illam artem exercere, et nullæ alia est reprobata, et monopolij vitio laborat.*
17 *Publicè interest plurimos eiusdem negotij mercatores in Ciuitatibus; et locis esse.*
18 *Pactum, per quod restringitur libera facultas emere volentibus illicitum est, et reprobatum.*

19 Conuentiones, quibus ementes coguntur cariori pretio emere vniuersale damnum continere dicuntur, & propterea reprobanda, cum monopolium contineant.

20 Statutum, quod subditi non possint accedere pro molendo nisi ad vnum tantum statuentis sapit monopolium.

Fallit vbi esset factum à non recognoscentibus superiorem, ibid. num. 22.

21 Statuta, quæ non publicam, sed priuatam tantum statuentis vtilitatem respiciunt, sunt inualida.

23 In dubio præsumitur contra conspiratores, qui se pactis constringunt, vt dicantur monopolium facere, & propterea expelli debeant de Ciuitate, & eorum bona publicari.

25 Non valet protestatio in conuentione facta, quod ea non valeat, vbi sit contra voluntatem, & statuta Principis, & eius Ministros.

26 Hoc procedit vbi conuentio ipsa est reprobata, ad damnum proximi tendit, & habuit exequutionem.

27 Qui alteri dicit, tu mentiris saluo honore tuo nō obstante tali exeptione, tenetur nihilominus actione iniuriarum.

28 Pœna est adaptanda delicto in monopolio arbitrio iudicis facti & personarum qualitate inspecta, & rebus, de quibus monopolium initum est, ibid. num. 31.

29 De iure communi pœna monopolij est priuatio bonorum, & condemnatio ad perpetuum exilium.

30 Hæc tamen pœna non semper est imponenda facit supra, num. 28.

31 Quot modis monopolium, & à quibus committatur, & quàm detestabile sit remissiuè.

CASVS CC. XV.

1 CONcessa per Principem licētia Vniuersitatis Artis Lanæ, quod possit noua condere statuta, licita tamen, & honesta in pertinentibus ad ipsam artem, quæsitum fuit, an possit facere statutum, per quod prohibeatur volentibus emere pannos à Mercatoribus publicè tenentibus apothecas ipsorum pannorum, ne secum ducant Cimatores talium pannorum ad eos videndum, & inspiciendum, & venditioni interessendum, an verò potius hoc veluti illicitum, & sapiens monopolium, non sit admittendum; Hanc quæstio-
2 nem in indiuiduo ponit Anch. cons. 157. vbi in contingentia facti consulens super huiusmodi statuto facto per mercatores retinentes publicè apothecas pannorum venalium contra cimatores etiam ante tale statutum solitos interuenire emptionibus, & venditionibus cum omnibus emptoribus eos vocantibus, primo arguit pro inualiditate talis statuti per quatuor fundamenta, deinde contrarium firmat, quod imò dictum statutum valeat, & sit seruandum a descriptis in matricula Artis, ad quod firmandum plures adducit rationes, & fundamentis in contrarium adductis respondet, vt videre est apud ipsum, cuius dicta cum videri possint, huc superfluò transportanda non videtur, quam decisionem Anchar. sequutus fuit Fęlyn. in cap. 1. sub num. 1. vers. & valet statutum de Iudeis, & Saracen. Boss. in pract. crim. tit. de vnionib. & colliga. n. 6. vers.
3 & an dicatur monopolium, & nouissimè Decianus in tractatu crimin. lib. 7. cap. 21. de monopol. num. 14. vers. si mercatores pannorum, tom. 2. vbi tamen postquam allegauit Boss. supracitatum referentem Ancar. in consil. 166. dicit, quod consilium illud non potuit
4 reperire, & benedicit, quia etiā in libro meo Boss. malè citat dictum consilium, quia non est in numero 166. sed 157. prout ego adduxi, quia habita diligēti perquisitione illud tanquā elegās volui reperire, nā & Pelyn. citat d. cons. Anch. pro cons. 152. Non est pariter Mo-
5 nopolium, nec pactio illicita, si vnus mercator dictorum pannorum conueniat cum altero, quod non vendat in aliquo loco alios pannos, quam suos, vt consuluit Bald. in terminis cons. 445. in princ. sub nu. 1. lib. 1. qui pulchris mouetur rationibus, & eum sequitur Boss. in pract. crimin. d. titul. de vnion. & collig. sub num. 8.
6 post vers. & an valeat Monopolium iuratum, vbi pariter erroneè sub alio numero, quā per me citatū adducebat præfatum consil. Bald. quem etiam sequutus est Decian. d. cap. 21. nu. 19. vers. non tamen committit Monopoliu, in qua matteria cum alias ex facto cōsultus decisiuè respondissem iam annis viginti tribus ferè elapsis, dum Senis munere Auditoris illius Rotæ fugerer, placuit, quod tunc dixi, hic non inutiliter trāscribere, & relationem ipsam ad literam ponere, quę est vt infra, videlicet.

SPIRITVS SANCTI GRATIA illuminet intellectum meum.

8 IN causa Inquisitionis formatæ per Multum MM. DD. Exequutores Gabellarum inclitę Ciuitatis Senarum cōtra Scipionem Socinū, Ignatium Marchesinum, & Spera de Pregario fabricatores vitri in loco Trequandę Status Senensis pro conuentione inter eos facta, quod d. Scipio debeat vendere totum eius vitrum in Statu Florentino nuncupato Statu vetere, & non alibi, dictus Ignatius verò in Statu Senensi, Orbitelli, & Castilioni Pesceariæ, & non alibi, & dictus Spera in Ciuitate Senensi, & eius Massis; & non alibi, ita vt modo aliquo vnus non possit vendere aliquod vitrum in Regione ex prędicta diuisione alteri peruenta, sed vnusquisque debeat illud vēdere, & distribuere in partibus ex ipsa diuisione locorum sibi obtentis sub pœna per cōtrafacientem incurrenda scutorū aurei viginti, reseruata tamen vnicuique eorum facultate dandi licentiam alteri de ipsum vitrū vendendo, & distribuēdo in locis ad ipsū peruentis, vt supra, visa cōmissione mihi Petro Caballo I.C. Pontremulensi vni ex Rotę Senensis Auditoribus tanquam Iudici Reformationū dictę Ciuitatis pro Serenissimo Magno Duce Hetrurię facta per dictos Dominos exequutores de ordine Illustrissimi Domini Gubernatoris d. Ciuitatis, vna cum actis in causa factis, Audito Magnifico D. Fiscali, & habito colloquio cum præfato Illustrissimo Domino Gubernatore, reque cū ipso participata, retuli par-
9 tes eorundem DD. Executorum esse in pronūtiando, & declarando præfatam conuentionem inter dictos Inquisitos initam fuisse, & esse illicitam, & reprobatā, & successiuè in condemnando eosdem inquisitos tanquā Delinquentes in pœnam librarum quinquaginta
10 pro quolibet ipsorum Magnæ Cameræ Ducali applicandam, & quemlibet eorum ad portandum, seu portari faciendum per totum tempus annorum decem, quò duratura erat dicta conuentio vitrum ad Ciuitatē, & alia loca status Senarum, & illud vendendum, seu vendi faciendum iusto pretio per dictos Dominos executores declarando legittimè tamen, & secundum tempora, quæ eis opportuna videbitur; omnibus, & singulis personis emere volentibus, & ad tenendum per dictum totum tempus dictam Ciuitatem, & eius statum abundantem vitro, sub pœna eisdem Dominis arbitraria, & a statutis permissa.

11 Et ad ita referendum motus sum, quia dicta conuentio sapit monopolium, nam vt tradit Bald.conf.462.in fi. & conf.493.sub num.5.lib.4.conuentiones non re-
12 spicientes bonum publicum,sed potius vtilitatem particularem paciscentiũ, & quę partialitatem inducunt, sapere dicuntur monopolium, item colligitur ex Iodoc.in praxi crim.c.131. de monopol.nu.13. vers.itẽ monopolium, & nouissimè ex infrascriptis insignibus modernis, quorum opera impressa sunt his iam anteà per longum tempus scriptis, videlicet Dec. in tract. crim.lib.7.c.21.nũ.9. vers.monopolium n.11. vers.nõ solum, & Menoch.de Arbitr. Iudic. cent.6.casu 569.
13 n.12.vers.9.& cum impediat, ne vnus possit vendere vitrum in loco, in quo alter vendit, videtur illicita, quemadmodum conuentio inter negociatores,& arti-
14 fices facta ne de laborerio vnius se intromittat alter, quæ sapit monopolium l.vnica vers.ędificiorum quoq; artifices C.de monopol.& ibi Bald.num.2. & Salyc.in summario, tradit etiam Bart.in l.fin. sub num.20.vers. item si faciunt ff.de colleg. illicit. & habetur per Ancar. cons. 157. sub num.4. propè fin. vers. non obstat lex prima, His nunc adduntur Decian.d.c.21. num.8. vers.ædificiorum quoque Menoch.d.casu 569.num.4. vers. tertio Monopolium, & Boss. statim citandus.
15 Videtur etiam eadem conuentio similis conuentioni, per quam statuitur, quod certæ tantum personæ possint illam artem exercere,& nullæ aliæ, quę pariter est reprobata, & sapit monopolium Bart. in d.l.fin.num. 20. in princ. de colleg. illicitis, quem sequitur Boss. in pract. crim.tit.de vnionib. & colligat.sub num.4. cum enim vnus non possit vendere vitrum in loco alteri assignato, quod ad effectum idem est, ac si ille tantum in eo loco artem vitri exercere possit,& non alius,Quini-
16 mo ex quo vnus tantum in quolibet loco vendere potest, & alij non, dicitur hoc esse contra publicam vti-
17 litatem, quia publicè interest plurimos eiusdem negocij mercatores in Ciuitatibus, & locis esse, vnde sapit monopolium, vt dicit Bald.conf.445.in princ.num.1. lib.1. Præterea cum ex processu constet eos,qui vitrũ portarunt ad Ciuitatem Senensem necesse habuisse illud emere Trequandæ à Spera, & cariori pretio, quã ante conuentionem emeretur, & Scipionem, & Ignatium noluisse aliquod vitrum talibus personis vendere,
18 iam duo constant contra inquisitos, Vnum quod restringitur libera facultas emere volentibus,qui ab vno tãtum emere coguntur, ex quo colligitur reprobatio, quia,vt generaliter dixit Ancaran.d.conf.157.n.2.cõuentiones negotiatorum restringentes liberã facultatem emere volentibus sunt illicitæ ex mente tit. C. de
19 Monopol. Alterum quòd ex tali conuentione peruenit damnum priuatis emẽtibus cariori pretio, quod damnum, cum sit vniuersale, ex quo omnes, vt de se patet vitro indigent, & in dies vtuntur,& emunt, videtur in magna consideratione habendum, & contra publicã vtilitatem iudicandum, ex qua re etiam reprobatio sumitur. Sapiens monopoliũ per notat. per Bald. in d.l. vnica num.4.C.de monopol.& facit Sozzin.conf.272.
20 num.6.lib.2.vbi quod statutum quod subditi non possint accedere pro molendo,nisi ad vnum tantum sta-
21 tuentis molendinum,sapit Monopolium,vti factum non ad publicum subditorum commodum, sed ad priuatum statuentis, & non potest fieri,nisi a non recogno-
22 scentibus superiorem, quod dictum sequitur Boss. d. tit.de vnion. & colligat. sub num.7. vers. statutum, vt non liceat ire, & nunc addo Decian.d.c.21.n.21.vers. statutum quoque,& Menoch. d.casu 569.nu.18. vers. 15. Nec vllo modo admittitur excusatio Ignatij, quod ad status Senensis vtilitatem inita fuerit conuentio, quia contrarium experientia probatum est, vltra quod
23 in dubio præsumitur contra cõspiratores,qui se pactis constringunt,vt dicantur Monopolium facere,& propterea de Ciuitate expelli debeant,& eorum bona publicari, vt dicit Bald.in d.l. vnica sub nu.4. Nec causa
24 hæc exprimitur in scriptura conuentionis,alia nempè causa contrauersiarum inter paciscentes existentium, quam idem Ignatius etiam exprimit, licet,aliam huius rei causam diuersã reddat Scipio,qui coactè post multas interrogationes sibi factas,tandem ait fuisse initam conuentionem, quia nolebant tenere eorum capitale in scripturis,& penes stationarios, qui emebãt a creditum,seu,vt dicitur ad credentiã; Nec admittenda videtur causa augumenti pretij vitri reddita per Scipionem, quod scilicet id processerit ex causa materię ad construendum vitrum requisitæ, quæ carius solito emitur, vt etiam duo testes probare videntur,quia maxima inest suspicio mendacij,post quam ex eius dicto,& clariùs ex depositione Ignatij constat vitrum actum fuisse de pretio à conuentione citra, & postquam idem Ignatius hoc causæ redditæ per Scipionem non attribuit, & si Spera, simpliciter fassus fuit vera esse deposita per dicto Scipionem, & Ignatium fuisset deligẽter examinatus,clarius de hoc constitisset forsan,& quid-
25 fit, satis est,quod conuentio illicita est; Non excusantur pariter Inquisiti ex protestatione in conuentione facta,quod eam non valeat,vbi sit contra voluntatem, & constitutiones suæ Celsitudinis Serenissimæ, & eius
26 Ministrorum, quia ex quo erat reprobata, & ad damnum proximi tendebat,& habuit executionem, nõ videtur attendenda dicta protestatio, quemadmodũ di-
27 cunt Doctores in eo, qui alteri dicit,tu mentiris,saluo honore tuo, qui tenetur actione iniuriarum, quia verbum precedens iniuriosum declarat, quod non habet animum saluandi illi honorem Bart.in l. si quis extraneus,in princ.ff.de acquir.hæredit.& ibidem Ias.num. 3.Alex.in l.3.nu.5. ff. de liber. & posthum. Cæterum quia pœna Monopolij nimis grauis videtur in isto ca-
28 su, in quo etiam conuentio facta non est precisè,prout in Lilius tit.exprimitur, & quia per paucos menses conuentio exequuta fuit, & augumẽtum etiam pretij vitri exiguum fuit, adeò quod res hæc paruum damnum emptoribus afferre potuit, visum est eam Iudicis arbitrio statuendam esse, eumque consideratis prædictis,attenta personarũ qualitate,eam vt supra arbitrari debere, ex quibus omnibus visum est mihi, vt supra de Iure concludendum esse: pro qua conclusione nunc adduco Menoc. d.casu 569.n.23. vers.pœnę aduersus eos, vbi puntualiter ait, quod licet dicta l. vnica §. si
29 quis autem C.de Monopolijs,statuat exercentes monopolium priuari bonis, & perpetuò damnari exilio;
30 Attamen non semper tam grauis pęna indicenda est, cũ fieri possit, quod de re tenui,& vili factum sit Monopolium,quod non meretur tam acriter puniri,qua-
31 re prudens Iudex considerare debet facti, & personarum qualitatem, & quibus de rebus Monopoliũ iniuerint,& tunc indicare pęnam,vel priuationis bonorum, vel perpetui banni, vel triremium, vel pecuniariã pro suo arbitrio,ad quod etiã adducit Iodoc.in prax.crim. c.132.tit.de Monopolio, qui sub n.3. vers.hi inquam, & nu. 14.vers.qui omnes,id optimè dicit. Anno 1581. die 9.Octobr. Senis. Laus Deo, & Virgini. Hactenus dicta

dicta Relatio. Si quis plura in hac materia scire cupiat
31 & quot modis crimen hoc, & à quibus committatur,
& quam impium, & publicè vtilitati cōtrarium, & ple-
bi damnosum, & à legibus improbatū, & à bonis Prin-
cipibus vindicatum legat vltra Doctor. in d.l. vnica C.
de Monopol. Boss. d. tit. de vnionibus, & colligationib.
Iodoc. d.c. 131. Decian. d.c. 21. & Menoch. dicto casu
569. & alios per ipsos allegatos, & quicquid deside ra-
bit inueniet.

EPITOME.

An, & quando coloni possint per Dominos accusari de furto, quia tempore messis, vel vindemiæ inscijs Dominis grana, & vuas ad eorum habitationes ducunt, & quomodo intelligatur furtum committi per socium in re communi.

SVMMARIA.

1 *Coloni per Dominos de furto accusati, quia tempore messis grana, segetes, & alia blada ipsis Dominis inscijs triturassent, ad eorum domos exportassent, sæpius fuerunt in facti contingentia ab Authore absoluti.*

2 *Item ij, qui tempore vindemiæ vuas dominis ignorantibus colligunt, ad eorum habitationes ducunt, et vinum conficiunt.*

3 *In re communi furtum committi potest.*

4 *Declaratur hoc procedere, quando in ea aliquid fallacia, vel dolo malo factum est per vnum ex socijs in damnum, et præiudicium alterius.*

5 *Secus autem est, si non fallacia, nec dolo malo, nec intentione furandi, aut consocium portione sua fraudandi quid in re communi factum fuerit.*

6 *Quicquid fit in re communi per vnum ex socijs in dubio præsumitur factum sine dolo, et sine affectu furandi, et est mirabilis præsumptio. ibid. n. 8.*

7 *Qui partis dominus est in dubio præsumitur potius vti iure suo, quam furti consilium inire.*

9 *Colonus asportans omnes fructus ad domum, non præsumitur fur, quia socius est.*

10 *Colonus palam aliquid accipiens de fructibus fundi, et in suos vsus conuertens, necessitatibus proprijs subueniens, nō tenetur furti, nec delinquere dicitur.*

11 *Secus autem est, vbi eam alienaret, nam tunc delictū præsumitur.*

12 *Distractio fructuum à Colono, inscio domino facienda non est; facit tamen de dolo suspicari.*

13 *Furti tenetur colonus, qui res in prædio consistentes celat animo furandi.*

14 *Si socius plagium facit, vel supprimit, Flauia tenetur.*

15 *Nec potest a furti pœna excusari ex eo, quod negocium originem habuerit ex contractu societatis, et factum sit in rebus, vt aiunt, fidatis.*

CASVS CC. XVI.

1 PRo absolutione colonorum de furto per Domi-
nos imputatorum, quia tempore messis grana,
segetes, & alia blada ipsis Dominis inscijs triturassēt,
& ad eorum domos exportassent, sæpius votaui pro-
2 ut, & quando tempore vindemiæ, vuas Dominis igno-
rantibus, colligunt, ad eorum habitationes ducunt, &
vinum conficiunt, & ab ipsis Dominis de furto accu-
3 santur, nam, & si in re communi furtum committi po-
test l. rei communis ff. pro socio, & leg. merito. in final.
verbis eodem tit. & l. si socius ff. de furtis; tamen id in-
telligitur procedere, quando in ea aliquid fallacia, vel
4 dolo malo factum est per vnum ex socijs in damnum,
& præiudicium alterius, vt dicit text. in d.l. rei commu-
nis, & in d.l. merito, & tradunt Alex. cons. 127. ante n.
14. vers. his stantibus lib. 4. & Boss. in pract. crim. titul.
de furt. sub num. 7. vers. & adde, & in colono est text.
cum glo. in l. idem est. 46. ff pro socio, secus autem est,
5 si non fallacia, nec dolo malo, nec intentione furandi,
aut consocium portione sua fraudandi quid factū fue-
6 rit, prout in dubio præsumitur, quia tunc nullum fit fur-
tum, creditur enim eo casu, eum, qui partis Dominus
7 est, iure potius suo vti, quam furti consilium inire, vt di-
cit text. in d.l. meritò, & ibi tradunt glos. Bart. & alij,
& Alex. d. cons. 127. num. 14. vers. subdit postea, dicen-
8 tes hanc esse mirabilem præsumptionem, sequitur Boss.
d. tit. de furt. sub d. num. 7. & propterea dicit Aret. in
§. 1. num. 4. in tit. de oblig. quæ ex delict. nascuntur,
quod si colonus asportet omnes fructus ad domum,
9 non est præsumptio furti contra eum, quia socius est,
quod dictum sequutus est Vincent. Caroc. decis. 33. n.
2. nec de eo fuit immemor, Boss. loco citato, & subdit
10 Caroc. vbi supra num. 3. quod si colonus palam quid
accepit, & in suos vsus conuertit, & necessitatibus suis
proprijs subuenit, non tenetur furti, nec delinquere di-
citur ex mente d.l. merito; Verum si non contentus vsu
11 rerum communium cum Domino, eas etiam alienaret
Colonus, putat Caroc. delictum præsumi, & verum est,
12 quia distractio hæc inscio Domino facienda non est,
& tunc videntur procedere ea, quæ dicta sunt de furto
aduersus socium, cum fallacia, & dolus in aperto sint,
nam vt dicit gloss. in d.l. idem est, furti tenetur colonus
13 qui res in prædio consistentes celat animo furandi,
14 vnde, & d.l. merito in fin. dicit expressè, quod si socius
15 plagium fecit, vel suppressit, flauia tenetur, nec posset
a furti pœna excusari ex eo, quod negocium hoc vi-
deatur originem habere ex contractu societatis; & fa-
ctum sit in rebus (vt aiunt) fidatis, vt late ostendi in
prioribus resolutionibus criminalibus impressis casu
136. vbi est videndum.

EPITOME.

De producente in iudicio scripturam, & eam dimittente in manibus Actuarij, cum spacio quodam in albo, & habita talis scripturæ copia, dictum spatium propria manu implente, moxque talem scripturam, sic impletam in processu ponente, an dicatur falsum committere, & de eo puniri possit, vel ne; in qua re multa ad excusationem dicti producentis, & implentis dictam scripturam deducuntur.

SVMMARIA.

1 *Producens in causa ciuili scripturam cum spatio in albo, et eam in manibus Actuarij dimittens, si postea, habita ab eodem Actuario eiusdem scripturæ copia authentica, spatium impleat, et eam sic impletam, et perfectam in processu reponat, potest accusari de falso secundū aliquos n. 3.*

Contraria tamen opinio, tamquam verior, hic ab Authore firmatur, ibid. n. 8. et 23.

Maximè si sic producens facultatem sibi reseruauit, cum postea recordaretur, vel informaretur spatium ipsum implēdi, ibid. num 9 12 14.

Item si hoc parte sciente faciat, vel sine eius præiudicio, et damno, ibid. num. 17.

Item si nullo modo de dolo argui potest ita spatium implēs, ibid. num. 16.

Itam

Item vbi negocij substantia non mutatur, vel alteratur tali suppletione, ibid. n. 10 & 18.

Fallit autem vbi implens tale spatium miteretur contrafacere manum, seu scripturam Notarij in illa additione, simulando, quod eadem verba, quæ addidit, essent in originali, et quod eo modo, et cum dicta additione, sibi data esset per Notarium, ibid. num 13.

2 *Producens scripturam cum dimissione spatij in albo, et eã penes acta Curiæ relinquens non potest spatium implere, nec aliquid addere, vel supplere sine licentia Iudicis, et Notarij, alias puniri potest saltem de temeritate extra ordinem, si non de falso ob mutatam veritatem negocij, ibid. num. 11.*

4 *Copia scripturæ manu Notarij firmata, eandem, et originalis vim habet, et eandem fidem facit.*

5 *Notarius, data copia parti, non potest originali quicquam addere, etiam errorem corrigendo sine Iudicis permissione, multo minus ipsa pars.*

6 *Addendo copiæ sibi a Notario datæ, quæ nec in copia, nec in originali adsunt, ipsi Notario verecũdia fit, et iniuria.*

7 *Huiusmodi iniuria arbitrio Iudicis punitur pœna extraordinaria.*

Fallit hoc, vbi addens non haberet intentionem contrafaciendi manum ipsius Notarij, sed vult constare additionem esse eius manufactam, idque apertè fatetur, ibidem numero 15.

19 *Addens scripturæ authenticæ ad hoc, vt puniri possit, dolum de necessitate requirit.*

20 *Item quod parti præiudicium generari possit tali additione.*

21 *Et quod veritatis mutatio interueniat.*

22 *In repletione spatij veritatis primordio iurata falsitas aliqua considerari non potest.*

CASVS CC. XVII.

1 QVidam ex litigantibus in causa ciuili produxit
quamdam capitulorum scripturam coram Iu-
dice, & in manibus Actuarij dimisit, in qua facta men-
tione cuiusdam instrumenti, non informatus de tem-
pore celebrati dicti Instrumenti, nec de nomine, fami-
lia, & Patria Notarij de eo rogati, dimisit spatium in
albo, & postea habita talis scripturæ copia ab actua-
rio subscripta recordatus, vel certioratus de tempore
facti instrumenti, & de Notario, spatium in eadem co-
pia actuarij dimissum, propria manu impleuit, moxque
talem copiam sic impletam, & perfectam in processu
posuit, contra quem aduersarius falsi accusationem
instituit, quasi quod sicut producenti scripturam cum
2 dimissione spatij in albo, & eam penes acta causæ re-
linquenti, non licet spatium implere, nec aliquid ad-
dere, vel supplere sine licentia Iudicis, & Notarij, &
aliter faciendo puniri potest, saltem de temeritate ex-
tra ordinem, si non de falso ob non mutatam verita-
3 tem negocij, vt dicit Paulo de Castro cons. 157. col.
fin. versic. & licet in originali lib. 1. ita nec licere debet
habenti copiam authenticam talis scripturæ manu
eiusdem Actuarij, penes quem erat originalis scriptu-
ra, a qua dictam copiam extraxit, quæ eandem vim
habet, & eandem fidem facit, Doctores in l. si Libra-
4 rius ff. de regul. iur. & in auth. si quis in aliquo C. de e-
dendo, & in c. cum P. tabellio. extra de fide instrumen-
5 tor. & si ipsi Notario data copia Parti non licet origi-
nali quicquam addere, etiam errorem corrigendo, sine
Iudicis permissione, Angel. cons. 292. sub num. 1. vers.
quinimo, & si talis consuetudo, Cuman. cons. 23. in tot.
& Socin. cons. 98. sub num. 9. vers. quoniam ad hoc re-
spondetur. lib. 1. vtique parti non debet licere aliquid
copiæ sibi a Notario datæ, sine ipsius Notarij, & Iudi-
cis licentia addere, etiam ipsam scripturam in omissis
supplendo, vltra quod videtur facta iniuria, & verecun-
6 dia Actuario, cuius copiæ per eum factæ, & subscriptæ
addita fuerunt verba, quæ non aderant, nec in dicta
copia, nec in originali per ipsum conseruato, propter
7 quod solum imponitur iniurianti pœna extraordinaria
Iudicis arbitrio ex his, quæ diffusè tradunt Crauet. cõs.
53. per totum, Clar. in §. iniuria num. 7. vers. sed quæro,
quæ sit pœna iniuriæ, & nouissimè Iacob. Menoch. in
tract. de arbitrar. Iudic. lib. 2. Cent. 3. casu 263. per to-
8 tum; Cœterum in hoc casu pœnam cessare, absolutio-
nique imputati locum esse verius est, quia ex quo pro-
duxit scripturam capitulorum cum dimissione spatij
pro descriptione temporis confecti instrumenti, &
Notarij de eo rogati, videtur, quod dictum spatium sic
dimiserit, quia tunc non recordabatur, vel nõ erat in-
formatus de dicto tempore, & de dicto Notario, &
9 quod facultatem sibi reseruauerit, cum postea recor-
daretur, vel informaretur, spatium ipsum implendi, &
dictam scripturam imperfectam supplendi, & perfi-
ciendi, & quod propterea potuit additionem facere, &
in illo spatio ponere, quod deficiebat, cum ad ipsum
spectaret scripturam illam deficientem supplere, &
quod illi deerat, addere, & quidem impunè, cum facul-
tate sibi competente id fecerit, & negocii substantiam
10 non mutauerit, nec alterauerit, vt in proprijs termi-
nis consulendo determinat Castr. d. cons. 157. col. fin.
vers. itẽ ideò dimissũ fuit spatiũ lib. 1. & quãuis in scri-
11 ptura originali, quæ erat apud Notarium, nihil addere
potuisset sine licentia Iudicis, & Notarij, alias esset
puniendus, si non de falsitate, saltem de temeritate, vt
12 supra dictum fuit, tamen addendo in copia sibi tradita
ab Actuario illud, de quo protestatus videbatur produ-
cendo scripturam cum dimissione spatij etiam sine li-
centia Notarij, & Iudicis, nullo modo debebat puniri,
quia non requirebatur illorum licentia, postquam scri-
ptura ipsa suppleta non erat sub illorum custodia, vt
dicit Castrens. d. col. fin. vers. & licet; Nec potest dici,
quod copiam datam a Notario fallificauerit, addendo
illi verba, quæ prius scripta non erat in ea, quia illud
13 esset verum, si imputatus nixus fuisset contrafacere
manum, seu scripturam Notarij in illa additione, simu-
lando, quod eadem verba, quæ addidit essent in origi-
nali, & quod eo modo, & cum dicta additione copia si-
bi tradita esset per Notarium, secus autem, si hoc non
fuit factum, sed simpliciter in copia per Notarium da-
ta fuerit manu ipsius imputati additum, quod in origi-
14 nali deerat, & idem imputatus addere velle, protesta-
tus fuerat, vt per Castr. d. col. fin. ver. nec videtur; Non
etiam potest dici Notario facta iniuria, vt verecundia
aliqua, cum non contendatur additionem esse eius ma-
15 nu factam, sed constet esse manu imputati, qui id aper-
tè fatetur, vt subdit Castr. vbi supra ante finem, & cũ
16 appareat in imputato nullum adesse dolum, ex quo
additur, quod per spatij dimissione addere velle sibi
reseruauerat, & parti aliquod non attulerit damnum,
17 postquam spatium fuerat ea sciente dimissum adden-
di, quod fuit additum, & veritas facti mutata, aut alte-
18 rata non fuerit ex dicta suppletione, omnis penitus
pœna cessare debet, quia crimen hoc dolum de neces-
19 sitate requirit l. nec exemplum C. ad l. Corn. de fals. &
ibi gl. & Scribentes, & est vera iuris conclusio, vt dicit

Clar. in §. falsum nu. 42. vers. excusatur, quod parti pre-
20 iudicium generari posset gl. in l. damnus, in verbo rationes, priuatas §. de fals. & ibi etiam Doctores, & latè Clar. alios citans in eodem §. falsum nu. 44. versic. item excusatur, & quod veritatis mutatio interueniat
21 l. quid sit falsum ff. ad l. Cornel. de fals. vt hæc omnia considerat Castren. s. d. cons. 157. col. 1. & fin. cum cuius opinione in hoc casu, qui magis in puncto decisus reperiri non potest, transeundum omnino puto, cum præsertim spatij repletio veritatis primordio iuuari
22 videatur, quo casu falsitas aliqua considerari non potest l. cum filius §. hæres meus ff. de legat. 2. & est conclusio communiter approbata, vt testatur Foller. in pract. criminal. in secunda parte secundæ part. principal. in verbo, item quod commisit falsitatem num. 35. vers. præterea illi, sequitur Clar. in d. §. falsum num. 43. vers. præterea excusatur.

EPITOME.

Lata discussio circa sententias in criminalibus de nocte proferendas, & an, quando, & quomodo, & in quibus casibus, tam de iure, quam ex consuetudine, & stilo Tribunalium ferri possint, & valeant: vbi multa in hoc proposito scitu digna ponuntur, ex quibus vniuersa hæc disputatio resoluitur, & omnis dubitatio tollitur.

SVMMARIA.

1 *Sententia criminalis de nocte ferri non potest, & lata non valet.*
Et hoc procedit secundum Felyn. tàm in Iudice ordinario, quam in delegato, ibid. n. 2;.
Eius tamen opinio reprobatur, si non de iure, saltem de consuetudine, ibid. n. 26.
Alij vero dicunt, hanc opinionem procedere in magnis Iudicibus, & Magistratibus vrbis, secus in alijs, ibidem numero 24.
2 *Vbi adest legis probibitio, actus in contrarium non valet.*
3 *Magistratibus Vespertinis temporibus in publico esse, inconueniens est, ibid. num. 8.*
Sententia tamen tunc temporis ab illis data valent, ibid. num. 16.
4 *Iudices pro iure reddendo, sedere debent a mane vsque ad vesperas.*
5 *Faciens actum de nocte, qui de die fieri potest habet præsumptionem contra se.*
6 *Acta iudiciaria nõ debent fieri secreto, sed publicè, & maximè sententiarum probationes.*
7 *Omnes actus expediendi cum causæ cognitione, & Iudice sedente pro tribunali, de nocte fieri non possunt.*
8 *Iudicium de nocte conquiescere debet.*
9 *Sententia de nocte ferri potest, & valet secundum aliquos.*
Et hoc facilius admittitur, si Iudex honestus est, ibidem num. 20.
Et de plano procedit in sententia absolutoria rei, ibid. numero 27.
10 *Probibitio facta Iudici, ne de nocte sententiam ferat, videtur facta propter honestatem, ibid. nu. 12.*
11 *Actus factus contra probibitionem, quæ sola nititur honestati, valet.*
12 *Iudex de honestate sententiam ferre debet de die, sed potest etiam eam de nocte dare.*
13 *Butrig. testatur multoties vidisse sententias magni ponderis de nocte cum torcijs proferri, & quod insuper ita seruatur, ibid. nu. seq. & 18.*
14 *Iudices tam de nocte, quã de die se lere possint, si eis placet.*
15 *Dies non est de substantia sententiarum:*
17 *Tantum valent facta de nocte, quam de die.*
18 *Iudices, non tenentur sedere, nisi vsque ad vesperas, si tamen volunt, possunt etiam stare de nocte.*
19 *Sententia ferenda est in loco honesto.*
21 *Opinio Castrensis in hac quæstione, distinguentis inter Iudicem ordinarium, & delegatum, reprobatur.*
22 *Iudex ordinarius certum locum, & tempus habet pro iure reddendo, secus autem delegatus, qui vbique pro suæ voluntatis libito deputat.*
24 *Magnos Iudices, & Magistratus non decet de nocte ius reddere.*
25 *Multiplicitas negociorum, facit sententiam latam de nocte, valere.*
27 *Sententia absolutoria rei, facilius de nocte admittitur, quam condemnatoria.*
28 *Negatiua opinio in hac quæstione communior est, & de iure substentabilior.*
29 *Fallit tamen, vbi partes consentiunt, tunc enim valet sententia de nocte prolata.*
30 *Item quando res esset peritura, vel Iudicis Iurisdictio, aut causæ instantiæ peritura, vel periculum esset in mora, vel alia vrgeret necessitas, ibid. num. 34.*
31 *Hanc tamen fallentiam, vti falsam, & contra textum notat Imola.*
32 *Quod quidem notandum esse, tamquam vnum miraculum de mundo, tradit Felyn.*
33 *Item fallit negatiua opinio, vbi Iudex multitudine agendorum fuisset occupatus, ita vt de die sententiam ferre nõ potuerit, ibidem supra num. 24.*
35 *Et hoc simpliciter procedere sine limitatione contra Felyn. firmat hic Author.*
36 *Item fallit, vbi adesset consuetudo in contrarium, reprobata opinione eorum, qui hanc fallentiam non admittunt.*
37 *Consuetudo contra Canonem non videtur rationabilis.*
38 *In Casu, in quo, aut de iure, aut de consuetudine, sententia de nocte ferri permittitur, ea ferenda est tribus luminibus accensis.*
Et hoc procedit, etiam si alias sententia legi posset, secundũ Authorem contra Salycetum. num 40.
39 *Iudices ius reddendo de nocte, debent cognosci, & eorum persona notæ esse testibus, Nec in obscuro hoc fieri debet.*
40 *Nunquid luminaria in ferenda sententia de noctè, debent interuenire de necessitate.*
41 *Vbi agitur de probatione actus, luminaria sunt de necessitate secus, vbi agitur de eius validitate.*
42 *Quod in obscuro fit, valet, sed probari non potest.*
43 *Notarius scribens, sententiam latam de nocte latam fuisse de die, non dicitur falsarius, & quarè.*
44 *Dies naturalis, & noctem comprehendit.*
45 *Dies naturalis incipit à media nocte, & durat vsque ad aliam mediam sequentem.*
46 *Quicquid actum est in 24. horis, idest duabus dimiditatis noctibus, & luce media, habetur ac si quauis hora diei factum esset.*
47 *Qui iurauit soluere die dominico, potest absque periurio soluere, vsque ad mediam noctem, quæ sequitur lucem.*
48 *Idem etiam euenit in citato, quod veniat tali die, & in alijs similibus casibus.*
49 *Hoc tamen procedit, si comparenti culpa imputari nõ potest, cur de die ante tenebras non comparuerit.*
50 *Ampliatur verò procedere, etiam si res peritura esset, vel vltima dies terminari finiret.*
51 *Subueniendum non est ei, qui se arctauit.*

CASVS CC. VIII.

1 DVbitari vidi, an sententia criminalis ferri possit
de nocte, quod non possit ferri, & lata non va-
leat probari videtur, primo in cap. consuluit de offic.
Iudicis de legat. ponderando verba illa dicti textus an-
te fin. Nos tamen eam producendi horam congruam
intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras perfi-
cere, quod incumbit; si enim adest legis prohibitio, a-
2 ctus, in contrarium non valet l. non dubium C. de le-
gib. secundo in l. 2. vers. & quia Magistratibus ff. de
3 origine Iuris, vbi expresse dicitur, quod Magistratibus
vespertinis temporibus in publico esse inconueniens
est, tertio in §. sedebunt in Auth. de Iudicib. vbi tradi-
4 tur, quod Iudices debent sedere pro iure reddendo à
mane, vsque ad vesperas: Quam opinionem tenent gl.
in d. c. consuluit in verbo tenebras, in vltima opinio-
ne, in d. vers. & quia Magistratibus, in verbo tempo-
ribus, in d. §. sedebunt in verbo in matutino, & in §.
omnis stipulatio in gl. tribui debet in fin. Institut. de
verbor. obligat. & in l. more Roman. in verbo Lucis.
post principium ff. de ferijs, Canonistæ in d. c. cōsuluit,
vbi præcipuè Innoc. col. fin. sub num. 5. Felyn. sub nu.
18. vers. in Iudice, & Dec. num. 99. & 100. vers. in gl. in
verbo tenebras, qui dicit esse communem opinionem
Doctor. in d. l. more Romano, vbi præcipuè Bart. in
fine, Bal. in 1. lectura num. 4. & in 2. lect. in fin. Castrēs.
nu. 8. Fulgos. num. 5. inquiens esse magis communem,
Roman. legens d. l. cum l. oratione num. 7. & in fin. sub
num. 8. qui ait esse communem, Bart. in l. non minorem
num. 3. C. de transaction. & ibi etiam Salyc. sub num.
3. Roman. num. 3. Aretin. num. 2. Alexan. sub nu. 2. &
3. & Corn. col. fin. vers. si verò loquimur de actibus ne-
cessarijs, Socin. regul. 359. in verbo sententia, Vantic.
in tract. de nullitat. tit. de nullitat. ex defect. iurisdict. ord.
nu. 132. vers. siue; cuius conclusionis ea est ratio, quod
præsumptio quædam oriatur contra facientem de no-
5 cte actum, qui de die fieri potest, vt est text. cum gl. in
d. c. consuluit, vbi etiam id expræsse notat Felyn. num.
6 20. vers. gloss. in verbo Lucem, & quia acta iudiciaria,
non debent fieri secretò, sed publicè, & maximè senté-
tiarum probationes l. cum sententiam. C. de sententijs,
& interlocut. omn. Iudic. Vltra quod videtur generale,
7 quod omnes actus expediendi cum causæ cognitione,
& Iudice sedente pro tribunali de nocte fieri non pos-
sint, vt dicit Felyn. in d. c. consuluit sub num. 19. post
8 vers. Dicit Innocentius; de nocte enim Iudicium con-
quiescere debet, nec Magistratibus vespertinis tem-
poribus in publicum exire conuenit, vt dicit Vant. lo-
co citato.

9 Contrariam opinionem, quod talis sententia ferri
possit de nocte, & valeat, tenuit apertè gloss. in d. cap.
consuluit in verbo tenebras, vbi dicit, quod valet sen-
tentia de nocte prolata, licet fieri non debuisset, & re-
spondet ad text. in d. c. consuluit, quod non dicit, quod
si procedatur per Iudicem, actus non valeat; Aliter
etiam responderi potest secundum Dec. ibidem sub n.
100. versic. si tamen volumus, quod scilicet prohibitio
10 videtur facta propter honestatem, vt innuūt verba di-
cti cap. loquentia de hora congrua, quo casu actus in
11 contrarium valet: eandem opinionem tenet Alber. de
Rosat. in d. l. more Romano sub nu. 3. dicens post Ho-
stiens. & Guidon. de Suzar. quod de honestate est ferre
12 sententiam de die, sed Iudex potest etiam de nocte eā
dare; cum qua opinione transit etiam postea sub num.
4. vers. & pro opinione, & idem Alberic. in d. l. non mi-
norem C. de transact. num. 2. vbi testatur esse commu-
nem, & refert etiam vltra Hostiens. & Iacob. Butrig.
13 eandem opinionem tenuisse Cyn. & quod Butrig. di-
cebat multoties vidisse proferri sententias magni pon-
deris de nocte cum torcijs, & ad §. sedebunt in authēt.
de Iudicib. respondet, quod in illis horis Iudices habēt
necesse sedere, sed quod de nocte etiam possunt sede-
14 re, si eis placet, Fulgos. etiam idem sequitur in eadem
l. non minorem, prout illum refert Roman. ibidem sub
num. 3. inquiens, quod Iacob. Butrig. dicit, quod tem-
pore suo multæ sententiæ magni ponderis fuerunt la-
tè de nocte, & valent, & quod ita seruatur, quia dies nō
15 est de substantia sententiarū, licet Fulgos. Iudicio meo
potios videatur inclinare in opinionem contrariam, vt
patet ex dictis ibi per eum num. 2. & 3. & Butrigar. se-
quitur ibidem Bald. sub num. 2. Hanc eandem senten-
tiam sequitur Alberic. in d. l. 2. d. vers. & quia Magistra-
16 tibus, vbi ait, quod licet inconueniens sit, Magistratus
horis vespertinis in publico esse, sententia tamē valet.
Dicit autem Iacob. Butrigar. in d. l. non minorem, in
libro meo, quod tantum valent facta de nocte, quan-
17 tum de die, & quod non tenentur Iudices sedere, nisi
18 vsque ad vesperas, vt in d. §. sedebunt in auth. de Iudi-
cib. si tamen volunt, possunt stare etiam de nocte, &
quod ita vidit seruari de facto, & sententiam ferri in
media nocte, nec aliud in hoc subiungit, sed tamen sen-
19 tentia hæc ferenda est in loco honesto, vt sentit Ca-
strens. in d. l. non minorem, & postea Roman. eum se-
quens, quod facilius admittitur, si Iudex honestus sit gl.
20 in d. c. consuluit in d. verbo tenebras; Idem tenet Vāt.
tit. allegat. sub num. 132. vers. contrariam tamen sen-
tentiam.

21 In harum opinionum contrarietate reperio, quod
Paul. de Castr. in d. l. non minorem num. 4. distinguit,
quod aut sumus in Iudice ordinario, & non valet sen-
tentia lata de nocte, quia habet certum locum maio-
22 rum suorum, pro tribunali, & certum tempus, quo se-
dere pro Iure reddendo debet, & extra dictum locum,
& tempus ius reddere non debet, aut sumus in delega-
to, & valet sententia, quia non habet certum locum,
nec certam horam ad ius reddendum, sed tam locum,
quam tempus pro suæ voluntatis libito deputat, &
Paul. sequitur expresse Roman. in eadem l. non mino-
rem num. 4. & 5. asserens, quod ista pars, videtur sibi
magis tuta; Item inueni tenere Alberic. in d. l. 2. d. ver.
& quia Magistratibus, & sentit glos. ibi, licet non mul-
tum clarè: sed hæc Pauli distinctio non placet Felyn.
in d. cap. consuluit sub num. 18. vers. quarto fallit, qui
tamen nihil adducit, sed simpliciter dicit ipsius Pauli
distinctionem, quam posuit in d. leg. non minorem, non
sustineri, & subdit statim, quod negatiua opinio pro-
23 cedit, tam in Iudice ordinario, quam in delegato; sed
ab aliorum sententia non recederem iudicando; sed
vltra Felyn. reperio hanc distinctionem Paul. de Castr.
reprobare Alex. in d. l. non minorem sub nu. 2. dicen-
tem eam esse contra glos. & alios scribentes per eum
citatos.

24 Alij etiam sunt, qui volunt opinionem negatiuam
procedere in magnis Iudicibus, & Magistratibus Vr-
bis, quos non decet de nocte ius reddere, secus autem
in alijs Iudicibus, & Magistratibus, quos nocturno tem-
pore in publico esse non est tam inconueniens, quorū
sententiæ propterea valent, Ita notat Albericus in d. l.
2. d. versiculo, & quia Magistratibus, qui ad idem addu-

cit

tit Iacob.de Bellouisu;Contra tamen hoc dictum facit
Castrens.in d.l.more Romano,sub num.8.vbi videtur
25 potius admittere validitatem sententiæ latæ de nocte
a Magnis Iudicibus, & Prælatis propter maiorem ne-
gotiorum multiplicitatem, & molem, quam ab alijs
inferioribus,vt infra dicam in tertia fallentia negatiuæ
opinionis.
26 Ego vidi indistinctè, tàm a Iudicibus ordinarijs,quã
a delegatis ferri sententias criminales de nocte, quod
si non de iure, saltem ex consuetudine substineri po-
test, vt infra dicetur in quarta fallẽtia, & magis de pla-
no in sententia absolutoria Rei,quæ facilius de nocte
27 admittitur,quam condẽnatoria, vt est de mente Cor.
in d.l.non minorem.col.fin.post vers.si vero loquimur
de actibus necessarijs.
28 Negari tamen non potest,quin opinio negatiua sit
communior,& de iure sustentabilior, quam nihilomi-
nus in quibusdam casibus non procedere volunt Do-
29 ctores; Primò enim non habet locum, quando partes
consentiunt, quia tunc valet sententia de nocte prola-
ta, gl.in d.§.sedebunt,in verbo in matutino in auth.de
Iudicib. Bart.in d.l. more Romano in fin. & ibidẽ Al-
beric.num.3.Fulgos.num.5. Roman.legens d.l cum l.
oratione nu.7. Cast.nu.8. Salyc. in l.non minorem sub
num.3. & ibi etiam Apostillat. sub littera B, & ibidem
Fulgos.num.3, vers.mihi autem, Roman. sub num.3.
Alex.sub nu.2, Corn.colum.fin. vers. si vero loquimur
de actibus necessarijs Fęlyn.in d.c.consuluit sub n. 18.
vers.Tertio fallit,& Socin.d.regula 359.in prima fal-
lentia,Vant, in d.vers. contrariam tamen sententiam;
Secundo non procedit, quando res esset peritura, vel
30 Iudicis Iurisdictio, aut causæ instantia expiratura, vel
periculum esset in mora, aut alia vrgeret necessitas;nã
his casibus de nocte posset indubitanter ferri senten-
tia, Bart.in d.leg.non minorem num.3,& ibidem Sa-
lyc.sub num.3;vbi etiam Apostillat. sub littera B, Ful-
gos.sub nu.2.vers. fallit ex necessitate,Roman nu.3.&
seq. Corn.col,fin. vers. si vero loquimur de actibus ne-
cessarijs, Bart, in d.l.more Romano in fine; Bald. in
3.lect.num.3.Fulgos.num.5.Roman.legens d.l.cum l,
31 oratione num.7. & 8. Socin.d.reg.359.in 4.& 5. fal-
lent. Sed fallẽtiam hanc falsam esse, & contra textum
d.c.consuluit,dixit Imol.ibi,quem sequutus est ibidem
Fęlyn. sub num.18. vers.fallit vbi res, vel iurisdictio,&
32 subdit hoc esse notãdum tanquam vnum miraculum,
quia omnes alij in hoc errarunt,& in hac opinione re-
sidet idem Fęlyn,postea ad aliud propositum,vt infra
dicam in tertia fallentia, & hanc dubitationem mouit
Alex. quem Fęlyn, non citat in d.l. non minorem n.4.
qui tamen nõ audet eam firmare contra Bart.& alios;
Tertiò non militat,vbi Iudex multitudine agendorum
33 fuisset occupatus,ita ut de die sententiam proferre nõ
potuerit;nam tunc eam de nocte poterit ferre,Castr.in
d.l.more Romano num.7.exemplificans in magnis iu-
dicibus,& Prælatis in pluribus occupatis, Roman. in
eadem lege lecta cum d.l. oratione sub num.7. & 8. in
fin. & in d.l.non minorem num.3.& seq.& ibid. Alex.
sub num.4. Apostillat.ad Salyc. sub littera B,Soc.dict.
reg.359. in 3. fallent. Vant. supracitatus; sed de hac
limitatione dubitatione Fęlyn.in d.c.consuluit, sub n.
34 19.vers.secundo fallit, nisi quando die sequenti peri-
tura esset instantia, & Iudex non fuisset in mora, sed
propter occupationes non potuisset expedire, quasi
quod alias non valeat sententia lata de nocte,quæ Fę-
lyn.dubitatio rationabilis est;si admittimus veram nõ
esse secundum Doctorum restritionem, de qua supra
diximus,quod quando res est peritura, vel iurisdictio,
aut instantia peritura,vel alia concurrit iusta causa po-
test de nocte ferri sententia, nam si vera esset dicta fal-
35 lentia,vtique,& hæc de negociorum multitudine ad-
mittenda esset simpliciter absque alio concursu alte-
rius causæ,vt requirere videtur Fęlyn. Quarto non ad-
36 mittitur, vbi consuetudo viget in contrarium, quod
sententiæ ferantur de nocte,quia tunc valent,Castren.
in d.l.more Romano num.8. & ibidem Roman.legẽs.
d.l.cum l.oratione nu.7.Apostillat.ad Salyc.in d.l.non
minorem sub littera B, Alex.num.2. in princ. & num.
3.Socin.d.reg.359.in 2.fallent.Vant vbi supra, & Fę-
lyn.in d.c.consuluit sub num.18.vers.Quarto fallit, v-
37 bi tamen subiungit, quod non videtur rationabilis
consuetudo, tamquam existens contra Canonem, sed
tu non recedas ad dicta fallentia, secundum quam vidi
seruari,vt dixi supra in vers.Ego vidi.
38 Vnum tamẽ est sciendum, quod in omni casu,in quo
aut de iure,aut de consuetudine sententia de nocte fer-
ri permittitur, ea ferenda est tribus luminibus accen-
sis l.1.§.tria luminaria ff.de ventre inspic.& ibi glos.&
Scribentes, glos.in d.c. consuluit in verbo tenebras in
princ.& ibi etiam Fęlyn. sub nu.18.vers. & nota quod
istis casibus, Bart.in d.l.non minorem nu.4. Alber. sub
num.2.Roman.ante fin.vers.ad id autem, & Corn.nu.
3.Aretin.sub num.2.debent enim cognosci Iudices, &
39 eorum personæ notæ esse testibus, nec in obscuro hæc
ferri possunt,vt nonnulli ex citatis Doctoribus dicunt.
Dicit tamen Salyc. in eadem l.non minorem num. 4.
hoc intelligendum esse, si alias sententia legi non po-
test; quia tunc necessaria sunt luminaria, alio quin se-
40 cus; quod mihi dubitabile videtur; quia alij volunt lu-
minaria adeò esse necessaria, vt non sufficiat, quod Lu-
na luceret,& ad eius lumen personæ cognoscerentur,
vt in specie dicit Corn.in d.l.non minorem col.1. sub
num.3.circa principium, pro dicto tamen Salyc.facit
Fulgos.in eadem l.non minorem in fine inquiens, quod
41 vbi agitur de probatione actus, luminaria sunt de ne-
cessitate,non autem vbi agitur de validitate, vnde va-
42 let actus de nocte sine luminaribus factus,licet si de e-
ius veritate ageretur, & probandus esset, opus esset,
quod adfuissent luminaria,sine quibus testes non vidis-
set,nec cognoscere potuisset, & proinde nec probare.
43 Cæterum aduertendum est, quod si sententia verè
esset lata de nocte, & Notarius scriberet fuisse prolatã
tali die non propter hoc diceretur Notarius falsarius,
44 quia eius attestatio intelligeretur de die naturali vi-
ginti quatuor horarum, qui compræhendit diem, &
noctem,& incipit a media nocte, & durat vsque ad a-
45 liam sequentem mediam noctem,iuxta d.l.more Ro-
mano cum sua materia ff.de ferijs, & ita in puncto de-
cidit Innocentius in d. c. consuluit ad finem, in versic.
medietate,quem sequitur in d.l.non minore in Bal.in
princ.sub num.1.& post eum Corn. c.1.fin.versic. sed
quæritur an si actus, & Apostillator ad Iacob. butrigar.
ante finem additionis in vers.aduerte tamen, quod in-
strumenta, Bald.in d.l.more Romano num.3.dicens
esse dictum hoc notandum, quia non habetur alibi,
quam apud Innoc.in d.loco, Alexand.princ.num.1. &
comprobari potest, quia quicquid factum est in his 24.
46 horis,id est duabus dimidiatis noctibus,& luce media,
habetur ac si quauis hora lucis actum esset, vt notant
scribentes in d.l.more Romano, per illum textum, &
tradit Cotta memor. verbo diem in principio tandem,
quod

quod qui iurauit soluere die Dominico, potest absque
periurio soluere vsque ad mediam noctem, quæ sequi-
tur lucem, vt idem Cotta dicit ibidem ad finem, vers.
secundo possent prædicta, vbi etiam inquit idem esse
48 in citato, quod compareat tali die, & in alijs similibus
casib s. pro quibus tamen videndus est, Alex. in d. lege
more Romano num. 7. & 8. vers. in glos. 2. qui videtur
firmare, quod ita demum hoc procedat, si comparenti
49 culpa imputari non potest, cur de die ante tenebras
non comparuerit, etiam si res peritura esset, vel vltima
50 dies termini finiret, cum subueniendum non sit ei, qui
51 se arctauit, vt ibi per ipsum Alexandrum.

E P I T O M E.

An data per vnum ex Rissantibus cautione de alterum non offendendo simpliciter, & absque protestatione, quod non valeat donec ab altero præstita fuerit, & sequuta offensione ex parte promittẽtis, antequam cautio ab altera parte præstetur, an dictæ cautioni contrauentum dicatur, & pœna commissa, & quid quando qui primo promittit protestatur, quod promissio non teneat, nisi similis sibi detur per Aduersarium.

S V M M A R I A.

1 *An data per vnum ex rixantibus cautione de alterum non offendendo simpliciter, & absque protestatione, quod non valeat, donec ab altero fuerit præstita, tali cautioni dicatur contrauentum, et pœna commissa, si ex parte promittentis interim sequatur offensio, et concluditur pro parte affirmatiua, ibidem num. 3 et 6.*

Quod declaratur procedere etiam sequuta protestatione, ibidem num. 6.

2 *Promissio, et cautio de non offendendo data per vnum ex rixantibus videtur correspectiua, ad alteram, quæ ab alio rixante præstanda est.*

Et ideo hac non sequuta, data pro non scripta habenda est.

4 *Non debet qui Prætori promisit non offendere fidem non seruare, et magistratibus dignitatem impunè cõtemnere.*

5 *Claudicatio, et disparitas in cautionibus, et similibus admittitur.*

7 *Protestatio quod cautio de non offendendo præstita non teneat, donec similis detur ab aduersario non tenet, et ideo pœna committitur, si interim sequitur offensio ex parte promittentis, ibid. n 9 et 10.*

8 *Nemo potest cogi præstare cautionem de non offendendo, nisi etiam sibi per aduersarium detur.*

9 *Hoc procedit quotiescumque etiam ex altera parte est iustus timor, nam si vanus est, nullatenus præstari debet, et num seq.*

11 *Iudices in præstandis cautionibus de non offendendo non debent admittere protestationes, quæ fieri solent, quod cautio non valeat, nisi ab altera parte detur, sed reycere ad tolendas occasiones rixarum et litium.*

12 *In Statu Vrbis facta requisitione de cauendo sub certa pœna cautiones sub eadem pœna pro præstitis habentur.*

13 *Boni, et practici Iudices, quando fiunt præcepta ad cauendum de non offendendo faciunt apponi clausulam, quod interim habeantur pro datis, quod notandum est.*

14 *Similis practica seruatur in Magno Ducatu Aetruriæ, vbi in præcepto de comparendo ad promittendum de nõ offendendo; seù ad faciendam treugam sub certa pœna, adycitur clausulam, quod interim vigeat mandatum de non offendendo sub eadem pœna, et vt vulgò dicitur, s'intendino leuate l'offese.*

CASVS CC. XIX.

1 DAta per vnum ex Rixantibus cautione de alte-
rum nõ offendendo simpliciter, & absque pro-
testatione, quod nõ valeat, donec ab altero fuerit pręs-
tita, & interim ex parte promittentis sequuta offen-
sione; quæri solet an dictæ cautioni fuerit contrauen-
tum, & pœna commissa; & videbatur concludendum
2 pro negatiua, ex quo promissio illa videtur correspe-
ctiua ad alteram, quæ non fuit sequuta, & cum altera
pars non dederit suam cautionem, quæ iam data est,
pro non scripta habeatur, ne alias disparitas, & clau-
dicatio sequatur, vt in terminis tradunt Moron. in tra-
ctat. de fide treug. & pace quæst 42. ferè in tota, Laur.
ab Occha consil. 66. num. 1. & seq. lib. 2. in consil. crim.
diuers. in impressis in magna forma, Herculan. in tra-
ctat. de caut. de non offend. c. 31. nu. 1. & seq. Vulpel.
in tract. de pace, induc. & promiss. de non offend. q.
3 79. num. 2. 4. 5. & q. 81. nu. 1. Contrarium tamen ve-
rum est, quod imò cautio data valeat, & pœna com-
mittatur, etiam quod ab altera parte cautio præstita
non fuerit, quia non debet, qui Prætori non offende-
4 re promisit, fidem non seruare, & Magistratus digni-
tatem impune contemnere, vt Vulpel. concludit dict.
quæst. 81. num. 2. nec claudicatio in contrariam con-
5 siderata obstat, quia in similibus admittitur, vt idem
Vulpel. trad. ī. d. q. 79. num. 6. & seq. qui etiam nu. 14.
& 15. ostendit minimè verum esse, quod cautio data
6 ab vna parte non valeat, nisi ab altera etiam præste-
tur, vt cum antea considerauerunt, eandem sequen-
tes opinionem. Hercul. d. c. 31. num. 7. & seq. vers. hæc
vera, & Moron. dict. q. 169. in princ. & in fin. & Clarus
quæst. 170. in princ.
7 Quinimò, & si cautionem præstitit, exprefsè pro-
testatus fuisset, quod ea non valeret, nec data intelli-
geretur, nisi similis ei daretur per aduersariu, & ante-
quam aduersarius eã præstaret, Offensio sequuta fuis-
set pro parte promittentis, is pœnam promissam sol-
uere deberet, nec ab ea, illū dicta protestatio liberaret.
Laur. de Occha, iura, rationes, & authoritates addu-
cens d. consil. 66. num. 11. 12. 13. 22. 23. quem sequuti
sunt Bertaz. consil. crim. 183. num. 13. lib. 1. & Baiard. in
addit. ad Clar. in pract. crim. q. 47. n. 20. & seq. & colli-
gitur ex tradit. per Vinc. de Franch. decis. Napolitan.
359. per totam in 2. part. licet enim verum sit, quod v-
8 na pars non teneatur hanc cautionem dare, nisi etiam
sibi per alteram partem detur, vt per Bartol. in lege
qui bona §. si quis quia sibi, in finalibus verbis ff. de dã.
infect. per Vinc. de Franch. d. decis. 359. nu. 2. per Au-
frer. in addit. ad Cappell. Tolosan. decis. 489. in fin. ad-
ditionis, & per Laurent. de Occha d. consil. 66. num.
1. & 2. non tamen per hoc sequitur, quin data ab vna
parte non teneat, antequam ab altera similis sibi præ-
9 stetur, quia nec est simpliciter, & absolutè verum, quod
si ab vna parte detur cautio, ab altera etiam danda sit,
sed id verum est, quando ab ipsa altera parte est etiam
iustus timor; nam si vanus est, nullatenus pręstari debe-
ret, prout dicunt Bart. & Aretin. in locis præcitatis, &
Hercul. d. c. 31. num. 9. & nouissimè Franch. decision.
Neapol. 359. n. 6. qui propterea concludit, post multa
10 hinc inde allegata in casu præstitæ cautionis, cum iã
dicta protestatione, & offensionis interim sequutæ, pę-
nam committi, & exigi posse, quando respectu partis,
quę non cauerat, timor erat vanus, & non iustus, quam
decisione sequitur Baiard. supra relatus. Vnde bene
dicit

dicit Vulpell. quæst. 82. ad fin. numer. 3. quod Iudices
11 non debeant tales protestationes admittere, sed reijcere ad tollendas occasiones rixarum, & litium, & vt vna pars interim habeat manus ligatas, donec altera colligetur, subditque, quod meritò in Statu Vrbini publico
12 proclamate decretum fuit, vt facta requisitione de cauendo sub certa pœna, cautiones sub eadem pœna pro præstitis habeantur, quam rem commendat Baiard. vbi supra, subdens, quod boni, & practici Iudices,
13 quando fiunt præcepta ad cauendum de non offendendo, faciunt apponi clausulam, quod interim habe-
14 antur pro datis, quod est notandum; Et similis practica seruatur in Magno Ducatu Ætruriæ, vbi in præcepto de comparendo ad promittendum de non offendendo, seu ad faciendum treugam sub certa pœna, adijcitur clausula, quod interim vigeat mandatum de non offendendo sub eadem pœna, & vt vulgo dicitur, *s'intendino leuate l'offese*.

EPITOME.

Agitur de mobilibus, & personis, ac Ciuitatibus, oppidis, Villis, & Terris captis in bello, præsertim inter Christianos ex vna parte, & Turcas, vel Saracenos ex altera inito; quomodo capientium, & occupantium fiant, & distribuantur; & an licitum sit in prædictis per insidias, & proditorie, & omni peiori modo contra dictos Turcas, & Saracenos procedere, & dolo, fraude, & machinationibus vti, & vbi hoc fas sit, quare liceat.

SVMMARIA.

1 *De mobilibus captis in bello, tàm inter Christianos ex vna parte, & Turcas, & Saracenos ex altera, quam inter ipsosmet Christianos ex vtraque inito; an, & quando capientium fiant, & quomodo distribuantur remissiuè.*
2 *Item quid de personis, de Ciuitatibus, Castris, Villis, & bonis stabilibus, vt supra captis pariter remissiuè.*
3 *Quod pedibus suspendaturis, qui Turcarum Naues, siue triremes dolo, & fraude combure attentauit, eorumque mancipia secum duxit, aliosque ex eis captiuos fecit, cum restitutione dictarum personarum iure peti non potest.*
4 *Christiani cum infidelibus, semper continuum, perpetuumque bellum habere intelliguntur.*
5 *Christianis licet, immo expediens est, desolationem Regni infidelium quomodolibet quærere.*
6 *Quarè bellum sequatur inter Christianos ex vna, & Turcas, Saracenos aliosque infideles ex altera, ibidem num. 18. & 19.*
7 *Quod semel in dominio Sanctæ Ecclesiæ fuit, quotiescunque vi per eam amittitur, semper recuperari per Christianos potest, & debet.*
8 *Quod Terra Sancta à Turcis occupetur, iustam nobis aduersus eos belli gerendi occasionem præbet.*
9 *Promissionis Terra, Christiani debita est.*
10 *Christiani sunt filij Abraham.*
11 *Terra Sancta, veluti consecrata, nè dum in sanguine, & morte Domini Nostri Iesu Christi, verum etiam in eius natiuitate, & habitatione: in dominio infidelium permanere non debet.*
12 *Et præcipuè, cum fuerit olim ab Imperatoribus Romanis recuperata, & in dominio Christianorum posita.*
13 *Christiani, vi fuerunt spoliati Terra Sancta.*
14 *Christiani, Terram Sanctam recuperare tenentur, & quarè, ibid. num seq.*
15 *Turcę Terram Sanctam non occupant, nec Christianis permittunt, vt eam ab occupantibus recuperare valeant.*
16 *Terra Sancta à Saracenis possidetur.*
17 *Hodie verò possidetur à Turcis, eum ex ea Saracenos eiecerint.*
18 *Turcæ non minus inimici Christianorum sunt, quam Saraceni.*
19 *Infideles non permittunt, vt Christiani, in eorum Regionibus legem Euangelicam, & Sacrosanctam Iesu Christi fidem liberè, & sine impedimento, prædicare possint, imò ab ijs inculcatur, & vituperatur.*
20 *Christiani ab infidelium molestia abstineri non debent, etiam si inter se pacificarentur, & ab ijs nullum damnum, nullamque molestiam paterentur.*
21 *Omnes Christi fideles ad Sacrosanctæ Ecclesiæ recuperationem, infideliumque extirpationem vocati sunt, & summopere hortati.*
22 *Iis, qui ex prædictis causis pugnando hac vita decedunt, Deus in premium paradisum pollicetur.*
23 *Proprium Christi negotium agitur, dum de infidelium expugnatione agitur.*
24 *Sancta Mater Ecclesia, vt Principes, aliosque priuatos fideles contra infideles facilius inducat, plurima suffragia, tam spiritualia, quam temporalia, concedere solet.*
25 *Catholici, infideles occidendo, homicidæ appellari non possunt, & quarè.*
26 *Infideles Ecclesiæ Dei inimici, & rebelles existunt.*
27 *Quod inter Christianos, & Turcas iustum sit bellum, legitimam efficit captiuitatem, de qua agitur in præsenti quæstione ad effectum, de quo in sequenti, numero 29. & 43.*
28 *Christiani, quomodocunque è manibus infidelium auferãtur, semper postliminij iure libertatem recuperant.*
29 *Christiani ab infidelibus capti, pro liberis reputantur, ac si nunquam serui effecti essent, ibid. num. 32. & 43.*
30 *Capti in bello iniusto, & illicito, serui capientium non fiunt, sed liberi permanent.*
31 *Molestia, aduersus Christianos ex parte infidelium iniusta est, quamuis ex parte fidelium contra eos è conuerso iustissima sit.*
Fieri potest, quod bellum ex vna parte sit iustum, ex alia verò nequaquam.
33 *In bello, quod sequitur inter Christianos, & Turcas seruitus, & ius postliminij ex vtraque parte locum habent.*
34 *Ampliatur hoc procedere, etiam in captis qualibet alia ratione, etiam omni bello cessante.*
35 *Quando bellum ex vna parte est iniustum, altera aduersus eam dolo, et fraude procedere potest.*
36 *Dolus, an virtus quis in hoste requirat.*
37 *Vbi bellum est iustum, vtrum aperta pugna, vtrum insidijs, quis vincat, nihil ad iustitiam interest.*
38 *Banniti vigore statuti, impunè offendi possunt, ibidem num seq.*
39 *Bannitus reputatur inimicus loci, à quo exulare necesse debet.*
40 *Bannitus pro assassinio, quomodolibet offendi potest, etiam pactis, et conuentionibus, et ita se habet veritas, et hoc pacto in praxi seruatur.*
41 *Dictio, proditoriè, a Doctoribus prolata, nihil aliud infert, quam proditionem, dolum cum fraude, simulationem, et amicitiæ signa.*
42 *Valet argumentum in iure a bannito ad infidelem.*
44 *Iis, qui in dominio Turcarum, reperiuntur, quomodolibet aufugere licet, etiam si catholicam fidem abnegare coacti non fuerint.*

45 *Quibus impunè aufugere permittitur, illis ijsdem auxilijs pro fuga capienda praestari non prohibetur.*

46 *Miserrimam vitam ducunt, qui captiui infidelium reperiuntur.*

47 *Quotiescunque lex aliquid permittit, omnia etiam ea permittere censetur, quae ad illud consequendum necessaria sunt, vel.*

Qui vult consequens, vult omne necessarium antecedens.

CASVS CC. XX.

1 DE mobilibus captis in bello, tam inter Christianos ex vna parte, & Turcas, vel Saracenos ex altera, quam inter ipsosmet Christianos ex vtraque inito, an & quando capientium fiant, & quõ distribuatur, dixi in 2. Cent. mearum resol. crimin. casu 140. 2 vbi etiam egi de personis in tali bello, vel etiam à Piratis, seu vt vulgo dicitur, Corsalibus captis, in qua materia, & de Ciuitatibus, Castris, aut Villis, vel bonis stabilibus, vt supra captis, de quibus aliquid tetigi videndi, sunt Bart. in l. eius, qui manumisit. §. Celsus num. 2. ff. ad municipal. Angel. in l. sicut liberis ad fin. vers. in agris autem, C. de postliminio reuers. Boss. in pract. crimin. tit. de captura num. 57. & quam pluribus sequent. vers. quaeritur, Boer. decis. 178. col. 1. & 2. & Aluar. Valasc. Decisione 30. per totam folio 59. & Ferret. in tractatu de re militar. tit. de iusto, vel iniusto bello, sub varijs numeris fol. 147. & seq. Couarru. in repet. c. peccatum de reg. iur. in 6. in 2. part. §. 10. & §. 11. Aret. in l. qui à latronibus ff. de testament. colum. 1. & 2. & seq. quorum dicta in effectu non discordant à dictis per me vti supra, & ibi notatis, addenda sunt singula suis locis congruis; sed quoniam postea respectu personarum, quae in manibus Turcarum captiuae reperiebantur, & à quodam Capitaneo Gifort, Anglo in ipsorum Turcarum territorio captę fuerunt, & Liburnum conductę, conquerente de hoc, & de alijs per dictum Gifort. in ea ditione infidelium factis Capitaneo Iuliae Caesareae, seu Algerij, habui dicere quod sentirem, dixi in hunc, qui sequitur modum videlicet.

3 *Si duole Morat Capitano d' Algieri nella lettera delli 20. di Settembre 1604. scritta al Sereniss. Don Ferdinando Granduca di Toscana Nostro Signore, che l'inuernata passata capitassi in Algieri vn Vassello Inglese carico di sale, che disse venire di Liuorno, & sotto la bandiera turchesca, con finta d' amicizia cercassi abbruciare in quel Porto li vasselli turcheschi, & non gli riuscendo, menassi e via alcuni Christiani schiaui di detti Turchi, & poi andando à Bugia Terra d' Algieri sotto la medesima bandiera, & finta amicizia, pigliassi dicianoue buomini turchi, & li conducesse à Liuorno, come che tutto questo sia seguito a tradimento, & il Padrone del Vassello meriti d'essere impiccato per li piedi, & li dicianoue buomini turchi si deuino rimandare alle case loro, & non essere ritenuti schiaui, si come ne fa instanza, & prega S. A.*

4 *Questa doglienza, & domanda, saluo ogni miglior parere, non l'hò per giuridica, perche è cosa chiara, che li Christiani s'intendono sempre hauere continua, & perpetua guerra con li Saracini, & Turchi,* Bar. in l. hostes, 24. col. 2. sub nu. 8. post vers. secundo dixi ff. de captiuis, & postliminio reuersis. Bald. in §. si ab hostibus sub num. 7. vers. inter istos Instit. quibus modis Ius Patriae potestatis soluitur, Alex. cons. 130. num. 6. lib. 7. Boer. decis. 178. sub num. 10. vers. item praesuppono, Alciat. in leg. hostes sub num. 2. vers. hinc est, ff. de verbor. significat. Couar. in repet. c. peccatum de reg. iur. lib. 6. in 2. part. §. 11. sub num. 6. Franc. decis. Neapol. 268. num. 5. in
5 2. parte; *Et è lecito, & espediente à Christiani, cercare con ogni arte, a desolatione de Regni di detti Infedeli,* Oldrad. cons. 71. colum. fin. vers. inter malos. Cacheran. in disputat. an Principi Christiano fas sit foedus inire cum infidelibus sub num. 5. post versic. quarto hanc opinionem, Iulius Ferret. in tract. de re militar. tit. de ordinand. acieb. in bello num. 42. & 45. & *fassi questa*
6 *guerra a Saracini, et Turchi da Christiani, per essere del continuo infestati da loro, et perche sempre, che hanno l'opportunità, oppugnano li Christiani, et gl'inquietano*
7 *per propria loro natura, et perche il Territorio da loro posseduto già fù sotto l'obbedienza di Santa Chiesa, la quale come spogliatane violentemente può, et deue recuperarlo,* Oldrad. consilio 72. sub num. 1. vers. sed quod contra, & num. 2. & 3. & Alber. omnia verba Oldradi transcribens in Rubrica C. de Pagan. & Sacrific. & templis eorum, ad quem Oldrad. etiam se remittit. Ferret. in d. tract. de iusto, vel iniusto bello numer. 53. latè Aluar. Valasc. decis. 30. num. 8. Couar. in d. 2. part.
8 §. 10. numer. 3. *Et particolarmente perche li Saracini ritengono la terra Santa, che è la prouincia di Ierusalem, che è terra di promissione, quale promesse Iddio ad Abram et al suo seme, donata à Christiani, che sono figli-*
9 *uoli d'Abram,* Oldrad. d. cons. 72. col. 1. in fin. & col. 2.
10 & 3. & ibi etiam addentes ad eum, Alberic. in d. Rubr. C. de Pagan. & Sacrific. & templ. eorum, Bartol. in leg. Christianis, num. 2. & 3. C. de Pagan. & ibidem Fulgos. sub num. 1. Alex. cons. 130. num. 5. lib. 7. Abbas in c. 1. in primo notabil. numero 2. de conuers. Infidelium, & in cap. quod super in vltimo notab. sub numero 10. & 11. de voto, Dec. in cap. quae in Ecclesiarum sub num. 110. de constitutionibus, & in c. consuluit il 3. in secundo notabili sub num. 11. de appellat. Cacheran. d. disp. n. 20. Ferret. d. tract. tit. de iusto, vel iniusto bello num. 68. Boer. d. decis. 178. num. 7. *Et come consecrata*
11 *non solo nel sangue, et morte di Christo, ma ancora per la Natiuità, et habitazione non deue stare nel Dominio de gl'Infedeli, massime sendo stata dipoi da gl'Im-*
12 *peratori Romani acquistata, et posta sotto il Dominio de Christiani, che per forza ne sono stati spogliati, et de-*
13 *uono cercare di recuperarla, perche habitata da fedeli*
14 *vi s'adori, et lodi Christo,* Innoc. in d. cap. quod super num. 7. & ibidem Abbas sub numero 11. de voto, *Et*
15 *perche li Turchi, ancorche non tenghino essa Terra Santa, non permettono, che li Christiani possino andarui, et torla a Saracini, a quali non possono altrimenti passare,*
16 Bart. in d. l. Christianis num. 4. & ibidem Fulgos. sub num. 1. vers. sed quare possumus, Adden. ad Oldrad. d.
17 cons. 72. Alex. d. consil. 130. numer. 5. *Se bene hoggi hauendo li turchi scacciati li Saraceni da detta Terra San-*
18 *ta, et tenendola loro, essi meritamente non meno de Saracini sono inimici de Christiani, li quali però contro essi per la sudetta ragione hanno giusta, et continua guerra,* Ad-
19 dent. ad Oldrad. dicto consilio 72. *La quale giustizia viene ancora confermata dall'impedimento, che da detti infedeli è dato à Christiani di non lasciare predicare ne lor paesi la Legge Euangelica, et fede di Giesù Christo liberamente, anzi oltraggiarla, et biasimarla,* Couar. in d. §. 10. sub num. 3. versic. Quarto licitum, & Valasc. d. decision. 30. numero 8. *Ne deuono li Christiani astenersi*
20 *dalle molestie contro detti Saraceni, et Turchi, ancorche eglino viuessino in pace, et non infestassino alcuno per le ragioni già addotte, le quali militano anco in*

questo

questo caso, & specialmente per le occupationi della Ter-
ra Santa. Oldrad.d. consl.72. colum.1. in fine vers.Et
præsuppofito,quod nunc, & col.2. & 3. & post eum
Alberic.in Rubr.C.de Pagan. Fulgos.in d.l.Christianis
num.1.vers.miratur,& Cacher.in d.disputat.num.19.
Ferret.d.tit.de iusto,vel iniusto bello num.101. quic-
quid in contrarium dicat Couar.d.§. 10. in princ. col.
1. & 2. *Et esorta Santa Chiesa tutti li fedeli di Christo*
21 *all'impugnatione di detti infideli* capitulo omni timore
23. quæstion.8. & cap. vnico, quod incipit copiosius
de Iudic.& Saracen.in extrauagant.Ioann.22.Cache-
ran.d.disput.sub num.13.vers.Si igitur delictum; *Et da*
22 *caparra del celeste Regno a chiunque morissi cosi combat-*
tendo, c.omnium, 23.q.5.& d.c.omni timore,pulchrè
Ferret.dict.titulo de iusto, vel iniusto bello, numero
23 5. *Et dicesi trattarsi proprio negocio di Christo, quando*
s'impugnano detti infedeli, text.in d.extrauagan.copio-
sius,& ibi etiam glos.in verbo Domini negocium,Ca-
cher.d.disput.d. vers.si igitur delictum.*Et per più facil-*
24 *mente indurre, & li Principi, et li priuati Christiani con-*
tro li sudetti infideli, suole anco Santa Chiesa concedere
molti sussidij, così spirituali, come temporali. Oldrad.
d.consilio 72.colum.fin.ver.& sic cum bellum, & post
eum Alberic.in d.Rubr.C.de Pagan.& Innoc. in d.ca-
pit.quod super sub num.7.versicul. Quod autem *Papa*
25 *de voto; Ne possono li Cattolici ammazzando tali in-*
fedeli chiamarsi homicidiali, leuando dal Mondo li veri
26 *inimici, et rebelli della Chiesa di Dio*, Ferret.dict.
titulo de iusto, vel iniusto bello numer.70. *Da questa*
27 *giustizia di guerra, et molestia, che da Christiani si fa al-*
li Saracini, et Turchi s'inferisce, che li Turchi presi dal
Vassello Inglese à Bugia sono fatti i serui, et schiaui di chi gli
28 *ha presi, sendo questa conclusione indubitata, quan-*
do si tratta trà Christiani, et Saracini, ò Turchi l.Manu-
missiones ff.de Iustit.& Iur.l. adeo quidem, & l.trans-
fugam ff.de acquir.rer. Dominio, & toto tit.ff.& C.de
capt.& postliminio reuersis §. ius autem gentium.in-
stit.de iur.natur.gent.& ciuil.§.1.& per totum titulum
Instit.de iure personar.& §. item ea, quæ ab hostibus
Instit.de rer.diuis.Alciat. in lege hostes sub numero 2.
vers.hinc est ff.de verbor.signific. Petrin.Bellus in tra-
ctat.de militari. parte 3. tit. 1. sub num.12.in fin.vers.
quamuis autem,Abbas in cap.1.in 1.notab.num.2. de
conuersion. infidel.Ferret. d.titulo de iusto, vel iniu-
sto bello numero 73.Aluar. Valasc.dict. decisione 30.
28 num.7.& 8.*Et che li Christiani, che erano schiaui in Al-*
gieri presi da detto Vassello, et condotti a Liuorno come
liberati dalla captiuità per le ragioni del postliminio hab-
bino recuperato il loro pristino stato di libertà, lege
postliminium est,19.ff.de capt.& postliminio reuersis,
§.si ab hostibus Instit.quib.mod.ius patr. potestat.sol-
uit.& d.§.item ea,quæ ab hostibus instit.de rer. diuis.
& toto tit.ff.& C.de capt.& postliminio reuersis, sen-
tit Alciat.in loco citato,&Petrin.Bellus d.tit.1.sub nu-
mer.12.vers.sicut verò,Ferret.d.tit. de iust. vel iniust.
bello nu.76.& 77.*Anzi, che vogliono alcuni, che sieno*
29 *sempre rimasti liberi, et non mai fatti serui, come*
30 *per la parte di tali infedeli sia ingiusta ogni molestia con-*
tro li Christiani, se bene per il contrario contro essi infedeli
31 *è giustissima*. Aluar. Valasc.d. decis.30. sub num.7.& 8.
& ante eum Couarr.in repet.d.c.peccatum de regula
32 iur.in 6.in 2. parte §.11. sub numer. 6. *Il che hà luogo*
non solamente ne' presi in guerra, ma ancora da Pir-
rati, ò Corsali, che vogliamo dire, perche anco li
captiuati in tal maniera trà li Christiani da vna parte,
33 *et Saracini, ò Turchi dall'altra douentano serui di chi li*
piglia, et in quelli, che fussero per prima schiaui, ha luogo
la ragione del postliminio per la recuperazione della pristi-
na libertà, gloss.in lege hostes in verbo Prædones ad
fin.vers.quid autem,si latro hostium ff.de captiuis, &
postliminio reuersis, quam sequitur Vinc. de Franch.
d.decis.Neapol.268.num.5.sentit Angel.in l.2.ad fin.
C.de postlimin.reuers. quicquid dicat Petrin.Bellus in
34 dicto tractat.in 2.part.tit.12.num.6.*Poiche in qualun-*
que modo capitino le persone d'vna parte inimica in mano
dell'altra, procede la legge della captiuità, et insieme
del postliminio etiamdio cessante ogni guerra. Idem
Bellus in d 2.part.tit.12.num.4. & 5. & in d.3. parte
tit.1.num.8.& seq.& num.27.vers.& vt modum; *Ne*
35 *importa, che il Vassello Inglese sia proceduto con fraude,*
et inganno, et con tradimento, nel modo presupposto in
detta lettera, perche quando sia verò, che assoluta-
mente forse non è in tutto, si dice, che sendo giusta la mo-
lestia, come è giustissima, ha lecitamente l'Inglese potu-
to vsare contro il Turco inimico insidie. Oldrad.consl.
71.numero 2.in princip. Abb. in d.capitulo quod su-
per numer.15.versic.Item in bello.Dec.in l. ea est na-
tura cauillationis in fi.sub num.8.& ibidem Cagnol.la-
tius insistens.num.17.& seq.ff.de regula iur.Cacher.d.
disput.num.3.& 15. beneque facit Virgilianum illud
vulgare dictum,dolus,an virtus quis in hoste requirat,
36 & est text.in nostris terminis in cap.vtilem 22.q.2.vbi
dantur plura exempla deceptionis inimicorum sub
prætextu amicitiæ,& fingendo,& simulando,quę non
erant,& in c.Dominus 23.q.2.dicitur præcisè, quod
37 quia iustum est bellum,vtrum aperta pugna,vtrum in-
sidijs qui vincat, nihil ad iustitiam interest, & optimè
tradit Ferret.d.tit.de iust.vel iniust. bello num.116. ad
38 fin.& titul.de ordinandis acieb.in bello numer.46. *Et*
se vn bandito, che può in vigore di Statuti essere offeso
senza pena, si dice inimico del luogo, del quale è bandito.
39 Corn.post plures per eum allegatos cons. 104. col.2.
sub numer.1.vers.his tamen non obstantibus lib.1.te-
stans de communi,& obseruata opinione,quem sequi-
tur Clar.in §.homicidium numero 53. versicul. stante
40 hoc statuto, *et come tale può essere offeso, et ingannato*
anco con patti, et conuenzione, et altri modi, Corn.ex
communi Doctorum sententia,d.cons. 104. colum.2.
sub num.1. ad fin.vers. hosti autem lib.1. Vulpell.re-
spons.crim.59.numero 3. & 4.& alij per eos allegati;
41 *Etiamdio à tradimento, et anco con denari per assassinio*.
Alberic.de Rolat.de statut. lib.4. quæst.26. sub num.
4.& 5.Nell.in tract.de bannit. in 2. part.secundi tem-
poris,q.12.dicens esse opinionem veram,& seruari in
42 pract.Boss.in pract.crim.titul.banniti quid amittant.
num.1.in 1.& 2.fallentia,Inquiens, quod ita obserua-
tur.Clar.in d.§.homicidium num.61. vers. sed an lice-
bit,qui pariter ita obseruari ait Dec.in d.c.quæ in Ec-
clesiarum sub nu.72. vers. vnde inferunt iunctis antea
dictis Petr.Plaza in Epitome delict.lib.1.cap.7. num.
7.vers.cæterum Vulpell.d.responso 59.num.2.dicens
esse receptionem sententiam,Monticel.testans de cō-
muni in practic.crimin.regula 3. num 28. in 15. limi-
tat.Vincent.de Franch.decis.Neapol.276. nu.4. in 2.
parte Farinac.his scriptis visus cons.crim. 101. nu.23
vers.secundo quia,Dec.cons.327.nu.5.vers.& vlterius
Bald.cons.9.nu.3. vers.decimo lib.3. & nouissimè Io:
Baptista Baiard. in addition.ad Clar. in d.§. homici-
dium num.236. & 237. vbi etiam quosdam alios idem
tenentes adducit,licet nō omnes supracitatos. *Poiche*

li Dottori oltr'il parlare con termine d'espresso assassinio, vsano anco questa parola latina proditorie, che altro non inserisce, che tradimento, & inganno con frande, & si-
45 mulazione, et segni d'amicizia. Vulpell.d.respons. 59.in princip.numero 1.& Monticel.d.regula 3.num. 15.versic. proditoriè autem,gloss.in verbo proditionibus in c.clericus,il primo 46.distinction. maggiormēte,
44 et senza alcuna difficoltà può essere offeso l'infedele, che è più inimico del bandito, et non d'una sola Città, ò provincia, ma di tutto il Christianesimo, authent. multo
45 magis C.de sacrosanctis, Ecclesijs; Può adunque l'Inglese non restituere li capituati a Bugia,ma ò venderli, ò ritenerli in sua seruitù, come meglio gli piacerà fare, vt dixit Ferret. d.titul. de iust. vel iniust.bello num.76. et
46 alli presi in Algieri,ch'erano prigioni de Turchi,ò fussero diuentati lor serui, et schiaui secondo l'opinione d'alcuni, ò rimasti liberi, come vogliono altri, ha potuto dare in Liuorno libertà, et mandarli alle case loro, ne questo riccuere alcuna diffieultà sieno stati recuperati in qualunque maniera, poiche alli medesimi era leci-
46 to il fuggire, et scampare dalle mani di essi Turchi ancor che non fusse lor fatta instanza di renegare la fede, ne sopra ciò data molestia alcuna, Couarr.dicto §. 11.sub num.6.vers.ex his etiam, vbi apertè reprobat, & falsam dicit contrariam sententiam, Anchar.in eodem cap.peccatum,col.13.vers.tertio,quæro, & Aretin.in l.qui a latronibus col.3. sub num.3.ff.de testam. & Couar.sequutus est Aluar.Valasc. d.decis.30. num. 10.vers.secundo ex prædictis. percioche se à captiuati è
48 lecito il fuggire, lecito ancora deue essere ad altri aiutarli, et procurarli la fuga, sendo eglino per loro stessi inhabili a procacciarsi lo scampo, ritrouandosi in quella estrema miseria, ch'ogn'vno sà, perche quando la legge
49 permette vna cosa, s'intende anco permettere tutti gl'-
50 antecedenti, et mezzi per i quali si perviene a quella, l.ad rem mobilem,& l.ad legatum ff.de procuratorib. et senza li quali vana, et inutile si renderebbe la concessione l.2.ff.de iurisdict.omn.Iudicum, & l.oratio ff. de sponsalib.cum alijs per me adductis in 1.Centur.mearum,resol.crimin.casu 62.numer.2.& 3.il che basti per mostrare, che senza iuridico fondamento il Capitano d'Algieri fa la suddetta domanda, da non essere ammessa dal Serenissimo Granduca,all'infallibile giudizio del quale si rimette tutto il presente discorso, et se li prega dalla Maestà di Dio lunga,et felicissima vita.

EPITOME.

Quod condemnatus pecuniariter carceratus non relaxatur fideiussoribus de soluendo,sed detinetur,quousque fisco persoluat, & quid respectu expensarum, & mercedis custodiæ Commentariensi debitarum.

SVMMARIA.

1 *Condemnatus in pæna pecuniaria carceratus non relaxatur fideiussoribus de soluendo,sed detinetur donec effectualiter soluat.*
2 *Qui soluere condemnatus est, fideiussores, vel pignora dando,non liberatur,sed præcisè soluere debet.*
3 *Et hoc potissimum procedit in debitore fisci.*
4 *Debitor fisci carceratus,vbi debitum est liquidum, non relaxatur nisi soluat.*
5 *Condemnatus in pæna pecuniaria carceratus pro expensis, et mercede Custodiæ,de iure retineri non potest per Commentariensem, qui debet eum relaxare, et postea contra eum agere,si vult.*
6 *Prædicta tamen opinio vera non est,et totum contrarium de consuetudine seruatur.*
7 *Scriptor potest detinere librum in papiro, vel membranis sibi traditum ad scribēdum donec sibi soluatur de sua mercede scripturæ.*

CASVS CC. XXI.

1 Condemnatus in pœna pecuniaria carceratus nō relaxatur fideiussoribus de soluendo, sed detinetur donec effectualiter soluat,qui enim soluere condemnatus est, fideiussores, vel pignora dando, non li-
2 beratur,sed præcisè soluere debet,ita est text.in l.4.§. ait prætor ff.de re iudic.in lege quod si non soluere ff. de pignorat. action. in leg. item liberator §. qui paratus ff. quibus mod. pign. vel hypoth.soluit. & in cap. cum aliquis,extra de re iudicat.& tradit Farinac.dicta iura adducens libr. 1.quæstion.crim. tit. de carceribus & carcerat.q.33.nu.19.& Hieron.de Laut.decis.Auenion.112.nu.5. & ante eos Boss.in pract.crim.titul. de sent.num.11 t.& Clar.attestans de communi opinione in pract.crim.q.95.in princ.sub num.1.& hoc comprobat Farinac.vt ibi per eum numer.9. quod potissi-
3 mum procedit in debitore fisci, qui vbi debitum est li-
4 quidum, nunquam relaxatur, nisi soluat, vt post multos tradit Farin. vbi supra nu.10. Pro expensis autem,
5 & mercede custodiæ de iure retineri non potest per Commentariensem,qui debet eum relaxare, & postea contra eum agere,si vult, secundum opinionem Iacob. de Aret.de qua meminit Guid.Pap.decis.443. in prin. sub nu.1.sequitur Hieron.de Laur.decis.Auenio.112. sub num.5. vers.dubitatum etiam fuit; sed certè, nec
6 opinio Iacob.de Aret. vera est, vt dicit Add. ad Guid. Papæ d.decis.112.nec de consuetudine seruatur, sed totum contrarium,quia non relaxatur,nisi satisfacto,vel concordato Commentariense, vt dicit Guid.Pap.sub eodem num.1.& quod possit pro dictis expensis,mercede custodiæ retineri,facit l.si necessarias,in princ.ff. de pignor.action. & seruit etiam communis Doctorū traditio, quod scriptor potest retinere librum in papi-
7 ro,vel membranis sibi traditum ad scribendum,donec sibi soluatur de sua mercede scripturæ, de qua per gl. in l.si non fortem §. si centum,in verbo retinebit.ff. de condit.indebit.& ibi Bart.Bald. Angel. Castr. Alexan. & Ias.& latè tradit Surd.decisione Mantuana 50. per totam.

EPITOME.

An,& quando sequuta condemnatione alicuius,cum publicatione bonorum ex delicto,alimenta eondemnato debita,veniant in fiscum,durante malefactoris vita, & quid in vsufructu eidem damnato ante sententiam debito, & de alijs in hac materia non spernendis.

SVMMARIA.

1 *Publicatis bonis malefactoris,alimenta ei debita in fiscū, ipso malefactore viuente, non transeunt,sed eidem delinquenti debentur,ibid.nu.27.*
2 *Quis non debet defraudari alimentis quotidianis.*
3 *Stricto iure alimenta debita malefactori,eius bonis publicatis in terrorem delinquentium, ad fiscum pertinere debent.*
4 *An alimenta legata comprahendatur in publicatione bonorum,donec viuit legatarius, et concluditur, quod non ibid.num.7.*

Legatum

5 *Legatum alimentorum, morte extinguitur.*
6 *Fiscus, dum bannitus viuit, omnia percipit, quæ ad bannitum perueniunt.*
8 *Legatum alimentorum, est conditionale, & propterea non transit in fiscum supra, nu. 3.*
9 *Actiones pro alimentis competentes, non transeunt in fiscum, publicatis bonis eius, qui ea percipere debet, ibidem num. 12.*
10 *Si damnato alimenta relinqui possunt, eius bonis publicatis, ea in fiscum non transeunt.*
Alimenta damnato legari possunt, ibid. num. 13.
11 *Alimentis legatis quot sunt anni, tot sunt legata, quæ incipiunt cedere, quando annus venit.*
13 *Legatum alimentorum, per damnationem in metallum non perit.*
14 *Quod alimenta damnati debita eius bonis publicatis, non transeunt in fiscum, est speciale, cum alias sit contrarium determinatum.*
15 *Propter bannimentum, alimenta non amittuntur.*
16 *Alimenta alicui legata, publicatis bonis legatarij, non transeunt in fiscum.*
17 *Alimenta filio debita, publicatis eius bonis non confiscantur.*
18 *An Pater, vel alius, qui de iure teneatur cogi, possit dare filio, vel alij bannito pro alimentis illud, quod ante bannum præstare tenebatur, & concluait, quod sic.*
Fallit hoc, vbi is bannitus hostis patriæ esset, ibidem numero 34.
20 *Donans alicui, sub conditione, quod si contingat bona eius publicari, teneatur donanti alimenta præstare, dicitur fecisse in fraudem fisci, quatenus pertinet ad alimenta.*
21 *Alimenta, publicatis bonis, debentur, nisi condemnatus ex statuti dispositione, vel aliter pro hoste publico habeatur, ibid. num. 34.*
22 *Publicus hostis impunè occidi potest, & propterea, nec ei alimenta debentur, & infra num. 26.*
23 *Vsufructuarius, Monasterium ingrediendo habetur pro mortuo.*
24 *Vsusfructus tamen ei debitus non extinguitur.*
25 *Monachus, non dicitur mortus, quo ad comedendum, & bibendum, aliaque vitæ necessaria.*
26 *Damnatus ex statuto, vbi potest impunè offendi, nec ei alimenta debentur, & habetur pro mortuo, & pro transfuga, & hoste, ac diffidato, ibidem, & supra nu. 22.*
28 *Vsusfructus malefactori debitus, eius bonis publicatis venit in confiscatione.*
29 *Fallit, vbi condemnatus pateretur maximam, vel mediam capitis diminutionem, ibid. nu. 38.*
30 *Fiscus non semper potitur vsufructu, in vita damnati.*
31 *Summopere aduertendum est, an legatum, vel promissio importet alimenta, an verò vsumfructum.*
32 *Quando Testator relinquit vxorem suam Dominam, patronam, Massariam, administratricem, vsuariam, & vsufructuariam omnium suorum bonorum, vniuersalibus hæredibus institutis eius, & dictæ suæ vxoris filijs, vel alijs descentibus fauore liberorum, hoc relictum importat præminentiam quandam propriam, ac liberam perceptionem alimentorum.*
33 *Et propterea, si ex delicto ipsius mulieris, talia bona publicarentur, ius hoc alimentorum non transiret in fiscum, sed saluum remaneret.*
34 *Fallit tamen hoc, vbi in eius banno, esset posita, vt hostis Ciuitatis reputaretur, & impunè occidi posset.*
35 *Bonis per delictum filij confiscatis, matri eius a marito relictæ vsufructuariæ, Dominæ, & Massariæ omnium suorum bonorum, verus vsusfructus bonorum debetur, & non alimenta tantum.*
36 *Quando bona veniunt in extraneum hæredem, tunc cessat consuetudo interpretatiua, quæ fauore filiorum dat matri alimenta solummodo bonis per ipsius delictum confiscatis.*
Fiscus loco extranei hæredis habetur.
37 *Cessante fauore liberorum, matri debetur integer, ac plenus vsusfructus deducto tamen vsufructu legitimæ.*
38 *Vsusfructus finitur, & cum proprietate consolidatur, quando quis maximam vel mediam capitis diminutionem patitur, ibidem, & supra num. 29.*
39 *Quando vsusfructus per condemnationem, cum proprietate consolidatur, alimenta nihilominus, ex dicto vsufructu, delinquenti debentur, secundum aliquos.*
40 *Sed tamen veritas est in contrarium, cum nec etiam tunc alimenta debeantur, & quare.*
41 *Alimenta, quæ in institutione vsusfructus sunt, non sunt formalia, sed causalia, vnde extincto vsufructu expirant.*
42 *Banniti, hodie ex particularibus ordinibus locorum, totius ferè Italiæ, cum publicatione bonorum hostes patriæ reputantur.*
43 *Banniti cum publicatione bonorum, hodie impunè occidi, et offendi possunt.*
44 *Banniti cum publicatione bonorum, hodie maximam, vel saltem mediam capitis diminutionem patiuntur, Ciuitatē amittunt, omneque eorum ius vsusfructus perdunt.*
45 *Vsusfructus bannito, cum publicatione bonorum debitus, hodie veluti finitus, et extinctus ad fiscum in vita vsufructuarij non transit, sed ad proprietarium pertinet.*
46 *Banniti cum publicatione bonorum, hodie si aduersus bannum restituantur, ius vsusfructus, sibi ante bannum debitum, non recuperant.*
47 *Vsusfructus semel extinctus, non reuiuiscit.*
A priuatione ad habitum in vsufructu, non datur regressus.
48 *Bannitus, qui ex forma statuti impunè offendi potest, pro mortuo habetur.*
49 *Alimenta bannito qui ex forma statuti impunè occidi potest, debita, licet in fiscum non transeant, ei tamen non præstantur, sed penes ea debentem remanent, et extincta censentur.*
50 *Nec illo restituto recuperantur, secundum Ruinum.*
Contrarium tamen firmare videtur hic Dominus Author.
51 *Alimenta debentur, etiam maximam capitis diminutionem passo.*
52 *Maxima capitis diminutione, non solum Ciuitas, sed etiam libertas amittitur.*
53 *Alimenta debentur, etiam in metalli damnato.*
54 *In metallum damnatus, maximam capitis diminutionem patitur, et seruus pœnæ efficitur.*

CASVS CC. XXII.

1 PVblicatis bonis malefactoris, an alimenta ei debita in fiscum, ipso malefactore viuente, transeant, an verò eidem delinquenti debeantur, in disputationē venire vidi: in qua difficultate Alberic. de Rosat. de statut. lib. 3. q. 11. determinat ea non intelligi publicata, & proinde non venire in fiscum, sed condemnato esse præstanda, quia quis non debet fraudari alimentis
2 quotidianis leg. qui bonis 6. ff. de cession. bonor. & videtur text. in lege pen. cum glossa ff. de capit. diminut. & in lege is, cui annua. cum ibi notat. ff. de aliment. & cibar. legat. nam vt dicit text. in dict. lege penult. incipiente legatum ff. de capit. diminution. hoc potius

potius in iure, quam in facto conſiſtit, quia vt ibi decla-
rat gloſſ. non conſideratur, an damnatus ſit capax, vel
non, ſed an poſſit comedere, & bibere, vel non: & hanc
opinionem ſatis æquam eſſe dicit, licet fortè de ſtri-
3 cto iure, cum ſint talia alimenta de bonis malefactoris,
ad terrorem delinquentium dici poſſet, quod publi-
centur. Hanc Alberic. ſententiam contra fiſcum ſe-
quitur Simon. de Pręt. in tract. de interpretat. vltimar.
volunt. lib. 4. dubitat. 11. nu. 12. ver. quando autem fol.
425. vbi hoc ideò eſſe inquit, quia legatum alimento-
rum, de quo ipſe loquitur, eſt conditionale ex notat.
per Boſſ. in pract. crim. tit. de bonor. publication. num.
72. in quo loco Boſſ. in verſ. ſed quid in alimentis quæ-
rit, an alimenta compræhendatur in publicatione bo-
4 norum, donec viuit legatarius, nam morte extinguun-
tur l. cum hi §. modus autem ff. de tranſactio, & ait vi-
5 deri, quod ſic, ex quo bannitus, dum viuit comedit, &
6 bibit, vnde fiſcus interim illa debet percipere, tamquã
bannito ſpectantia l. Statius §. Cornelio ff. de iurę fiſci,
7 contrarium tamen, quod non compræhendantur, fir-
mat per l. legatum ff. de capit. diminut. & l. is cui, cum
ibi notat. per Bar. ff. de alimen. & cibar. legat. & ita te-
nere inquit Nellum in tract. de bannit. in 1. par. secũdi
tempor. q. 36. & q. 48. & Salyc. in l. ſi quis ademptis C.
de ſentent. paſſ. & ſubdit, quod ita fuit iudicatum, quia
8 cum ſit legatum conditionale, non tranſit in fiſcum, vt
per Alex. in l. ſi marito ff. ſolut. matrimonio, & vt ibi la-
tius per Boſſ. cuius dictis addendum eſt ſpeciale eſſe in
alimentis, vt actiones pro eis competentes non tran-
9 ſeant in fiſcum, publicatis bonis eius, qui ea percipere
10 debet, quia, & illi damnato legari poſſunt l. ſi in metal-
lum ff. de his, quæ pro non ſcript. habent. & quot ſunt
11 anni, tot ſunt legata, quę incipiunt cedere, quãdo an-
nus venit, l. ſi cum præfinitione 20. ff. quãdo dies legat.
ced. ut propterea merito pro annis ſequentibus poſt
12 damnationem, actiones damnate competant, & non
fiſco l. is, cui ff. de aliment. & cibar. legat. & ita per pre-
fata iura, & per dictas rationes concludit Salycet. in d.
l. ſi ademptis. in verſ. ſed eſt ſpeciale, & idem colligitur
ex Bart. in d. l. is cui numer. 2. dum inquit legatum ali-
mentorum per damnationem in metallum non perire,
13 quia etiam ſic damnato fieri poteſt d. l. ſi in metallum
& ſpeciale eſſe in alimentis, vt in fiſcum non veniant
14 poſt damnationem, licet alias cõtrarium ſit determi-
natum ex l. 2. C. de bon. pręſcript. idem tradit Franc.
15 Marc. deciſ. delphinali. 831. quæritur, an propter ban-
nimentum in princ. in 1. parte volens expreſsè non a-
mitti alimenta propter bannimentum per d. l. is cui,
& per d. l. ſi in metallum, ſequitur Peregr. in tractat. de
iure fiſci lib. 5. titul. 1. de publicat. bonor. num. 123. ver-
ſic. vndecimo infertur, & Carpan. in comment. conſti-
tutio. Mediolani. ad §. omnium tit. de iure, & priuil. fi-
ſci num. 192. & ſeq. verſ. alimenta, & infra, vbi forma-
liter dicit, quod alimenta alicui legata, publicatis
16 bonis huius Legatarij, non tranſeunt in fiſcum, prout
nec alimenta filio debita confiſcantur, publicatis eius
17 bonis; & hanc opinionem veram præſupponere vide-
tur Nell. in tract. de bannit. in 1. part. ſecundi temporis,
q. 36. & latius quæſtion. dum quærit, an pater, vel alius
18 cogatur dare filio, vel alij bannito pro alimentis il-
lud, quod ante bannum præſtare tenebatur, & reſoluit
pro affirmatiua, maximè verò in alimentis a patre fi-
lio præſtandis, niſi is bannitus hoſtis ſit Patriæ, per al-
19 legata per ipſum; fruſtra enim de ea ageretur quęſtio-
ne, ſi ius hoc alimẽtorũ percipiendorũ per bannitũ in
fiſcum tranſiret, quibus conuenit, quod notat Meno-
ch. in tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 124. nu. 51.
& 52. verſ. declaratur tertio, vbi poſt Alciat. in l. poſt
contractum num. 70. ff. de donat. inquit, quod ſi dona-
20 ui tibi ſub ea conditione, & pacto, quod ſi contingerit
bona mea publicari, tenearis me alere, non dicor in fi-
ſci fraudem feciſſe, quantum pertinet ad alimenta,
quę etiam publicatis bonis debentur d. l. ſi in metallum
ff. de his, quæ pro non ſcript. habent. niſi condemnatus
21 ex ſtatuti diſpoſitione, vel aliter pro hoſte publico ha-
beretur, nam tunc alimenta ei non deberentur, cum, &
occidi poſſit l. 1. C. de bon. libertor. & tradit Bartol. in
22 ſua quæſt. 1. incip. Lucanæ Ciuitatis ſtatuto cauetur;
ſub varijs numeris, facit Cępol. conſil. ciuili 22. numer.
23 4. in antiquis, vbi ait, quod ſi vſusfructuarius mona-
chatur, licet habeatur pro mortuo, tamen, non fini-
24 tur vſusfructus, quia non eſt mortuus quoad comen-
25 dendum, & bibendũ, & dicit Carpan. loco citato nu.
26 194. quod vbi ex ſtatuto damnatus poteſt impunè of-
fendi, ei non debentur alimenta, licet alias deberentur:
nec mirum, quia bannitus in ære, & perſona habetur
omnino pro mortuo, & omnia etiam de iure commu-
ni, ſibi alias competentia, perdit. Alex. conſ. 75. n. 9. in
fine, & n. 10. lib. 1. Marſil. in tract. de bannit. In verbo
exules n. 3. verſ. quę omnia, & bannitus qui poteſt im-
punè occidi, dicitur diffidatus à populo, a quo eſt ban-
nitus, Barbat. conſ. 48. num. 3. ad finem lib. 2. & eſt ho-
ſtis loci, a quo eſt bannitus, Alex. d. conſil. 75. num. 9.
lib. 1. Ioſeph. de Ludouic. deciſ. Peruſin. 11. num. 8. cir-
ca finẽ, & ęquiparatur transfugę Alex. d. conſ. 75. n. 10.
27 Et hocque inferunt Boſſ. & Simon. de Præt. in locis
ſupracitatis, quod cum alimenta non tranſeãt in fiſcũ,
vſusfructus autem, ſeu verius commoditas vtendi, &
28 fruendi, publicatis bonis eius, cui debetur, in confiſca-
tione veniat, vt per ipſos Boſſ. & Simon. de Præt. per
Nellum de Bannit. in 1. part. ſecundi tempor. q. 27. per
Alexand. in l. ſi finita §. ſi de vectigalib. n. 51. verſ. item
circa, ff. de damn. infect. & per Peregr. in tract. de iure
fiſci lib. 5. tit. 1. de publicat. bonor. num. 73. verſ. quinto
infertur, & num. 115. verſ. contra autem, & per Car-
pan. in dict. §. omnium num. 272. & ſeqq. verſiculo v-
ſufructuario damnato, & infra, & eſt text. in lege ſi po-
29 ſtulauerit. §. iubet. ff. de Adulterijs, niſi condemnatus
pateretur maximam, vel mediam capitis diminutio-
nem, quia tunc vſufructus extingueretur, & cum pro-
prietate conſolidaretur, nec eo fiſcus potiretur in vita
30 damnati, §. finitur. inſtit. de vſufruct. & leg. corruptio-
nem in fin. C. de vſufruct. & tradunt Franc. Marc. de-
ciſ. 831. quæritur an propter bannimentum in princip.
& in fin. in 1. part. Nellus de bannit. in 1. part. ſecundi
tempor. q. 27. & ante eos Bald. in d. l. corruptionem n.
7. verſ. quæro hic C. de vſufruct. & alij relati per Pere-
gr. d. num. 73. verſic. quinto infertur, & latius num. 116.
verſiculo ſexto ex regula; Summopere aduertendum
31 eſt, an legatum, ſiue promiſſio importet alimenta, an
verò vſumfructum, cum primo caſu ius in fiſcum non
tranſeat, durante vita banniti, ſecũdo autem tranſeat.
32 In hac tamen re vnum eſt ſciendum, quod, & ſi, quã-
do teſtator reliquit vxorem ſuam dominam, patronã,
maſſariam, adminiſtratricem, vſuariam, & vſufructua-
riam omnium ſuorum bonorum, vniuerſalibus hęredi-
bus inſtitutis eius, & dictę ſuę vxoris filijs, vel alijs de-
ſcendentibus, fauore liberorum hoc relictum impor-
tet quandam præeminentiam, ac propriam, & libe-
ram perceptionem alimentorum, prout ea, viuente
marito,

marito, habet in domo ex interpretatione tali relicto
data per antiquissimam, & vulgatam, ac communiter
obseruatam consuetudinem Bulgari, de qua attestan-
tur gl. & cæteri scribentes, in authent. hoc locum C.
si secundo nupserit mulier. Dec. cons. 418. col. 1. Ias.
cons. 90. per totum lib. 1. Cell. Vgo cons. 75. nu. 8. So-
cin. Iun. cons. 99. num. 12. lib. 1. Bero. cons. 32. num. 1.
cons. 33. num. 3. & cons. 35. num. 1. & 4. lib. 1. Gabr.
cons. 127. num. 1. 3. 4. lib. 1. Alb. cons. 88. num. 8. & alij
quam plures adducti per Tiraquell. in tract. de leg. cō-
nub. in l. 10. num. 7. vers. ex quo fieri dicunt, vt si testa-
tor. per Gabriel. lib. 5. comm conclus. tit. de vsufruct.
conclus. 2. in princ. & nouissimè per Simonē de Pręt.
de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 10. nu. 46. vers.
33 ideo primum fol. 41. & proptea vbi ex delicto ipsius
mulieris bona publicarentur, ius hoc alimentorum nō
transiret in fiscum, sed saluum, ei remaneret nisi in tali
banno esset posita, vt hostis Ciuitatis reputaretur, &
34 impunè occidi posset, per superius allegata; tamen si
ex delicto filiorum bona ipsa essent confiscanda, tunc
35 matri eorum a marito vsufructuariæ, ac dominæ, &
massariæ, vt supra relictæ, eo casu verus bonorum
vsus fructus deberetur, & non alimenta tantum, cum
36 bona deueniant in extraneum hæredem, idest in fiscū,
qui loco hæredis extranei habetur, tunc enim cessat
consuetudo interpretatiua, quæ fauore filiorum dat
matri alimenta solummodo, vnde illi ipsorum bono-
rum confiscatorum vsusfructus dandus esset, & non
fisco, vt in puncto decidit Hyeron. Gabriel. cons. 184.
num. 4. vers. Idcirco lib. 1. quem sequitur Io. Bapt. Ba-
iard. in addition. ad Clar. in pract. crimin. q. 78. nu. 34.
vers. item adde quod si bona, & idem voluerunt ante
eum apertissimis verbis, & pariter in puncto Curt. Se-
ni. cons. 14. per totum Ruin. cons. 26. num. 3. & seq. lib.
5. Roland. a Valle cons. 74. num. 11. lib. 2. & Peregr. d.
tit. 1. num. 80. vers. 10. infertur, & est verissima conclu-
37 sio, quia cessante fauore liberorum, non habet locum
illa consuetudo interpretatiua Bulgari, de alimentis
tantummodo matri dandis, sed ei debetur integer, ac
plenus vsusfructus, deducto tamen vsufructu legitimę,
Bart. & alij Doct. in l. titia cum testamento §. titia cum
nuberet. ff. de legat. 2. Castr. cōs. 218. col. fi. lib. 1. Curt.
Sen. cons. 15. per totum, & in aditione ad finem, Pa-
ris. cons. 96. col. fin. num. 29. & seq. lib. 2. & Roland. a
Valle d. cons. 74. num. 10. lib. 2. & alij per eos allegati,
qui consulto omittuntur.

Nec illud omitēdū censui, q̄ licet aliqui velint, quod
38 eo casu, quo vsusfructus finitur per condemnationem,
& cum proprietate consolidatur, vt est quādo cōdē-
natus patitur mediam, vel maximam capitis diminu-
tionem, & per consequens quando amissis bonis ban-
39 nitur, vt supra, nihilominus alimenta ex dicto vsusfru-
ctu debeantur bānito per l. Legatum ff. de capit. dimi-
nut. vt per Franc. Marcum d. decis. 831. in princ. tamē
40 veritas est in contrarium, vt nec tunc alimenta prętē-
tur, quia alimēta, quæ in institutione vsusfructus sunt,
41 non sunt formalia, sed causalia, vnde extincto vsufru-
ctu expirāt, & ita determinat Bald. in d. l. corruptionē,
sub n. 7. vers. quæro hic. nunquid. C. de vsufruct. quem
sequuntur ibi Addent. ad eum, & Appostil. ad Bart. in
l. si postulauerit. §. iubet. ff. ad l. Iulia de adulter. & no-
uissimè Peregr. d. tit. 1. de publicatione bonorum nu.
123. in fin. post versic. 11. infertur.

42 Quo fit, vt cū hodie ex particularibus ordinibus lo-
corum totius fere Italiæ, banniti cū publicatione bo-
norum, hostes Patriæ reputentur, & impunè offendi,
43 & occidi possint, ob idque maximam, vel saltem me-
44 diam capitis diminutionem patiantur, & Ciuitatem
amittant, omne eorum ius vsusfructus perdant, illud-
45 que veluti finitum, & extinctum ad fiscum in vita vsu-
fructuarij non transeat, sed ad proprietarium perti-
neat, & cum ipsa proprietate consolidetur, quemad-
modum aduertit Peregrin. d. tit. 1. sub num. 116. post
vers. 6. ex regulas vbi amplius dicit, quod nec ius hoc
46 recuperant, quamuis postea aduersus bannum resti-
47 tuerentur, quia ius istud semel extinctum non reuiui-
scit, secundum Dec. cons. 485. num. 10. & 11. & cons.
621. num. 3. & seq. & benè facit Ruin. cons. 26. num. 5.
vers. quia cum sit bannitus lib. 5. vbi ex pluribus Do-
ctorum authoritatibus firmat, quod bannitus, qui ex
48 forma statuti impunè offendi potest, pro mortuo ha-
betur, & est text. ad literam in §. soluitur vers. publica-
tione quoque instit. de societat. in l. actione §. publica-
49 tione ff. pro socio; Similiter, & alimenta, licet in fi-
scum non transeant, tali bannito non prętabuntur, sed
penes ea debentem remanebunt, & extincta censebū-
50 tur, nec illo restituto recuperabuntur, vt ex præmissis
constat: quibus tamen respectu alimentorum repu-
51 gnat glos. in d. l. legatum ff de capit. diminut. volens ea
52 deberi etiam maximam capitis diminutionem passo,
per quam non solum Ciuitas, sed etiam libertas amit-
titur. §. maxima instit. de capit. diminut. quod etiam
videtur probari in d. l. is cui ff. de aliment. & cibar. le-
gat. & in d. l. si in metallum ff. de his, quę pro nō script.
53 habentur in quibus iuribus habetur, quod talia alimē-
ta debentur damnato in metallum, quem maximam
54 capitis diminutionem pati, & seruum pęnæ effici, pro-
bat text. in §. pœnæ seruus Instit. quibus mod. ius patr.
potestat. soluitur, & in d. §. maxima, Instit. de capit. di-
minut. & vtrobique notant glos. & Doct.

EPITOME.

De Sortilegijs, Diuinationibus, Incantationibus Dęmo-
num inuocationibus, & similibus, & de ea exercenti-
bus ad prædicendum futura, reperiendum furta, me-
dendum infirmitatibus hominum, captandum amo-
rem, tentandum pudicitiam alicuius, vel huiusmodi, &
de eorum pœnis, Iudicibus, tàm ecclesiasticis, quam
secularibus, differentijs inter eos circa iurisdictionem
occurentibus, & alijs scitu dignis, & sæpè in facto eue-
nientibus.

SVMMARIA.

1 *Vtens sortilegijs, incantationibus, & Dęmonum Inuoca-
tionibus, vt futura sciant, hæretici sunt, artemque mani-
festam hæresim sapientem, exercere dicuntur.*

*Idque multo magis procedit, quando dęmones inuocantur,
& preces nefariæ illis emittuntur, funesta sacrificia offe-
runtur, & responsa exposcerentur, ibid. num. 6.*

*Item inuocans dęmonem, vt vnam speciem in alteram mu-
tet, credens eum posse hoc facere, ibid. num. 7.*

*Secus autem est in ijs, qui pro reperiendis rebus furatis, &
earum furibus prædictis, vtuntur ibid. num. 11.*

*Et in ijs, qui pro medendis infirmitatibus, ijsdem vtuntur,
num. 18.*

*Hoc tamen fallit, si prædicta faciens crederet dęmones ex
se sua propria virtute, posse infirmos sanare, ibid. n. 20.*

*Et hoc multo magis procedit quando in inuocatione dęmo-
nis, interueniat adoratio, ibidem num. 22.*

Item hæresim non incurrit, qui ad alicuius amorem captan-

dum, vel

dum, vel pudicitiam tentandum arte magica, etiam cum dęmonum inuocatione vteretur ibid. num.25.

Illud idem etiam euenit in qualibet alia incantatione, ibid. num.30. & 31.

Hæc tamen non procedunt, vbi in huiusmodi actibus interueniret adoratio, ibid num.33.

Item si operans crederet, dęmonem hoc facere posse propria sua virtute, non autem per viam tentationis, ibidem num.35.

Item si verbis ad hoc vtens, crederet eum, hoc posse facere ex sua potestate actiua, ibid. num.38.

3 *Futura scire, ad solum Deum pertinet.*

4 *Nostrum non est nosse tempora, vel momenta.*

5 *Lex Ciuilis futurorum diuinationes, & explorationes prohibet, & contrafacientes grauissimè punit.*

9 *Creator omnia fecit, & per ipsum omnia facta sunt.*

10 *Solus Deus creaturas, naturaliter mutare potest, præter eum autem aliæ creaturæ, nec quidem capillum album in nigrum, vel è conuerso, mutare valent.*

11 *Qui pro recuperandis rebus furatis, & eorum furibus inueniendis sortilegijs, incantationibus, & similibus artibus vtuntur, hæresim exercere non dicuntur, sed grauissimum tamen peccatum committunt.*

12 *Sortilegia pro furtis inueniendis, vel diuinationibus faciendis, non sunt permissa, sed prohibita.*

13 *Sortilegijs vtentes, vt supra, non vt hæretici, sed aliter puniuntur.*

14 *Sortilegia, non sęper sunt hæretica, & quomodo probetur.*

15 *Quæ in diuersis locis tractantur, eadē esse non censeantur.*

16 *Quæ de eodem loquuntur, debent in eodem confinio poni.*

17 *Delicta, quæ diuersis pœnis mulctantur, non censentur eadem.*

18 *Qui pro medendis virorum, aut mulierum corporalibus infirmitatibus, sortilegijs, incantationibus, & similibus artibus vtuntur, hæresim exercere non dicuntur, sed potius superstitionem.*

19 *Curatio infirmitatum, cum quibus vis medicamentis, adhibitis obseruationibus, et incantationibus prohibita est, nisi fiat cum solo simbolo diuino, aut oratione dominica.*

20 *Credens dęmonem, ex se posse infirmos sanare, et virtute sua principali id operari, hæresim incurreret.*

21 *Prædicta credens, tribuit Dęmoni potestatem, omnipotenti Deo conuenientem.*

22 *Et hæc omnia, absque dubio procedunt, quando in inuocatione ipsius dęmonis interuenit adoratio.*

23 *Credendum non est magicas artes, et incantationes, quibusuis infirmitatibus hominum, aliquid remedijs conferre posse.*

24 *Qui arte magica, et incantationibus ad medendas hominum infirmitates vtitur seuerissimè puniendus est.*

25 *Qui arte magica vtitur, vel incantatione etiam cum dęmonum inuocatione, ad amorem alicuius captandum, vel pudicitiam tentandam, hęresim non incurrit, sed superstitiosè errat, et grauiter peccat.*

Qui magicis artibus, dęmonumque inuocationibus vtitur, tanquam furiosus à pęna excusatur.

26 *Qui arte magica, vel incantationibus vtitur, vt supra dęmonem inuocat ad id, quod est eius proprium.*

Proprium Dęmonis, est genus humanum tentare.

27 *Qui pro nimico, ardentiorique amore, quicquam deliquit, si non impunitus relinquendus est, saltem leuiter est puniendus, cum non ex animi sententia, sed furore concitatus operetur.*

28 *Qui amore captus reperitur, tanquam furiosus excusandus est.*

29 *Magicas imagines conficere, dęmonumque inuocationibus vti, ad amorem alicuius captandum, grauissimum delictum est.*

30 *Breuē describere, vt mulier amore alicuius capiatur, itē.*

31 *Imaginem ceræ, cum coniurationibus dęmonum, alijs actibus interuenientibus conficere, ad captandum amorem mulieris, item.*

32 *Mulieri consulere, vt ad habendum virorum amorem, genibus flexis, herbam quandam colligat, & super eam faciat quasdam coniurationes, et in eius folijs scribat suo proprio sanguine, quędam nomina Dei, & de illa postmodum faciat puluerem, & in potu det illis à quibus amari desiderat, non sapiunt hęresim, sed sunt peccata grauissima.*

33 *Adoratio alterius quam Dei, actum hæreticum facit, & si aliàs hæresim non saperet.*

34 *Adoratio soli Deo, & non creaturæ conuenit.*

35 *Credens dęmonem, ex sua propria potestate, & non per viam tentationis, posse aliquem, vel aliquam ad adorandum alterum, vel alteram inducere, & cum hoc animo inuocans hæresim incurrit.*

36 *Prædicta tenens, & faciens, dęmoni tribuit id quod est proprium Dei.*

37 *Solus Deus omia potest, & propter ipsum solum omnia facta sunt.*

38 *Herbam colligens, & credens vt ex sua potentia actiua, habeat vim inducendi aliquem ad amorem alterius, hæresim manifestam incurrit.*

39 *Creaturæ insensibili ascribendum non est, quod soli Deo conuenit, aliàs hæresim incurreret.*

40 *Pœna exercentium sortilegia, incantationes, dęmonum inuocationes, aliasque huiusmodi artes, vbi ea hæresim sapiunt, est mortis naturalis.*

41 *Iudici Ecclesiastico, pœnam mortis naturalis, imponere prohibetur.*

42 *Iudex Ecclesiasticus, non punit exercentem sortilegia, incantationes, aliasque magicas artes, quæ hæresim sapiunt pęna mortis, sed illum tantummodo hæreticum declarat, clericali priuilegio exuit, si habet, & Iudici seculari ad mortem ignis inferendam tradit, & ita consuetudinem seruare tradit, ibid. num. seq.43.*

44 *Iudex seculari recusare non potest exequtionem sententiæ Iudicis Ecclesiastici, sibi commissam.*

45 *Incantationes, & sortilegia, hæreticalia facientes nedum morte naturali puniuntur, sed etiam confiscatione omnium bonorum.*

46 *Prædicta exercens, statim commisso maleficio, omnium suorum bonorum administrationem amittit.*

47 *Confiscationis bonorum, pęna in crimine hæresis, de iure Authenticorum sublata non est.*

48 *Sortilegia hæreticalia faciens, vt hęreticus puniendus est.*

49 *Vbi sortilegia hæresim non sapiunt, de iure cōmuni, morte naturali, & bonorum amissione puniuntur.*

50 *Hodiè de consuetudine prædicta, puniuntur arbitrio Iudicis, iuxta sortilegij, et sortilegiorum qualitates.*

Et hoc etiam procedit de iure canonico, ibid. nu.53. & 60.

52 *Sortilegia non hæreticalia, confiscatione bonorum non mulctantur.*

Sortilegia, quæ hæresim non sapiunt, vario modo fuisse in facti contingentia punita, latè recenset Author, ibid. num. 51.52. & 55.

Et sub num.58. refert etiam mulierem quandam, hoc crimine imputatam, & confessam fuisse absolutam.

Attamen D. Author inquit, sub num.62. quod ipse nunquā sortilegios impunitos, dimitteret, etiā in foro seculari.

54 *Pęna sortilegiorum, non hæreticalium, est arbitraria.*

55 Mulier

55 Mulier quedam, quæ sortilegia diuinatoria exercebat, & quibusdam infirmitatibus, certis incantationibus medebatur, prout latè refert, hic D. Author Florentiæ fuit iussa exulare, per annum, extra dominum Florentinum, sub pœna carceris stincarum, in euentum non seruati exilij.
56 Sortilegia, & incantationes, & potissimum diuinationes, & hæresim non sapiant, nihilominus prohibita sunt.
57 Ex vsu sortilegiorum, incantationum, & diuinationum, multa scandala oriri possunt.
58 Muliere quedam confessa, se maleficatos sanasse remedia amatoria, & contraspiritatos scire, res furatas, vitam, & mortem absentium diuinare, vtendo in prædictis quibusdam verbis, rebus, instrumentis, incantationibus, & orationibus diuinis, absque tamen dæmonis ministerio, vel inuocatione, sed auxilio Dei, & cum deuotione, & ad bonum finem, omnia simpliciter, & deuotè faciens, fuit è manu iustitiæ liberata absque eo, quod aliquid peteretur.
59 Prædicta decisio, de iure ciuili procedere potest, non autem de iure canonico.
61 Non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona.
62 Sortilegi non sunt vllo pacto, etiam in foro seculari, impuniti dimittendi.
63 Iudices seculares sortilegia, incantationes, & alia huiusmodi maleficia punire non possunt, vbi hæresim sapiunt.
64 Incantationes, & sortilegia, hæreticalia sunt delicta merè Ecclesiastica.
64 Cognitio Sortilegiorum, hæreticalium ad iudicem Ecclesiasticum pertinet; Nec Iudex laicus potest aliquo modo de eo se intromittere.
66 Iudex laicum suspectum de crimine hæresis, detineri facere potest, & deinde illum Iudici Ecclesiastico competenti tradere.
67 Sortilegi, quando in hæresim non inciderunt, possunt etiã à Iudicibus secularibus processari, & puniri.
68 Crimen sortilegij, & incantationis, vbi hæresim non sapit, est communis, & mixti fori.
69 In eo, quod communis, & mixti fori existit, tàm Iudex Ecclesiasticus, quàm secularis procedere potest.
70 In eo, quod est mixti fori, inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem, est locus præuentioni.
71 Pluries, tùm Mediolani, tùm Florentiæ, & eius Dominio, simplices sortilegi, processiti, & puniti fuerunt.
72 Quando sortilegia hæresim non sapiunt, Inquisitores de illis, se non intromittunt, sed delinquentes suis Iudicibus puniendos dimittunt.
73 Quando dubitatur, an sortilegia hæresim sapiant, nec nè cognitio hæc non ad Iudicem Laicum, sed ad Ecclesiasticum pertinet.
74 Quando disputatur inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem, nunquid extractioni delinquentium locus sit, Iudex Ecclesiasticus non laicus cognoscere, & determinare debet.
Hæc quæstio, an extractioni locus sit nec ne, spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.
75 Hoc tamen fallit, vbi delinquens iam extractus esset, & in fortiam Iudicis secularis ductus, nam tunc ad ipsum spectat cognitio, iuxta distinctionem traditam, ibid.
76 Delinquens propè ecclesiam, & in scalis ipsius Ecclesiæ captus, et in fortiam secularis Iustitiæ ductus, Curiæ episcopali, quæ eius remissionem petit, relaxandus non est.
77 Si ad declinandam Iudicis secularis Iurisdictionem, quis dicat se esse clericum, et fori priuilegium gaudere & Iudex secularis contrarium prætendat, Iudex Ecclesiasticus de tali clericatu, et fori priuilegio cognoscere debet.
78 Imputati de maleficij, coram Iudicibus secularibus solẽt, vt se ab illorum iurisdictione eximant, sæpè allegare se esse clericos, et habere qualitates, à Sacrosancto Concilio Tridentino requisitas.
79 Cognitio sufficientiæ fidei, de clericatu alicuius factæ, non ad Iudicem laicum spectat, sed eo vocato, ad ecclesiasticum.
80 Dum inter Iudicem laicum, et Ecclesiasticum disputatur de clericatu alicuius, Iudex secularis in causa procedere non potest, sed in ea supersedere debet.
81 Iudex secularis stare debet processui per Iudicem Ecclesiasticum facto super clericatu, de quo inter eos quæstio vertebat, et sententiæ exinde per eum ferendæ parere debet.
82 Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, fori priuilegio gaudere debet, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalẽ habitum, et tonsuram deferens alicui ecclesiæ, ex mandato Episcopi seruiat.
83 Prædicta constitutio Sacrosancti Concilij Tridentini, multas substulit difficultates.
84 Quæstio admissionis fori ad Iudicẽ Ecclesiasticum spectat.
85 Nec Iudex laicus, ea pendente, in causa procedere potest, sed supersedere debet.
86 Vbicunque contentio est inter Ecclesiasticum, et secularem Iudicem, de iurisdictione, Ecclesiasticus propter maiorem authoritatem cognoscit. an sua sit iurisdictio, nec ne.
87 Iudex Ecclesiasticus, vbi præuia cognitione causæ habita sibi constat delinquentem à se esse iudicandum, iudicem laicum requirere debet, vt sibi detentum, aut processatum, tanquam suæ iurisdictioni suppositum, remittat, et in causa contra eum, non procedat, sed omnino abstineat.
Item etiam, vbi opus esset, inhibere debet.
88 Iudex laicus, procedens contra delinquentem Ecclesiasticæ iurisdictioni suppositum, ab administratione deponitur, et quandoque etiam criminaliter punitur.
89 Non est mirum, quod Episcopus suum petat clericum, cum et Ciuitas repetat Ciuem suum.
90 Item quod iustitiam illi fieri postulet, et rem violenter ablatam restitui.

CASVS CC. XXIII.

1 VTentes sortilegijs, incantationibus, & dæmonum Inuocationibus, vt futura sciant, hæretici sunt, artemque manifestam hære sim sapientem, exercere
2 dicuntur, quia tribuunt diabolo, id, quod est propriũ omnipotentis Dei, ventura scilicet præscire ad solum
3 etenim Deum pertinent scire futura, iuxta illud Isaie. Annuntiate quæ ventura sunt in futurũ, & sci mus, quia Dij estis vos, & aliud Sancti Euangelij, Nõ est vestrum
4 nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate; & ita per hanc rationem, & alia fundamenta resoluit. Oldrad. cons. 210. col. 2. sub num. 3. vers. sed circa hoc, & post eum Gemin. cons. 54. col. 3. sub nu. 4. vers. de secundo, Alberic. de Rosat. in Rubr. C. de hæretic. num. 12. vers. dæmonia, vbi per omnia conuenit cum dictis per ipsos Oldrad, & Gemin. & bene ad pro-
5 positum seruit. l. 2. C. de paganis, & eorum sacrific. quæ futurorum diuinationes, & explorationes prohibet, & contrafacientes grauissimè, punit, & Alberic. lequutus est Afflict. lib. 1. constit. Regni Rub. de hæretic. & Pataren. in constit. inconsutilem q. 1. num. 17. & seq. & idem notat Decian. in tract. crimin. lib. 5. c. 18. in 41. casu tom. 1. & sequitur Clar. in §. hæresis, nu. 25. vers. successiuè quæro, & nouissimè Farinac. in pract. crim. tit. de delict. & pœnis q. 20. num. 79. in prima regula;

multoque

6 multoque magis id procederet, si dęmones inuocaren-
tur, præces nephariæ eis emitterentur, funesta sacrifi-
cia offerrentur, & responsa exposcerentur, vt notat
Oldrad. d. cons. 210. col. 2. sub num. 2. vers. de tertio,
per text. in c. igitur genus diuinationis 26. q. 4. & tradit
etiam Alber. in d. rubr. num. 12. & facit Farinac. dict.
quæst. 20. num. 77. in tertio permisso, & num. 81. in
3. regula.
7 Idem dicit Gemin. loco citato esse, si quis inuoca-
ret dęmonem, vt vnam speciem creaturæ in alteram
mutaret, puta hominem in bestiam, vel auem, credens
eum posse hoc facere, quia & tunc attribueret demo-
8 ni id, quod præcipuum est Creatoris, qui omnia fecit,
9 & per quem omnia facta sunt c. Episcopi. 26. quæst. 5.
§. illud etiam, & infra, nec alius, quam Deus ipse no-
10 ster, potest mutare naturaliter creaturas, nec quidem
capillum album in nigrum, vel è conuerso, c. & si Chri-
stus, extra de iureiur. & d. c. Episcopi. ad fin. & est de
mente Afflict. loco citato d. q. 1. ad fin. n. 19. & Farinac.
d. q. 20. num. 79. in prima regula.
11 Qui verò pro reperiendis rebus furatis, & earum fu-
ribus, sortilegijs, incantationibus, & similibus artibus
vtuntur, hæresim sapientia committere non dicuntur,
licet grauissimum committant peccatum, vt in puncto
tradit Gemin. d. cons. 54. col. 2. vers. item hoc probat,
12 licet enim sortilegia pro furtis inueniendis, vel diuina-
tionibus faciendis, non sint permissa, sed prohibita
cap. 1. extra de sortileg. tamen ea facientes, non vt hę-
13 retici, sed aliter puniuntur, vt patet ex c. 2. eod. tit. lo-
quente de Presbitero, qui per inspectionem astrola-
bij, furtum Ecclesiæ recuperare perquirebat. Nec. n.
14 sortilegia semper sunt hæretica, quia si hoc esset, non
separatim, & per titulos separatos de eis, & de hęresis
15 fuisset tractatum, prout factum extitit, sed de ambo-
16 bus simul, nec congruenter summorum Pontificum
Decreta, suis locis posita dicerentur, nec diuersæ pę-
næ horum criminum statutæ fuissent, prout sunt, sed
17 vna, & eadem pro omnibus, vt punctualiter, hoc ar-
gumento vtentes, volunt Oldrad. d. cons. 210. col. 2.
vers. Nunc itaque, et Gemin. d. cons. 54. col. 2. sub n. 2.
vers. item est præmittendum, & post eos tradit Clar.
in dict. §. hæresis sub num. 25. versic. successiuè quę-
ro, ante finem, vbi etiam reprehendit Barbat. aliter
dicentem consil. 55. lib. 1. sequitur Farin. d. q. 20. n. 80.
in 2. reg.
18 Eodem modo, qui pro medendis virorum, aut mu-
lierum corporalibus infirmitatibus, sortilegijs, incan-
tationibus, & similibus artibus vtuntur, hæretici non
dicuntur, nec artem hęresim sapientem exercere, sed
potius superstitionem, quia curatio infirmitatum, cum
19 quibusuis medicamentis, adhibitis obseruationibus,
& incantationibus, prohibita est, nisi fiat cū solo sim-
bolo diuino, aut oratione dominica c. non liceat §. nec
in collectionibus 26. q. 5. Farin. d. q. 20. num. 80. in 2.
regula. Si tamen prædicta faciens crederet dęmonem
20 ex se posse infirmos sanare, & virtute sua principali
id operari, hæresim incurreret, veluti diabolo tribuēs
potestatem Deo omnipotenti conuenientem, vt per
21 Gemin. dict. cons. 54. sub num. 8. vers. aut conuoca-
tio fit, sequitur Decian. d. cap. 18. casu 43. & 45. Fa-
rinac. d. quæst. 20. num. 79. in 1. regula; Et idem multo
magis esset, si inuocatione ipsius dęmonis interueni-
22 ret adoratio, quia & tunc manifesta hæresis incurre-
retur, vt patet ex inferius dicendis in vers. subdit tamē;
23 Non enim credendum est Magicas Artes, & incanta-
tiones quibusuis infirmitatibus hominum aliquid re-
24 medij conferre posse; Vnde his vtens quamuis ad di-
ctum finem, seuerissimè punitur c. admoneant. 26. q.
vltima, & tradit Iodoc. in praxi crimin. c. 61. de crim.
læsæ Maiest. diuinæ, num. 98. vers. tamen de iure. Fa-
rin. q. 20. nu. 95. 96. & seq. in 9. & 10. conclusionibus,
& dicā inferius in vers. Non omitto tamen, Similiter,
25 & qui ad amorem alicuius captandū, vel pudicitiā tē-
tandā ēt, cū demonū inuocatione talibus artibus vtū-
tur, facere non dicuntur aliquid, quod hęresim sapiat,
licet grauiter peccent, & superstitiosè errent, vt con-
cludit Oldrad. d. cons. 210. col. 2. per totam, quia inuo-
26 catur diabolus ad id, quod est eius proprium, scilicet
ad tentandum genus humanum, & Oldrad. sequutus
est Tiraq. in tract. de pœnis temperand. aut remittend.
causa 4. num. 3. vers. propterea non temere, vbi ad
27 ostendendum eum leuius esse puniendum, si non im-
punitum relinquendum, qui præ nimio, ardentiorique
amore quidquam delinquerit, veluti non ex animi sen-
tentia, sed furore concitatus id ipsum admiserit, in
28 eam sentētiam citat Oldrad. vbi supra, quodammodo
excusantem tanquam furiosum, qui, vt quadam mulie-
re potiretur, quam deperditè adamabat, magicas ima-
gines ad eam rem, vt ipse putabat accomodatas con-
fecerat, dęmonesque inuocauerat, quod grauissimum
29 est delictum, sed vltra Tiraquel. adduci potest Gemin.
d. cons. 54. qui latius insistens, quam Oldrad. illum ta-
men sequens à crimine hęresis defendit quendam Prę-
30 sbiterum, qui scripserat vnum breue ad faciendum,
vt mulier quędam eum diligeret, & alteri idem cōsul-
uerat, & vlterius fecerat imaginem ceræ cum coniu-
rationibus dęmonum, & quibusdam actibus ibi descri-
ptis ad captandum amorem mulieris, & amplius con-
suluerat cuidam mulieri, vt ad habendum virorum a-
morem, genibus flexis nudis, colligeret quandam her-
bam, & super eam faceret quasdam coniurationes, &
in eius folijs scriberet suo proprio sanguine, quędam
nomina Dei, & de illa postmodum faceret puluerem,
& in potu daret illis, a quibus amari desiderabat, licet
31 enim omnes hi actus illiciti sint, & sine magno pecca-
to non committantur, non tamen hęresim sapiunt, vt
ibi ex pluribus latè probat Gemin. Reperio etiam,
quod Alberic. de Rosat. in d. Rubr. C. de hæretic. nu.
11. & seq. versic. vidi dubitari, idem per omnia tenuit,
quod Oldrad. licet de illo non meminerit, & loquitur
in casu cuisdam Domini Ioannis de Partimiacho, pro
quo Oldrad. consuluit, & testatur, quod in Curia Ro-
32 mana fuit determinatum, quod commissa per eum nō
erant hæretica, & ita etiam post Oldrad. & Alberic.
& Gemin. non in dicto consilio, sed in Lecturis super
iure canonico, tenet Afflict. in d. constit. inconsutilem
d. q. 1. num. 17. & 18. & cum prædictis simpliciter, &
paucis se expedientes transeunt Dec. in c. ad audien-
tiam il 1. num. 39. vers. & darè mulieri. de rescript. &
Clar. in d. §. hæresis sub d. num. 25. circa finem, idem
etiam sequendo Gemin. d. cons. 54. vult. Decian. d. c.
18. in 41. 43. & 45. casibus, & latè prosequutus Farin. d.
q. 20. num. 80. in 2. reg.
33 Subdit tamen Gemin. in loco citato, quod si in acti-
bus prædictis, à presbitero illo factis, interuenisset
Dęmonis adoratio, tunc esset hæresis manifesta, quia
34 adoratio soli Deo, & non creaturę conuenit, vt ipse
Saluator, & Dominus noster demonstrauit, dum Do-
moni dixit. Vade retro Sathanas, scriptum enim Do-
minum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, Prout

35 etiam

35 etiam hæresis esset, si dictus Præsbiter credidisset Dæmonem ex sua propria potestate, & non per viam tentationis posse id facere, & operari, & eo animo cũ in-
36 uocasset, & coniurasset quia attribueret creaturæ pote-
37 statẽ, quę Dei est, qui omnia potest, et per quẽ omnia facta sunt d.c. Episcopi, in fin.26.q.5. Quinimo, & in
38 casu collectionis herbæ, vult esse hæresim manifestã, si colligens crederet illam, ex sua potentia actiua habere hanc vim, & potestatem inducendi alium ad amorem, quia & tunc attribueret creaturæ insensibili
39 potestatem Deo competentem; sequitur Decian. d. cap.18. in 43. casu, & latius posuit Farin.d.q.20.num. 77.in 3.præmisso. num.80. & 81.in 2.& 3. regulis.
40 Pœna autem sortilegia, incantationes, & artes prędictas exercentium, vbi ea hæresim sapiunt, est mortis naturalis, vt in c.ad abolendam, de hæretic. licet Iu-
41 dex ecclesiasticus cui pęnam sanguinis imponere prohibetur c. sententiam sanguinis, extra ne cleric.vel
42 monach. non condemnet talem delinquentem ad dictam pœnam mortis, sed illum tantummodo hæreticum declaret, & clericali priuilegio exuat, & Iudici secculari ad mortem ignis inferendam tradat, vt in eodẽ c. ad abolendam tradunt Abb. Anan. Felyn. & ponit Boss.in pract.crim. tit.de foro competent. num.60.&
43 61. versic. & ideò in crimine hæresis, vbi etiam ait, quod ita obseruat consuetudo, & Boss.refert, & sequitur Iulius Clar.in d.§.hæresis,num.7.vers.scias tamen; & idem voluit ipse Boss.in eadem prac.tit.de Hæretic. num.16.vers.damnatur quę, & num.35.& seq.vers. Adde etiam, Iodoc.in prax.crimin.cap.61.de crimine læ-
44 sæ Maiestatis Diuinæ num.57.in fin.& num.seq. Nec potest secularis Iudex, talis sententiæ executionem recusare, vt ex multis probat Decian.in tract.crim.lib.5. cap.25.num.2.& seq.tom.1.
45 Punitur etiam in pœnam confiscationis omnium
46 bonorum ipso iure, quorum administrationem statim, commisso maleficio, amittit, c.cum secundum, de hęretic.in 6. & ibi omnes scribunt, Alberic. de Rosat. de statut.lib.3.q.18.num.11. vers. hodiè tamen Afflict. in d. const. inconsutilem, q.18.num.30. Iodoc. d. c.61. num.57. Boss. d. tit. de hæretic. num.16. ad finem, & num.33. vers.scias etiam Clar.in d.§. hæresis, num.13. vers.item bona, & Decian. d. c.25. num.17. vers. notandum tamen, & iterum num.18. vers. item notan-
47 dum; Nec sublata est ista confiscationis bonorum pęna, in hoc hæresis crimine, per authent. bona damnatorum, C.de bonis proscript.vt ex communi omnium, & obseruata sententia, firmat Clar. in pract. crim. q.78. in princ. vers. Sed certè, & propterea dicit Farin. d.q. 20.num.87.in prima conclusione, quod tanquam hęretici puniuntur, hi facientes sortilegia hæreticalia;
48 quod ante eum dixit Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. cent.4.casu 388.num.4.in primo casu.
49 Vbi autem sortilegia non sapiunt hæresim, licet de iure communi, pœna sit pariter mortis, & bonorum amissionis l.3. C. de malefic. & mathemat. Clar. in pract.crim.q.68.num.40. vers.sortileg. Farin. d.q.20. num.72. vers.tertius casus, & nu.88.in 2.conclus. Me-
50 noch.d.casu.388.nu.5. vers.secundus est casus; tamen de consuetudine non seruatur; sed alia Iudicis arbitrio
51 imponitur, quidam enim quandoque fustigantur, quandoque, in publicum, cum mitra depicta in capite ducuntur, & deinde eijciuntur, vt dicit Clar.in d.§. hæresis, in fine sub num.25. vers. pœna autem, vbi etiam refert, quod, cum alias quędam Angela Cornetana esset imputata de sortilegijs, maleficijs, & incantationi-
52 bus, & dubitaretur, an esset imponenda confiscatio bonorum. Senatus Mediolani censuit, quod non, & Clar. sequutus est Farin.d.q.20.num.89. in tertia conclusione, subdens, quod in vrbe vidit sæpius seruatum, quod fuerunt fustigati, vel bãniti, vel ad triremes trãsmissi, vel pecuniariter mulctati, iuxta sortilegij, & sortilegiorum qualitates, quod & de iure canonico
53 procedere probat.n.94.in octaua conclusione, Idem,
54 quod sortilegiorum non hæreticalium pœna sit arbitraria, tenet Franc. Leon.in thesaur. fori eccles. c.36. de sortileg. num.19. vers.pœna autem, & colligitur ex
55 Menoch.d.casu 388.nu.8. & seq. Et superioribus annis Florentiæ quędam mulier, quæ sortilegia diuinatoria exercebat, pro reperiendis rebus furatis, cum quadam amphora plena aquæ benedictæ, & cum certis pecunijs, imaginem gloriosissimę, ac Sacratissimæ Virginis Matris Marię, habentibus, & cum quibusdam verbis, orationibus, & incãtionibus, & etiam medabatur certis infirmitatibus humanis, cum herbis, oleis & vnguentis, cum certis verbis, orationibus, & incantationibus, fuit iussa exulare per annum extra Dominium Florentinum, sub pœna carceris stincarum in-
56 euentum, non seruati exilij, prohibita enim sunt,
57 huiusmodi sortilegia, & incantationes, & potissimum diuinationes, ex quibus etiam multa scandala oriri possunt.

Non ommitto tamen quod si credimus Petro Follerio inter cons.crimin.diuersor.cons.142.tom.1.in vltimo impressis in folio, quędam mulier confessa se ma-
58 leficatos, & ligatos sanasse, remedia amatoria, & contra spiritatos scire, res futuras & vitam, vel mortem absentium diuinare, vtendo in prædictis quibusdam verbis, rebus, instrumentis, incantationibus, & orationibus diuinis, absque tamẽ Dæmonis Ministerio, sed Dei auxilio, & cum deuotione, tãquam omnia faciens ad bonum finem, & sine Dęmonis inuocatione, vel alia arte reprobata, sed simpliciter, & deuotè, vt supra, fuit liberata è manu Iustitiæ absque eo, quod aliquid pateretur per text.in l.eorum, C. de maleficç. &
59 mathemat. quod forte de iure ciuili procedere posse, per d.l.eorum, & per allegata per Farin.statim citandum, sed non de iure canonico, secundum quod puni-
60 untur arbitrariè, vt supra, quia non licet similia facere; nec facienda sunt mala, vt eueniant bona, vt supe-
61 rius tetigi in vers.eodem modo, in fine; & diffusè ostẽ-dit Farin.d.q.20.num.95.96.& seq.in 9.& 10.conclu-
62 sionibus, nec ipse vnquam, tales sortilegos impunitos relinquerem, etiam in foro seculari.
63 Iudices verò horum criminum, vbi hęresis incur-
64 ritur, non possunt esse seculares, quia cum delictum, hoc sit merè ecclesiasticũ, eius cognitio ad Inquisito-
65 res, seu ecclesiasticos Iudices solummodo pertinet, nec Iudices laici possunt aliquo modo de eo se intromittere, vt est text.in c.vt inquisitionis, §.prohibemus, de hæretic.in 6.& tradunt Boss.in pract.crim.dict.tit. de foro competenti, num.160.vers.& ideò, & dict.tit. de hæret.num.35.vers. Adde etiam Clar.in d.§. hæresis num.54.vers.hoc crimen. Decian. in tract. crimin. lib.5.cap.25. in prin.nu.1. tom.1.& nouissimè Franc. Leon.in thesaur. fori ecclesiastic. c.36. de sortilegijs, num.19. vers. sortilegiorum causæ; subdunt tamen in locis prædictis, Clar.num.5.ad fin.& Decian.num.15.
66 quod bene potest Iudex laicus detineri facere suspectum de tali crimine, & deinde illum Iudici ecclesiastico com-

co competenti tradere, quod verum est, & dubium aliquod non habet.
67 Quod si sortilegi in hæresim non inciderint, à Iu-
dicibus quoque secularibus processari, & puniri pote-
68 runt, quia crimen hoc sortilegij est communis, seu
69 mixti fori; In quo ideò vterq; Iudex tàm ecclesiasticus,
quàm secularis procedere potest, interq; eos locus est
70 præuentioni, vt notat Abb. in c. 1. num. 3. & 4. de sor-
tileg. quem Doctores communiter sequi, dicit Clar.
in d. §. hæresis sub d. num. 25. ibi & hoc secundo casu,
sequitur Farinac. in suis quæstion. crimin. tit. de Inqui-
sit. q. 8. num. 133. vers. limita octauo; vnde non mirum
71 videtur, si contra illam Angelam Cornetanam proces-
sum fuit per Senatum Mediolani, vt Clar. refert, vbi
supra ad fin. & supra tetigi; Ego quoque vidi Floren-
tię per Magistratum Dominorũ Octo virorum Guar-
diæ, & Baliç, & extra Ciuitatem per Rectores diuer-
sorum locorum Dominij pluries, huiusmodi simpli-
ces sortilegos processari, & puniri, & propterea dicit
Franc. in thesaur. fori ecclesiast. cap. 36. de sortilegijs
sub n. 19. vers. sed quando non sapiunt, q quãdo sorti-
72 legia hæresim non sapiunt, de illis Inquisitores se non
intromittunt, sed deliquentes suis Iudicibus punien-
dos dimittunt, per cap. accusatus, §. sanè. cum gloss. in
verbo manifestè, de hæretic. in 6. Et si (vt quandoque
73 euenire solet) dubitaretur, an sortilegia saperent hæ-
resim, vel ne, cognitio, hæc non ad Iudicem laicum,
sed ad Ecclesiasticum spectaret, ita tradit Decian. in
tract. crim. lib. 5. cap. 21. sub num. 3. vers. quando hęre-
sis, & vers. item solus, cap. 23. in princ. num. 1. & cap.
25. sub num. 3. post vers. secundo eam limita. tomo 1.
& latius tradit Repertor. Inquisitorum hęretic. prauit.
in verbo hæresim, col. 4. vers. vlterius procedendo, &
col. 5. vers. Item queritur, & nuper Franc. Leon. in the-
saur. fori ecclesiast. cap. 36. de sortilegijs sub num. 19.
vers. sed quando constat.
74 Sic, & quando disputatur, vt non raro accidit inter
Iudices Ecclesiasticos, & seculares, super extractione
delinquentium ab Ecclesia, quæstionis huius cogni-
tio, & decisio, an scilicet locus sit extractioni, vel ne,
ad Iudicem Ecclesiasticum spectat, & non ad secula-
rem, vt tradit Farinac. in pract. crimin. tit. de carcerib.
& carcerat. q. 28. ante finem sub num. 76. vers. hæc
75 autem cognitio, qui tamen aliud dicit, si iam delin-
quens extractus esset, nam inquit in hac re, ita esse di-
stinguendum, quod aut delinquens iam extractus est, &
in fortiam Iudicis secularis ductus, & tunc ad ipsum
cognitio spectat, aut nondum est extractus, sed adhuc
est in posse Iudicis Ecclesiastici, & tunc ad ipsum co-
gnitio pertinet, & secundum hanc distinctionem ser-
uari vidisse testatur, & secundum hoc procedere po-
test, quod dixit Vulpel. respons. crimin. 130. num. 6.
76 vers. an autem, vbi voluit, quod cum quidam, sub spe
immunitatis Ecclesię Diui Francisci de placẽtia, pro-
pè Ecclesiã deliquisset, vnum ex Curię satellibus vul-
nerando, & in scalis dictæ Ecclesiæ captus fuisset, & in
fortiam secularis Iustitiæ ductus, & per Curiam Epis-
copalem dictæ Ciuitatis relaxari peteretur, & secula-
ris Curia relaxationi, non esse locum contenderet, co-
gnitio hæc ad Iudicem secularem, non ad Ecclesiasti-
cum pertinet, refertque in fine responsi, quod præsen-
te Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Ciui-
tatis Episcopo, obtentum fuit, nõ esse locum remissio-
77 ni petitæ. Sed magis ad rem nostrã facit, quod si ad
declinandam Iudicis secularis iurisdictionẽ, quis dicat
se esse Clericum, & fori priuilegio gaudere, contrariũ
verò Iudex ipse secularis prætendat, cognitio eiusmo-
di clericatus, & fori priuilegij non ad ipsum iudicem
laicum, sed ad Eclesiasticũ pertinet, vt est textus aper-
tus in c. si Iudex laicus, de sent. excõmunicat. in sexto,
& latè ostendit Cępol. cons. crimin. 10. in tertio dubio
num. 9. & seq. & copiosè etiam probat Didac. libro
practicarum quæstionum, cap. 33. num. 1. & posteum
Diaz. in pract. crimin. canonica. cap. 62. num. 14. vers.
non tamen, nec in hoc dissentit Clar. in pract. crimin.
quæst. 36. num. 21. vers. regulariter autem, & ita vidi
78 pluries seruari; Imputati enim de maleficijs corã Iu-
dicibus secularibus solẽt, vt se ab illorum iurisdictione
examinat, allegare se esse Clericos, & habere qualita-
tes a Sacrosanto Concilio Tridentino requisitas, Ses-
79 sion. 23. de reformat. c. nullus, nã si fides facta secula-
ri Iudici, non videretur sufficiens, Ecclesiastico autem
contrarium videretur, hoc ab ipso Ecclesiastico, non
à laico Iudice cognoscendum, & terminandum est, vt
supra, & processus coram eodem Ecclesiastico, ipso
tamen laico vocato fieri deberet, vt ex pluribus osten-
dit Cepol. d. cons. 10. in secundo dubio, num. 6. & seq.
Et vult etiam Guid. Papæ decis. 138. num. 2. vers. & li-
cet, & nouissimè Scac. de Iudic. caus. ciuil. crim. & hæ-
ret. lib. 1. c. 11. num. 88. vers. 3. quæro, Farin. in pract.
crim. tit. de Inquis. quæst. 8. num. 33. vers. amplia deci-
moquarto, & probat text. in d. cap. si Clericus laicum.
80 Interimque secularis in causa procedere non potest,
sed in ea supersedere debet, vt ex multis probat Ce-
pol. d. cons. 10. in 4. dub. num. 12. & volunt etiam Guid.
Papæ dicta decis. 138. sub num. 5. vers. sed aduerten-
dum, Scac. d. c. 11. num. 90. vers. & obiter. & Farin. d.
q. 8. num. 35. vers. amplia secundo eandem decimam
quartam, & num. 38. vers. limita secundo eandem de-
cimam quartam ampliationem, per tex. in d. c. si Iudex
laicus, in fin. & in c. tuam, extra de ordin. cognition.
81 processuique per dictum Ecclesiasticum facto stare,
& sententiæ ex inde per eundem ferendæ, parere de-
bet ipse secularis, vt itidem ex multis probat Cepol. d.
cons. 10. in vltimo dubio num. 13. Dicit autem Vulpel,
respons. crimin. 110. in fin. quod ex eo, quod Sacrosan-
82 ctum Consilium Tridẽtinum supra allegatum statuit,
nullum prima tonsura initiatum, aut etiam in minori-
bus ordinibus constitutum, fori priuilegio gaudere, ni-
si beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem
habitum, & tunsuram deferens alicui Ecclesiæ, ex mã-
dato Episcopi inseruiat, multas sustulit difficultates,
83 quod & sensisse videntur Diaz. in pract. crim. canon.
cap. 62. num. 9. vers. nec tantum, & num. 18. vers. sed
opinionem: Farinac. in pract. crim. tit. de Inquisition. q.
8. sub num. 5. vers. & hodiè habemus, Scac. de Iudic.
causar. ciuil. crimin. & hæretic. lib. 1. cap. 11. sub num.
82. vers. Et hæc consuetudo, & antea num. 18. vers. qui-
nimo. Mascard. in tract. de probation. conclus. 302.
sub num. 14. vers. Quod verò, Eodem modo, si con-
84 tenderetur inter Iudices seculares, & Ecclesiasticos
de amissione priuilegij fori ex eo, quod Clericus immi-
scuisset se enormitatibus, & incedisset sine habitu, &
tonsura clericali, vt laicus, cognitio hæc non ad
laicum Iudicem, sed ad Ecclesiasticum pertinet, &
interim laicus procedere non potest, sed supersedere
85 debet, vt iuribus, rationibus, & authoritatibus pro-
baui in meis prioribus resolut. criminalib. cent. 1. cas.
60. num. 11. vers. sed ex quo.
Imò, quod plures est, dixit generaliter Couar. lib.

pract.

86 pract. quæstion. cap. 33. sub num. 1. quod vbicunque contentio est inter Iudicem secularem, & Ecclesiasticum de iurisdictione; Iudex Ecclesiasticus propter maiorem authoritatem cognoscit, an sua sit iurisdictio, secundum Pelyn. & Dec. in cap. pastoralis, de rescript. & alios per eum citatos, sequitur Farin. d. q. 8. sub num. 33. vers. & generaliter.

87 Et in his casibus debet Ecclesiasticus Iudex præuia debita cognitione causæ, & constito, quod delinquens ab eo sit iudicandus, requirere Iudicem laicum, vt sibi detentum, aut processatum, tanquam suæ iurisdictioni suppositum, remittat, & in causa contra eum non pro-
88 cedat, sed omnino abstineat; & vbi opus sit, inhibere; vt dicit Diaz. in loco citato n. 15. vers. ante tamẽ, & est de mente Clar. d. q. 36. num. 22. vers. debet autem, & Farin. d. q. 8. sub nu. 46. vers. amplia decimo octauo, & probat text. in d. c. si Iudex laicus in illis verbis, vel Curia ipsa, eum tanquam suum Clericum repetat, alio-
88 quin ab administratione deponeretur. Et forsã etiam criminaliter puniretur, vt præfati Doctores fatetur in locis prædictis.

89 Non est autem mirum, quod Episcopus suum petat clericum cum & Ciuitas repetat Ciuem suum l. 1. §. 1. ff. de rei vendicat. & l. de iure ff. ad municipal. illique
90 iustitiam fieri, & rem violẽter ablatam restitui postulet. c. dominus, 23. q. 2. & pater itidem repetat filium, c. vltimo, extra de cõuersat. infideli. prout in hoc proposito firmat ex iuribus prædictis Ioan. Mille. in pract. crim. in verbo fori præscriptione n. 14. 15. & 16. vers. sic Ciuitas, & infra folio mihi 73. facie secunda.

EPITOME.

An Clericus prima tonsura, aut minoribus ordinibus initiatus, habens pensionem super beneficio Ecclesiastico, gaudere debeat priuilegio fori Ecclesiastici in criminalib. & immunis esse à Iurisdictione Iudicis Laici, ac si esset beneficiatus, iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini sessione 23. de reformation. cap. 6. maximè stantibus alijs constitutionibus, postea editis per Summos Pontifices, circa onera per pensionarios supportanda; & an vltra pensionem debeat etiam incedere in habitu, & tonsura clericali; & si de hoc dubitetur, cuius sit cognitio, an scilicet Iudicis Ecclesiastici, an verò secularis.

SVMMARIA.

1 *Pensio dicitur à pendeo, quia pendet formaliter à beneficio, à quo extrahitur.*

2 *Pensio a beneficio extrahitur, sicut vsusfructus a proprietate.*

3 *Pensio non est beneficium, nec appellatione beneficij venit, ibid. num. 6.*

4 *An, et quando initiatus prima tonsura, et in minoribus ordinibus constitutus, ex Sacrosancti Consilij Tridentini dispositione, fori priuilegium gaudeat.*

5 *Nunquid clericus prima tonsura, aut quatuor ordinibus minoribus initiatus, qui pensionem aliquam super beneficio Ecclesiastico obtinuit stante constitutione Sacrosancti Concilij Tridentini, de qua in cap. 6. de reformat. session. 23. fori priuilegio gaudeat, et in criminalibus causis à Iudicis laicis iurisdictione exemptus sit, et immunis, nec ne.*
Et licet quæstionem hanc distinctione resoluendam esse tradat D. Auctor, ibid. num. 14.
Ipse tamen in partem affirmatiuam inclinare demonstrat rationibus, de quibus ibi per eum num. 20. et seq.

Secundum quam opinionem per Sacrã Congregationem fuisse iudicatum, habetur, ibidem numero 25.

7 *Clericus, qui pensionem habet, non dicitur habere beneficium, ibid. num. 11.*
Hoc tamen declaratur procedere, vbi quis eam simpliciter haberet, secus si in titulum, ibid. num. 12. et 13.

8 *Qui non habet qualitates à statuto requisitas, ipsius statuti commodum sentire non debet.*

9 *Clerici seculares, quamuis aliàs idonei moribus scientia, et ætate ad sacros ordines, non promoueantur, nisi prius constet eos beneficium Ecclesiasticum, quod ipsis ad vitam honestè ducendam sufficiat, pacificè possidere.*

10 *Patrimonium, vel pensionem ad vitam honestè ducendam habentes, ordinari non possunt, nisi Episcopus eos iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum, perspectoque prius patrimonium illud, vel pensionem, verè, et ad sufficientiam obtineri.*

13 *Qui pensionem habet simpliciter, temporale quid habere dicitur, ibid. num. 18.*
Qui verò eam habet in titulum beneficium Ecclesiasticum, ibid et num. 17.

15 *Beneficium habens, officium dicere tenetur.*

16 *Pensionarius nunquid teneatur dicere officium, videtur distinctione resoluendum an pensionem habeat simpliciter, vel in titulum, concludendo in primo casu negatiuè, et in secundo affirmatiuè.*

19 *Pensio ex beneficio Ecclesiastico extrahenda, tàm simpliciter, quàm in titulum constitui potest.*

21 *Pensionarij, hodiè ex Constitutione Pij Quinti Pontificis Maximi, officium Beatæ Mariæ Virginis quotidè, recitare tenentur.*

22 *Pensio hodiè spirituale onus annexum habet, quod etiam non est parui momenti.*

23 *Qualibet præceptio fructuum, quæ spirituale onus annexum habet, beneficium appellari potest.*

24 *Pensionarij ex constitutione Sixti Quinti Pontificis Maximi, tenentur incedere in habitu, et tonsura clericali.*

26 *Clericus habens pensionem solitam concedi clerico, gaudet priuilegio fori, si in habitu, et tonsura incedat.*

27 *Beneficiarius gaudet priuilegio fori, ante adeptam possessionem.*

28 *Pensiones in fauorem renunciari non possunt, etiam quod dentur in titulum super beneficijs.*

29 *Pensiones non sunt beneficia Ecclesiastica, nec comprehenduntur in dispositionibus de dictis beneficijs loquentibus.*

30 *Sacra Congregatio Concilij censetur, cap. 6. de reformat. sess. 23. Concilij Tridentini, non comprahendere, quoad forum priuilegium eum, cui fuit reseruata pensio super fructibus alicuius beneficij.*

31 *Ad fouendum priuilegium fori, vltra beneficium, requiritur, quod incedat cum habitu, et tonsura clericali.*

32 *Quæstio de habitu, an sit clericalis, vel ne secundum Guidon. Papa ad Iudicem laicum non ad Ecclesiasticum spectat, ibid. num. 34.*
Veritas tamen est in contrarium, quod spectet ad Ecclesiasticum, et ita seruatur, et seruandum esse putatur ex multis, ibid. num. 35.

33 *Cognitio, an aliquis sit clericus, vel nè, spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, ibid. num. 42.*

36 *Quando quæritur, an habitus sit clericalis, vel nè, licet non videatur agi de qualitate subiecti, an is, de quo agitur, sit clericus, vel nè, tamen re vera agitur de eadem qualitate, et iudicium in vtroque casu, circa quid spirituale versatur.*

37 *Iudicium quando circa quid spirituale versatur, eius*

cognitio non spectat ad Iudicem secularem.
38 *Iudex secularis, de spiritualibus, nec principaliter, nec incidenter se intromittere potest.*
39 *Item nec de eo, quod est spiritualibus annexum.*
40 *Causa habitus Clericalis, si non est spiritualis, saltem spiritualis annexa existit.*
41 *Ab opinione, sententia communi Doctorum calculo recepta, in iudicando recendum non est.*
42 *Congrua diversitatis ratio, assignari non potest inter quaestionem, in qua quaeritur, an quis sit clericus, nec ne; & quaestionem, in qua dubitatur, an habitus sit clericalis, nec ne, cum ambae tendant ad idem.*
Idem iudicium esse debet eorum, quae ad idem tendunt; & quando congruae diversitatis ratio reddi non potest.
43 *Allegatio, quod quis in habitu, & tonsura clericali incedat, allegant, pro evitanda iurisdictione, non suffragatur, quando per rei evidentiam de contrario, Iudici seculari apparet.*
44 *Imò Iudex secularis posset illam, veluti calumniosam, respuere, & in causa procedere, & remissionem denegare.*
Allegatio eius, cuius contrarium evidenter apparet, calumniosa est; & ideò per Iudicem iure negligi, et respui potest.

CASVS CC. XXIV.

1 QVoniam pensio, & si dicitur à pendeo, quia pendet, formaliter à beneficio, ex quo extrahitur,
2 sicuti vsusfructus à proprietate cap. fin. de pignor. c. quicunque 12. quaestion. 2. & c. possessiones 16. q. 1. Gigas. in tract. de pensionib. q. 1. sub num. 1. & ad fin.
3 sub nu. 9. non tamen est beneficium, nec appellatione beneficij venit, vt Doctores notant in c. ad audientiam el secundo, de rescript. vbi praecipuè Abb. nu. 1. Felyn. in princ. ante numer. 1. latè Capyc. decis. 200 in causa Reuerendi nu. 1. & seq. Gigas. in d. tract. quaest. 30. sub nu. 2. est text. expressus in c. quamuis, il primo de praebendis, in texto.
4 Dubitari non semel vidi, an stante dispositione Sacrosancti Concilij Tridentini sessione 23. de reformat. cap. 6. quod nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, fori priuilegio nõ gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tõsuram deferens, alicui ecclesiae ex mandato Episcopi inseruiat; vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines su-
5 scipiendos, versetur. Clericus prima tonsura, aut etiã quatuor minoribus ordinibus initiatus, qui pensionem aliquã super beneficio Ecclesiastico obtinet, fori priuilegio gaudeat, et a Iudicis laici iurisdictione in criminalibus causis exemptus, & immunis sit In qua dificultate, pro opinione negatiua facit, quod supradictum
6 fuit, pensionẽ non dici beneficium, vt per Doctores in d. c. ad audientiam, il secondo de rescript. & in d. c. quãuis, il primo de praebend. in 6. per illos tex. si enim nõ
7 dicitur talis clericus habere beneficium, & non habet alias qualitates a Decreto requisitas in non beneficiato ad fruendum immunitate fori, sequitur, quod ipsius
8 decreti commodum consequi non debet. Socin. cons. 274. num. 10. & seq. lib. 2. Marsil. cons. 96. num. 2. & seq. & singul. 187. qualitas per totum, & in l. si quis ne quaestio. num. 130. & seq. ff. de quaestion, Cornel. in l. scimus. num. 30. C. de iure deliber. Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloss. 7. num. 1. & 2. Brun. in tract. Quod statuo. mascul. artic. 5. q. 33. num. 130. artic. 6. vlt. membro. q. 8. num. 227. & plurib. seq. & q. 38. num. 321. & 322. & artic. 12. q. 27. num. 291. & 292. & artic. vlt. q. 4. num. 11. & Anchar. Regiens. q. 9. num. 7. & 8. part. & q. 55. num. 1. par. 2. Ad idem magis fecuire videtur idem Sancrosanctum Concilium Tridentinum session. 21. de reformat. cap. 2. dum postquã disponit
9 clericos seculares, quãuis alias idoneos moribus, scientia, & ętate, ad sacros ordines nõ promoueri, nisi prius legitimè constet eos beneficium Ecclesiasticum, quod ipsius ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere,
10 expressè statuit patrimonium, vel pensionẽ obtinentes, ordinari non posse; nisi quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum, perspectoque prius patrimonium illud, vel pensionẽ verè ab eis obtineri, taliaque esse quę, illis ad vitam sustentandam, satis sint; videtur etenim ex hoc satis mi apertum argumentum, quod ad ordinum promotionem, qui pensionem habet, non dicatur benefi-
11 cium Ecclesiasticum obtinere, & pro hac parte quaestionem hanc indiuiduo ex praedictis rationibus resoluit, & communem dicit Ioan. Bernardin. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 62. num. 10. vers. est tamen opportunè circa superiora inuestigandum; Quam tamen
12 sententiam procedere intelligit idem Diaz. vbi supra, quando pensionem simpliciter quis haberet nam tunc beneficium Ecclesiasticum obtinere, non diceretur
13 sed potius quid temporale, secus autem, si non simpliciter, sed in titulum eam haberet; quia eo casu beneficium Ecclesiasticum obtinere dici iure posset, & per consequens, tanquam beneficiatus, fori Ecclesiastici priuilegio gauderet, & ita cum casus iste contigisset, se consuluisse, & postea in supremo consilio Regio iudicatum fuisse, testatur Diaz. loco citato; Distinctione
14 itaque res haec resoluitur, quod aut pensionarius percipit pensionem simplicem, & non in titulum, & tunc non gaudet immunitate fori, quia non dicitur habere beneficium Ecclesiasticum per iura, & authoritates supra allegatas, aut eam percipit in titulũ, & tunc gaudet priuilegio dicti fori, quia dicitur habere beneficium Ecclesiasticum, ex quo habet certam partem fructuum illius, tanquam beneficium: vt notat Abb. in cap. conquerente. per illum text, in 1. notab. num. 1. & in 1. oppo sit. num. 5. de cleric. non resident. quem sequitur Gigas in d. tract. de pension. quaest. 28. sub num. 20. vers. quarto limita. Hanc distinctionem, ad alium tamen finem, probat Gigas in d. tract. quaest. 30. per totam, vbi
15 quaerit; an cum habens beneficium, teneatur dicere Officium Doctor. in cap. fin. de rescrip. in 6. & in clement. 1. de celebrat. Missar. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. num. 10. & Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 54. in verbo Officium, & ibi etiam Addent. ad cuius
16 pensionarius etiam teneatur illud dicere, & distinguit, quod aut habet pensionem intitulatam, vt puta, aliquam partem fructuum alterius Beneficij, vt denique sit
17 Ecclesiasticum beneficium, & tunc, quia talis pensio est beneficium Ecclesiasticum, nulli dubium est, quin illam habens, officium dicere tenetur, aut habet pensionem non intitulatam, sed simplicem, vt communiter accidit, & tunc, quia pensio est quid mere tempo-
18 rale, non tenetur dicere officium, Nec enim dubitatur
19 tur quin vtroque modo, & in titulũ beneficij, & simpliciter pensio ex beneficio extrahenda Ecclesiastica constitui possit ex his, quae cogerit Gigas in eo de tractatu de pension. q. 3. per tota, & vltra cu Capel. Tolos. decis. 472. ite fuit quaesitum an de pensione, & Capyc. decis. 200.

20 decis. 100. in causa Reuerendi. num. 1. & seq. sed, &
si pensio simpliciter, clerico in minoribus ordinibus
constituto, aut tantum prima tonsura initiato, data
esset, & non in titulum, crederem ego talem clericum,
fori Ecclesiastici priuilegio gaudere, ex quo ex motu
21 proprio Sanctissimè Memoriæ Pij Quinti Pontificis
Maximi, pensionario iniungitur onus singulis diebus
22 recitandi officium Beatissime Virginis Matris Mariæ,
propter quod pensio onus spirituale annexum habet,
quod non parui monumenti est, vt beneficium possit
23 optimo iure appellari, ita colligitur ex dictis per Diaz.
seu verius per Ignat. Lopez. in addit. ad eū in d. pract.
crimin. canon. cap. 62. sub num. 10. ante finem vers.
maximè hodiè, ad quem simpliciter se remittit Parin.
in pract. crim. tit. de Inquisit. q. 8. sub num. 5. versic. &
hodiè habemus Sacrosanctum Consilium Tridentinum
an finem, quibus addo, quod eo magis hoc pro-
24 cedere videtur, stante cōstitutione fęlicis recordationis
Sixti Quinti etiā Pontificis Maximi, qua pensionarij
tenentur incedere in habitu, & tōsura clericali, vestesq;
talares deferre, vt propterea facilius ad fruitionē
dicti priuilegij fori Ecclesiastici admitti debeant, qui
in dicta constitutione sunt comprehensi; & secundum
hanc opinionem declaratum fuisse per sacram Con-
25 gregationem, dicit Marcus Anton. Bennus, in praxi
Curiæ Archiepiscop. Neapol. §. septimo, num. 7. post
versic. Declarauit tamen, folio mihi 71. vbi formaliter
inquit, quod Paris. de resignation. beneficior. lib.
7. q. 1. num. 47. refert sacram Congregationem super
26 Consilio Tridentino censuisse, quod clericus, habens
pensionem solitam concedi clerico, gaudet priuilegio
fori, si in habitu, & tonsura incedat, quod verissimū
credo, sed certè Paris. in loco citato nihil dicit de hoc,
sed solum ait sacram Congregationem declarasse, be-
27 neficiarum gaudere priuilegio fori ante adeptam pos-
sessionem; imò reperio, quod idem Paris. antea lib. 2. q.
28 15. nu. 7. & seq. concludit ex communi, & veriori Do-
ctorum sententia, pensiones non posse renuntiari in fa-
uorem, etiam quodentur in titulum super beneficijs,
29 quia tales pensiones non sunt beneficia Ecclesiastica,
nec comprehenduntur in dispositionibus de dictis be-
neficijs loquentibus, & infert in nostris terminis nu. 15.
30 quod ideo die 19. Iunij 1586. Sacra Congregatio
Concilij censuit cap. 6. session. 23. de reformat. Con-
cil. Trid. non comprehendere, quoad priuilegium fori
eum, cui fuit reseruata pensio super fructibus alicuius
beneficij.

Et si habita fide de Clericatum, & de pensione du-
bium verteretur de habitu, & tonsura, cū & hæc quali-
31 tas requiratur, aduertendū est, quod licet cognitionē
32 hanc ad Iudicem secularē, non autem ad Ecclesiasticū
spectare dixerit Guid. Papę decis. 138. per totā, inquiēs,
33 quod quamuis cognitio, an aliquis, sit clericus, vel ne,
pertineat ad Iudicem Ecclesiasticum; tamen si dubi-
tetur super habitu, an sit clericalis, vel non, hæc cogi-
34 tio spectat ad Iudicē Laicum, non autem ad Ecclesia-
sticū, & quod ita fuit in facti contingentia decisum in
Parlamento Delphinali; cum qua opinione, consulē-
do, etiam transiuit cons. 110. nu. 2. & illum vtrobique
refert, & sequitur Clar. in pract. crim. q. 36. sub nu. 14.
ad fi. vers. & nota in hoc proposito, & nouissimè De-
cian. in pract. crim. to. 1. lib. 4. c. 9. n. 95. vers. sed potest
dubitari, & Mascard. de probatio. lib. 2. conclus. 961.
num. 4. versic. Quod tamen declarandum est; tamen
35 in contrarium est veritas, quod scilicet ex hoc casu
cognitio spectet ad Iudicem Ecclesiasticum, nō autem
ad secularem, vt aduertit Addition. ad Guid. Pap. d.
decis. 138. in verbo habitu, sub littera Q, licet enim non
36 videatur agi de qualitate subiecti, idest an is, de quo
agitur sit clericus, vel ne, tamen agitur de eadem qua-
litate, an scilicet personæ habitus sit clericalis, & sic,
37 cum Iudicium in vtroque casu versetur circa quid spi-
rituale, non videtur cognitio ad Iudicē secularem spe-
38 ctare, qui de spiritualibus, nec principaliter, nec inci-
denter potest se intromittere, cap. tuam. de ordin. co-
39 gnition. cap. lator. qui filij sint legittimi, quinimò nec
de eo, quod est spiritualibus annexum, c. quanto, extra
40 de Iudic. Nec negari potest, quin eiusmodi habitus
clericalis, causa, si non sit spiritualis, coniuncta, tamen
accessoria, & annexa sit spirituali; eandem opinionem
contra Guid. Pap. Clar. & alios citatos, tenuerunt Co-
uaru. lib. pract. quæstion. c. 33. sub n. 1. Diaz. seu Ignat.
Lopez. in addition. in pract. crim. canon. dict. cap. 62.
num. 14. Scac. de iudic. caus. ciuil. crimin. & hæret. lib.
1. cap. 11. num. 88. Mascard. lib. 2. de probat. conclus.
689. sub num. 8. & seq. & latè Farinac. d. q. 8. num. 34.
versic. Amplia primo hanc 14. ampliationem, Cępol.
cons. crimin. 11. sub num. 30. Roland. cons. 4. numer.
35. libro 1. a qua sententia veluti vera, communi
41 Doctorum calculo recepta, nullo modo recedendum
est, vt dicunt Couaru. Scacc. & Farinac. & benè nam
si cognitio, an quis sit clericus spectat ad Ecclesiasti-
42 cum, vt omnes fatentur, non rectè percipitur curco-
gnitio, an qui deferat habitum clericalem, ad eundem
Iudicem spectare non debeat, cū vtraque cognitio tē-
dat ad idem, & congrua diuersitatis ratio assignari nō
43 possit, Dicunt tamen Scribentes, quod Clerico non
suffragaretur allegatio hæc, quod in habitu, tonsura
clericali incederet, quando per rei euidentiam appa-
reret de contrario Iudici seculari, qui ex capitis de nu-
dati; & corporis vestimētorum oculari inspectione co-
gnosceret illum, nec tonsurā, nec habitum clericalem
deferre, sed vt merè laicum incedere, esset enim tunc
44 allegatio talis calumniosa, quam respuere Iudex secu-
laris posset, & in causa procedere, & remissionem de-
negnare, ita punctualiter volunt Mascard. d. conclus.
689. n. 10. in fine. Sigismond. Scac. d. cap. 11. n. 89. vers.
Bene verum est, Farinac. d. q. 8. sub num. 34. post vers.
ampla primo hanc decimam quartā ampliationem,
& alij per eos allegati, cum quibus indubitanter tenen-
dum esse semper censui, & non semel votaui.

E P I T O M E.

Quod Clericus fori Ecclesiastici priuilegio gaudēs, in cri-
minalibus causis, à Iudice seculari iudicari, inquiri aut
processari non pōt, & quidquid à tali Iudice factum est,
nullum, & inualidum est penitus, etiam ipso clerico
contumace existente, vel comparente, & tacente, &
Iurisdictione non declinante, imò & consentiente, &
fori priuilegio cum iuramento renuntiante, & etiam
Episcopi consensu accedente; Quod & per viam re-
conuentionis procedere dicitur; & idem in Militibus
Sancti Ioannis Hierosolimitani, & in equitibus Diui
Stephani, & in descriptis in Militia Serenissimi Magni
Ducis Ætruriæ dicitur, vt nec hi coram alijs Iudici-
bus, quam proprijs Iudicari possint, nec eorum fori
competentis priuilegio renuntiare; & de inualiditate
Statutorum Laicorum, punientium clericos declinan-
tes iurisdictionem temporalem aut eorum consang u-
neos, aut attinentes propter illos.

SVMMARIA.

1 *Clericus, privilegio fori Ecclesiastici gaudens, in criminalibus causis à Iudice laico, nec inquiri, nec processari post, tàm ex Cesarearum, quam Pontificum Constitutionibus.*

2 *Quicquid Iudex laicus operatur in causa criminali contra Clericum, fori privilegio gaudentem, prorsus irritum est, & ipso iure nullum.*

3 *Clericus fori privilegio gaudens, nec expressè, nec tacitè illi renuntiare potest,*

4 *Privilegium fori Ecclesiastici, clericis indultum, in favorem totius ordinis clericalis introductum est,*

5 *Quod in favorem alicuius universitatis introductum est, minime illi renuntiando unus ex universitate praeiudicare potest,*

Etiam interveniente consensu sui superioris, ibid, nu. seq.

6 *Clericus, privilegio fori renuntiando, praeiudicare non potest, etiam Episcopi consensu interveniente, ibidem numero 8.*

7 *Ampliatur hoc procedere, etiam iuramento accedente ibidem num seq.*

8 *Clericus Deo habet privilegium fori,*

9 *Clericus forum Iudicis secularis, cum posset, non declinans, criminaliter sui Episcopi arbitrio tanquam Canonis transgressor, puniri potest, ibid, num. 24.*

10 *Clerici, qui forum secularem non declinaverant, fuerunt per Curiam ob hanc causam in exilium missi, & propterea puniti pro illis delictis, pro quibus reperiebantur molestati à Iudicibus secularibus,*

11 *Quod dispositum est in Clericis, quoad fori privilegium, habet etiam locum in Militibus Hierosolimitanis.*

Valet argumẽtum de Clericis ad equites Hierosolimitanos.

12 *Equites Hierosolimitani fori privilegio renuntiare non possunt, & quare.*

13 *Privilegium fori, equitibus Militae inductum, favore totius militaris ordinis introductum est.*

14 *Et illi unus miles renuntiando, praeiudicare non potest.*

15 *Equites Divi Stephani privilegio fori renuntiare non possunt.*

16 *Equites Divi Stephani in criminalibus nullum alium Iudicem habent, quàm dictae Religionis consilium, vel à Serenissimo Magno Duce Aetruriae dicti ordinis Magno Magistro, Deputatos.*

17 *Equites Divi Stephani non possunt in alios, quàm in suos Iudices consentiri, & quare.*

18 *Episcopali dignitati conceditur, ut Episcopus non cogatur venire ad testimonium ferendum, sed Iudex mittit ad eum.*

Illud idem etiam procedit in omnibus alijs egregijs personis, ibid. num. 20.

19 *Episcopus, & aliae egregiae personę praedicto privilegio renuntiare non possunt, ibid num seq.*

22 *Privilegium Egregijs personis concessum, quod Iudex ad eas mittat pro iuramento ferendo, non ratione privatae personae datum est, sed ratione dignitatis.*

23 *Descripti militia Serenissimi Magni Ducis Aeturiae, fori privilegium gaudent, & à nemine iudicari possunt, sine voto, & participatione Auditoris ipsius militiae, iuxta tenorem capitulorum ipsarum militiarum.*

Nec possunt tali privilegio renuntiare, prout nec alij sibi concessis, ibid. num. 25. & 26.

24 *Miles armatę militiae per Magistrum Militum iudicatur.*

26 *Privilegia militibus concessa nedum ad favorem totius ordinis militaris inducta sunt, sed reverẽtiam quoque personis ipsorum militum debita respiciunt.*

27 *Milites nostri temporis, capitulis bandarum in eorum beneficium conditis, respectu carcerationis, & aliorum, quae propter dignitatem, & gradum militarem inducta sunt, recusare non possunt.*

28 *Doctor non potest renuntiare privilegio, quod non possit personaliter capi, & quare.*

29 *Dedecus esset Universitati Doctorum, si Doctor personaliter caperetur.*

30 *Processus per Iudicem secularem factus, contra Clericum, fori privilegio gaudentem, nullatenus sustineri potest, etiã quod is citatus fuisset contumax, nec ipse, nec alius pro eo nunquam comparuisset.*

31 *Gesta per Iudicum secularem, contra clericum privilegio gaudentem, sunt ipso iure nulla, etiam absque aliqua ipsius clerici de hoc allegatione facta.*

32 *Quae de clerico scripta reperiuntur, ut coram Iudice laico conveniri non possit, procedunt etiam, si ipse clericus, coram Iudice seculari, laicum de aliquo crimine convenisset.*

33 *Clericus coram Iudice seculari, laicum de aliquo crimine conveniens, coram eodem Iudice, à dicto laico reconventionis iure molestari non potest, ibid. num. 35.*

34 *Reus non relatione criminum, sed innocentia purgatur.*

36 *Clericus statuto laicorum impediri non potest, quominus iurisdictionem declinet secularem etiam sub quavis poena,*

37 *Statutum impediens clericum, ne iudicis secularis iurisdictionem declinet, non valet.*

38 *Statutum volens, quod pro Clerico declinante iurisdictionem secularem, consanguinei eius teneantur solvere certam pęnam, non valet, ibid. num. 51. & 53.*

39 *Ubi non valet statutum probibitorium, non valet nec etiam pęnale.*

40 *Pęna legalis nunquam potest incipere à permissis.*

41 *Clerico, non solum permittitur secularem iurisdictionem declinare, sed etiam hoc illi iubent Canones, & punitur si hoc non facit.*

43 *Clericus magis debet obedire iuri canonico, tanquam suo superiori, quàm statutis laicorum.*

44 *Statuta laicorum non habent ius imperandi clericis, nec eos puniendi de negligentia, vel contemptu.*

45 *Statutum seculare, sicut non potest prohibere clerico, ne iurisdictionem secularem declinet, ita nec illi imponere pęnam in eventum declinationis.*

46 *Antecendentibus prohibitis, necesse est ea, quae in consequentiam veniunt prohiberi.*

47 *Maior iurisdictio requiritur in pęnali, quam in principali.*

48 *Qui non habet iurisdictionem minorem, non habet, nec maiorem.*

49 *Qui non potest statuere, ne declinetur iurisdictio; non potest apponere pęnam si declinetur.*

50 *Qui non potest disponere, non potest etiam in conditione ponere.*

52 *Ex astrictione coniunctorum clerici coercetur etiam ipse clericus.*

54 *Statutum, puniens propinquos declinantis iurisdictionem, non extenditur ad clericum, nec illum comprehendit.*

55 *Statuti generalitas ad iusta tantum restringitur, & statuenti permissa, nec adaptatur ad ea quae, ipsum statutum irritum facerent.*

CASVS

CASVS CC. XXV.

1 SIcuti clariſſimum eſt, quod Clericus priuilegio fo-
ri Eccleſiaſtici graudens, in criminalibus cauſis à
Iudice laico, nec iudicari, nec inquiri, aut procceſſari
poteſt, tam ex Cæſarum, quam Pontificum Conſtitio-
2 nibus, & quidquid per ipſum Iudicem Laicum contra
talem Clericum factum eſt, id prorſus nullum eſt, vt
tradunt Alberic. de Roſat. de Statut. lib. 3. quæſt. 42.
numero 1. Ioannes Mille, in pract. crimin. folio mihi.
73. numer. 1. & pluribus ſequent. verbo. fori præſcri-
ptio. Boſſ. in pract. criminal. titul. de foro compet.
num. 126. Foller. in pract. crim. in 1. part. 2. part. in ver-
bo Audiantur excuſatores, num. 38. & ſeq. Corrad. in
pract. crim. tit. de Inquiſition. nu. 8. Clar. in pract. crim.
q. 36. in princ. Gigas in tract. de crim. læſæ Maieſt. tit.
quis de crim. læſæ Maieſt. cognoſ. poſſ. q. vnica num.
12. & ſequent. Couar. lib. pract. quæſtion. cap. 31.
num. 3. poſt verſic. Tertia concluſio. Roland. conſ. 4.
num. 6. & ſeq. lib. 1. conſ. 12. num. 34. & ſeq. conſ. 23.
num. 6. & ſeq. lib. 2. & nouiſſimè Decian. in tract. crim.
lib. 4. c. 9. num. 1. & ſeq. Scacc. in tract. de Iudic. cauſ.
ciuil. crimin. & hæretic. lib. 1. c. 11. num. 34. & ſeq. &
Farinac. in pract. criminal. titul. de Inquiſit. quæſt. 8.
in princ. num. 1. & 2. & eſt text. in c. At ſi Clerici, & in
cap. cum non ab homine, extra de iudic. in c. 1. 2. 3. &
3 multis aliis ſeq. & 11. q. 1. in auth. Statuimus, C. de Epi-
ſcop. & cleric. Ita perſpicuum, eſt, quod tali priuilegio,
nec tacitè, nec expreſsè renuntiare poteſt, cap. ſi di-
ligenti, & ibi omnes Doctor. de foro competẽti. Clar.
d. q. 36. num. 4. verſ. infertur. vbi dicit eſſe communem
opinionem Scribentium, Foller. in d. verbo Audian-
tur excuſatores, num. 38. & ſeq. Vicen. de Franch. de-
ciſ. 400. num. 6. in 2. parte, & alij, qui conſulto omit-
4 tuntur; cum enim dictum priuilegium in fauorem to-
tius Ordinis Clericalis introductum ſit, minimè vnus
5 Clericus illi præiudicare, renuntiando, poteſt; prout,
hanc opinionem ſequentes, voluerunt Alex. conſ. 8. ſub
num. 1. lib. 1. Alex. de Neuo. conſ. 56. num. 1. Roland. à
Valle. conſ. 4. num. 9. lib. 1. Latè Farin. alios citans, d.
quæſt. 8. num. 10. & 12. Iacob. Æmilian. conſ. 17. num.
6 18. in fine, etiam Epiſcopi conſenſu interueniente.
Alex. d. conſ. 8. num. 1. lib. 1. Roland. d. conſ. 4. num. 10.
lib. 1. Socin. in tract. regular. regula. 66. in verbo Cleri-
cus per text. cum gl. in cap. Significaſti. de foro com-
petent. & Farin. d. quæſt. 8. ſub num. 13. verſ. amplia
7 tertio; quinimo nec etiam iuramento accedente, ſecun-
dum Alex. de Neuo. dict. conſ. 56. ſub num. 1. & Ro-
land. à Valle conſ. 23. num. 15. lib. 2. Farin. d. quæſt. 8.
ſub num. 10. poſt verſ. amplia ſexto, & Francit. Leon.
in teſaur. forj Eccleſiaſtic. cap. 1. num. 12. verſ. præterea
8 non ſolum eã ratione, quod tale priuilegium habeat à
Deo; Vnde aliàs dixi, quod nec iuramento Clerici, nec
Epiſcopi tollerantia operari poterat validitatem pro-
ceſſus, per Iudicem ſecularem facti, contra Clericum,
qui iuriſdictionem ſecularem non declinauerat, ſed ſe
proceſſari permiſerat, Inquiſitioni, & interrogationi-
bus cum iuramento reſpondendo, & in cauſa procedi
permittendo, & nunc addo, quod dici poſſet, quod ex
9 hoc ſolo, quod forum dicti Iudicis ſæcularis, cum poſ-
ſet, nõ declinauerit, criminaliter ſui Epiſcopi arbitrio
puniendus ſit, quaſi Canonis tranſgreſſor. Bald. in l. 1.
circa finem nu. 3. verſ. qui facit, C. de indict. viduit. tol-
len. Foller. in d. verb. Audiantur excuſatores ſub n. 38.
Farin. d. q. 8. ſub num. 10. poſt verſ. amplia ſexto, &
alij, quos refert, & ſequitur Marcus Anton. Genuenſ.
in prax. Curiæ Archiepiſc. Neapol. cap. 6. ad fin. nu. 8.
10 qui dicit ita in Curia illa fuiſſe ſeruatum, & aliquos
Clericos eã ob cauſã fuiſſe miſſos in exiliũ, & præterea
de nouo punitos pro illis delictis, pro quibus moleſtati
à Iudicibus ſecularibus, eorũ non declinauerũt forum.
11 Et idẽ eſt in militibus Hyeroſolimitanis, ſeu equitib.
12 Melitę, quos eorũ fori priuilegio renũtiare nõ poſſet,
tenet Ang. Aret. in §. idẽ iuris eſt, n. 44. Inſtit. de excep.
per text. cum gl. in l. ne quis, C. de aduoc. diuerſ. iudic.
13 in verbo ambientibus, & ratio eſt, quia hoc priuilegiũ
inductum eſt in fauorem, & gratiam totius ordinis il-
14 lius militaris, cui vnus miles non poteſt præiudicare.
15 Quod, & in militibus ſacrę Religionis Diui Stepha-
16 ni, procedere ſemper tenui, vt nec hi, qui alium Iudicẽ
in criminalibus non habent, quã dictæ Religionis cõ-
ſilium, vel a Sereniſſimo Magno Duce Æturiæ, dicti
ordinis Magno Magiſtro, deputatos, poſſint tali priui-
uilegio renuntiare, & in alios Iudices conſentire, cum
17 hoc totum ordinem, vt ſupra dictum eſt, reſpiciat, &
ipſorum etiam Militum perſonæ reuerentiam, Bartol.
Caſtr. Alex. & alij in l. alia §. eleganter, ff. ſolut. matrim.
Fęlyn. in d. c. ſi diligenti. num. 24. verſ. Quartum cor-
relarium de foro compet. vbi latius inſiſtit, & in ſpe-
cie meminit de priuilegio legis ad egregias, ff. de iu-
reiurand. cui renuntiari non poſſe cenſuit. Cyn. in l.
nec honore C. de Epiſcop. & Cleric. vbi ait, quod di-
18 gnitati Epiſcopali conceditur, vt Epiſcopus non co-
gatur venire ad teſtimonium ferendum, ſed Iudex mit-
19 tat ad eum, & quod tali priuilegio non eſt licitum re-
20 nuntiare, & quid idem dicit Petr. in omnibus egregijs
21 perſonis ad quas iuſiurãdũ mittitur, & quod dicto pri-
uilegio renunciare nõ poſſint; quia nõ datur hoc priui-
22 legium ratione priuatę perſonę, ſed ratione dignitatis.
23 Sic, & deſcripti in Militia Sereniſſimi Magni Ducis
Æturiæ, qui a nemine iudicari poſſunt ſine voto, &
participatione Auditoris ipſius militiæ, iuxta tenorem
capitulorũ militariũ; Et benè, quia miles armatę Mili-
24 tiæ per Magiſtrũ Militũ iudicatur. l. Magiſteriæ C. de
iuriſdict. omni iudic. Millcus, in pract. criminal. in ver-
bo. fori præſcriptione num. 17. folio mihi 73. etiam in
crimine falſæ monetæ, l. 1. §. ſi verò miles, & ibi gloſ.
in verbo Iudices. C. de falſa moneta, non poſſunt
25 huic priuilegio renuntiare, prout nec alij eis conceſ-
ſis, quia inducta ſunt ad fauorem totius militaris ordi-
26 nis, & reſpiciunt etiam reuerentiam, perſoni ipſorum
militum, debitam, quibus propterea ſolus miles renun-
tiare non poteſt, per ſuperius adducta: quibus addo
Borgnin. in tract. de Tutor. ſub n. 318. & ſequenti, vbi
ex pluribus ita tenet, & in indiniduo ſub nu. 223. loqui-
tur in militibus noſtri temporis, quos, inquit, non
27 poſſe renuntiare capitulis Bandarum, in eorum bene-
ficium conditis, reſpectu carcerationis, & aliorum,
quia ſunt inducta fauore totius ordinis militaris, &
non particularium militum, & propter dignitatem, &
gradum militarem, & cum prędictis cõuenit Iac. Æmi-
28 lian. conſ. 17. nnm. 20. volens, quod Doctor. non poſ-
ſit renuntiare priuilegio, quod non poſſit perſonaliter
capi, cum ſit conceſſum propter ordinem, & gradum,
toti ordini, & gradui; & eſſet dedecus vniuerſitati
29 Doctorũ, ſi perſonaliter caperetur, vt ibi per ipſum,
& latius tradit. Farin. in ſuis quæſt. criminal. tit. de car
cerib. & carcerat. quæſt. 27. num. 84. verſ. amplia ter-
tio, vt nec hic priuilegio.
30 Ex prædictis ſimiliter memini aliàs me dixiſſe, nulla

tenus sustineri posse processum, per Iudicem secularem factum contra talem Clericum, fori Ecclesiastici priuilegio gaudentem, etiam, quod is citatus fuisset contumax, nec ipse nec alius pro eo vnquã comparuisset;
31 quoniam data veritate, quod citatus fuerit Clericus, dicto priuilegio gaudens, etiam quod citatus fuerit prorsus contumax, gesta per Iudicem secularẽ, nulla sunt ipso iure, etiam absque aliqua ipso Clerici de hoc allegatione facta, prout consuluit. Dec. cons. 241. in princ. inquiẽs se intellexisse, quod ita fuit iudicatum, quem secuti sunt Couar. lib. pract. quæst. c. 33. nu. 2. & Clar. d. q. 36. sub nu. 5. post vers. est autem ibi cęterum in casibus, & cum hac sententia conueniunt Grammatic. decis. 61. in fin. & Vincen. de Franch. decis. 400. num. 7. in 2. parte, Foller. in dicto verbo, Audiantur excusatores, num. 38. & 39. & nouissimè Farinac. post plures per eum allegatos, d. q. 8. nu. 15. vers. amplia septimo, & est text. in c. aduersus, §. quia verò. De immun. eccles. in c. cum seculares de foro compet. in 6. & in auth. statuimus, C. de episcop. & Cleric.

32 Et quod dictum est de Clerico, vt corã Laico Iudice de crimine conueniri non possit, procedit etiam, si ipse Clericus coram Iudice seculari Laicum de aliquo crimine conuenisset, iuxta c. si Clericus Laicũ, & c. cũ sit generale, de foro competent. & notata per Farin. d. q. 8. sub n. 14. vers. limita hanc sextam ampliationẽ, &
33 coram eodem Laicus ille ipsum Clericum reaccusaret de alio crimine, nã nec tunc Clericus, reconuentionis Iure, molestari posset, c. neganda, il primo, & seq. 3.
34 q. 11. quia non relatione criminum, sed innocentia Reus purgatur l. is qui. ff. de public. iudic. & ita in puncto decidit Ioann. Mille in pract. crimin. folio mihi 73 in verbo. fori præscriptio. num. 3. & 4. versic. nec
35 etiam; Idem, quod in causa criminali non possit recõueniri coram Iudice Laico, coram quo ipse conuenit Laicum, tenent Specul. in tit. de reconuent. §. nunc dicamus, sub num. 7. vers. sed pone Clericus, Bald. in c. 1. n. 5. in fine. tit. de controuers. feudi apud pares termin. in vsibus feud. Felyn. in c. At si Clerici de iudic. num. 9. Dec. num. 30. & Bero. num. 150. Clar. d. q. 36. num. 6. vers. & hæc quidem conclusio. Bonacos. in 1. par. commun. opin. crimin. in verbo Clericus effectus post delictũm, fol. 28. col. 3. Scac. d. c. 11. num. 93. ad fin. & Decian. d. cap. 9. num. 17. vers. Attamem in criminalibus, Farinac. cæteros adducens, d. q. 8. num. 100. vers. Sublimita hanc octauam limitationem.

36 Nec statuto Laicorum posset Clericus impediri, ne Iudici secularis iurisdictionem declinaret, sub quauis
37 pœna, quia non valeret, vt notant Scribentes communiter in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, extra de constitution. & in alijs locis vulgaribus; Imò nec valeret statutũ volens q̃ pro Clerico, declinante iurisdictionẽ
38 prædictam, consanguinei eius teneantur soluere certam pęnam, nam si non valet statutum prohibitorium,
39 non etiam valet pœnale, quia pœna legalis nunquam
40 potest incipere a permissis, Clerico enim non solum
41 permittitur declinare iurisdictionem secularem, imo
42 iubent canones, quod declinet: & punitur, si hoc non facit, extraordinaria pœna, qua puniuntur transgressores canonum ex generali causa transgressionis: vnde
43 debet Clericus magis obedire iuri canonico, tanquam suo superiori, quam statutis Laicorum, qui non ha-
44 bent ius imperandi, & per consequens, nec puniendi
45 de negligentia vel cõtemptu; Quare sicut statutũ non potest prohibere Clerico, ne declinet, ita nec imponere pœnam in consequentiam, nam antecedẽtibus pro-
46 hibitis necesse est ea, quæ in consequentiam veniunt,
47 prohiberi, quia maior iurisdictio requiritur in pœnali,
48 quam in principali, & qui non habet iurisdictionem
49 minorem, non habeat maiorẽ; ideò qui non potest statuere, ne declinetur iurisdictio, non potest apponere
50 pœnam, si declinetur, nec qui non potest disponere, debet posse in conditione ponere, vt in puncto ex præmissis rationibus determinat Bald. in d. l. 1. nu. 3. vers. Quod facit contra statuta. C. de indict. viduit. tollend.
51 nec per indirectum potest statutum coercere Clericos ad non declinandum, puniendo eorum cõsanguineos, cum directò hoc facere non possit, prohibendo ipsosmet Clericos per ea, quæ leguntur, & notantur in cap. cum quid vna via. de regul. iur. in 6. non enim nega-
52 ri potest, quin ex astrictione coniunctorum coerceatur Clericus, vt dicit Lapus, statim citandus, per text. in l. hæres meus §. fin. ff. de cond. & demonstr. & in l.
53 titia. ff. de verbor. obligat. & sicut non tenet statutum contra Clericum, ita nec contra consanguineos Clerici, respectu eius, Angel. in l. 1. ad finem, ff. de in ius vocand. quem sequitur Barbat. in addit. ad Bald. in d. l. 1. C. de indict. viduit. tollend. in addit. in verbo, facit cõtra statuta, sub litera D, in principio, Hinc dixit Lap. allegat. 29. in sexto dubio, nu. 7. quod statutum puniens
54 propinquos declinantis iurisdictionem temporalem, vt potestatis, vel alterius, ita quod ab eorum iurisdictione eximantur, non extenditur ad Clericum, nec
55 illum comprehendit, quia dicti statuti generalitas restringitur ad iusta tantum, & statuenti permissa, nec adaptatur ad ea, quæ statutum ipsum irritum facerent, prout esset, si Clericum comprehenderet, qui coerceretur ad non declinandum ex ipsa astrictione coniunctorum, & tamen illum non potest statutum coercere.

EPITOME.

Quod pœna conuentionalis, adiecta in ciuilibus negotijs quantitatis dationi, non valet, nec exigi potest, etiam quod à Iudice statuta, vel confirmata fuisset; Imò nec adiecta facto, nisi quatenus concurrat interesse partis, & pro ipsius interesse rata tantùm, etiam respectu fisci, & portionis ad eum spectantis, seù applicandæ ex ipsarum partium conuentione, vel Iudicis Decreto.

SVMMARIA.

1 *Pœna conuentionalis in ciuilibus negotijs adiecta facto debetur, & exigi potest, etiam de iure canonico, apposita verò quantitatis dationi non valet, nec peti licitè potest.*
Hoc tamen verum est de Iure, secus de consuetudine, secundum quam nullo modo exigi potest, ibid. num. 3.

2 *Pœna conuentionalis quantitatis dationi in ciuilibus causis apposita, in fraudem vsurarum adiecta præsumitur.*

3 *Pœna conuentionalis in ciuilibus causis, siue adiecta sit facto, siue quantitatis dationi secundum consuetudinem, non potest vllo pacto exigi, nisi quatenus interesse concurrat.*
Et tunc etiam exigitur pro rata dicti interesse, ibidem numero 25.
Ampliatur hoc procedere, & si huiusmodi pœna à Iudice, vel Pretore confirmetur, vel approbetur, ibid. num. 8.

4 *Conuentus ad pœnam 1500. aureorum, ex quo contrauenerit Regio priuilegio, concesso actori, quod nullus, præter eum, audeat extra Regnum extrahere auellanas sub graui pœna eidem applicanda, ad quam se obligauerat penes acta Curiæ, promittendo talem extractionem non*

nem non facere sub dicta pœna, fuit per sacrum Consilium ad dictam pœnam condemnatus, quatenus cum interesse partis concurrebat.

Et hæc quo ad partem, ad cuius fauorem pœna adiecta est, sine dubio procedunt, secus tamen respectu fisci, si in euentum contrauentionis ei pœnæ pars applicata sit, ibidem num. 9.

5 *Detentus in arce ratione administrationis per eum gestæ, qui pro se liberando à Carceribus promisit intra certum tempus cautionem idoneam præstare pro summa scutorum 1000. de obseruando per eum promissa, & inter cetera de reddendo legalem rationem quorumcunque administratorum per ipsum, alias in casu contrauentionis donationē omnium suorum bonorum facit Illustrissimo eius Domino Duci, Notario pro eo stipulante, si dictam fideiussionem non præstitit, in pœnam donatorum bonorum, minimè incurrit, nec ad pœnam conuentam condemnari potest, sed ad interesse, quanti scilicet fisci interesse probabitur, perfecta redditione rationis, cautionem fuisse præstitam.*

6 *Ad nullum interesse condemnari potest, qui legitimè administratorum rationem reddit, qui verò minus legaliter reddit, condemnatur ad restitutionem eius, quod debet, & vltra ad quadruplum, attenta forma regulatum Cameræ.*

7 *An, et quando pœna adiecta quantitatis obligationi, veniat soluenda, et quomodo, cum distinctione declaratur.*

10 *An fisco, cui pars pœnæ conuentionalis in Ciuili causa applicata est, denegetur consequutio ipsius pœnæ, si nullum interesse partis, cui facta est promissio, versetur, et post multa negatiuè concluditur, ibid. num. 13.*

11 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

12 *Vbi militat eadem ratio, ibi idem ius statuendum est.*

14 *L. fiscus ff. de iure fisci secundum Authorem non obstat, vt probarunt nonnulli decisioni quæstionis præsentis casus.*

15 *Fiscus priuato succedens ex tempore, quo successit, vtitur priuilegio fisci.*

16 *Ius priuati quando pœnæ conuentionalis pars in causa ciuili applicatur fisco, non transit in fiscum, sed remanet penes ipsum priuatum.*

17 *Et licet in eo iure fiscus habeat interesse, respectu pœna sibi adiectæ, illud tamen habet annexum cum interesse partis, et ab illo dependens.*

18 *Et ideò si priuatus non potest petere, nec etiam fiscus.*

19 *Ius priuati transiens in fiscum, transit cum omnibus qualitatibus, cum quibus erat penes priuatum.*

20 *Ex conuentione pœnali priuatorum aliquid in fiscum venire non prohibetur.*

21 *Hoc tamen procedit, vbi, et priuatis actio competat.*

22 *Quando in conuentione pœnali priuatorum Notarius stipulatur, tamquam persona publica nomine fisci, talis pœna acquiritur fisco proportione illi applicata.*

23 *Pœna pro parte fisco acquisita, ea incursa, ipsi debetur nec ex eo, quod aut per pœnitentiam, aut per recessum, aut conuentione, vel aliter partes acquiescant, et nihil dicant, fisco in sua portione præiudicatur.*

24 *Casus præsentis quæstionis declaratur, in quibus terminis procedat.*

CASVS CC. XXVI.

1 COmmunis est Doctorum conclusio, quod in ciuilibus negotijs, pœna conuentionalis adiecta facto debetur, & exigi potest, etiam de iure canonico; apposita verò quantitatis dationi non valet, nec peti licitè potest, quia præsumitur adiecta in fraudem vsurarum; ita testatur Bald. in tract. de præsumpt. in secū-
2 da parte, tertiæ partis princip. quæst. 13. n. 6. post versic. sed moueo dubium. Sequitur Afflict. dicens hanc esse veram, & indubitatam conclusionem Canonistarum decis. 135. numer. 2. versic. dubitabatur, & diffusè probat Francis. Marc. decis. delphinali 411. in prima parte, sub varijs numeris, & tenent alij, de quibus memini infra casu 248. in princ. Et in obligatione facti idem latè tradit Cacheran. decis. pedemont. 70. num. 7. & seq. vers. videndum igitur, & in obligatione quantitatis, Tesaur. pariter decis. pedemont. 79. in princ. vbi alios idem tenentes adducit; Sed licet ita sit de iure,
3 non tamen seruatur de consuetudine, nam siue pœna apposita sit obligationi facti, siue quantitatis, nunquā tamen contraueniens ad ipsam pœnam condemnatur, nisi quatenus interesse concurrat. Afflict. dict. decision. 135. num. 3. & 4. qui propterea refert, reos conuentos
4 ad pœnam mille quingentorum aureorum ex quo contrauenerant Regio priuilegio, concesso Actori, quod nullus præter eum auderet extra Regnum extrahere auellanas sub graui pœna eidem applicanda, ad quam se obligauerant penes acta Curiæ, promittendo talem extractionem non facere sub dicta pœna, fuisse per Sacrum Consilium condemnatos ad dictam pœnam, quatenus cum interesse concurrat, dicitque, quod ita est stylus sacri Consilij: sequitur Tesaur. d. decis. 79. sub num. 1. in fine, inquiens, quod hoc iure vtitur Senatus, semperque hunc stylum seruauit; Idem vult Cacher. d. decis. 70. num. 11. & plur. seq. concludens, quod de-
5 tentus in arce ratione administrationis per eum gestę, qui pro se liberando à carceribus promisit intra certum tempus cautionem idoneam præstare, pro summa scutorum decem mille, de obseruando per eum promissa, & inter cætera de reddendo legalem rationem quoruncunque administratorum per ipsum, alias in casu contrauentionis donationem omnium suorum bonorum fecit Illustrissimo eius Domino Duci, Notario pro eo stipulante, si dictam fideiussionem non præstitit, in pœnam donatorum bonorum, minimè incurrit, & quod propterea Senatus, causa benè discussa, eum condemnauit non ad pœnam conuentam; tamquam reprobatam a iure, sed ad interesse, quanti scilicet fisci interesse probabitur, perfecta redditione rationis, cautionem fuisse præstitam; subditq; hanc interesse condemnationem non esse considerabilem, quia, si legitimè rationes reddet, nullum erit interesse, si ve-
6 rò minus legaliter, condemnabitur ad restitutionem eius, quod debet, & vltra ad quadruplum, attenta forma regularum Camerę; Idem sequutus est Thesaur. d. decis. 79. ante fin. num. 3. ver. ex quibus, vbi loquens in
7 obligatione quantitatis, distinguendo, ait, quod aut ex decurso tempore promissæ solutionis, creditor passus est aliquod interesse, vel damnum, & tunc subsistat pœna adiecta, non ratione vsurarum, sed pro interesse, & damno post moram debitoris, & eatenus, quatenus interfit, aut verò nullum interesse, aut damnum passus est creditor, & tunc hæc pœna nullo modo debeatur, & subdit, quod sic censuit Senatus.

8 Et prædictam adeò vera sunt, vt procedant etiam si a Iudice, vel Prætore pœna illa conuentionalis facto, vel quantitati adiecta confirmetur, vel approbetur nam adhuc eius consequutioni locus nō erit, nisi quatenus interesse partis concurrat, & pro rata ipsius interesse, vt apertis verbis, & pluribus rationibus firmat Cacheran. d. decis. 70. num. 11. & seq. vsque ad finem, & clarius, & expressius tradit Thesaur. d. decis. 79. sub num. 2. versic. contrarium tamen, & num. 3. versic. ex quibus,

quibus,

quibus, & non obscurè volunt etiam alij per ipsos alle-
gati, & probat Franc. Marc. d. decis. 411.
9 Et quo ad partem, ad cuius fauorem pœna adiecta
est, res satis de plano procedere videtur ex supra alle-
gatis; sed maior est difficultas respectu fisci, cui pars
dictæ pœnæ in euentum contrauentionis applicata sit
an scilicet, & ipsi fisco consequutio denegetur, si nul-
10 lum interesse partis, cui facta est promissio, versetur,
an vero proportione sibi applicata, concedatur, in
qua dubietate contra fiscum consuluit Crauett. consil.
693. lib. 4. tenens nullo modo committi pœnam, nec
11 quo ad portionem ei addictam, veluti accessoriam al-
terius portionis debitæ parti, eandemque rationem
12 militare siue de iure priuati, siue de iure fisci agatur,
& cum dicta opinione Crauet. transire videtur Tesau.
d. decis. 79. sub num. 2. post versic. contrarium tamen,
circa medium; sed eandem quęstionem ex professo po-
nit postea idem Tesaur. decis. 98. vbi post elegantem
ad partes disputationem, & plura argumenta hinc in-
de deducta dicit, quod Senatus, re bene discussa, & in-
13 tellecta ęquitatem, quandam, vt solet amplectens, cen-
suit pęnam non deberi fisco proportione sibi applica-
ta, nisi partis intersit, pro qua sententia, vt dictum est
respondit Crauet. d. cons. 693. lib. 4. cuius rationes, &
fundamenta recenset. Tesaur. d. decis. 98. num. 1. & 2.
14 qui nihilominus in finalibus verbis, ait, quod huic sen-
tentiæ maximus est ob ex textus in l. fiscus, ff. de iure
fisci, cui non videt commodè responderi posse, sed
certè parum, aut nihil facit in hoc proposito dictus
15 text. probat enim, quod fiscus succedens priuato ex
tempore, quo successit, vtitur priuilegio fisci, quod nõ
negatur, sed dicitur, quod ius priuati in casu nostro nõ
16 est translatum in fiscum, sed remanet penes ipsum pri-
uatum, & licet in eo iure fiscus habeat interesse, respe-
16 ctu pœnæ sibi addictæ, illud tamen habet annexum
cum interesse partis, & ab illo dependens, & ex illius
18 pacto proueniens, ita vt si non potest priuatus petere,
19 nec etiam possit fiscus, in quem transit cum eadem
qualitate, l. in facto. 59. §. fiscus, ff. de condition. & de-
monstr. nec vna, & eadem res diuerso iure censeri de-
bet, l. eum, qui ædem. ff. de vsucap. & eodem modo re-
sponderi potest ad text. in l. 1. post principium ibi, vel
pœnam fisco ex contractu priuato deberi. ff. de iure fi-
sci, quia non inficiatur, quin ex conuentione pœnali
20 priuatorum aliquid in fiscum venire possit, sed dicitur
21 hoc procedere eo casu, quo, & priuatis actio compe-
tat, & non alias per adducta superius: Nec huic rei cõ-
tradicere videtur Franc. Marc. d. decis. 411. num. 1. 2.
& 19. quia verum est, quod quando in conuentione
22 pęnali priuatorum, Notarius stipulatur, tanquam per-
sona publica, nomine fisci, talis pœna acquiritur fisco
proportione illi applicata, vt etiam voluit Bart. in d. l.
1. num. 13. ff. de iure fisci, & quando incursa est, ipsi de-
23 betur, nec ex eo, quod aut per pœnitentiam, aut per
recessum à conuentione, vel aliter partes aequiescant,
& nihil dicant fisco in sua portione præiudicatur, vt
in dicta decis. dicitur, sed negatur in casu nostro, quod
24 commissa sit pœna, nisi quando cum contrauentione
concurrit interesse partis, cui obseruatum non fuit;
25 si enim partis intersit, pœna incurritur pro rata dicti
interesse, quod si non concurrat interesse, nihil no-
mine pœnæ debetur, & proinde nec fisco aliquid ac-
quiritur.

E P I T O M E.

An, quando, & in quibus casibus licitum sit in causis cri-
minalibus procedere, capturam personalem facere,
quęstionem, & torturam inferre, sententiam condem-
natoriam proferre, & eam exequi facere, etiam si pę-
nam sanguinis, vel capitis contineret, diebus feriatis in
honorem Omnipotentis Dei, Gloriosissimæ Virginis,
vel Sanctorum.

S V M M A R I A.

1 *Dies festi Maiestati altissimæ ducati, adeò per Iudices cu-
stodiendi, & venerandi sunt, vt in eis in criminalibus cau-
sis nullus actus iudiciarius exerceri possit; nulla exactio,
aut exequutio fieri.*
*Hoc tamen verum est de iure, secus autem de consuetudine,
ibid. num. 11.*
2 *Dies feriati in honorem Dei, sine strepitu obseruandi sunt.
Et quod contra hoc factum est, modis omnibus irritari
debes.*
3 *Die dominico, omnes Iudices, vrbanæq; plebes, & cunctarũ
artium officia, quiescunt.*
4 *Tempore quadragesimæ, veluti initio ceremoniarum, sa-
crificiorum, & ieiuniorum, Pascale tempus anticipante, in
criminalibus causis non potest procedi.*
Sed omnis eorum cognitio inhibetur, ibid. nũ 53.
*Hoc tamen de consuetudine non seruatur, sed eo tempore
ad quoscunque actus deuenitur, ibidem num. seq & 54.*
5 *Statutum disponens festiuitates in honorem Altissimi,
Gloriosissimæ Virginis, & Sanctorum, à iure canonico,
aut Summis Pontificibus, introductas, non seruari, in eis-
que actus iudiciarios in criminalibus causis fieri, non
valet.*
6 *Statutum laicorum in respicientibus cultum diuinum, seu
peccatum, iuri canonico derogare non potest.*
7 *Festiuitates in honorem Dei per statutum laicorum intro-
ductæ, alio statuto toli possunt.*
8 *Dies Dominicus feriatus est de iure diuino.*
9 *Dies Dominicus loco sabbati, quod per legem diuinam
veteris testamenti feriatum erat, & santificandum, suc-
cessit.*
10 *Nulla humana lege, etiam Imperiali, diuini tolli pos-
sunt.*
11 *In Criminalibus causis proceditur quibuscunque diebus in
honorem Dei, Beatissimæ Virginis, & sanctorum dicatis,
etiam pascalibus, & dominicis.*
12 *Delinquens quibuscunq; diebus in honorem Dei, & sancto-
rum suorum feriatis, etiam dominicis, & pascalibus, per-
sonaliter capi, & carcerari potest.*
13 *Hoc tamen procedit in delictis grauibus, non autem in le-
uibus, nisi fugæ periculum immineret, quod quidem valdè
æquum est, sed malè obseruatum, ibid. num 15.*
14 *Qui pro leuibus delictis, in diebus solemnibus detinetur,
relaxandus est.*
16 *Tortura reis infertur, etiam diebus feriatis in honorem
Dei, imò, & pascalibus, & dominicis, dummodo aga-
tur de crimine atroci, seu enormi, non autem de mi-
nori.*
17 *Iudices, Deum timentes, reos non torquent in diebus fe-
riatis in honorem Dei, nisi in delictis capitalibus.*
18 *Quod autem, & in delictis non capitalibus in huiusmodi
temporibus ad torturam deueniatur, pluries vidisse serua-
ri, testatur D. Author.*
19 *Tortura est quædam examinatio extraiudicialis.*
20 *Tortura quocunque tempore inferri potest quando cogni-
tio iudicialis inditiorum præcessit.*

21 *Valet*

21 Valet argumentum à testibus ad torturam.
22 Testis, qui iudicialiter iurauit de iuridica, potest postea examinari, etiam tempore feriato in honorem Dei.
23 In causis criminalibus forensium, & partium remotarum vt citius expediantur, & in expensis, & sumptibus non consumantur, ad torturam deueniri potest, & ad alia in causa procedi quocunque tempore, etiam die feriato in honorem Dei, & pascalibus, & Dominicis.
24 Procuratores partium remotarum in Curia Romana, non obstantibus ferijs, comparere coguntur, secus si sint de locis vicinis.
25 Curiæ Regis Franciæ consuetudo, quæ tempore parlamentorum ius reddit quocunque die, vt venientes de longinquis partibus, citius expediantur excusabilis est.
26 Nulla lex Curiam Principis coarctare potest, quin possit quolibet tempore ius reddere, etiam diebus feriatis.
27 Princeps est lex animata in terris.
28 Exequutio sententiæ criminalis, diebus feriatis in honorẽ Dei, Immaculatæ Virginis, vel Sanctorum, ex consuetu fieri solet, etiam quod imponeret pœnam sanguinis, vel etiam capitis, Iudice tamen Deum timentes ab ea se abstinerent, & hoc pluribus etiam in locis seruatur, ibid.n.41.
29 Latrones, insidiatores, & grassatores, etiam diebus Dominicis, & quibuscunque festiuitatibus, possunt poni ad torturam, & etiam mitti ad furcas.
Proditio consiliorum sceleratorum differenda non est, ibid.
30 In eo, per quod multorum salus, & incolumnitas procuratur, venia summi numinis speratur.
31 Maius sacrificium Deo fieri non potest, quàm operari, vt hi, qui in suam, & aliorum perniciem deuagantur, cõpetenti debeant vigore compesci.
32 Pinguior victima non mactatur Deo, quam reus iniquus.
33 Locumtenens, Vicarij Regis Tholosæ, die pascatis latronem, qui crumenam absciderat, cæsum virgis per Carnificem in exilium misit.
34 Omnes feriæ, quæ obstant in ciuilibus, procedunt etiam in criminalibus.
35 Propter criminis immanitatem procedi potest, etiam in die Pascatis.
36 Exequutio criminalis, etiam die dominico indistinctè fieri potest.
37 Die dominico delinquentem occidere, peccatum non est, Est tamen horrendum, & miserabile spectaculum, & ob Dei reuerentiam abstinendum.
38 Dictum illud, Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore, declaratur quomodo procedat, ibid.num.48.
39 Publici latrones nocturni, depopulatores, & alij, delicta immanitatem sapientia, committentes, quolibet tempore occidi possunt, etiam die Dominico, & Pascali.
40 L.prouinciarum.C.de ferijs, extendi posse demonstratur, vide etiam ibid.num.43.
42 In diebus Pascalibus, Dominicis, alijsque in honorem Dei, et Sanctorum eius feriatis, non videtur procedendum, nec ad torturam, nec ad exequutionem sanguinis, aut alterius sententiæ capitalis, nec profecto in crimine læsæ Maiestatis.
43 In l.prouinciarum.C.de ferijs, est casus specialis in illis Isaurorum latronibus, propter enormitatem criminis, ibid. num.47.et 49.
44 Capitularij Tolosani repræhenduntur, quod clericum innocentem ratione tumulus populi, ad manu dextere amputationem, caudæ equitractionem, capitis decollationem, et furcæ suspensionem, tempore in honorem Dei feriato, condemnauerunt.
45 Detestatur maledictus Pilatus, qui contra Dominum nostrum Iesum Christum ob reclamationem populi, sententiã protulit.
46 Quibus in casibus tempore feriato, pascali, et dominico torturam inferri, et sententia capitalis exequutionem hodie fieri liceat, et seruari vidisse testetur, D. Author.
50 In morte vnius sceleratissimi, stat vita multorum.
51 Vbi cessat criminis enormitas, vel publica vtilitas, tempore feriato in honorem Dei, non videtur fieri posse criminalis exequutio.
52 Feriæ inductæ in honorem Dei in causis criminalibus, sunt seruandæ, præterquam in insignibus latronibus, et alijs, quos subito perire, Reipublicæ interest.
55 In criminibus enormibus, etiam de iure, nedum de consuetudine, fieri potest exequutio sententiæ die feriato in honorem Dei.
56 In minoribus criminibus puniendis, seruatur dispositio.l. quadraginta.C.de ferijs.
57 Si quis olim tempore quadragesimæ aliquod delictum cõmisisset, agebatur satisdare de respondendo finita quadragesima, et si satisdare non poterat, in carcerem detrudebatur.
58 Leges cogitarunt de assecurando iuditio, ne delicta remaneant impunita.

CASVS CC. XXVII.

1 Dies festos Maiestati Altissimæ dedicatos, adeò per Iudices custodiendos, atque venerandos esse constat, vt in eis in criminalibus causis nullus actus iudiciarius exerceri possit, nullaque exactio, aut exequutio fieri, vt text. in l.fi.C.de ferijs, idem probat tex. in l.2.§.sanctum, eodem tit. vbi Imperator mãdat dies
2 feriatos in honorem Dei, sine strepitu obseruari, & quod contra hoc factum est, omnibus modis irritari, & est conformis text. in l.omnes dies, vers.sacros quoque, eod.tit. vnde statuit idem Imperator in l.3. eiusdẽ tituli, quod die Dominico omnes Iudices, vrbanæque
3 Plebes, & cunctarum artium officia quiescant, quod latius, & elegantius reperit in d.l.omnes dies, versic.in eadem obseruatione, & in d.l.finali; Quinimo, & tem-
4 pore quadragesimæ, veluti initio ceremoniarum, seu sacrificiorum, & ieiuniorum, Paschale tempus anticipante, in criminalibus causis non potest procedi, sed omnis eorum cognitio inhibetur.leg.Quadraginta.C.
5 eod.tit.nec valeret statutum aliter fieri volens, & festiuitates in honorem Altissimi, Gloriosissimæ Virginis, & Sanctorum à iure canonico, aut Summis Pontificibus introductas non seruari, in eisque actus Iudiciarios in criminalibus causis fieri decernes, quia non po-
6 test statutum Laicum derogare Iuri canonico, in respicientibus cultum diuinum, seu peccatum; vt decidit Alberic.de Rosat.in d.l.omnes dies, sub num.1.versic. item vidi dubitari, qui tamen secus dicit in illis festiui-
7 tatibus, quas non Ius canonicum, sed ipsum statutum induxisset in honorem Dei, quæ per aliud contrarium statutum tolli possent, idem per omnia tenet Castr. latius insistens in d.l.quadraginta sub num.1.& 2.& eos in omnibus sequutus est Francisc.Marc.decis.110. per totam in prima parte; quidquid aliter sentire videatur Brun.in tract.de indit.& tortur.in 5.quæst.2.parte nu. 53. post principium, & ante eum Bald.in d.l.quadraginta, & Angel.in d.l.prouinciarum, in principio, po-
8 tissimum autem hoc procedit in die Dominico, qui feriatus est de Iure diuino, cum succedat loco sabbati,
9 quod per legem diuinam veteris testamenti feriatum erat,

erat,& sanctificandum,cum nulla humana lege, etiam
20 Imperiali,possint diuina tolli,vt in dictis locis tradunt
Alberic.Castr.& Franc.Marc.

21 Sed licet prædicta vera sint de iure, non tamen ser-
uantur de facto,in criminalibus namque causis proce-
ditur quibuscunque diebus in honorem Dei, Beatissi-
mæ Virginis, & Sanctorum, etiam Pascalibus,& Do-
minicis:vnde in talibus diebus, delinquens, personali-
22 ter capi,& carcerari potest.arg.text.in leg.3. cum ibi
notatis.C.de Episcopal.audient. Bald.in tract.de car-
cer.cap.1.nu.9.vers.& prædicta locum habent.Boer.
decis.259.sub num.8.versic.& tamen,Marsil.in tract.
de bannit.in verbo.capt.num.29.Foller.in pract.crim.
in 1.par.2.part. principal.in verbo. notatos capiat de
persona.num.5. Corrad.in pract. crim.tit. de captur.
num.8.& Farinac.cœteros adducens in suis quæstion.
criminalib.tit.de carcerib.& carcerat.quæst.27.num.
109.versic.limita secundo;qui tamen numer.seq.hoc
23 procedere intelligit in delictis grauibus, non autem in
leuibus,nisi fugæ periculum immineret, quod, & alij
per eum citati, volunt, & valdè æquum est, sed malè
obseruatum,nam si talibus diebus solemnibus,qui pro
24 leuibus delictis detinetur,est relasandus,vt habetur in
d.l.3.C.de Episcop.audient.& notat Franc.Marc.de-
cis.409.in princip.& ante finem in prima parte,sequi-
25 tur,quod eisdem temporibus capturari non debeat:
vt arguit Farinac.d.q.27.num.110.

16 Sic,& tortura reis infertur diebus feriatis in hono-
rem Dei,etiam paschalibus,& Dominicis, dummodo
tamen agatur de crimine atroci,seu enormi, non autē
de minori,vt probat text.in d.l.3.C.de Episcopal. au-
dient.& in l.prouinciarum,quæ est penult.C.de ferijs,
& vtrobique notant Scribentes.Boer. dicta decis.259.
sub num.8.in fine versic.& tamen.Io.Mille.in loco in-
fra citando, dum de esequutione ago, & Castr.in d.l.
prouinciarum.in princ.& tradit Clar.in pract.crim.q.
64.num.34.vers.quæro an tortura;vbi subdit,quod li-
cet Brun.in tract.de indit.& tortur.in quinta quæst. 2.
parte numero 52. versiculo Quæro cum supra dictum
fuerit, dicat, quod consuetudo malè hoc seruat, ipse
17 tamen a Iudicibus timentibus Deum vidit obseruari,
vt nisi in delictis capitalibus, rei, in diebus feriatis in
honorem Dei,non torqueantur, lauda que, vt ita ob-
seruetur,Ego vidi pluries deueniri ad torturam in ta-
18 libus diebus,etiam in delictis non capitalibus, nam vt
dicit Brun.in loco citato num.53. tortura est quędam
19 esaminatio extraiudicialis,vnde si præcessit cognitio
20 iudicialis inditiorum, potest postea dicta examinatio
fieri quocunque tempore,esemplo testis, qui cum iu-
21 dicialiter iurauit die iuridica,potest postea esaminari,
22 etiam tempore feriato in honorem Dei; vt per Spe-
culat.tit.de ferijs.§.sequitur videre.num.6.vers.quid si
tunc per Angel.de Perusio in l.2.sub num.2. vers.con-
clude etiam ff.de ferijs: Addo ego,quod magis de pla-
23 no hoc posset tollerari in causis forēsium, & partium
remotarum, vt citius expediantur, & in expensis, &
sumptibus non consumantur, vt colligitur es Francis.
Marc.d.decis.410.ad finem,vbi propterea ait,ex mē-
24 te Specul.tit.de ferijs.§.1.num.8. & 10.quod in curia
Romana procuratores partium remotarum cogūtur
comparere,non obstantibus ferijs,licet secus,si sint de
25 locis vicinis,& quod per hoc potest escusari consue-
tudo Curiæ Regis Franciæ, quæ tempore Parlamen-
torum ius reddit quocunque die, vt venientes de lon-
ginquis partibus citius expediatur; Quinimo dicit post
eundem Specul.in d.§.1.num.9. ex opinione Martin.
26 de Fano, quod nulla lex potest Curiam Principis co-
arctare,quin possit quolibet tempore ius reddere. etiā
diebus feriatis, quia ipse est lex animata in terris,
27 quod tamen non admittit Boer.decis.269. sub nu.8.

28 Similiter executio sententiæ criminalis diebus fe-
riatis in honorem Dei,Immaculatæ Virginis,vel San-
ctorum ex consuetu fieri solet, etiam quod imponeret
pœnam sanguinis,vel etiam capitis;ita tradit Io.Mile.
in pract.crim.in versiculo Edicto hoc decreto. nu.29.
& 30.fol.mihi 34.vbi formaliter dicit,quod latrones,
29 Insidiatores,& itratores,etiam diebus Dominicis, &
quibuscunque festiuis,possunt poni ad torturam, & e-
tiam mitti ad furcas propter rationem allegatam in l.
penult.C.de ferijs,quod facillimè in hoc Summis Nu-
30 minis speratur venia,per quod multorum salus, & in-
columitas procuratur, & quod idem est secundum gl.
ibi in quocunque reperto in flagranti crimine magno,
31 quia non potest fieri maius sacrificium Deo, quam vt
hi,qui in suam,& aliorum perniciem deuagātur, com-
petenti debeant vigori compesci; nec potest pinguior
32 victima mactari Deo,quam Reus iniquus,& quod ita
vidit practicari Tholosæ per Locumtenentem Vica-
33 rij Regis, qui die Paschatis latronem,qui crumenam
absciderat cœsum virgis per carnificem,in exilium mi-
sit,& idem per omnia ijsdem met præcisis verbis viēs,
vult Castr.in d.l.prouinciarum,& Castr.sequutus, est,
Franc.Marc.d.decis.409.num.2.vers.nec obstat Di-
cit autem in hoc proposito August.ad Angel. de Ma-
lefic.in verbo inchoata,post vers.quæro an omni die,
sub num.12.quod licet Angel.ibi dicat, quibus omnes
34 feriæ,quæ obstant in ciuilibus,procedunt etiam in cri-
minalibus,saluo quam in casu legis.Prouinciarum.C.
35 de ferijs, in quo potest procedi propter criminis im-
manitatem,etiam in die Paschatis;tamen indistinctè e-
36 xecutio criminalis fieri potest,etiam die Dominico;
37 nec est peccatum tali die delinquentem occidere, re-
fert tamen alios dicentes; quod licet hoc non sit pec-
catum,est tamen horrendum, & miserabile spectacu-
lum,& ob Dei reuerentiam abstinendum. Et quod nō
38 obstat dictum illud, Beati, qui custodiunt iudicium, &
faciunt iustitiam in omni tempore,quia intelligitur de
omni tempore competenti,sed quod tamen hoc fallit
39 in publico latrone nocturno, depopulatore, & alijs
cōmittentibus delicta sapientia inhumanitatem, hanc-
40 que conclusionem sibi placere affirmat, extendendo
dictam legē Prouinciarum,in publico latrone,loquen-
tem ad omnes facientes delicta inhumanitatem sapiē-
tia,idem firmat Clar.in pract.crim.q.97.sub numer.6.
post vers.quæro etiam,ibi.diebus autem feriatis in ho-
norem Dei,vbi meminit de Mileo Augustino ad Ang.
& de Franc.Marc.supracitatis, & subdit apud Medio-
41 lanenses semper vidisse executionem in alium diem
non feriatum differri, & ita seruare Iudices Deum ti-
mentes, loquitur tamen Clar.de execut.sent.crim.per
quam imponatur pęna sanguinis; Reperio etiam Boer.
d.decis.259.num.28.versic.nec pariter,de hac re latè
42 agentem,& finaliter concludentem, in talibus diebus
non esse procedendum,nec ad torturam, nec ad exe-
cutionem sanguinis, aut alterius sententiæ capitalis,
nec profecto in crimine læsæ Maiestatis, & respondet
43 ad dictam legem Prouinciarum,quod ibi est casus spe-
cialis in illis saurorum latronibus, propter enormita-
tem criminis,& refert Iacobum de Bellouisu in pract.
crim.tit.de q.& tormentor.qualitate, & mensura, sub
num.

44 num.176. vers. sapiens, autem, exclamantem contra Capitularios Tholosanos, qui ratione tumultus populi, Clericum innocentem ad manus dextræ amputationem, caudæ equi tractionem, capitis decollationem, & furcæ suspensionem, condemnauerunt tali tempore feriato, & dicentem, quod in hoc etiam errauit ille
45 maledictus Pilatus, qui contra Dominum Nostrum Iesum Christum sententiam protulit, ob reclamationem Populi, & Boer. simpliciter refert Baiard. in Addit. ad Clar. d. q. 97. num. 8. Ego vidi aliquando senten-
46 tias capitales temporibus feriatis in honorem Dei exequi, vel propter immanitatem criminis, vel vt ceteris transiret in exemplum, & terror inferretur in loco, vbi talia delicta frequentabantur, vel vbi periculum, aut mortis delinquentis, aut aliter verteretur, quibus casibus id fieri quocunque die feriato, etiam Pascali, vel Dominico, docet Alberic. in d. l. fin. C. de ferijs, ante num. 1. qui etiam subdit ita vidisse communiter obseruari, & colligitur ex dictis per Speculatorem tit. de ferijs. §. sequitur videre, num. 1. versic. potest autem, & dicit idem Alberic. in d. l. Quadraginta, quod casus in d. l. Prouinciarum, positus, habet specialitatem in illis
47 latronibus, bique, inquit idem Alberic. quod secundum illam legem seruatur de facto, & verificatur illud dictū
48 sacræ scripturæ Beati, qui iustitiam faciunt omni die, & Alberic. Sequitur Franc. Marc. dicta decis. 409. sub
49 num. 8. versic. vnde secundum Bald. etiam in eadem l. Prouinciarum ait, quod ibi est speciale propter enormitatem criminis, & quia multorū salus, & incolumi-
50 tas procuratur; nam in morte vnius scelerati firmi stat
51 vita multorum, sed vbi cessaret criminis enormitas, & publica vtilitas, tempore feriato in honorem Dei, non posset fieri executio criminalis, nec ab hoc distat. Angel. de Perus. in l. diuus, num. 2. ff. de ferijs, inquiens,
52 quod feriæ inductæ in honorem Dei, sunt seruandæ in causis criminalibus, præterquam in insignibus latronibus, & alij, quos subito perire Reipublicæ interest per d. l. Prouinciarum.
53 Eodem modo, quod dictum est de tempore Quadragesimæ, vt Iudicia criminalia conquiescant, ex lege Quadraginta. C. de ferijs, de consuetudine non serua-
54 tur, sed eo tempore ad quoscunque actus deuenitur, vt dicit ibi glos. final. quam sequuntur Scribentes, Franc. Marc. dicta decis. 409. sub num. 1. vers. quinimo tempore Quadragesimæ, & Clar. in pract. crim. q. 50. num. 3. vers. pariter etiam, & ante istos Spec. tit. de ferijs. §. 1. num. 2. versic. porro inueniuntur, quod in criminibus
55 enormibus, etiam de iure fieri poterat ex dispositione d. l. Prouinciarum, hoc apertissimè dictante, in minoribus aut criminibus obseruabatur dicta lex quadraginta, vbi dicit Alber. in 1. oppos. ex mente Odofredi,
56 quod si eo tempore aliquod committebatur delictū, delinquens cogebatur satisdare de respondendo finita quadragesima, & si satisdare non poterat in carcerem detrudebatur, quod hic apponere volui, ne quisquam
57 arbitraretur, leges non cogitasse de assicurando iudicio, ne delicta remanerent impunita.

EPITOME.

De Armorum vsu prohibito Nobilibus, & an concessus sit Doctoribus, & quid in mulieribus; & vbi in eis quoque prohibitio procedat, quomodo contra eas procedatur, & nunquid sub fideiussore, vel iuratoria cautione extra carceres dimittatur.

SVMMARIA.

1 *Armorum vsus seu portatio de iure canonico prohibita est, etiam si ea deferens nullam alicui vim inferat.*
2 *Armorum vsus, seu portatio, etiam nobilibus, interdicta est, ibid. & num seq.*
3 *Cap. 1. §. si quis rusticus, de pace tenenda, & eius violat. in vsib. feud. & si de rusticis, quo ad portationem, & vsum armorum tantum loquatur, de nobilibus etiam intelligendus est, secundum authorem, contra nonnullorū opinionem.*
4 *Argumentum à contrario sensu non procedit, quando per eum inducitur correctio legum, vel alius prauus resultat intellectus.*
5 *Armorum vsus, et portatio nobilibus concessa à iure videtur, quando peregrè proficiscuntur.*
6 *Quod specialiter alicui concessum reperitur, regulariter illud idem alias sibi negatum intelligitur.*
Valet argumentum à speciali.
7 *Nunquid armorum portatio Doctoribus prohibita sit.*
Negatiuam opinionem, D. Author, veriorem esse, de iure asserit, ibid num. 11.
Quamuis assimet se vidisse in facti contingentia, contrarium Florentiæ seruari, ibidem num. 12.
Hoc tamen euenisse dicit ex ordinibus particularibus, circa delationem armorum ibidem editis, qui propter eorum generalitatem, & vniuersalitatem, etiam priuilegiatas personas comprehendere videntur, secus tamen esset ijs cessantibus, ibid. num. 13.
8 *Doctorum arma videntur esse codices, & leges.*
9 *Priuilegium portandi arma, expressè Doctoribus concessū non reperitur.*
10 *Doctores in numero nobilium computantur.*
13 *Statuta circa portationem armorum Florentiæ, a lege generalia sunt, & vniuersalia, facultate non vic omnibus ne, g intia, vt proinde quascunque personas etiam alias priuilegiatas comprehendant.*
14 *Armorum delatio mulieribus sine aliqua difficultate, tam communibus, quam municipalibus legibus prohibita est.*
15 *Mulieres arma portantes, sub legibus portationem armorum prohibentibus comprehenduntur, & pœnis per eas indictis puniuntur, ibid. num. 18.*
16 *Statutum puniens violentiam cum armis factam, comprehendit mulieres.*
17 *Armis vti non est muliebre officium.*
18 *Mulieres armis vtentes, fragilitate sexus earum abutuntur.*
19 *Muliebris sexus ad bella aptus non est.*
20 *Mulier pro delatione armorum in Carcerem non ducitur, sed sub fideiussore relaxatur, si habet, si minus sub iuratoria cautionem de iuri stando, & iudicatum soluendo, & ita in facti contingentia seruatum fuisse, asserit D. Author, ibid. nu. 28.*
21 *Arma sine licentia Principis deferentes carcerari debent, nec relaxari possunt.*
22 *Delictum portationis armorum non reputatur graue, sed leue.*
23 *Mulier pro causa criminali non est carceranda, si delicti, quod prætenditur, non est atrox, sed præstito fideiussore, vel iuratoria cautione data extra carceres an litur, ibidē num. 25.*
24 *Ex generali tamen Curiarum consuetudine contrarium seruari testatur, ibid. Author.*
25 *Mulieres pro crimine, etiam leui, cum iuratoria cautione, & cum præcepto pœnali in faciem arbitrio Iudicis de consuetudine non relaxantur.*

26 Iudi-

26 *Iudices non debent permittere, quod pauperes fideiussorē non reperientes in carcere marcescant.*

27 *Pauperes, vbi delictum non est graue, nec confessum, nec probatum, sub iuratoria cautione, & præcepto pœnali in faciem arbitrio iudicis, tam masculi, quam fœminæ relaxātur, & ita obseruatur.*

29 *Mulieres ab ictibus funis excusantur, & loco talis pœnæ, alia pecuniaria, vel carceris, vel modici exilij pro motu Iudicis imponitur.*

30 *Sexui fœmineo in imponendis pœnis respectus aliquis habendus est.*

31 *Pœna reo secreto imposita nullum ignorantibus præbet exemplum.*

CASVS CC. XXVIII.

1 ARmorum vsus, seu portatio, etiam si ea deferens vim nullam alicui inferat, sine principis licentia, adeò prohibita est, ex l. 1. ff. ad leg. Iuliam de vi publica. ex l. vnica, C. vt armor. vsus, lib. 11. & ex auth. de armis, in princ. in quibus id etiam notant gl. & Doctores Ial. in §. ex maleficijs num. 79. & seq. Inst. de actionib. Placa in Epitome delictor. lib. 1. cap. 8. num. 1. & seq. Clar. in pract. crim. quæst. 82. ad statutum sextum circa delationem armorum, Cotta memoral. in verbo armorum offendibilium, post principium versic. & notabis. Afflict. in loco statim citando, in primo notabili sub num. 1. vers. de iure autem Romano, Socin. in trac. regul. iur. reg. 30. in verbo, arma, Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. Cent. 4. casu 394. num. 18. & sequent. vers. Primum itaque, & latè Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 3.
2 num. 1. & plur. seq. tomo 2. vt etiam Nobilibus interdicta sit, in indiuiduo tenent Afflict. in c. 1. §. si quis rusticus num. 2. de pace tenend. & eius violat. in vsibus feudor. Tiraquel. in tract. de nobiliat. cap. 20. num. 69. & seq. vers. qua de re, Placa d. cap. 8. nu. 15. & 16. Menoch. dicto casu 394. num. 29. & 30. vers. nec constitutio illa, & Decian. in tractatu crim. lib. 8. cap. 3. nu. 16. vers. item extende, tomo 2. & ante istos gl. in d. l. vnica, C. vt armor. vsus in glos. 1. quidquid aliqui dixerint in contrarium, de quibus meminit Menoch. vbi supra, afferens eos id falso opinatos fuisse, & benè, quia mouentur ex text. in d. §. si quis rusticus, qui armorum por-
3 tationem rusticis prohibet, quasi quod Nobilibus concedere videatur, arguendo a cōtrario sensu, quoniam etiam nobilibus est prohibita talis portatio, & ratione frequentioris vsus text. ille loquutus est de Rusticis,
4 nec argumentatio illa admittitur, quando inducitur correctio legum, vel alius prauus resultat intellectus, vt præfati Doctores dicunt; vltra quod id apertè probat text. in l. Actuum iuncta gloss. in verbo, cingulo. C. de præposit. sacr. cubic. lib. 12. vbi id videtur concedi no-
5 bilibus, quando peregrè proficiuntur, vt ideo per locū
6 à speciali, alias denegatum intelligatur, quod ibidem velle videntur Luc. de Penn. & Io. de Plat. quos sequuti sunt Tiraquell. in d. tractatu de nobilit. cap. 20. num. 69. Placa d. cap. 8. nu. 15. ad finem, & num. 16. & Decian. d. c. 3. num. 19.
7 An autem Doctoribus armorum portatio prohibi-
8 ta sit, quæstionis est; eorum enim arma videntur esse Codices, & leges, quemadmodum dixit Paris de Puteo in tract. de re militar. in c. armipotens in fine, quem refert, & sequitur Menoch. dicto casu 394. num. 75. Nec
9 priuilegium hoc expressè illis concessum reperitur, & nobilibus, vt supra dictum fuit denegatur, in quorum
10 numero ipsi computantur, vt latissimè ostendit Luca de Penna in l. mulieres, in verbo nobilitamus, C. de dignitat. & in l. grammaticos, col. penult. vers. item nota, quod Doctores, C. de professor. qui in vrbe Constantinopol. lib. 12. & in hanc sententiam inclinare videtur Menoch. loco citato: Contrariam tamen opinionem,
11 quod imò non possit scrutari de armis, illorumque vsus eis sit permissus, tennerunt Bartol. in l. medicos, in fine C. de professorib. & medic. lib. 10. Paris de Puteo in tract. de sindicat. in verbo, tortus, cap. 3. numero 2. in fine versic. nec etiam poterit. Felyn. in rubr. de Magistris. col. 2. versic. item non potest. Placa d. cap. 8. num. 20. & alij per ipsum relati, & per Menoch. d. casu 394. num. 74. Tiraquel. in d. tract. de nobilitat. cap. 20. nu. 68. in fine, & nouissimè Decian. d. cap. 3. num. 53. versic. limita decimotertio, vbi etiam alios idem tenentes refert: Ego sanè, & si opinionem hanc pro Doctori-
12 bus veram credo, vidi bis in statu Florentino processari quosdam Doctores legum Iuuenes pro delatione ensis, & pugionis, & condemnari in pœnam per bannimenta impositam, talia arma deferentibus, quod ta-
13 men factum fuisse videtur ex ordinibus particularibus circa armorum delationem editis, valdè generalibus, negatiuis, & vniuersalibus, & proinde quascūque personas, etiam alias priuilegiatas, compræhendentibus, & nemini facultatem hanc portandorum armorum, sine Principis licentia permittētibus: iuxta tradita per Decian. d. cap. 3. sub num. 37. vers. limita quinto, circa medium versic. verum enimuero, & notata per me in prioribus resolution. criminal. casu 107. num. 16. vers. Quod fundamentum.
14 Mulieribus verò, sine aliqua difficultate prohibita
15 est armorum delatio, vnde communibus, & municipalibus legibus, eorum portationem prohibentibus, comprænhenduntur, & pœnis per eas indictis puniūtur: Bald. in l. sed, & si is, num. 1. ff. de in ius vocand. & in l. nemo deinceps, num. 6. C. de Episcop. audient. Paris de Puteo in tract. de Sindicat. in verbo, tortus, cap. 3. num. 3. versic. tamen si reperiat mulierem cum armis, Marsil. in pract. crim. §. pro complemento, num. 31. vers. & scias, singul. 248. conditio mulierum, ante finē, versic. item si mulier sit inuenta cum armis, *Alexand.* in addit. ad Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de *public. in additione* ad secundam quæstionem sub littera B, Decian. cęteros adducens dicto cap. 3. num. 27. versic. Extende pariter; Vnde, & statutum puniens violentiam cum ar-
16 mis factam, comprændit mulieres, vt tradunt Alex. in allegata additione, & Decian. vbi supra vers. & ad confirmationem, & sentit Bald. per eos allegatus in l. si constante, §. fin. num. 2. & 3. ff. soluto matrimon. &
17 meritò, quia officium muliebre non est vti armis, imò
18 sic facientes abutuntur fragilitate earum sexus, qui a-
19 ptus non est ad bella. Alex. cons. 10. col. 2. sub num. 6. versic. sed præmissis non obstantibus lib. quinto, Afflict. decis. 320. num. 6. & Decian. in loco relato; Non
20 debet tamen mulier pro hoc crimine in carcerem duci, sed sub fideiussore relaxanda est, vel si fideiussorem non habet, sub iuratoria cautione de iuri stando, & iudicatum soluendo, etiam si masculus pro eodem deli-
21 cto relaxari non deberet, sed carcerari, vt voluerunt, Marsil. in d. §. pro complemento num. 31. & in d. sing. 248. in versic. citato, & Decian. d. cap. 3. num. 27. post principium, & ante eos Bald. in d. l. sed, & si is, sub num. 1. dicens esse menti tenendum ff. de in ius vocand. & in d. l. nemo deinceps, sub n. 6. C. de Episcopal. audient. per text. in authent. hodie nouo iure, C. de custod. reor.

vbi

vbi est casus expressus; Et est in terminis nostris ve-
21 rissima conclusio, quia delictum hoc delationis armorum non reputatur graue, sed potius leue, vt probaui in prioribus meis resolutionib. crim. casu 107. in finalibus verbis, nu. 17. post Afflict. lib. 1. constitut. Regni, rubr. 9. de illicit. portation. armor. numer. 10. & nunc addo Decian. in tractatu crimin. lib. 8. cap. 4 de varijs quæstion. circa gestionem armorum, nu. 2. & 4. Et re-
23 gula est, quod mulier pro causa criminali, si delictum, quod prætenditur, non est atrox, non est carceranda, sed præstito fideiussore de iudicio Sisti, si eum habeat, sin minus, cum iuratoria cautione extra carceres auditur, per dictam auth. & tradunt Clar. in pract. crimin. quæst. 28. num. 3. vers. quæro igitur, & Farinac. in suis quæstion. crimin. tit. de carcerib. & carcerat. quæst. 27. num. 44. vers. amplia secundo eandem limitationem, & quæst. 33. numer. 45. versic. & præsertim in muliere, & multi alij per eos allegati, qui consulto ommittuntur, & de quibus memini in dictis meis resolutionibus crimin. casu 78. in princ. vbi etiam nu. 4. dixi ex gene-
24 rali Curiarum consuetudine hoc non obseruari, sed imò mulieres, pro crimine etiam leui, non relaxari cũ iuratoria cautione, vt voluit additio ad Bald. in d. auth. hodie nouo iure, in vltima apostilla, quam refert, & sequitur Boer. decis. 349. col. fin. versic. tamen sunt statuta, & nouissimè tradit Farinac. d. quæst. 33. num. 46. vers. de consuetudine tamen, qui nihilominus sub-
25 dit. num. 47. quod vbi delictum non est graue, & reuera mulier non habet fideiussores, nec multum est grauata, relaxatur sub dicta iuratoria cautione, & præcepto pœnali in faciem arbitrio Iudicis, quam practicã
26 multum commendat, ne pauperes fideiussorem non reperientes in carcere marcescãt, inquit, quę ex Clar. ita Mediolani obseruari, seque ita in vrbe sæpius factũ vidisse, quod, & ego pluries obseruaui indifferenter, tã
27 in masculis, quam in fœminis, quando delictum non erat confessum, neque probatum, secundum quam consuetudinem vidi semper obseruari, nec vnquam eũ dicta cautione iuratoria relaxari, sed bene cum fideius-
28 sione. Et in terminis propositæ quæstionis de armorum portatione scio mulieres pro eorum delatione fuisse imputatas, & processatas, & sub fideiussione relaxatas, & condemnatas in pęnas pecuniarias a statutis, vel bannis impositas, præterquam respectu ictuum
29 funis, à quibus vidi eas excusari, & loco talis pœnæ aliam, vel pecuniariam, vel carceris, vel modici exilij, pro motu Iudicis imponi; quod valde æquum videtur, vt sexui fœmineo respectus aliquis habeatur, ne in pu-
30 blicum à muliere, non sine ignominia, tortura hæc sustineatur in populi cõspectu. Et si secretò inferreretur,
31 nullum exemplum aliis ignorantibus daretur.

EPITOME.

Quod duplici officio fungens, potest vti priuilegio vnicuique officio competenti, non secus ac si dicta duo officia à duabus exercerentur personis, & proinde si concessa esset facultas exercentibus certa officia communis deferendi arma per Ciuitatem pro se, & vno alio, & vnus duo ex dictis officiis exerceat, potest dictã licentiam arma deferendi, non vni tantum, sed duobus concedere.

SVMMARIA.

1 Nunquid stante priuilegio deferendi arma per Ciuitatem pro se, & vna alia persona, exercentibus quædam officia Communis concessio, is, qui duplici officio fungitur, possit vni tantum licentiam impertiri deferendi arma per Ciuitatem, an verò duobus.

2 Et tandem post multa concluditur, quod possit talem licentiam concedere duobus, ibid. nu. 16.

3 Non incõuenit, quod quis possit habere vices plurium personarum.

Item quod illud, quod in duabus personis recipitur, in vna duplici iure considerato recipiatur.

4 Diuersa iura, diuersis respectibus, in eadem persona concurrere possunt.

5 Quotidianæ distributiones, quæ dãtur interessentibus horis canonicis, debent duplices dari illi, qui duplici iure interest diuinis officis, & duplicem repræsentat personam.

6 Quotidianæ distributiones, quæ dantur, interessentibus horis canonicis, vocantur alimenta.

7 Alimenta non debentur nisi semel, nec iterari possunt.

8 Si alimenta relicta sunt Præsbiteris, & Diaconibus, vel Priori, & fratribus, ille, qui est Præsbiter, & Diaconus, vel Prior, & frater, non debet ratione duplicis officij duplicata habere alimenta.

9 Quotidianæ distributiones nõ sunt merè alimenta, sed quędam recompensationes sollicitudinis diuinorum officiorũ, vt cultus diuinus augeatur.

10 Quotiescunque duo iura in eadem persona concurrunt, nõ pro vna, sed pro pluribus habetur.

11 Non est nouum, quod qui habet plures voces, vno communi verbo possit vtroque officio fungi.

12 Si fratribus legetur cappa, & Priori biblia, Priori etiam debetur cappa quia, & ipse est frater.

13 Officialis, iussu Principis plura officia gerens, alias pluribus commissa cum suis prouisionibus, debet habere salaria, & prouisiones omnium officiorum.

14 Ex exercito duorum officiorum distinctorum, & distincta salaria habentium auctus est, & geminatus labor, vnde, et geminatum salarium habere debet.

15 Duplex officium gerens, duplex salarium habere debet.

17 Stante statuto vniuersitatis quod Rector Legistarum habeat potestatem dandi licentiam armorum tribus suis socijs, & sic Rector artistarum tribus, si quis creatus sit Rector vtriusque vniuersitatis, potest dare licentiam pro sex, non autem pro tribus tantum.

Ita tamẽ tenẽdũ esse ex pluribus tradit, ibid. D. Author. n. 18.

19 Si pater legat filio libros legum, si in legibus profecerit, et libros medicinę, si profecerit in medicina, proficiẽdo in vtraque professione, habebit oẽs libros vtriusque professionis.

20 Si electio Proconsulis debet fieri per Collegium Sapientũ, et per Collegium Iurisconsultorum, et vnus sit de vtroque Collegio, habebit duas voces in electione.

21 Quæstio præsentis Casus est materia broccardica.

CASVS CC. XXIX.

1 SI ex statuto, aut alia lege concessum sit priuilegiũ, aut facultas exercentibus quædam officia Communis deferendi arma per Ciuitatem pro se, & vna alia persona, & vnus reperiatur, qui duo ex dictis officijs exerceat, non ineleganter dubitatur, an is vni tantum personæ concedere possit licentiam arma deferendi per Ciuitatem, cum ipse vna tantum persona sit, licet duplex exerceat officium, an verò duobus, videlicet vni tamquam officialis vnius officij, & alteri tamquam officialis alterius officij; Hanc quæstionem in pũcto posuit Lapus, Allegatione, 99. Com-
2 mune Florentiæ, per totam, vbi concludit, quod talis exercẽs duo officia põt duobus facultatẽ concedere, & mo-

& mouetur ex pluribus,& potiſſimum ex eo,quod non
3 incõuenit,quod quis poſſit habere vices plurium perſonarum , & quod illud , quod in duabus perſonis recipitur, in vna duplici Iure conſiderato recipi debeat ,
4 & diuerſa Iura diuerſis reſpectibus poſſint in eadem
perſona concurrere,pręſertim in his, quę cõceſſa fuiſſent , ſi officia non in vna tantum perſona reſiderent , ſed duabus collata fuiſſent, vt ibi per ipſum Lapũ iuribus,& exẽplis pręmiſſa probantem;cuius deciſionẽ ſequitur Dec,in cap.ex literis,num.66.verſ.& in pulcra quæſtione ,extra,de probation. Felyn,in c, cum olim ſub num,1.ad finem verſ,Ideò dicit Lap,de ſentent, & re iudic.pro qua concluſione optimè ſeruit Bal,conſil, 344. lib.5. vbi quærit , an quotidianæ diſtributiones ,
5 quæ dantur intereſſentibus horis canonicis,debeãt duplices dare illi , qui duplici Iure intereſt diuinis officijs prædictis,& duplicem repræſentat perſonam,an verò ſimplices tantum , ac ſi vnam ſolummodo perſonam repreſentaret,& primo dicit Ioannem Andr. tenuiſſe , quod qui duplici Iure interuenit duplices diſtributiones habere debeat ; & pro eius opinione videri caſum in l.Titia,hærede,§.qui Marco.ff.de annuis legat, poſtea ait facere in contrarium , quia quotidianæ diſtri-
6 butiones, quæ dantur intereſſentibus horis , vocantur
7 alimenta,quę non debentur,niſi ſemel,nec iterari poſſunt,quodque ideò Petr.de Bellapertic.tenet , quod ſi relicta ſint alimenta Præsbiteris , & Diaconibus,vel Priori,& fratribus,ille,qui eſt Præsbiter,& Diaconus, vel Prior , & frater non debet ratione duplicis officij habere alimenta duplicata ; quam opinionem Petri poſitam in d.l Titia, hærede,§. qui Marco. videtur ſe-
8 quitur Bar.ibidem , & idem tenuit Cin.in l.cum quæſtio.C.de legat, de quibus Iuribus non fit mentio per Ioan. Andr. tandem pro reſolutione dicit Bald.quod propter authoritatem Ioan.Andr.non recedit ab eo , quod ipſe determinauit , quia iſta non ſunt mera ali-
9 menta,ſed ſunt quædam recompenſationes ſollicitudinis diuinorum Officiorum,vt augeatur cultus diuinus , & quare altera vox confundatur,ratio reddi nõ poteſt
10 & quoties duo Iura concurrunt in eadem perſona, nõ
11 pro vna,ſed pro pluribus habetur:nec eſt nouũ, quod
qui habet plures voces,vno communi verbo,poſſit vtroque fungi officio, vt ibi per ipſum Bald. cuius opinionem ibi probat Rouescal.in addit.licet in meo lib. poſitis ad Conſ.341.vt magis frequententur officia , pro qua etiam adducit eundem Bal.conſ.412.lib.1. in quo in Cod.meo nihil de hoc dicit,& Alex.in leg.cum quæſt. §.fin. C.de legatis, vbi nu.3. dicit, quod ſi quis
12 legauit fratribus Cappam,& Priori bibliam, Priori et
debetur Cappa,quia & ipſe eſt frater,& ad confirmationem prædictæ Baldi, & Ioan.Andreæ reſolutionis, adduco Afflict.in conſtit.Regni lib. 1.Rubr.29. ſuper conſtitutione, vt participatio, nu.2.& Rubr.55.ſuper conſtitutione. Iuſtitia vos Regionum.num.8.& Rubr. 72.ſuper conſtitutione cum iuſta , num.3. tenentem ,
13 quod Officialis iuſſu Principis gerens plura officia ,
alias pluribus commiſſa cum ſuis prouiſionibus , debet habere ſalaria , & prouiſiones omnium officiorum: idem latè oſtendit Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2. Cent.3. caſu 223. num.7.& ſequent. verſ.ita è contra & infra ; & ante eos hoc ipſum apertè decidit Roman.conſ.25.in 1.dubio per totum,vbi varijs rationi-
14 bus id probat,& ea potiſſimũ , quia ex exercitio duo-
rum officiorum diſtinctorum , & diſtincta ſalaria habentium auctus eſt,& geminatus labor,vnde,& gemi-
natum ſalarium habere debet: ſequitur Beccius conſ. 27.nu,2. Et cum prædictis pro opinione Ioannis An-
15 dreę,& pro duplici ſalario debito duplex officium ge-
renti,conueniunt in d,c,ex literis,extra de probationibus,Abb.num.11.& 12.Felyn.num.10. & Dec.64. & 65.& idem Felyn,in d.c.cum olim , numer, 1, extra de ſent, & re iudicat. Et in propoſito quæſtionis noſtræ
16 Criminalis,pro licentia deferendi impunè arma duo-
bus,& non vni tantum concedenda per habentem duplex officium , addo Decian.his iam ſcriptis viſum,in tract.crim.lib.8.c.3.de prohibito vſu armorum,num, 59.tomo 2.ita formaliter dicentem,Sed hic quęro de pulchra quæſtione ; Per ſtatuta Vniuerſitatis huius
17 Gimnaſij decretum eſt, quod Rector Legiſtarum ha-
beat poteſtatem dandi licentiam armorum,tribus ſuis ſocijs,& ſic Rector Artiſtarum tribus,modo quidã eſt creatus Rector vtriuſque Vniuerſitatis,quæro an poterit dare,vel habere licentiam pro ſex, vel pro tribus tantum,& tenendum eſt,quod ſic;& ita in terminis licentiæ armorum tenuit Lapus , allegatione 99.incip. Commune Florentiæ , ſequitur Felyn.in c, cum olim , nu.n.7. in fin.de re iudic. & in c.ex litteris num,10. de probation, hactenus Decian.in hac quæſtione , quam
18 eius authoritate comprobare volui, & ſi eam alijs au-
thoritatibus, rationibus, & argumentis ſuperius confirmaui,pro qua etiã plura alia ſimilia adduci poſſẽt , quę congetit Felyn.in d.c.cum olim num,1.de ſent.&
19 re iudicat.vbi inter cętera dicit,quod ſi pater legat fi-
lio libros Legum,ſi in legibus profecerit, & libros medicinæ,ſi profecerit in medicina ; proficiẽdo in vtraque profeſſione,habebit omnes libros vtriuſque profeſſionis , ſecundum Bald,in l.4. C. commun.de legat. Roman,& Aretin.in l.plurium,ff.de acquir.hæreditat. &
20 quod ſi electio, Proconſulis debet fieri per Collegium
Sapientum,& per Collegiũ Iuriſconſultorum , & vnus ſit de vtroque Collegio,habebit duas voces , ſecundũ opinionem Alberici de Roſate,de ſtatut.lib,1. quæſt, 141.per totam,hoc tamen certo modo limitantis.pluresque remiſſiones dat idem Felyn,in d,cap,ex litteris ſub nu,10.in ſecunda concluſione , de probationib. & ibidem Abb.nu.11.& 12.verſ.gl.iſta in ſecunda parte,
21 & ibi etiam plena apoſtilla , quæ inquit eſſe materiam
brocardicam .

E P I T O M E.

Stante ſtatuto pęnali contra deferentes arma,ſi ad pedes plurium,aut ſub banca,in qua plures ſedebant, reperta ſint arma per familiam Poteſtatis , an omnes pœna ſtatuti puniantur,an verò vnus tantum,aut nullus omnino; in qua quæſtione diuerſæ referuntur Doctorum opiniones,& quid in ea tenendum ſit,diciturque varia quę ſtatuta ad euitandas ſcribentiũ difficultates ſuper hoc ędita,recenſentur .

S V M M A R I A.

1 *Si per familiam Poteſtatis reperiantur arma vetita ad pedes alicuius,vel ſub banco,ſuper quo ſedet,ex ſtatuti Florentini diſpoſitione lib.3.rubr.189.illa arma per eum intelliguntur delata,& perinde punitur, ac ſi apud eũ fuiſſent inuenta.*

2 *Et dato quod plures eſſent,omnes puniuntur , vna tantum pœna pro omnibus ſufficiente , niſi per illos probaretur , cuius vel quorum fuiſſent illa arma , ſeu per quem fuerint delata.*

3 *Birroarij poſſunt colligere arma in terra proiecta , aut*

in

in Banca reperta, & capere etiam projicientes illa, & Rector potest inquirere eos, non tamen per tormenta.

4 *Si ad pedes plurium, vel sub banco, super quo sedent, reperiuntur arma vetita, statuto circa hoc disponente circumscripto, dubitatur, an veniant condemnandi omnes, nec ne, an verò nullus eorum, an vnus tantum, secundum dispositionem iuris communis.*

Et re plenè ad partes disputata, num. 6. 9. 18. 39. 45. & 51. & tandem concluditur, quod omnes teneantur, ibidem n. 29. in fine, & 32. & 21.

Et ita insuper fuisse in facti contingentia decisum, habetur, ibid. num. 29. & 40.

D. Author in hac quæstione mediam viam elegit in facti cõtingentia, condemnando in pæna pecuniaria, ne delicta remaneant impunita, & absoluendo quo ad pænam corporis afflictiuam, ratione incertitudinis propter innocentes, ibid. num. 54.

Et ita etiam se seruasse tradit in terminis statutorum disponentium, modo quo disponunt Florentinum, & Patauinũ, de quibus supra, ibid. num. seq. 55.

5 *Statuto Ciuitatis Bononiæ cauetur, quod familia potestatis debeat inquirere per Ciuitatem portantes arma vetita, & si quos inuenerit, debeat eos certa pæna condemnare si detur, quod ad pedes plurium talia arma reperiantur, quæritur, quis eorum pæna statuti teneatur, an omnes, an nullus.*

Et post multa, hinc inde deducta, concluditur, quod omnes pæna statuti teneantur, ibidem num. 21.

Et ita etiam fuit Bononiæ decisum, ibid. nu. 29. & 40.

Vno tamen eorum, statuti pænam soluente, cæteri liberantur, & quare, ibidem num. 30. & 40.

7 *Delicta impunita remanere non debent.*

8 *Non est aperienda via malitijs.*

10 *Qui in delicto deprehensus non est, condemnari nõ debet.*

11 *Reus in dubio potius est absoluendus, quàm condemnãdus.*

12 *Vnus ensis ab vno tantum portari præsumitur, licet a pluribus in diuersis partibus cum tangentibus portari possit, ibid. num. 4.*

13 *Quæ rarò accidunt, non habentur in consideratione, sed quę vt plurimum eueniunt.*

14 *Quando, pluribus inquisitis de portatione cultelli prohibiti, non reperitur delator, sanctius est vnum ex illis portantem absoluere, quam alios innocentes non portantes condemnare.*

Quod quidem procedit, quando contra delinquentem est sola suspicio, ibid. nu. 26.

15 *Quando ratione incertitudinis deficit id, de quo agitur, reus criminis est absoluendus, ibidem num. 53.*

16 *In criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores.*

17 *In dubio non videtur posse ad sententiam condẽnatoriam perueniri.*

19 *In expediendis negocijs, vel iudicijs, Iudex eligit vnã personam tantum ex pluribus.*

20 *Puella voluntatem suam non declarante, Iudex eligit, cui ex pluribus ea nubat.*

22 *Pluribus reis debendi existentibus, vno soluente, cæteri liberantur.*

23 *L. scientiam ad l. Aquiliam, & l. sancimus, C. de pænis, loquuntur de his, quæ committi consueuerunt, & de facili probari possunt.*

Item in illis agitur de pæna corporali, ibid. nu. 25.

24 *In his, quæ de facili probari non possunt, & rarò committuntur, admittuntur probationes, quæ alias non admitterentur.*

27 *Quod arma ad pedes alicuius reperiantur, est inditium indubitatum contra eum, ibid. num. 52.*

Et per hoc puniri potest, nisi probet de bona sua conditione, & fama, quod non est solitus arma portare, & quod ensis, ibi repertus, non est suus, ibid. d. nu. 52.

28 *Standum est indicijs indubitatis.*

30 *Quando plures sunt imputati de vno delicto, quod ab vno tantum illorum commissum est, licet ad illud omnes teneãtur, vno soluente, cæteri liberantur, et supra, nu. 22. et infra num. 40.*

31 *De rigore iuris pro communi vtilitate receptum est, vt aliquis teneatur, tamquam quod ipse solus fecerit aliquid, quod tamen ipse solus non fecit.*

33 *Occisus in via, à vicinis occisus præsumitur.*

34 *Occisus iuxta hostium alicuius, vel in ipsius domo, ab ipso Domino Domus occisus præsumitur.*

Hoc tamen procedit, si talis dominus sit malæ famæ, et solitus talia committere, alias non posset etiam torqueri, ibid. num. 50.

35 *Arma propè aliquem inuenta, præsumuntur illius, nisi cõtrarium probetur, ibid. nu. 44.*

36 *Legis præsumptio dicitur liquidissima probatio, ibid. numero 44.*

37 *Statutum Patauinum sub rubr. de armis cap. si qua arma vetita, disponit, sicut statutum Florentinum, quod pro legitima probatione habeatur, quod arma sint illius, iuxta quem inueniuntur.*

38 *In hoc tamen multum tribuitur arbitrio Iudicis ex qualitate personæ, et armorum.*

Prædictum statutum intelligendum est, ita vt delinquens potius absoluatur a pęna capitali, quam ea innocens puniatur; quicquid sit respectu pęnę pecuniariæ, ad quam omnes teneri voluerunt, ibid. num. 56.

42 *Verba statuti sunt stricti iuris; et ideò restringenda; præsertim si pænalia quoque sint.*

43 *Quando plures sunt inquisiti de vno delicto, quod ab vno tantum commissum est, ad condemnationem omnium deueniri potest; quando constat delictum esse commissum, secus si non constat.*

46 *Nullus ex præsumptionibus condemnandus est.*

47 *Melius est in dubio nocentem absoluere, quam innocentem condemnare, ibid. supra nu. 14.*

48 *Si committitur aliquod maleficium in aliqua vicinia, ad eruendam veritatem, torquendi sunt vicini.*

49 *Aliud est præsumi scientiam, aliud præsumi delictum.*

57 *Tenentes in præsenti quæstione, quod omnes sint condemnandi, intelligendi sunt, quo ad pænam pecuniariam, non quo ad corporalem, iuxta opinionem D. Authoris.*

CASVS CC. XXX.

1 EXtat Florentiæ statutum, lib. 3. Rubr. 189. de modo procedendi contra deferentes arma vetita, & de officio Rectorum in perscrutando de armis, in quo inter cętera continetur infrascriptum Capitulũ, videlicet, & si inuenerint aliqua arma in terram apud aliquem, vel propè aliquos, seu in banca, intelligantur illa arma fuisse delata per illum, vel illos, qui ibi propè fuerint, & perinde puniantur, ac si apud eum, vel eos
2 fuissent inuenta; saluo quod si plures fuerint, omnes vna poena tantum puniantur, nisi per illos probaretur cuius, vel quorum fuissent illa arma, seu per
3 quem fuerunt delata, quæ arma sic in terra, aut banca reperta possint dicti Birroarij colligere, & projicientes ea, si viderint, capere, & referre dicto Rori, ect & dictus Rector de prædictis inqui-

fitionem facere teneatur, non tamen per tormenta.
4 Sed quæritur circũſcripto ſtatuto, quid in caſu prædicto dicendum eſſet de iure communi, Florian. in latẽ Mela. §. ſed ſi plures, n. 5. verſ. item per iſtum textum, ff. ad l. aquil. dicit, quod per illum text. videtur terminari quæſtio de facto Bononiæ occurrens.
5 Statuto Ciuitatis Bononiæ cauetur, quod familia Poteſtatis debeat inquirere per Ciuitatẽ portantes arma vetita, vt cultellum, enſem, & ſimilia, & ſi quos inuenerit, dicta arma portantes; debeat eos condemnare certa pęna, modo contingit, quod dum inquirerent de armis, erant duo, tres, vel quatuor, ſtantes ſimul, ad quorum pedes, vel ſub banco, ſuper quo ſedebant inuenitu cultellus vetitus portari; quæritur, an nullus ipſorum teneatur pœna ſtatuti, an vnus tantum, an omnes.
6 Et primo arguit, quod omnes teneantur, per illum textum, & per l. ita vulneratus, eod. tit. & l. 1. in fin. cum tribus ſequentibus ff. de his, qui deiecer. vel effuder. &
7 quia alias delictum remaneret impunitum, contra notas Iuris regulas, quia niſi quilibet teneretur, eadem ratione, nec aliquis ipſorum, & de facili lex municipalis circumueniretur, viaque aperiretur malitijs, contra
8 l. cum hi, §. tranſactiones ff. de tranſact. & l. 2. C. de indict. viduitat. tollend. cum quilibet habens cultellum prohibitum, viſa familia dimitteret illum cadere in
9 terram. Secundo argumentatur, quod nullus teneatur, quia nullus fuit inuentus portare cultellum, vnde nul-
10 lus eſt in delicto deprehenſus, & per conſequens nullus condemnandus, l. Sancimus, C. de pœnis, & quia ra-
11 tione dubij potius quilibet eſt abſoluendus, quam cõdemnandus per id, quod dicit gloſſ. in d. §. ſed ſi plures, & argumento textus in l. ſcientiam, §. cum ſtramenta, eod. tit. ad l. aquilam; attento maximè, quod ab vno tã-
12 tum portabatur ille cultellus, non ab omnibus præſumptiuè, licet ab omnibus in diuerſis partibus eum tangentibus potuiſſet portari, ſed quia illud raro, aut
13 nunquam contingit; ad illud non eſt habendus reſpectus: argum. leg. ex his, & legis, nam ad ea ff. de legib.
14 & ſanctius eſt vnum ex illis portantem abſoluere, quã alios innocentes non portantes condemnare, l. abſentem ff. de pen. pro quo etiam facit lex, Ærianus, ff. de action. & obligation. & l. fauorabiliores, ff. de reg. iur.
15 & quia ratione incertitudinis deficit id, de quo agitur l. duo ſunt Titij, & l. Tutor. ff. de Teſtam. tutel. & quia
16 cum in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores l. ſciant. C. de probation. in hoc
17 dubio non videtur poſſe ad ſententiam perueniri condemnatoria l. qui ſententiam, C. de pen. poſtremò dicit
18 videri, quod vnus tantum ſit puniendus, & ſit gratificationi locus arg. l. fin. in princ. ff. de Religioſ. & ſump. funer. & l. 3. §. cum omnes. ff. ad Sylian. quia in expe-
19 diendis negotijs, vel Iudicijs, Iudex eligit vnam perſonam tantum ex pluribus l. ſi plures, ff. de accuſatio; & leg. 3. § hoc interdictio, ff. de liber. homin. exhiben.
20 prout etiam eligit Iudex cui ex pluribus puella nubat, ipſa voluntatem ſuam non declarante, l. in coniunctione in fin. C. de Nupt. tandem dicit, quod prima opinio
21 verior eſt, quod quilibet prędictorum teneatur ad pęnam, quia tantum vnicus cultellus inuentus fuit, & ab
22 vno ſolet vnus cultellus deferri, vno tamen prędictorũ ſoluente, cæteri liberantur, vt in d. l. 1. in fin. cum ſeq. ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt; Nec obſtare
23 inquit, l. ſcientiam, & l. ſancimus, ſupra allegatas, quia loquuntur de his, quæ committi conſueuerunt, & de facili probari poſſunt; In caſu autem propoſito ſecus,
24 vnde admittitur probatio, quæ alias non admitteretur, arg. l. conſenſu. C. de repud. & cap. veniens, il primo, extra, de teſtibus. Et quia in illis agitur de pœna
25 perſonali, hic autem de pecuniaria; & ad l. abſentem, ff. de pæn. & ad id; quod dicit gloſ. in d. §. ſed ſi plures,
26 reſpondet, quod procedit, quando contra aliquem delinquentem erat ſola ſuſpicio, ſed in caſu noſtro certum eſt ab aliquo ipſorum cultellum fuiſſe delatum, &
27 proiectum in terram, & eſt inditium ſuper hoc indubi-
28 tatum, cui ſtandum eſt l. actor. ff. de probation. & l. inditia. C. de rei vendica. & pro hac parte fuiſſe de facto
29 Bononiæ terminatum teſtatur; eandem quæſtionem ponit Gandin. in tract. de malef. in rub. de multis quæſtionibus dependentibus à Statutis, num. verſ. item pone cõtineri in ſtatuto Ciuitatis, vbi pariter eam ad partes diſputat, & finaliter firmat, quod quilibet teneatur ad pœnam. Sed quia vniuſcuiuſque cultellus fuit inuẽ-
30 tus, ab vno ſolo videtur vniuſcuiuſque cultellus deferri, vno prædictorum ſoluente, cęteri liberantur. d. l. 1. in fin. cum ſeq. ff. de his qui deiecer. vel effuder. & mouetur Gandin. eiſdem fundamẽtis, quibus Florian. hoc vnum tamen addens pro hac parte, quod de rigore
31 Iuris pro cõmuni vtilitate receptum eſt, vt aliquis teneatur, tanquam, quod ipſe ſolus fecerit aliquid, & tamen ipſe ſolus non fecit, arg. leg. ſi plures, ff. de arbor. furt. cæſar. & d. l. ita vulneratus, ff. ad l. aquil. & hanc o-
32 pinionem ſequutus eſt ex modernis Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 4. caſu 394. num. 53. & ſeq. verſic. extenditur octauo, quam confirmat duobus ſimilibus;
33 primo quia occiſus in via, à vicinis præſumitur occiſus Bald. in leg. Domini horreorum. ff. locati, quem ſequutus eſt Grammatic. conſ. crim. 53. num. 2. ſecũdo
34 quia occiſus iuxta hoſtiũ alicuius, vel in ipſius domo, ab ipſo Domino domus occiſus pręſumitur, vt Grammat. dicit loco citato, & voto 23. num. 2. Calcan. conſ. 63. numero 4. & conſilio 67. numero 1. & Iaſ. in l. ſi quando num. 40. C. vnde vi, & ita inquit ſe ſentire, &
35 quod arma propè aliquem inuenta præſumuntur illius, cum quibus inuentus dicatur, niſi contrarium probetur, quia legis præſumptio dicitur liquidiſſima pro-
36 batio, vt latè docet Iaſ. in leg. licet Imperator. ff. de legat. 1. & cum hac declaratione inquit. num. 56. conue-
37 nire ſtatutum Patauinum, ſub Rubric. de armis, cap. ſi quæ arma vetita, quo ſancitum eſt, haberi pro legitima probatione, quod arma ſint illius, iuxta quem inuenta fuerunt; quod etiam diſponit ſtatutum Florẽtinum ſupra initio memoratum; ſubdit tamen numer.
38 57. quod multum in hac re tribueret Iudicis arbitrio
39 ex qualitate perſonæ, & armorum; Contrariam ſententiam in hac quæſtione, quod imò nullus puniatur, ſed omnes abſoluantur, tenuit Alberic. de Roſat. de ſtatut. lib. 2. q. 121. vbi, & ipſe arguit ad partes, & refert
40 determinationem factam Bononiæ, ſecundum opinionem D. Thomæ Piperatæ, quod omnes tenerentur, ſed vno ſoluente, alij liberentur, cum eſſet vnicus
41 cultellus, qui communiter ſolet deferri per vnum, & opinionem Gandini, dictam determinationẽ ſequẽtis: poſtea dicit, quod, ſalua eorum pace, crederet nullum teneri per Iura ſupra ad hoc adducta, quę ſunt eadem, quibus vſus eſt Florian. quia non apparet aliquẽ iſtorum cultellum portaſſe, & verba ſtatuti ſunt ſtricti Iu-
42 ris, & pœnalia, & ideo reſtringenda, l. ſi de Interpretatione, ff. de pæn. nec obſtare inquit Iura, per quæ de-
43 terminatur omnes teneri, quia in illis cõſtabat delictũ eſſe commiſſum, licet ignoraretur per quem, hic autẽ non

non constat aliquem cultellum portasse,& per consequens non constat, aliquem deliquisse, nam quidam alius potuisset ibi cultellum proiecisse, & ideò nullus condemnari debet; & Alber. sequutus est Andr. Barbat. in tract. de Cardin. Legatis à Latere. q. vltima, nu. 24. & 25. quem refert, & reprobat, vna cum Alberic. Menoch. loco citato, eo quod satis dici possit con-
44 stare de delicto, ex quo Iuris præsumptione, quæ probatio est, arma dicuntur esse illius, penes quem reperta fuerunt. Reperio etiam, quod eandem sententiam Alberici, tenuit Bonifat. de Vitalin. in tract. de malefic. in
45 rubr. de inquisition. & earum form. in forma Inquisitionis, super relato num. 43. & pluribus seq. versicul. sed pone, dum familia Potestatis iret rimando pro armis vbi, & ipse similiter, quæstionem ad partes discutit, & demum concludit, quod non obstante opinione Guidon. de Suzar. quod omnes teneantur, ipse putat contrarium, quod nullus condemnetur, quia ex præsump-
46 tionibus nullus est condemnandus, nisi constet cuius sit cultellus, vel qui posuerit, qui tunc condênandus est arg. l. fin. ff. de Sycar. sed quia non constat. omnes sunt
47 absoluendi, quia melius est nocentem absoluere, quã innocentem condemnare l. absentem. ff. de pœn. adducendo etiam alias rationes supra pro hac parte allegatas, & cum hac opinione, nulla tamen mentione facta de authoritate dict. Bonifatij transit nouissimè Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 4. de var. quæstion. circa gestationem armorum, num. 12. vers. sed quid si familia, vbi pro ea allegat Roman. in l. 1. §. hoc rescriptum. ff. ad Syllan. & Mars. in pract. crim. §. pro complemento num. 20. & respondet fundamentis ad corroborandam contrariam sententiam adductis, per Menoch. supracitatum. quod dictum Bald. in l. Dominus horreorum. ff. locati, non facit ad propositum, quia Bald. voluit, quod si committitur aliquod maleficium
48 in aliqua vicinia, ad eruendam veritatem, debent torqueri vicini, nam non loquimur, an ensis repertus facit inditium contra eos, quod sciant, quis eũ illic posuerit, sed quærimus, an debeant puniri tamquam portantes arma, cum nesciatur, quis portauerit, quod quidem longè diuersum est, quia aliud est presumi scientiam, aliud
49 præsumi delictum, & quod id, quod dicitur de occiso iuxta hostium domus alicuius, quod presumatur ab eo
50 occisus, nõ est simpliciter verum, sed ita demũ, si is sit malæ famæ, & solitus talia committere, alias non posset etiam torqueri, vt declarat Bald. in l. 1. in princ. C. locati, & Roman. in l. 1. §. si quis in Villa, num. 4. ff. ad Syllan. & alij per ipsum Decian. adducti; qui tamen
51 arbitratur in proposita quæstione sic distinguendum, quod aut vnus tantum reperitur iuxta illum gladium, neque scit demonstrare quis illum posuerit ibi, neque aliquam verisimilem affert rationem, quod ipse illum non habuerit, & tunc ipse possit puniri, cum inditium
52 sit vehemens, neque possit verificari, quod ille gladius fuerit alterius, vel ab illo ibi positus, nisi doceret de optima sua conditione, & fama, & quod ipse nunquam solitus est ferre arma, vel quod ensis non erat suus, & similia, aut verò erant plures astantes iuxta vnum gla-
53 dium tantum, & tunc ratione incertitudinis nemo punitur, & ita hoc casu veriorem putat opinionem Alberici, nisi constaret illos esse malæ famæ, & solitos cum armis vagari, iuxta dictum Rom. supra allegatum. Ego
54 in hac quæstione circumscriptis statutis, semper tenui opinionem Floriani, & Gadini, condemnando omnes ad pœnam pecuniariam in solidum, vnica solutione

sufficiente, quo verò ad pœnam corporalem, & potissimum vnius, aut plurium ictuum funis, quæ pœna vt plurimum solet adiungi pęnæ pecuniariæ, omnes ab-
55 solui, propter incertitudinem, & ita etiam in terminis statutorum disponentium modo, quo disponunt Florentinũ, & Patauinum, de quibus supra habita est mẽtio, sępius votaui pro absolutione scilicet plurium imputatorum, quoad pænam corporalem, cum nec sta-
56 tuta sic intelligenda sint, vt quò ad pænam corporalẽ puniatur innocens, sed potius quod delinquens absoluatur, quidquid sit respectu pænæ pecuniarię ad quam
57 omnes teneri voluerunt; Nec huic conciliationi contradicunt tenentes, quod omnes sint condẽnandi, quia loquuntur in pæna pecuniaria, non autem in personali in qua potius fatentur militare argumentum absolutionis omnium, ne innocens patiatur, & pręcipuè Florian. cuius dictũ si opus esset, ex pluribus confirmaretur in Iure.

EPITOME.

De mandato, seu præcepto Iudicis, quod vulgo dicitur, *leuar l'offese*, ad euitanda scandala, facto volentibus rixari, ne ipsi, aut eorum filij, fratres, nepotes, & alij attinentes per lineam masculinam, vsque in quartũ gradum inclusiuè, secundum Ius canon. cum computandum, se se offenderent, vel offendere facerent cum armis, vel sine, vsque quo inter eos pax, aut treuga sequeretur sub certa pęna, quomodo rumpatur, tam de iure communi, quam municipali Florentino; Quod author rixæ, & prouocans tantum, non etiam prouocatus tenetur ad pænam talis mandati spreti, & quod ex coniecturis, & pręsumptionibus quis fuerit prouocans, & quis prouocatus probari potest, & quæ sint istæ præsumptiones, & coniecturæ, & de alijs in hac materia.

SVMMARIA.

1 *Prouocans aliquem ad pugnam eundo eum sociis armatus ad eius domum, dicitur cõtrauenisse præcepto Iudicis, quod vulgo dicitur*, leuate l'offese.
Et proinde incidisse in pęnam dicto præcepto appositam, ibid. num. 3.
Quod quidem procedit, tam de iure communi, quam de iure municipali, ibid. nu seq 4.
Et ita etiam secundum sententiam D. Authoris fuit iudicatum de anno 1602. Florentiæ per Magnificos Dominos Octo Viros Guardiæ, & Baliæ, ibid. num. 37.
2 *Forma præcepti, siue mandati, quod vulgo dicitur*, leuar l'offese.
5 *Ad conuincẽdum contrafacientem præcepto, quod dicitur*, l'offese leuate, *sufficiunt coniecturę, & præsumptiones.*
6 *Qui primo ex rixantibus cæpit verba contumeliosa in alterum proferre, is aggressor præsumitur.*
7 *Item qui ex rixantibus ex interuallo secundo loco ad pugnam alterum prouocat, & verbis afficit contumeliosis.*
8 *Item qui primo rei illicitæ operam dedit.*
9 *Qui primo offendit, cẽsetur etiam de nouo velle offendere.*
10 *Item agressor præsumitur, qui in aduersarium multa verba prouocatoria, et minatoria protulit.*
11 *Item qui primo cæpit arma denudare.*
Contra primo euaginantem est præsumptio, quod fuerit aggressor.
12 *Item qui fugientem, & retrahentem insequutus est.*
13 *Item qui aduersario fortior, validior, & audacior existit.*
14 *Fortior autem, & audacior quis censetur, non solum*

respectu suæ personæ tantum, sed etiam habita ratione suorum, & qualitate armorum.

15 *Verisimile non est, quod solus ense tantum armatus insultare ausus fuerit alterum itidem armatum, & associatum a fratre, & alijs pluribus in magno numero ensibus, pugionibus, & alabardis respectiuè armatis.*

16 *Sola armorum qualitas cæteris partibus considerari solet, vt contra eum præsumatur, qui melius est armatus.*

17 *Ex rixantibus is aggressor præsumitur, qui euadit incolumis, & sine lesione, vna cum omnibus suis socijs, aduersario vulnerato.*

18 *In dubio, qui superat iudicandus est prouocans, superatus autem aggressus, nisi contrarium probetur, vel aliæ extarent præsumptiones contra superatum, ibidem numero 20.*

19 *Quamuis non desint, qui contrarium velint, quod magis offensus præsumatur aggressor.*

21 *Testibus a parte productis deponentibus contra testes examinatos ex officio, & aduersus iuris præsumptiones, & citra omnem verisimilitudinem nulla fides adhibenda est.*

22 *Et ita in facti contingentia in præsenti casu fuisse seruatū habetur, ibid.*

23 *Iustus Iudex potest ex causa non credere testibus, etiam plenè probantibus.*

24 *Iudex ex duabus contrarijs præsumptionibus liberum habet arbitrium, quam velit eligendi.*

25 *Omnes probationes Iudici sunt arbitrariæ.*

26 *Omnis testium fides ab ipsius Iudicis potestate pendet, qui illorum attestationibus consideratis, & sumptis inde coniecturis, potest fidem adhibere, vel non adhibere, prout sibi videtur.*

27 *Sententia lata in causa criminali ad pænam ordinariam delicti, fidem facit, & plenam probationem in ciuili ad pęnam conuentionalem ex statuto Florentino rubr. 128. de pæna rumpentis pacem, in fine.*

28 *Constito ex testibus præsumptionibus, & Iudicis sententia, quod quis fuerit prouocans & aggressor, & inceptor nouæ rixæ post publicatum præceptam de non offendendo ortæ, Intentio Curiæ agentis ad pænam dicti spreti mādati fundata remanet contra eum.*

29 *Quod fit ad sui defensionem pænam non meretur, sed hoc probandum est.*

30 *Offensor non præsumitur defensor, nisi hoc probet.*

31 *Omne maleficium præsumitur esse factum iniustè, nisi probetur contrarium.*

32 *Maleficium est de genere prohibitorum.*

33 *Quando in rixa sequitur aliquod maleficium, illud in dubio imputatur aggressori, & prouocanti.*

34 *Aggressor innocentiam suam per clariores probationes docère debet.*

35 *Aggressor habet contra se præsumptiones iuris.*

36 *Curia, quando facto præcepto de non offendendo, ignorat, quis ex rixantibus fuerit aggressor, rectè agit, agendo cōtra omnes ad pænam rupti, & violati mandati.*

CASVS CC. XXXI.

1 CVm ne dum ex testibus ex officio examinatis,
sed etiam ex coniecturis, de quibus inferius dicetur, clarè appareat, quod rixæ author fuit Masus magistri Antonij de Castrofranco, qui Paulum Rabatam de eodem loco ad propriam domum armatus, post publicatum sono tubæ præceptum, de quo infra, & cum fratre, & alijs diuerso armorum genere armatis, ad pugnam prouocauit, & varijs affecit iniurijs, & Matheum dicti Pauli fratrem vulnerauit, dubitandum non videtur, quin dictus Masus contrauenerit mandato, seu præcepto Iudicis, ne ipse, & eius fratres, filij,
2 nepotes, & alij attinentes per lineam masculinam vsque in quartum gradum inclusiuè, secundum computationem Iuris canonici ex vna parte, & Paulus Rabata de eodem loco, & eius attinentes, vt supra ex altera, se se offenderent, vel offendere facerent cum armis, vel sine, vsque quo inter eos pax, aut treuga sequeretur sub pęna scutorum ducentorum; & proinde
3 inciderit in d. pęnam, cum tali mandato, seu præcepto de non offendendo contraueniatur, ne dum ex percussione, verum etiam ex solo insultu cū armis, & admenationibus, tàm de Iure cōmuni, vt in terminis probat
4 Vulpel. respons. crimin. 51. cogor, vbi latè nisi stit per totum, quàm de Iure municipali ex particularibus legibus Dominij Florentini, & ad conuincendum talem contrafacientem sufficiant coniecturę, & pręsumptiones, vt idem Vulp. probat respons. crim. 50. Miror. sub n. 5. ver. præterea cessat, respons. 114. pro absolutione, num. 3. vers. diuersa tamen, & latius respons. 118. stantibus inducij, num. 2. versic. tamen quia, & in tractatu de pace, inducend. & promiss. de non offenden. q. 106. sub num. 1. vers. sed ea certior est, Hercul. in tract. de caution. de non offend. cap. 30. num. 12. seq. versiculo ex coniecturis, quarum quidem præsumptionum, ex quibus dictus Masus arguitur aggressor, Aduersarij au-
6 tem prouocati; Prima est, quia ipse Masus primò cępit verba contumeliosa proferre in Paulum. Cępol. cons.
7 crim. 29. nu. 6. vers. item quia. Hercul. d. cap. 30. num. 17. Secunda, quia in prima rixa ante publicationem mandati de non offendendo dictus Masus prouocauit Paulum, moxque dicto præcepto emanato ad eiusdem domum accessit, illum itidem ad rixam prouocando, & verbis iniuriosis afficiendo, vnde ex eo aggressor
8 præsumitur, quod primò operam rei illicitè dedit. Cæpol. d. cons. 29. sub num. 7. vers. primò quia, & num. 9.
9 ver. quarto, quia: & qui primo offendit, censetur etiam denuò velle offendere, Grammat. voto 24. nu. 3. Ter-
10 tia, quia dictus Masus multa verba prouocatoria, & minatoria armatus in aduersarios protulit, itidem post dictum emanatum præceptum. Cępol. d. cons. 29. nu. 8. vers. tertiò quia, & num. 12. post vers. octauo subest, Grammatic. voto 22. sub num. 14. & seqq. versic. Item corroboratur, Hercul. d. cap. 30. num. 16. & sub num. 26. vers. septimo quia, Vulpel. respons. crimin. 118. nu. 20. vers. indicant, & minæ; Quarta quia idem Masus
11 primo incępit arma denudare, & contra primò euaginantem est præsumptio, quod fuerit aggressor, Cępol. d. cons. 29. sub num. 9. vers. sexto quia Hercul. d. capit.
22 30. num. 18. Quinta quia Matheus se retrahebat, & aufugiebat, eumque se retrahentem, & fugientem insequebatur Masus, qui ideò aggressor censendus est, Cępol. cons. crim. 28. sub nu. 11. vers. septimo quia, & d. cons. 29. nu. 8. vers. secundo quia, & num. 9. versicul. quinto quia, Alciat. in tract. de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 39. sub num. 12. vers. idem si, in ipso congressu, Hercul. d. cap. 30, num. 20. & iterum sub num. 26. vers. quinta quia, Menoch. in tractatu de arbitrar. Iudic. lib. 2. Centur. 4. casu 363. num. 13. vers. quinto aggressor;
13 Sexta quia Masus erat fortior, validior, & audacior aduersarijs, & propterea prouocans censetur, Cæpol. d. cons. 28. num. 12. vers. octauo quia, & d. cons. 29. nu. 10. vers. septimo ex eo, Grammat. voto 24. num. 4. & cons. crimin. 62. sub num. 4. & 5. Boer. decis. 237. nu. 2.

Alciat.

Alciat.d.præsumpt.39.num.10.vers.Tertio tolleretur. Hercul.d.cap.30. sub num.26. vers.secunda coniectura.Menoch.d.casu 363. num.6. vers.Tertio is præsu-
34 mitur;cum quis talis consideretur non solum respectu suæ personæ tantum, sed debita ratione sociorum, & qualitatis armorum, vt subdit Menoch. numero 7. &
35 plurib. seq.nec verisimile fit,quod Matheus solus ense armatus insultare ausus fuerit dictum Masum, itidē armatum, & associatum à Ioanne Francisco fratre, & alijs pluribus in magno numero ensibus, pugionibus, & alabardis respectiuè armatis, vt punctualiter dicit Vulpel.d. respons.118.num.5. & 6. vers.alia quoque, & Hercul. d. cap.30. num.33. vers. item non est præ-
36 sumptio. præsertim, cum & sola armorum qualitas, cæteris paribus soleat considerari, vt contra eum præsumatur, qui melius est armatus, Hercul. vbi supra
37 num.24. vers. Item præsumitur; Septima quia dictus Matheus remansit vulneratus, Masus autem incolumis,& sine læsione cum tota sua societate,vnde ab ef-
38 fectu,& euentu rixæ, dicitur Masus aggressor, quia in dubio qui superat iudicandus est prouocans, superatus autem aggressus, nisi contrarium probetur Cepol. d. cons.28. num.34. vers. decimo, & vltimo, & d. cons.29. num. 10. post vers. Septimo ex eo, Boer.d.decis.237. num.3. vers. Sed contrarium, Alciat. d.præsumpt.39.num.6. vers.tertio est aduertendum, Hercul.d.c.30.num.27. & 28. vers.item nota, & licet non
39 desint, qui velint, quod vulneratus, & magis offensus præsumatur aggressor, vt per Grammat. voto 22.nu. 13.vers.item vbi dictum, & cons.crim.62.num.6.vers. vltimo non omittam, per Boer.d. decis.237.num.2. per Alciat.d.præsumpt.39.num.1. & per Menoch. d.
30 casu 363.num.14.tamen hoc non est verum,quia præsumptio est contra superantem, quod fuerit prouocans,nisi aliæ extarent præsumptiones in contrarium contra superatum: vt in indiuiduo dicunt. Cæpol. d. cons.29.sub num.10.& 11.post vers.septimo ex eo, & Alciat.d.præsumpt.39. sub nu.7.& seq.& sentit etiam Boer.d.decis.237. ante finem vers.2. quando sumus.

Nec prædictis obstant, testes pro parte dicti Masi, & ad eius defensam examinati, ex quibus colligitur, quod in secunda rixa, post mandatum de non offendendo publicatum, Matheus insultauit Masum,& cōtra eum primus ensem euaginauit, quia talibus testi-
31 bus, tanquam deponentibus contra testes examinatos ex officio minus suspectos, & aduersus tot,& tātas præsumptiones, & citra omnem verisimilitudinem, nulla fides est adhibenda, ex traditis per Grammat.d.cons.62. num.1. & 2. & per Cæpol. cons.crimin.33. numer.18. & 19. prout nullam adhibuerunt
32 Iudices causæ criminalis,qui dictum Masum condemnauerunt pro verbis iniuriosis, iam emanato præcepto de non offendendo, illatis in dictum Paulum ad eius damnum, nec non & pro tribus vulneribus eisdē datis Matheo fratri dicti Pauli, & Ser Inquisitos eius auxiliatores, in pœnas per bannimenta statutas; potest
33 enim iustus Iudex ex causa non credere testibus,etiam plenè probantibus, vt in proposito dicit Vulpel. d.respons.118. ante num.26.vers. Nec repugnat. Menoch.de arbitra.iudic.lib.2. Centur.1.casu 90.num.5. &
24 ex duabus contrarijs probationibus liberum habet arbitrium, quam velit eligendi, vt idem Menoch. in eodem loco dixit nu.4.cum enim probationes omnes
25 iudicio arbitrarias esse velint Scribentes, quos recenset Menoch. vbi supra n.2. & 3.omnis testium fides ab
26 ipsius Iudicis potestate pendet, qui illorum attestationibus consideratis, & sumptis inde coniecturis, poterit fidem adhibere, & non adhibere, prout ei videbitur, vt tradit Menoch. loco citato in princ. per textum in l.3 vers.tu magis scire potes ff.de testib.: Cōstito itaque ex testibus ex præsumptionibus, & ex su-
27 dicum sententia, quæ, & si lata sit in causa criminali ad pœnam ordinariam delicti, fidem tamen facit, & plenam probationem in ciuili ad pœnam contentionalem, ex Statuto Florentino rubr.128. de pœna rumpentis pacem in fine, quod dictus Masus fuit prouocans,& aggressor,& initiator nouæ rixæ post publicatum præceptum de non offendendo orta, Intentio
28 Curiæ agentis ad pœnam dicti spreti mandati fundata remanet contra eundem Masum ex admonitionibus per ipsum factis, contra dictum Matheum, & multo magis ex vulneribus eidem illatis,ex quibus, vt dictum est, dicto mandato facta est contrauentio, ita vt non
29 aliter se excusare dictus Masus potuisset, quam si id totum ad suam defensionem fecisse probauisset, quod legitimè minimè fecit, vt supra probatum fuit: ita in terminis istis notat Herculan.d.c.30,nu.26. vers.item
30 licet multæ, & ex eo patet, quod offensor non præsumitur defensor, nisi hoc probet. Cæpol. d. cons. 28. num.4.vers.4. quia, & omne maleficium præsumitur
31 esse factum iniustè, nisi probetur contrarium; ex quo
32 est genere prohibitorum; Idem Cæpol. dict.cons.29. num.4.post vers.Item quia, vltra quod quando in rixa
33 sequitur aliquod maleficium, illud in dubio imputatur aggressori, & prouocanti, vt subdit Cæpol.d.consil. 29. num 7. vers.sed veritas, qui etiam in cognitio-
34 tur, quod per clariores probationes suam innocentiā
35 docere debet, cum præsumptionem Iuris contra se habeat,vt decidit Hercul.d.c.30 num.27. & 28.vers. item nota circa prædicta; cautè tamen fecisse videtur
36 Curia, quæ contra omnes rixantes ad pœnam rupti, & violati mandati de non offendendo, egit, vt colligitur ex Hercul.d.c.30.nu.26.vers.veruntamen est, & ex Vulpel.d.respons.118.in princ. & d.q.106. per to-
37 tam, & secundum prædicta retuli D. Vicario [illegible] nis, a cuius sententia iusta hanc relationem lata, cum fuisset appellatum ad Magnificos Dominos Octo viros Guardiæ, & Baliæ Ciuitatis Florentinæ, fuit sententia confirmata anno 1602. Florentiæ.

E P I T O M E.

An sicuti, publicatis bonis mariti, dos vxoris non confiscatur, sed ab vxore contra fiscum repetitur, ita & quarta pars bonorum mariti diuitis, quæ vxori inopi indotatæ, vel modicam dotem habenti debetur,iuxta dispositionem Authen.præterea, C. vnde vir, & vxor extrahenda sit de bonis mariti confiscatis, & vxori præstanda per fiscum, & quid quando sumus in crimine læsæ Maiestatis, & ipsa vxor maritum bannitum, & rebellem sequitur.

S V M M A R I A.

1 *Mariti delictum vxori in dote nocere non debet.*
2 *Factum mariti dotes vxoris non obligat, excepta causa primipilari.*
3 *Receptissimum est in iure in confiscatione bonorum mariti, non venire dotem vxoris, ibid.num.15.*
4 *Ampliatur hoc procedere, etiam in Crimine læsæ Maiestatis, ibid.num.15.et 19.*
5 *Item si ipsa sequeretur virum de rebellione condemnatum,*

tum, et honestem Ciuitatis effectum.

6 *Sequuto banno mariti potest vxor statim dotes suas à fisco consequi in bonis eiusdem.*

7 *Et hoc procedit, etiam si bona mariti non publicentur.*

8 *Ad dotis repetitionem, sufficit sola condemnatio viri.*

9 *Bannum, siue exilium perpetuam inducit paupertatem.*

10 *Confiscatis bonis mariti, nunquid, & confiscata intelligatur illa quarta pars bonorum eius, quæ debita est vxori pauperi, sine dote, vel cum modica, viro diuiti nuptæ, iuxta dispositionem authen. præterea, C. vnde vir, & vxor.*

De iure communi veriorem esse hic dicitur negatiuam opinionem, de qua, ibidem num. 12. & sub nu. 39. sed quod secus est de consuetudine secundum quam causa fisci preualeret, ibidem num. 36.

Et D. Author testatur se nunquam vidisse contra fiscum istā quartam peti per vxores, eorum viris cum publicatione bonorum bannitis, vel condemnatis, ibid. num. 38.

Et ideò firmat, quod mulier non facilè contra fiscum obtinet, ibid. num. 39.

11 *Mulier inops sine dote, vel cum modica viro diuiti nupta, quartam bonorum eius partem, sibi pro dote debitam, habet iure authenticorum.*

Hæc quarta pars vxori debetur iure speciali ibidem numero 21.

Item miserationis gratia, vt possit se substentare, & ne ob inopiam mendicare cogatur in dedecus, & obrobrium viri, & bene transacti matrimonij, ibid. num. 23.

Item vxori concessa est propter alimenta, ibid. num. 37.

Et ideò ex statuto particulari quantumuis generali sublata non itelligeretur, nisi de ea specialiter esset facta mentio, ibid. num. 20. 25. & 29.

12 *Bonis mariti confiscatis non intelligitur illa pars eorum confiscata, quæ iure authenticorum vxori debetur.*

13 *Ampliatur hoc procedere, etiam si confiscatio fiat propter crimen læsæ Maiestatis, ibid. num. 16. & 19.*

Item si confiscatio fieret vigore alicuius particularis statuti, vel constitutionis generaliter publicantis omnia bona delinquentis, legitima tantum filijs reseruata, ibidem numero 20.

14 *Quarta pars bonorum mariti, quæ iure authenticorum vxori indotate, vel modicam dotem habenti debetur, in locum dotis ipsius mulieris succedit, ibid. num. 31.*

17 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatum est.*

18 *Maritus sicut testando, non potest priuare vxorem suam illa quarta suorum bonorum parte, quæ sibi de iure authēticorum debetur, ita etiam nec delinquendo.*

21 *Ius alicui specialiter competens, nunquam per verba generalia cuiusuis legis, vel constitutionis sublatum videtur*

22 *Lex, statutum, vel qualibet alia constitutio quantumuis generalis casus speciales non comprehendit, nisi de ijs, expressè loquatur.*

24 *Qua ratione fuerit Iustinianus inductus ad prouidendum coniugi inopi de quarta parte bonorum mariti, quoties est diues.*

26 *Beneficium alicui competens miserationis gratia, non censetur abrogatum per generalem reuocationem, nisi de ipso fiat specialiter mentio.*

27 *Ampliatur hoc procedere, etiam si in reuocatione adesset clausula non obstante, &c.*

28 *Statutum, seu constitutio confiscans bona, semper intelligitur secundum ius commune.*

29 *Et ideò ita interpretandum est, vt sit salua vxori quarta pars, cum nihil in cōtrarium specialiter statutum dicat.*

30 *Verba generalia statuti non sufficiunt ad tollendam vxori inopi, & indotatæ quartam partem sibi in bonis mariti de iure debitam.*

32 *Causa dotis dicitur causa pia.*

Item causa quartæ vxori indotatæ debita, ibid.

Item causa alimentorum, cui causa prædicta quarta æquiparatur, ibid. num. 33.

34 *Causa pia non comprehenditur à statutis, aut legibus generalibus.*

35 *Quarta reseruata coniugi inopi aduersus hæredes defuncti mariti, aduersus quoque fiscum, bonis ipsius confiscatis detrahenda est.*

36 *Hoc tamen in praxi, stante statuto generaliter omnia bona delinquentis publicante, non seruaretur.*

37 *Nulla est lex in corpore iuris, sublata authentica, bona damnatorum, quæ vxori inopi, & indotatæ det pro dote quartam partem bonorum mariti.*

Authentica, bona damnatorum, C. de bon. proscript. est textus singularis.

CASVS CC. XXXII.

1 QVoniam mariti delictum vxori nocere non debet in dote l. 1. C. ad l. Iuliam de vi publica, & l. 1. C. de priuil. fisci, nec factum mariti obligat dotes vxoris, excepta causa primipilari. l. 3. C. de primipil. lib. 12. l. satis, C. in quibus causis pignus tacitè contrahatur, & C. de vxor pro marito, in rubro, & toto nigro,

3 Receptissimum est in Iure est in confiscatione bonorum mariti nō venire dotem vxoris, l. si quis post hac, & ibi Scribentes, C. de bon. proscriptor. & l. si marito in princ. & ibi pariter Doct. ff. soluto matrim. Bal. cōs. 196. num. 1. lib. 2. Ant. de Butr. cons. 61. num. 3. vers. in casu autem, & ibi Caballin. in Addition. Sozz. cons. 121. num. 6. vers. 4. & vlt. respondeo vol. 4. Plot. inter cons. crimin. diuers. cons. 130. num. 50. tomo 1. in impressis vltimo loco in magna forma. Roland. cons. 31. num. 33. & seq. lib. 1. Boss. in pract. crim. tit. de bonor. publicat. num. 73. circa medium vers. & quando confiscantur, Conrad. in pract. crim. tit. de public. bonor. sub num. 9. & 11. Clar. in pract. crim. q. 78. sub nu. 15. post vers. quæro si bona, ibi publicatis autem bonis Mariti. Farinac. alios citans in suis quæstion. crimin. tit. de delict. & pœn. q. 25. num. 111. vers. limita sexto eandem secundam regulam, & Peregr. in tract. de Iurib. & priuil. fisci lib. 5. tit. 1. de publicat. bonor. nu. 82. vers. Duodecimo infertur. Illustrissimus Card. Tul. tom. 1. suarum conclus. in verbo. Dos. conclus. 746. num. 1. conclus. 761. num. 41. 42. & conclus. 763. num. 1. 2. 5. etiam in

4 crimine læsæ Maiestatis, vt est textus in l. Quisquis, §. vxores sanè C. ad l. Iul. Maiest. & tradunt in indiuiduo Ant. de Butr. d. cons. 61. sub d. num. 3. Plot. d. cons. 130. nu. 50. & Farinac. sub d. nu. 111. ad medium, & Hyeron. Gig. in tract. de crimin. læsæ Maiest. lib. 3. Rubr. 1. de pœn. quas filij incurrunt patre committen. crimen læsæ Maiest. q. 18. in princ. & sentit Boss. d. tit. de bonor. publicat. nu. 75. vers. Quæro an in hoc, dum vult,

5 quod supra dixit de dote vxoris nō confiscanda publicatis bonis mariti, procedere etiam, si ipsa sequeretur virum de rebellione condemnatum, & hostem Ciuitatis effectum, quod dictum sequuti sunt Clar. & Farin. supracitati, & Hyeron. Gig. d. rubr. 1. q. 19. num. 1. & seq. Pereg. d. tit. 1. num. 82. in fin. vers. amplia etiam Card. Tusc. conclus. 746. num. 2. & conclus. 763. nu. 6.

6 supra allegatis; Adeò vt statim sequuto banno viri possit ipsa vxor suas dotes à fisco consequi in bonis prædicti eius viri, vt voluerunt Io. And. in addition. ad Speculat.

Speculat.tit. de dote post diuortium restituenda. §.Formatis Instrumentis nu. 30. vers. Quid si vir est in banno. Roman.cons.187. in fin.num.26. Bost. sub d.num. 73.in fin.Clar. Farin.& Peregr. in locis præallegatis, Card.Tusc.dictis conclus.762.num.41.4 . & conclus. 763.num.1.2.5.& Hyeron.Gig.d.q.18.nu.3.& 4.vers.
7 Sed videndum est quo tempore, vbi etiam subdit num. 5.hoc procedere, etiam si bona mariti non publica-
8 rentur, ita vt ad dotis repetitionem sufficiat sola con-
9 demnatio, ex quo tale bannum, seu exilium perpetuam inducit paupertatem, quod dictum sequutus est Farin.sub d.nu.111 ante fin.& tradit etiam Card.Tusc.
10 d.conclus.763. num.2 Quæsitum fuit, an idem sit in
11 quarta, seu dote, quæ debita est vxori pauperi sine dote, vel cum modica viro diuiti nuptæ, iuxta dispositionem Authent.præterea, C.vnde vir, & vxor, an scilicet confiscatis bonis mariti, confiscata non intelligatur dicta dos, quæ vxori debetur vigore dictę Authen. in bonis viri, sed eam possit vxor à fisco consequi su-
12 per bonis dictis eius viri banniti; In qua difficultate videtur dicendum, quod nec ista quarta pars, siue dos confiscata intelligatur, sed vxor eam consequi possit, non secus ac dotem ab ipsa, viro bannito, datam, ita probat text. in authen.bona damnatorum, vbi etiam gloss. & Doctor, C. de bon. proscript. & in §.fin. vbi etiam Angel.in Authen.vt nulli Iudic.& tradūt Sozz. cons.121, num.1. & multis seq.lib.4. dicens esse communem, Plot.d.cons.130. num.41.& seq. Corad. d.tit. de public.bonor, sub num.11. in fin. Farin.q.25. num. 123.vers.amplia quarto etiam in dote, Peregr. d.tit.1. de public.bonor.nu.81. vers.11, infertur, etiam si con-
13 fiscatio bonorum mariti fiat propter crimen lęsę Ma-
14 iestatis, quia succedit dicta quarta loco dotis ipsius
15 vxoris indotatæ, vel modicam dotem habentis, & sicuti ex omni confiscatione bonorum mariti cōdemnati de quocunque crimine, etiam læsæ Maiestatis, deducitur dos vxoris, quæ non confiscatur, sed remanet propria vxoris, vt antea probauimus, ita etiam ex
16 bonis mariti confiscatis ob quodlibet delictum, etiam læsæ Maiestatis, extrahenda est dicta quarta pars, debita vxori indotatę, vel modicam dotem habenti,
17 cum subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur. l.si eum, §. qui iniuriarum. ff. si quis Cautionibus, & §.fuerat. Instit.de action. & quia cum ma-
18 ritus non possit, etiam testando, priuare vxorem dicta quarta parte bonorum suorum, secundum communem opinionem Doctorum in d.authentic.præte-
19 rea, & præsertim Baldi, Fulgos.Castrens.& Romani, ita nec delinquendo, etiam in crimine læsæ Maiestatis, potest eandem vxorem dicta quarta parte priuare, per quas rationes, ita in indiuiduo determināt Sozzin. d.cons.121, nu.6.7.11.16. & seq.lib.4. Plot.d.cons.130. num.47.vers. minimè etiam obstat, & Farinac.d.q.25. num.126. ac Peregr. d.tit. de public. bonor. num.46.
20 vers.rursus quæritur: quæ conclusio procederet etiam quod confiscatio fieret vigore alicuius particularis statuti, vel constitutionis publicantis generaliter omnia bona delinquentis reseruata legitima filijs tantum, quia adhuc hæc quarta deberetur vxori, nec reiecta
21 censeretur a statuto, ex quo ius alicui competens specialiter, prout hoc competit vxori in bonis mariti, nunquam sublatum videtur per verba generalia cuiusuis legis, vel constitutionis, quæ ideo, quantumuis ge-
22 neralis non comprehendit casus speciales, nisi de eis expressè loquatur, vt in terminis nostris arguendo dicit Plot. d. cons. 130. num.42. vers.nec obstat, si diceretur, & maximè vt idem Plotus subdit num. 43. & seq. quia dicta quarta deberetur vxori superstiti inse-
23 rationis gratia; vt possit se sustentare, & ne ob inopiam mendicare cogatur in dedecus, & obrobrium sui, & benè transacti matrimonij; hæc enim fuit ratio
24 finalis, quæ impulit Iustinianum ad prouidendum inopi coniugi de dicta portione; prout in d. authent. tradunt Bald. num.7. Castrens. num.5. Alex. num. 4. Dec.num.3. & 5.& cons.24. Sozzin.d.cons.121.num. 32.vers.confirmatur, & tertio, Roland.cons.14.num. 27.& cons.15, nu.4.& 5.lib.3. & desumitur ex §. quoniam verò, in authen.de exhibend.reis, ibi, nihil habere valentes, sed nouissima viuentes inopia, & in §. sequenti, ibi, inops vir, aut mulier inueniatur, & rursus ibi, ille verò, vel illa superstes pauper existat; vnde
25 ex statuto particulari, quantumuis generali, sublata non intelligitur, per regulam; quod beneficium alicui
26 competens miserationis gratia non censetur abrogatum per generalem reuocationem, nisi de ipso fiat specifica mentio, secundum Alex.cons.122.num.15.& 16. lib.4. & Dec. consil. 165. col.fin. num. 5. etiam cum
27 clausula, Non obstante, vt ibi dicit Plot. num.44. & iterum sub nu.85. ad fin. vers.maximè quia, post Dec. vbi supra, & cons. 118 in toto, Ruin.cons.126.num.7. & seq.lib.1. & cons.228. col. penult. & finali eodem lib.1. Addit idem Plot.nu.45. quod statutum, seu con-
28 stitutio confiscans bona, intelligitur semper secundum
29 Ius Commune; Et propterea interpretatur; vt salua sit vxori dicta quarta pars, cum nihil in contrarium di-
30 cat specialiter, nec verba generalia sufficiant; secundum Sozzin. ita in his terminis dicentem d.cons.121, num.8. & seq.vers.2.principaliter instatur, & cum hac opinione Ploti transit eisdem rationibus Farin.d.q.25. num.124. & 125.quibus addi potest alia elegans ratio adducta per Sozzin. d.cons. 121. nu.28. & 29.vers.
31 quinimo, quod scilicet ex quo dicta quarta pars conceditur vxori inopi in locum deficientis dotis, vt supra probatum est, sicut causa dotis dicitur pia. l. cum si §.
32 mulier. ff. de condit. indebit. ita causa istius quartæ,
33 pia dicitur, & maximè quia conceditur vxori pauperi propter alimenta, quo respectu etiam dicitur indubitanter causa pia, vt notat gloss. in l.si cui. ff. de aur. & argent.legat. & est text.in §. interdicimus, in authen.
34 de Ecclesiast.tit.quæ quidem causa pia non comprehenditur a statutis, aut legibus generalibus, vt voluit gloss.ibi ab omnibus approbata in cap.2.extra de rebus Eccles.non alienan.

Dicit tamen Peregr. d.tit.1.de publicat. bon.num. 81. vers. Vndecimo infertur, in fin, quod dicta quarta
35 reseruata coniugi inopi aduersus heredes defuncti mariti, aduersus quoque fiscum detrahenda est, secundum dictam Authen.bona damnatorum, & tradita per Sozzin.d.cons.121. nisi fori consuetudo obstaret; nec vlterius in hoc procedit, sed antea idem Peregr. num.46.vers.rursus quæritur, facta mentione de casu dictæ Authen.bona damnatorum, & de d.cons.Socin. 121. ait, quod in practica crederet, quod fisci causa
36 præualeret, quia statutum contradicit Authen. bona damnatorum, & ea sublata nulla est lex, quæ in casu
37 condemnationis reseruet hanc quartam vxori inopi, prout adsunt iura vetera, quæ reseruant filijs; Et verè
38 nunquam Ego vidi contra fiscum istam quartam peti per vxores, eorū viris cum publicatione bonorū bannitis, vel condemnatis, vnde vel ex consuetudine particulari

ticulari Prouinciarum, vel ex consideratione proposita per Peregr. non facilè mulier contra fiscum obtine-
39 ret, licet in puncto Iuris durum esset velle recedere ab opinione illi fauente, & tot rationibus, & tantorum Patruum auctoritate roborata.

EPITOME.

Quod confiscatis bonis debitoris ex delicto, eoque postea ex gratia restituto, etiam ad bona, si ante restitutionem emanarunt ex parte fisci edicta, seu proclamata consueta, quod creditores, & Ius prætendentes in bonis dicti condemnati publicatis, intra certum tempus comparerent, & eorum credita, & Iura proponerent, & docerent, quo elapso, & de credito, vel Iure non ostenso, amplius ad aliquid petendum non admitterentur, nec vlterius audirentur, & aliqui ex creditoribus non comparuerunt in dicto termino bannimentorum, nec aliquid dixerunt, sed tacuerunt, & eorum Iura, & credita proponere neglexerunt, non possunt ijdem creditores agere contra dictum eorum debitorem restitutum, vt dicta credita ipsis soluat, sed imò repelluntur, & debitor liberatus dicitur.

SVMMARIA.

1 *Lata sententia condemnatoria delinquentis cum publicatione bonorum, fiunt vbique edicta, seu proclamata, quibus assinatur certum tempus creditoribus, & alijs ius aliquod contra condemnatum & eius bona prætendentibus, ad comparendum coram Iudicibus inter fiscum, & priuatum competentibus, & eorum credita, & iura docendum, & demonstrandum.*

2 *Elapso prædicto tempore, & non ostensis dictis creditis, aut iuribus, nullus amplius auditur, & viam vlterius petendi præcluditur, ibid. num. 18.*

3 *Si condemnatus cum publicatione bonorum ex Principis gratia sit ad bona restitutus, an creditores eius, qui non comparuerunt, intra terminum ab edictis assignatum, possint contra talem restitutum agere, & ab eo sua credita consequi, an verò secus, ita vt debitor ille liberatus censeatur, ex quo in termino non comparuit.*

Et tandem post multa hinc inde deducta ad fauorem restituti concluditur contra creditores, ibid. num. 27. et 23.

4 *Actione per non contradictionem credis extincta, fiscus amplius non tenetur, nec per consequens debitor, cui bona iam liberata restituuntur.*

5 *Damnatus restitutus quoad recuperationem amissorum, quæ prorsus extincta sunt, non rectè agit.*

6 *Postliminium æquiparatur restitutioni, et è contra restitutio postliminio.*

7 *Postliminium non potest reintegrare, quod prorsus extinctum est, ibid. num 22.*

8 *Vsucapio fundata est in possessione.*

9 *Vsucapio funditus per capturam amittitur, et ideò postliminio non recuperatur.*

10 *Postliminium potentius operatur circa præterita, quam restitutio in integrum.*

11 *Restitutio tàm restituit ad commoda, quàm ad incommoda.*

12 *Bannitus facta restitutione bonorum acceptorum per fiscum prioribus creditoribus tenetur.*

13 *Ex dispositione cridarum non tollitur ius competens creditoribus condemnati cum publicatione bonorum.*

14 *Statutaria præscriptio cū mala fide procedere non potest. Item nec tollere naturalem obligationem.*

15 *Obligatio naturalis non potest extingui per aliquam condemnationem factam de debitore.*

16 *Et propterea actio ex ea descendens durat post condemnationem, et debitore restituto, potest aduersus eum intentari.*

18 *Qui non comparet in termino proclamationum, ab omni iure quod sibi competit in bonis damnati, excluditur, ibid. ee supra num. 2.*

19 *Vnde condemnato restituto non potest creditor recuperare actiones medio tempore extinctas.*

20 *Actiones semel extinctæ amplius non reuiuiscunt.*

21 *Ius postliminij, nec alia fictio translatiua operatur, vbi extremum aliquod est inhabile.*

22 *Postliminium, et aliæ fictiones translatiuæ id duntaxat restituit, quod est in rerum natura non autem iam extinctum, ibid. supra num. 7.*

24 *Creditore, qui non possunt fiscum conuenire post factam cridam, vbi bannitus primus debitor non esset restitutus, non possunt postea ipsum debitore restitutum conuenire.*

25 *Amissio actionis, siuè præclusio via ad illam, quæ contingit durante banno debitoris, eò quia actio non fuit deducta intra terminum proclamatum, et cridarum, non procedit ex causa banni, sed ex culpa, et negligentia creditoris.*

26 *Bannum debitoris creditori præiudicare non potest, sed benè sua negligentia, et culpa in non deducendo suas actiones, et iura intra tempora cridarum nocere possunt, et nocent.*

27 *Restitutio in integrum per viam iustitiæ actiones regulariter hinc inde in pristinum statum reducit.*

28 *Fallit vbi aduersarius restituti illas amisit ex alia causa, quam eius, aduersus quam restitutio concessa est, tunc illas non recuperat aduersus restitutum.*

29 *Restitutio omnia in pristinum statum pro, et contra reponit.*

30 *Naturalis obligatio, et si per condemnationem facta de debitore non extinguitur, tamen eliditur, et inefficax redditur.*

31 *Bannitus ad bona restitutus non recuperat ea, quæ non ex causa banni, sed ex sua propria culpa, et negligentia amisit.*

32 *Is, qui ex aliquo iure sibi competenti venditionem impedire potest, et bona vendenda acquirere, si bannis, seu cridis, aut proclamatibus super dictis bonis factis in termino in eis assignato non cōtradixerit, sed ad venditionem deueniri permisit, tacendo sibi præiudicauit.*

CASVS CC. XXXIII.

1 Lata sententia condemnatoria delinquentis cum publicatione bonorum, solent fieri vbique dicta, seu proclamata, quibus assignatur certum tempus creditoribus, & alijs ius aliquod contra condemnatum, & eius bona prætendentibus ad comparendum coram Iudicibus inter fiscum, & priuatum competentibus, & eorum credita, & Iura docendum, & demon-
2 strandum, quo elapso, & non ostensis dictis creditis, aut Iuribus, nullus amplius auditur, & via vlterius petendi præcluditur: Vnde quæsitum in facti contingen-
3 tia fuit, an si aliqui veri, & legitimi creditores condēnati in termino edictorum non comparuerūt, nec eorum Iura deduxerunt, sed tacuerunt, & nihil dixerunt, & postea iam elapso præfato termino condemnatus ex Principis gratia fuit etiam ad bona restitutus, dicti creditores possint agere contra dictum eorum debitorem restitutum, & ab eo credita sua consequi, an verò secus, & debitor ille liberatus censetur; Ægid. Boss. in pract.

in pract.crim. tit.de Proclamat. quod fit bonis publi-
cat.num.15.& seq.vers.sed hic occurrit dubitatio,mo-
uet hanc quaestionem,& primo dicit videri, quod ta-
lis debitor non amplius teneatur dictis ereditoribus
4 quia ex quo actio extincta fuit per non contradictio-
nem Cridis,amplius non tenebatur fiscus, nec per cō-
sequens debitor, cui bona iam liberata restituuntur:
secundū Ang.in l.si debitor n.3. C.de sent.pass.& pro
confirmatione adducit notat, Bald.in l.1. C.Qui non
poss.ad libert.peruen.in princ.num.2.vers.pone dam-
nato ad perpetua vincula, ibi in dānato restituto quo-
5 ad recuperationem amissorum considerat an essent
funditus amissa, vel non, per regulam, l. qui res §.
Aream. ff. de solutionibus, & addit, quod postliminiū
6 quod aequiparatur restitutioni,& è contra, per legem
si quis filio.§. Quatenus, ff.de iniust.rupt.& irrit.fact.
testam, non potest reintegrare, quod prorsus extinctū
7 fuit, puta vsucapionem fundatam in possessione, quae
8 amissa fuit funditus per Capturam, l. is qui pro emp-
9 tore.ff. de vsucapionibus, & l.in bello, §. facta. ff. de
capt.& postliminio reuers. quod fundamentum subdit
10 facere ad hoc propositum à fortiori, quia postlimi-
nium potentius operatur circa praeterita, quam resti-
tutio in integrum, vt per Imol, & alios in d.§. Quate-
nus; Postea arguit in contrarium,& in hoc se firmat,
11 quia restitutio hoc modo restitueret ad commoda, &
non ad incommoda contra eius naturam, l. 1,C,de re-
putat. quae fiunt in iudic.in integrum restitutionis, &
facit Lex fin.C.de condict.infertis, & regula legis, se-
cundum naturam, ff.de regul.iur,& est text.express.in
d.l.si debitor, C. de sentent, pass. vbi facta restitutione
12 bonorum acceptorum per fiscum, bannitus tenetur
prioribus ereditoribus; nec obstare inquit, quod ex di-
13 spositione Cridarum actio sit extincta,quia hoc nega-
tur, quoniam ex praescriptione illa non fuit sublatum
14 ius compentens ereditoribus, nec statuaria ipsa prae-
scriptio, cum mala fide procedere potest, & tollere
etiam naturalem obligationem, per ea, quae latè tra-
dit Felyn.in c.fin.de praescript.sub num.7, vers.Sed te-
ne oppositum, & infra. Additur, quod cum obliga-
15 tio naturalis non potuerit extingui per aliquam con-
demnationem factam de debitore, l. Iulianus verum
debitorem, ff. de condit. indeb. nec per dictam prae-
16 scriptionem, vt supra probatum est, consequens est
actionem quoque pristinam ex ea descendentem du-
rare,& proinde per restitutionem banniti in pristinum
statum fuisse repositam, secundum naturam ipsius re-
stitutionis, d.l. vnica. C. de reputat. quae fiunt in iudi-
cio in integrum restitutionis.
17 Primam tamen opinionem, quod imò talis debitor
ad bona restitutus ex gratia non possit à pristinis cre-
ditoribus conueniri, quando fiscus ante restitutionem
fecit dicta proclamata, & creditores illi non compa-
ruerunt, nec eorum Iura deduxerunt, tenuit indiuiduo
Petr. Anton. Anguf. conf. 10. num.17. & seq. vers.4.
praesupposito.lib.3. mouetur, quia non comparuit in
18 termino proclamationum ab omni iure, si quod illi
competebat in bonis condemnati exclusus fuit, vnde
restituto postea condemnato, non potuit ereditor re-
19 cuperare actiones medio tempore extinctas, quae se-
20 mel extinctae amplius non reuiuiscunt,per d.l.qui res,
21 §.Aream.ff.de solution.& quia nec ius postliminij,nec
alia fictio translatiua operatur, vbi extremum aliquod
22 est inhabile, & id duntaxat restituit, quod in rerum
natura est, non autem iam extinctum: iuxta notata in
l.si is, qui pro emptore. ff. de vsucapionib. & vt ibi per
ipsum Anguff. quasdam alias rationes adducentem.
23 Ego in hac duorum Excellentissimorum Doctorum
pugna, & opinionum contrarietate, existimo Petrū
Antonium Anguffulam rectius induere arma quam
Aegid. Boss. & propterea primam opinionem ipsius
Anguffolę veriorem esse, & tenendam, quam sequu-
tus est Sfortia Oddus, in tract. de restit. in integr. in 2.
part.q.97.artic.3. num.15.16.& 17. vbi quaestione ad
partes disputata, & dictis duorum Doctorum contra-
rijs sententijs recitatis, adhaeret opinioni Anguff. con-
tra Boss.concludens, quod creditores, qui non potuis-
24 sent conuenire fiscum post factam Cridam, seu pro-
clama, vbi iste bannitus primus debitor non fuisset re-
stitutus indubitanter, non possunt postea ipsum debi-
25 torem restitutum conuenire,quia amissio actionis,siue
praeclusio viae ad illam, quae contingit durante banno
debitoris, non processit ex causa banni, sed ex eorum
culpa, & negligentia, quae ipsis nocere potuit, licet
26 bannum praeiudicare non potuisset, & adducit in si-
mili quod dicitur in restitutione in integrum per viam
27 Iustitiae, quae licet regulariter actiones hinc inde ad
pristinum statum reducat.l.1, & 2. C.si aduersus tran-
28 sac. tamen quando Aduersarius restituti illas amisit
ex alia causa, quam eius aduersus quam restitutio con-
cessa est, illas non recuperat contra restitutum, quam-
29 uis, vt dictum est restitutio omnia in pristinum pro,&
contra reponat, iuxta dictam legem vnicam, C.de re-
putation. quae fiunt in iudicio in integrum restitutio-
nis, & respondet ad adducta in contrarium, quod licet
30 non fuerit extincta naturalis obligatio, tamen potuit
elidi, & inefficax reddi, exceptione praescriptionis se-
cutae, dum bona à fisco possidebantur, quodque non
31 inconueniens videtur, vt non recuperet, quod non ex
causa banni, sed ex sua propria culpa, & negligentia
amisit, & cum eadem opinione Anguff. & Sfor. Odd.
pertransit simpliciter Farinac. suis quaest. crim.tit. de
delict.& pęn.q.15. nu.181. vers.sublimita primo hanc
praecedentem limitationem, pro quorum opinionis
confirmatione adduco Ego Paul. de Castr. conf. 243.
super primo col.fin. vers, quantum tamen lib.1. vbi in
32 similibus terminis vult eum, qui ex aliquo Iure sibi
competenti venditionem impedire poterat, & bona
vendenda acquirere, si bannis, seu Cridis,aut procla-
matibus super dictis bonis factis in termino in eis assi-
gnato non contradixerit, sed ad venditionem deueni-
ri permiserit, tacendo, sibi praeiudicasse, ita vt dictam
venditionem postea reuocare non possit.

EPITOME.

Quod debitor, cuius bona sunt confiscata propter deli-
ctum, liberatus est ab omni aere alieno, nec à credito-
ribus molestari potest; sed fiscus, qui in debitoris lo-
cum subintrat, dictis creditoribus satisfacere tenetur,
etiam quod talis debitor postea redeat in gratiam, &
bona acquirat, nisi etiam ad bona amissa restituatur,
& quomodo tunc teneatur, & quid si in fideiussore di-
cti debitoris,an scilicet, & ipse liberetur, siue fideius-
serit ad commodum priuatorum, siue ad fauorem fi-
sci vbi fere omnia deducuntur, quae in hac re desidera-
ri posse videntur.

SVMMARIA.

1 *Debitor, cuius bona confiscata sunt propter delictū libera-
tus est ab omni aere alieno, nec à creditorib.molestari potest.*

2 Fiscus

2 Fiscus tenetur satisfacere creditoribus illius cuius bona propter delictum sunt confiscata, nam in illius locum subintrat.

Hoc tamen procedit, quatenus bona sufficiunt, & non vltra, ibid. num. 3. & infra num. 17.

Fiscus in bonis damnatorum successor dicitur, et loco hæredis habetur, ibid. num 25.

4 Debitor, cuius bona sunt confiscata, si in gratiam redeat, non tenetur ad antiqua debita, nec molestari potest à prioribus creditoribus, etiam in bonis postea quæsitis.

5 Bona post reditum in gratiam quæsita, dicuntur quæsita per nouum hominem.

6 Qui post condemnationem in gratiam redijt, nihil negocij amplius habet cum prioribus creditoribus suis.

7 Fallit vbi omnia bona vel eorum partem sub nomine quotæ recuperat, quia tunc ad onera, et debita antiqua tenetur, proportionabiliter, pro rata bonorum recuperatorũ.

8 Quod procedit etiam si creditores in termino cridarum, nihil dixissent, nec contradixissent.

9 Actio non extinguitur per non comparitionem in termino cridarum, seu bannimentorum sed adhuc viua remanet.

10 Iniquum esset, quod quis bona recuperaret, et onera eorum non sustineret.

11 Non debet quis ex suo delicto commodum sentire.

12 An sicut debitor, publicatis bonis, liberatur, ita, et eius fideiussores liberentur, respondetur cum distinctione, ibid. immediatè.

13 Fideiussores, ad commodum priuatorum ex publicatione bonorum principalis debitoris, non liberantur, sed adhuc conueniri possunt ab eius creditoribus.

14 Possunt tamen solutum a fisco, penès quem sunt bona debitoris, repetere, ibid. num. 28.

15 Fiscus tenetur indemnes conseruare fideiussores, soluentes pro eo, cuius bona publicata sunt, quemadmodum, et ipse debitor tenebatur.

16 Dummodo tamen bona sufficientia extent.

17 Fiscus non tenetur vltra vires bonorum, sed pro quanto tantummodo capit. supra num. 3.

18 Fiscus conuenitur à creditoribus damnatorum, vt possessor bonorum, et ideò pro eorum mensura teneri debet.

19 Quod procedit etiam si nullum fuerit confectũ inuentariũ.

20 Fideiussores, ad fauorem fisci adhibiti ex publicatione bonorum debitoris, liberantur, et quare ibid. num. 23.

Hoc tamen non procedit sine contradictione, ibidem num. sequent. 21.

Verissima tamen est conclusio, et procedit etiam bonis non soluendo existentibus, ibid. num. 27.

Et cum hac transit D. Author. ibid. num. 34.

Quando creditor in bonis debitoris succedit, actio confunditur, et ipse, et eius fideiussores liberantur, ibid. num. 25. 25. et 32.

22 Fiscus suo debitori succedit tantummodo pro quanto capit ex confiscatione, et ideò eius debitum non perimitur, nisi pro quãto ipse effectualiter in dictis bonis cõsequitur.

23 Peregrinus inaduertentia notatur, ibid. num 26.

24 Fiscus, in quem transit omnis obligatio passiua, sicuti tenetur defendere eos, quorum bona sunt publicata contra quoslibet creditores extraneos, illis soluendo, ita, et contra se ipsum sibi ipsi satisfaciendo, ibid. num. 28.

29 Si fiscus bona acceptat, actio quam habet aduersus ea extincta remanet.

30 Fiscus potest bona sibi delata non acceptare, si vult suas actiones saluas esse, et pro reo non teneri.

31 Fideiussor accusati, vel inquisiti de se præsentando ad mandatum Potestatis, et de soluendo omnem condemnationem, liberatur, si reus condemnetur, et bona eius publicentur, et ita fuit in facti contingentia decisum.

32 Fideiussores liberantur, quando creditor debitori succedit, ibid. supra num. 20.

33 Quod fideiussores non liberentur, nisi pro quãto capit fiscus de bonis principalis debitoris, non transit sine difficultate.

34 Fideiussor erga fiscum potest solutum à fisco repetere, si reus postea condemnetur, et bona eius publicentur.

35 Item omne damnum, et interesse, quod ob hanc causam passus est.

36 Quod procedit etiam, quod fuisset præstita fideiussio, pendente causa, ob quam talis condemnatio sequuta est.

37 Item procedit etiam, quod publicatio bonorum ipso iure veniret imponenda, et sic ex die commissi delicti, et ante præstitam fideiussionem.

CASVS CC. XXXIV.

1 DEbitor, cuius bona sunt confiscata propter delictum, liberatus est ab omni ęre alieno, nec à creditoribus molestari potest, l. si debitor. C. de sent. pass. & ibi gloss. & Scribentes, l. 1. C. de fideiussor. & ibi etiam Doct. Gram. decis. 85. in fin. num. 5. & 6. Farin. in suis quæstion. crim. tit. de delict. & pœn. quæst. 25. numer. 177. versic. amplia quinto, Boss. in pract. crimin. tit. de plocam. quod fit bonis publicatis sub num. 14. ante fin. vers. aduerte tamen, quia fiscus, Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 1. de publicat. bonor. num. 55. versic. & adeò debitor liberatur, sed fiscus, qui loco hære-
2 dis habetur, & successor est, in illius locum subintrat, & creditoribus satis facere tenetur, l. si marito in princ. ff. solut. matrim. l. 2. C. ad l. Iuliam de vi publ. & priuat. Plot. inter cons. crimin. diuers. tomo 1. cons. 130. num. 83. in vltimo loco impressis in magna forma. Castr. cons. 209. col. penult. lib. 2. Boss. vbi supra, & antea titul. de bonor. publicat. num. 11. & sequent. vers. an fiscus, Peregr. dict. tit. 1. num. 53. vers. secundus effectus est, & nu. 54. post medium. vers. sic etiam, & est communis opinio. Crauet. cons. 263. nu. 7. vers. sed præmissis, sequitur Clar. in pract. crim. quæst. 78. num. 29. vers. sed an teneatur fiscus, Franc. Beci. cons. 57. num. 5. vers. & in fiscum, Corn. cons. 190. num. 4.
3 vers. insuper fiscus lib. 1. & Farinac. vbi supra, quatenus tamen bona sufficiunt, & non vltra, vt subdit
4 Corn. & infra dicetur. Intantum quod si postea debitor ipse redeat in gratiam, non teneatur ad antiqua debita, nec molestari possit à prioribus creditoribus, etiã in bonis postea quæsitis, quæ dicuntur quæsita per
5 nouum hominem, qui nihil negotij amplius habet
6 cum prioribus creditoribus suis, l. tutor filiorum, & ibi Scribentes, C. de sent. pass. Alex. in d. l. si marito num. 4. versic. quærit Bald. ff. solut. matrim. Boss. dict. tit. de proclamat. quod fit bonis publicatis in d. vers. aduerte tamen quia fiscus, Peregr. loco citato sub nu. 55. post d. vers. & adeo debito libratur, & Farin. d. quæst. 25. num. 179. vers. amplia rursus, & alij per eum citati;
7 nisi etiam recuperaret bona omnia amissa, vel eorum partem, sub nomine quotæ, quia tunc ad onera, & debita antiqua tenetur proportionabiliter pro rata bonorum recuperatorum, vt in d. l. si debitor, & in d. l. Tutor filiorum, C. de sent. pass. Alex. vbi supra. Nell. de bannit. in 1. part. 3. tempor. q. 21. Farin. d. q. 25. num. 180. vers. limita eandem quintam ampliationem, & Boss. d. tit. de proclamat. quod fit bonis publicatis sub d. num. 14. d. vers. aduerte tamen, quia fiscus, vbi
8 etiam num. 15. & 16. vult, hoc procedere etiam, quod

credito-

creditores in termino eridarum, seu bannimentorum
publicari solitorum, vt prætendentes ius, vel interesse
compareant, aliàs non audiatur, & nullum Ius, vel in-
teresse habere censeantur, nihil dixissent, nec contradi-
8 xissent, adhuc enim tenetur dictis prioribus creditori-
9 bus satisfacere; quia actio non erat extincta, sed viua
10 penes fiscus, & iniquum esset, quod bona recuperaret,
11 & onera non sustineret, quia hoc modo ex delicto cõ-
modum sentiret, vt ibi per eum, de quo tamen dicen-
dum est, vt notaui supra, casu 533.
12 Sed difficultas est, an sicut debitor publicatis bonis
liberatur, ita, & eius fideiussores liberentur, in quo di-
cendum est, quod aut sunt fideiussores ad commodum
priuatorum, aut ad fauorem fisci; primo casu Clarum
13 est, quod non liberantur, imo à priuatis creditoribus
conueniri possunt dicti fideiussores, qui soluere iuxta
conuenta tenetur, bonorum principalis debitoris pu-
blicatione non obstante l. si verò, in princ. ff. qui satisd.
cogant. l. capitis rei, ff. de fideiussor. l. 1. C. de fideiussor.
gloss. in l. in fraudem, §. si principalis in verbo fideius-
sores ff. de iure fisci. Bald. in l. tam mandatori num. 2.
& seq. vsque ad num. 7. C. de non num. pecun. Pere-
gr. d. titul. 1. sub num. 55. ad fin. vers. illud autem con-
stat. Bart. in d. l. si verò in princ. sub num. 1. vers. item
quia ponitur, & expressius in fine. vers. si verò bona es-
sent publicata, Plot. cons. 130. num. 83. inter cons. cri-
min. diuers. tomo 1. in impressis in folio, & ita debet
intelligi, Farinc. d. q. 25. num. 178. qui incidenter in
hoc loquitur, & non ex professo; possunt tamen solu-
14 tum a fisco, penes quem sunt bona debitoris repetere,
qui tenetur eos indemnes conseruare, quemadmo-
15 dum debitor ipse tenebatur, Franc. Beci. in terminis
16 fortioribus d. cons. 57. per totum, dummodo tamen
17 bona sufficientia extent, quia non tenetur fiscus vltra
vires bonorum, sed pro quanto tantummodo capit,
18 cum enim, vt bonorum possessor conueniatur, pro ip-
sorum bonorum mensura debet teneri, & non vltra.
Corn. d. cons. 190. sub num. 4. vers. & dato. lib. 1. Farin.
d. q. 25. num. 183. vers. sublimita primo principalem
decimam tertiam limitationem, Boss. d. tit. de bonor.
public. num. 23. Pereg. d. tit. 1. num. 64. vers. 4. hæres
19 tenetur, & est communis opinio, etiam si nullum con-
fectum fuerit inuentarium, Clar. d. q. 78. num. 30. vers.
vnum scias, & latius Farin. d. q. 25. num. 183. in fin. &
num. quotib.
20 Secundo casu liberantur, ex quo enim fiscus credi-
tor succedit reo debitori, confunditur actio, & nedum
debitor ipse, sed & fideiussores liberantur, ita videtur
text. in d. l. in fraudem, d. §. si principalis, & ibi etiam
notat. glos. in verbo si principalis, & in d. verbo fideius-
sores ff. de iure fisc. glos. in d. l. 1. in gl. final. in fin. C. de
fideiussor. Bart. in d. l. capitis rei num. 2. & ibidem Ca-
[illegible] b num. 2. vers. item pro eis faciebat. Marsil. in ru-
[illegible] ff. de fideiussor. q. 48. num. 407. & 408. Franc. Her-
[illegible] tract. de caut. de non offenden. cap. 23. num. 13.
[illegible] 2. non obstat: & ita etiam tenuit Cuman. con-
[illegible] inculpatus in vltimo dubio num. 2. & est veris-
21 [illegible] pinio, licet eam non audeat absolutè firmare
Peregr. d. tit. 1. sub. num. 55. vers. ideò cauendum est, &
num. seq. sed tantummodo pro quanto capit fiscus ex
22 confiscatione, succedit suo debitori, debitum non pe-
[illegible] ur, nisi pro quanto ipse effectualiter in dictis bo-
nis consequitur, vt voluerunt Bart. in d. §. si principa-
lis, quem sequi videntur Castr. cons. 209. circa primum
notandum est, in primo dubio, vers. sed idem Bart. l. 2.

& Cuman. d. cons. 32. sub d. num. 2. in princ. & circa
medium, prout, eos adducit Peregr. vbi supra; qui ta-
23 men non aduertit, quod Castr. expressè tenet contra-
rium, & sequitur Bart. in d. l. capitis, quod imò fide-
24 iussores sint liberati indistinctè, quia fiscus, in quem
transit omnis obligatio passiua, sicut tenetur eos de-
fendere contra alios creditores extraneos illi soluen-
25 do, ita & contra se ipsum, & sibi ipsi soluere debet,
cum sit loco hæredis. propter quod etiam confusa est
26 actio, quæ sibi competebat, prout etiam non aduertit
quod Cuman. vbi supra circa finem, vers. im amplius
non tenet opinionem illam Bart. in d. §. si principalis,
sed gloss. ibi, & eiusdem glos. & Nicol. de Mattar. in d.
l. 1. C. de fideiussor, & eiusdem Nicol. & Bart. in d. l. si
27 verò, ff. qui satisda. cognat. quod etiam bonis non sol-
uendo existentibus, fideiussores liberentur, & a fisco
molestari non possint, & pro hoc antea bonas adduxi
28 rationes quia scilicet fiscus, in quem transeunt obliga-
tiones passiuè, teneretur restituere, si soluerent, & hi
ab eo solutum repetere possent, quia illis actio nõ pos-
set cedi, quibus alias addidit Marsil. supra citat. & ita
verè dixit Bart. in d. l. si verò in fin. principij vers. si ve-
rò bona essent publicata, ea ratione, quia si fiscus bo-
29 na acceptat, extincta est actio, eo quod creditor debi-
tori succedit, potest enim fiscus ea non acceptare, si
30 vult suas actiones saluas esse, & pro reo non teneri, vt
ibi dicit Bart. & Castr. in d. l. si debitori ante fin. & Pe-
regr. d. tit. 1. numero 58. vers. limita quæ supra dicta
sunt; ita etiam simpliciter tenet Beci. d. cons. 57. sub nu.
5. post medium ibi, & pro hoc videtur decisio, vbi re-
fert Castr. in l. si debitori. 48. ff. de fideiuss. num. 5. di-
centem, Dyn. & Albert. Papiens. determinasse, quod fi-
31 deiussores cuiusdam accusati, vel inquisiti de se præ-
sentando ad mandatum Potestatis, & de soluendo om-
nem condemnationem, si postea reus fuit condemna-
tus, & bona eius confiscata, sunt liberati, sicut quan-
32 do creditor succedit debitori; nõ tamẽ alia dicit in nec
hoc meminit de prædictis authoritatibus in pũcto per
me citatis; meritò itaq; Peregr. vbi supra dicit, quod
33 non transit sine difficultate opinio illa, quod non li-
beretur fideiussores, nisi pro quanto capit fiscus de bo-
nis debitoris principalis, cum extet in contrarium gl.
in d. §. si principalis, Bart. & Castr. in d. l. capitis, quod
maiore cum audacia dixisset, si alios, idem tenentes, &
supra memoratos vidisset, cum quibus transeundum
censeo.
34 Quinimo, si fideiussor erga fiscum pro debitore ipsi
fisco debitum soluisset, & postea dictus reus condem-
naretur, & bona eius publicarentur, posset solutum à
35 fisco repetere, vna cum damnis, & interesse ea de cau-
36 sa passis, etiam quod pendente causa ob quam talis
condemnatio est sequuta, fuisset præstita fideiussio,
37 puta de repræsentando, & etiam quod publicatio
bonorum ipso iure veniret imponenda, & sic
ex die delicti commissi, & ante dictam
præstitam fideiussionem, vt ele-
ganter consuluit Francis.
Beci. dict. cons. 57. in
toto, quem se-
quitur
Peregr. in dict. tract. lib. 6. tit. de
pignor. & hipothet. sub num.
12. vers. ideò fideiussor,
quod est no-
tandum.

EPITOME.

Explicatur materia obloquentium de Principibus, & Dominis suis, & illis maledicentium & carmina, cantilenas, epistolas, vel famosos libellos, contra eos componentium, & in scriptis redigentium, & publicantium, ac alia, in eorumdem D. minorum iniuriam, & dedecus tendentia, facientium; Declaraturque quænam hæc delicta sint, an sapiant crimen læsæ Maiestatis, & quomodo puniantur de Iure.

SVMMARIA.

1 *Constitutio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixe. commendatur, ibid. num. 5. remissiuè.*

2 *Obloquentes de Principe à Iudice non puniuntur, & quare.*

3 *Qui de Principe obloquitur ex leuitate contemnendus est, qui ex insania miseratione dignissimus, qui ex iniuria, ad ipsum Principem remittendus est.*

4 *D. Hæc ex personis loquentium pensanda sunt, & dijudicanda, ibid. num. 6.*

7 *Lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum non est.*

8 *Temerarij, & si pœna digni sint, vt insanis tamen illis parcendum est.*

9 *Fallit vbi delictum, vel ex scriptura legis descenderet, vel ad exemplum legis vindicandum esset.*

10 *Nisi maledicorum voces coercerentur, Principis Maiestas contemneretur, nimisque frequenter læderetur, multaque alia inconuenientia sequerentur.*

11 *Nimia subditorum audacitas, & petulantia, pœnis reprimenda est.*

12 *Quod iniuriosè, & ex animo in proprios Principes modestia, ac reuerentia postpositis, profertur, impunitum dimitti non debet.*

13 *An qui verbo iniuriosa, & in dedecus, ac obbrorium sui Principis profert, incid. in crimen læsæ Maiestatis.*

Et concluditur, quod non sicuti quando iniuri. verbo facta est, ibid. num. 15. 18. & 20

Vnde sic Principi suo maledicens, pœna criminis læs. Maiestatis non est puniendus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iuxta personarum, & verborum qualitatem, ibid. n. 21.

Hoc tamen fallit, vbi iniuria hæc verbalis esset grauis, & atrox, multum lædens existimationem & famam Principis, nam tunc saperet crimen læsæ Maiestatis, & eius pœnam exigeret, ibid. num. 22.

14 *An is, qui versus, & cantilenas, ac epistolas famosas in iniuriam, & infamiam sui Principis componit, & in scriptis redigit, & diuulgat, incidat in crimen læsæ Maiestatis & concluditur, quod sic, ibid. num. 25.*

Et ampliatur procedere, etiam in eo, qui sine scriptura famosum libellum, vel carmen confecit, ibid. num. 26. cum pluribus seq.

Item ampliatur habere locum in ijs, qui huiusmodi cantilenas vel scripturas quomodolibet manifestant, vel in ijs aliquo modo se immiscent, ibid num. 29.

Quarè huiusmodi personæ, saltem pœnam capitis non euitarent, ibid. num. 38.

Nam alias in facti contingentia fuit in simili casu imposita pœna capitis, et confiscationis omnium bonorum, sicque fieri potuisse tenet D. Author. qui amplius asserit, se solum in hac opinione non fuisse, ibidem num seq. 39.

Hac tamen pœna ex Principis clementia, nec in persona, nec in bonis fuit exequuta, sed alia mitior imposita, ibidem num seq 40.

Prædicta tamen declarari possunt procedere, quando res est clara, et aperta, nam vbi delictum non probaretur, vel verba in omnem euentum essent dubia, et ambigua et varium paterentur intellectum tunc imputati potius excusandi essent, quam puniendi, per ea, quæ habentur infra, a num 41. vsque in finem resolut.

16 *Delictum maledicentiæ contra Principem, et delictum læsæ Maiestatis possunt, tanquam crimina separata, et diuersa, sub separatis, et diuersis titulis indicari.*

17 *separatione tractatuum, arguitur diuersitas materiei.*

18 *Verba iniuriosa contra Principem proferre, non est crimen læsæ Maiestatis, ibid. num. 15. et num. 20.*

19 *Et ita in facti contingentia consuluerunt celeberrimi viri pro Domino Paride de Cesarijs Mantuano Prætore Asulæ, qui malo animo in publicum dixerat Mantuæ Ducem malè, et iniustè fecisse, iubendo quosdam incarceratos Asulæ, Mantuam adduci in præiudicium priuilegiorum Asulanis concessorum.*

20 *Obloquens de Principe, et domino suo verba simpliciter proferens in eius iniuriam, non incidit in crimen læsæ Maiestatis, ibid. supra num. 15. et 18.*

23 *Detrahens honori, famæ, et extimationi Domini sui tenetur, vti proditor crimine læsæ Maiestatis, et supra, numero 22.*

24 *Clarius in §. læsæ Maiestatis sub num. 1. in fine declaratur,*

27 *Textus in l. famosi ff. ad l. Iul. Maiest. iuncta gl. in verbo parcendum, notabilis est, contra præponentes famosum carmen, contra Artianos, tam in scriptis, quam sine scriptis.*

28 *Nulla videtur differentia, an componatur libellus famosus in scriptis, an verò sine scriptis quoad pœnæ impositionem.*

29 *Scribens, dictans manifestans, aut alterum eorum fieri faciens, libellum famosum ad alterius ignominiam, aut ipsum emens, vel vendens, capitaliter punitur, ibidem numero 32.*

30 *Qui cantilenas componunt in infamiam alicuis, aut etiam scripturas ponunt in loco publico, puta in vna columna, in platea, ad infamiam forsitan Magistratuum, vel super altare palatij Priorum, ponunt scripturas infamatorias, capitaliter puniuntur.*

31 *Hoc vltimum vidit, D. Author de facto.*

32 *Faciens famosum libellum contra priuatos, capite punitur, ibid. num. 29.*

33 *Faciens cantilenas famosas contra aliquem in publico in scriptis, siue verum dicat, siue falsum, capite plectendus est.*

34 *Masus de Placambijs de Bononia, qui pridem super altare Palatij Bononiæ clandestinè posuit quandam schedulam diffamatoriam regiminis Bononiensis, et si capitari debuisset, tamen fuit pœna pecuniaria mulctatus in summa scutorum 2000.*

34 *Qui Principem suum offendunt, grauius puniendi sunt, quam qui priuatum quendam offendunt, ex atrociori iniuria, respectu personæ offensæ.*

36 *Pœna capitalis, contra authores libellorum famosorum in practica non seruatur, sed alia pœna Iudicis arbitrio in eos statuitur.*

37 *Ampliatur hoc procedere, etiam si in iniuriam Magistratum, huiusmodi libelli facti essent, vt etiam ex eo apparet, quod supra de Maso de Placambijs, dictum est, numero 34.*

42 *Vbi delictum non probetur, imputatus dignus excusatione censetur.*

43 *Verba libelli famosi, in iniuriam, et dedecus Principis confecti, vbi sunt dubia, et ambigua, variumque patiuntur*

tiuntur intellectum, in partem benigniorem, & ad deli-ctis exclusionem, sunt interpretanda.

44 *In libellis famosis ea semper capienda est interpretatio, quæ domini offensionem excludit, & dicenti fauorabilis extitit.*

45 *Absoluendus visus fuit olim in facti contingentia, qui contra Dominũ suum dixerat, eum esse dominum bestiarũ.*

CASVS CC. XXXV.

Vlgaris est, & Christiano Principe digna Diuorum Theodosij, Arcadij, & Honorij constitutio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixer.
2 quod qui de Imperatore obloquitur, a Iudice non puniatur, quoniam si ex leuitate id processerit, contem-
3 nendum est, si ex insania, miseratione dignissimum; si ab iniuria remittendum ad ipsum Imperatorem, qui propterea mandat, se certiorem de omnibus fieri, vt
4 ex personis hominum dicta penset, & vtrum pretermittit, an exquiri debeant, censeat: quod dictum
5 pulcre commemorat Natt. cons. 591. sub numer. 23. post vers. postremò si viderem, & sub num. 25. vers. vlterius cum hic agatur, & cons. 597. num. 25. vers. postquam autem, & latius Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 377. num. 1. & seq. Boss. in pract. crim in. tit. de iniurijs num. 34. Hieron. Gig. in tract. de crimin. læsæ Maiest. tit. 1. q. 40. num. 1. cum plurib. seq. Petr. à Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 4. in princ. & est similis text. in l. famosi. vers. hoc ta-
6 men ff. ad leg. Iul. Maiestat. ibi, nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit, &
7 an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit; nec lubri-
8 cum linguæ ad pœnam facilè trahendum est, quamquam enim temerarij digni pœna sint, vt insanis tamen
9 illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est, vt sunt propria verba dictæ legis. Sed quoniam, nisi maledicorum voces pœnis coher-
10 cerentur, Principis Maiestas contemneretur, nimisq; frequenter læderetur, multaque inconuenientia ex
11 hoc sequerentur, & nimia subditorum dicacitas, &
12 petulantia reprimenda est, nec quod iniuriosè, & ex animo, in proprios Principes, modestia, ac reuerentia postpositis, profertur, impunitum dimitti debet, vt in dictis legibus probatur, & vtrobique notant gloss.
13 & Scribentes: In contingentia facti dubitari vidi, an, qui verba iniuriosa, & in dedecus, ac obrobrium sui Principis protulit, incidisset in crimen læsæ Maiestatis,
14 & quid in eo qui versus, & cantilenas, ac epistolas famosas in iniuriam, & infamiam pariter sui Principis
15 composuit, & in scriptis redegit, & diuulgauit; Et circa primam dubitationem visum fuit quod talis obloquens de suo Principe, quamuis iniuriosè, & ex animo, non dicatur incidisse in crimen læsæ Maiestatis, vt quando iniuria verbo facta est, censuit gl. in l. 1. in verbo cessant. C. ad leg. Iul. Maiest. ad hoc adducens, d. l. vnic. C. si quis Imperator. maledixer. & ex hoc pro-
16 batur, quod huiusmodi crimina, videlicet delictum maledicentiæ contra Principem, & delictum læsæ Maiestatis, ponuntur tanquam separata, & diuersa, sub
17 separatis, & diuersis titulis, ex qua separatione titulorum diuersitas ipsorum criminum arguitur, quo argumento ad hanc sententiam firmandam, vtitur Hieron. Gigas. in tractatu de crimine læsæ Maiest. d. tit. 1. d. q. 40. num. 9. & 10. vers. et prædictis concluditur,
18 & ante eum Crauet. cons. 6. in 1. dub. per totum, vbi

copiosè, & eleganter ostendit, non esse crimine læsæ Maiestatis, verba iniuriosa proferre cõtra Principem, eandem opinionem tenuerunt Deci. cons. 256. Ias. cons. 167. lib. 4. & Ruin. cons. 145. lib. 5. qui in eo-
19 dem casu consuluerunt pro D. Paridæ de Cesareis Mantuano, Pretore Asulę, qui cum Dux Mantuæ iussissent quosdam incarceratos Asulæ, ad Duci Mantuam, id egrè ferens malo animo dixerat in publico, Principem malè, & iniustè facere, hocque minimè tolerandum esse, sed recurrendum, ne alias in perniciem, & ruinam populi tenderet, & alia eiusdem Principis iniustitiam, & priuilegiorum Asulanis concessorum derogationem denotantia, & prefatos Doctores secutus est Natt. cons. 595. col. 1. & 2. quorum dictis
20 in proposito nostro addendum est, quod verissimum videtur, obloquentem de Principe, & Domino suo, verbaque simpliciter proferentẽ in eius iniuriam, non incidere in crimen læsæ Maiestatis, ita. n. probare videtur gl. in d. l. vnica in verbo contemnendum, C. si quis imperator. maledixer. vbi & id colligitur ex Ioan. Fabr. in eodem verbo, contemnendũ, & in verbo remittendũ, & Clarius ex Salyc. in oppositione ad secundũ notabile, & apertius tradit gl. in d. l. famosi. in verbo parcendũ eſt ff. ad leg. Iul. Maiest. & expresè voluerũt Afflict. in c. 1. in verbo, & bona cõmittentium crimen lęsę Maiestatis, nu. 43. vers. sed iuxta hoc quæro in tit. quæ sint regalia, & decis. 265. num. 61. & 62. & decis. 307. in 3. dub. num. 27. Petr. à Plaza. in Epitome delictor. lib. 1. cap. 1. in fin. sub num. 19. Bertaz. cons. criminal. 28. num. 6. lib. 1. & ibi etiam Claud. eius filius in additionibus Mascard. de probation. conclus. 461. in verbo, crimen læsæ Maiestatis, numer. 35. vers. tertio præterea, & nouissimè Baiard. in addit. ad Clar. in §. læsæ Maiestatis, nu. 1. vers. item adde; Vnde sic Prin-
21 cipi suo maledicens, pœna criminis læsæ Maiestatis non est puniẽdus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iuxta verborum, & personarum qualitatẽ, quemadmodum tenuerunt Afflict. in d. verbo, & bona committentium crimen læsæ Maiestatis, num. 43. & d. decis. 265. num. 61. & 62. & latius, d. decis. 307. in 3. dub. num. 27. vers. totum, Crauet. d. cons. 6. in 1. dub. sub num. 3. & in 3. dub. sub num. 71. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 50. num. 42. vers. pœna autem tom. 2. Petr. à Plaza. in Epitom. delictorum lib. 1. cap. 4. in princ. Bertaz. d. consil. 28. num. 6. & ibidem Claud. in addition. & diffusè Menoch. d. casu 377. num. 13. & plurib. seq. vers. quartus est casus, & infra, & est de mente Hieron. Gigant. d. q. 40. in fin. & Petr. à Plaza d. c. 1. in fin. & optimè probatur in d. l. vnica, C. si quis Imperat. maledixer. vt omne prędicti Doctores dicunt, & benè.
22 Sed & iniuria hæc verbalis posset esse tàm grauis, & atrox, & adeò lædens extimationem, & famã Principis, vt læsæ Maiestatis crimen saperet, & eius pœnam exigeret, vt considerat Claud. in addit. ad dictũ cons. 28. Bertaz. Patris ponit Marsil. cons. 1. num. 22. per eum adductus, cum quo conuenit Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 29. num. 10. vers. item proditor. tomo 2. vbi expresè ait, quod detrahens honori, famæ,
23 & extimationi Domini sui, tenetur vti proditor crimine læsæ Maiestatis, & secundum hoc potest intelli-
24 gi Clar. in §. læsæ Maiestatis, sub n. 1. in fin. inquit crimen lęsę Maiestis secundũ aliquos cõmitti per eũ, qui de Principe, seù domino suo obloquutus fuerit, in quã sententiã Claud. adducit et Bursat. cons. 147. n. 10. 41. & 42. sequitur Baiard. in addition. ad Clar. in d. §.

EPITOME.

Explicatur materia obloquentium de Principibus, & Dominis suis, & illis maledicentium & carmina, cantilenas, epistolas, vel famosos libellos, contra eos componentium, & in scriptis redigentium, & publicantium, ac alia, in eorumdem Dominorum iniuriam, & dedecus tendentia, facientium; Declaraturque quænam hæc delicta sint, an sapiant crimen læsæ Maiestatis, & quomodo puniantur de Iure.

SVMMARIA.

1 *Constitutio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixe. commendatur, ibid. num. 5. remissiuè.*

2 *Obloquentes de Principe à Iudice non puniuntur, & quare.*

3 *Qui de Principe obloquitur ex leuitate contemnendus est, qui ex insania miseratione dignissimus, qui ex iniuria, ad ipsum Principem remittendus est.*

4 *Dicta ex personis loquentium pensanda sunt, & diiudicanda, ibid. num. 6.*

7 *Lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum non est.*

8 *Temerarij, & si pœna digni sint, vt insanis tamen illis parcendum est.*

9 *Fallit vbi delictum, vel ex scriptura legis descenderet, vel ad exemplum legis vindicandum esset.*

10 *Nisi maledicorum voces coercerentur, Principis Maiestas contemneretur, ijmisque frequenter læderetur, multaque alia inconuenientia sequerentur.*

11 *Nimia subditorum audacitas, & petulantia, pœnis reprimenda est.*

12 *Quod iniuriosè, & ex animo in proprios Principes modestia, ac reuerentia postpositis, profertur, impunitum dimitti non debet.*

13 *An qui verbo iniuriosa, & indecentia, ac obbrorium sui Principis profert, incidat in crimen læsæ Maiestatis.*

Et concluditur, quod non sicuti quando iniuria verbo facta est, ibid. num. 15. 18. & 20.

Vnde sic Principi suo maledicens, pœna criminis læsæ Maiestatis non est puniendus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iuxta personarum, & verborum qualitatem, ibid. n. 21.

Hoc tamen fallit, vbi iniuria hæc verbalis esset grauis, & atrox, multum lædens existimationem & famam Principis, nam tunc saperet crimen læsæ Maiestatis, & eius pœnam exigeret, ibid. num. 22.

14 *An is, qui versus, & cantilenas, ac epistolas famosas in iniuriam, & infamiam sui Principis componit, & in scriptis redigit, & diuulgat, incidat in crimen læsæ Maiestatis & concluditur, quod sic, ibid. num. 25.*

Et ampliatur procedere, etiam in eo, qui sine scriptura famosum libellum, vel carmen confecit, ibid. num. 26. cum pluribus seq.

Item ampliatur habere locum in ijs, qui huiusmodi cantilenas vel scripturas quomodolibet manifestant, vel in ijs aliquo modo se immiscent, ibid. num. 29.

Quarè huiusmodi personæ, saltem pœnam capitis non euitarent, ibid. num. 38.

Nam alias in facti contingentia fuit in simili casu imposita pœna capitis, et confiscationis omnium bonorum, sicque fieri potuisse tenet D. Author. qui amplius asserit, se solum in hac opinione non fuisse, ibidem num seq. 39.

Hæc tamen pœna ex Principis clementia, nec in persona, nec in bonis fuit exequuta, sed alia mitior imposita, ibidem num seq 40.

Prædicta tamen declarari possunt procedere, quando res est clara, et aperta, nam vbi delictum non probaretur, vel verba in omnem euentum essent dubia, et ambigua et varium paterentur intellectum tunc imputati potius excusandi essent, quam puniendi, per ea, quæ habentur infra, a num 41. vsque in finem resolut.

16 *Delictum maledicentiæ contra Principem, et delictum læsæ Maiestatis possunt, tanquam crimina separata, et diuersa, sub separatis, et diuersis titulis indicari.*

17 *separatione tractatuum, arguitur diuersitas materiei.*

18 *Verba iniuriosa contra Principem proferre, non est crimen læsæ Maiestatis, ibid. num. 15. et num. 20.*

19 *Et ita in facti contingentia consuluerunt celeberrimi viri pro Domino Paride de Cæsarijs Mantuano Prætore Asulæ, qui malo animo in publicum dixerat Mantuæ Ducem malè, et iniustè fecisse, iubendo quosdam incarceratos Asulæ, Mantuam adduci in præiudicium priuilegiorum Asulanis concessarum.*

20 *Obloquens de Principe, et domino suo verba simpliciter proferens in eius iniuriam, non incidit in crimen læsæ Maiestatis, ibid. supra num. 15. et 18.*

23 *Detrahens honori, famæ, et extimationi Domini sui tenetur, vti proditor crimine læsæ Maiestatis, et supra, numero 22.*

24 *Clarius in §. læsæ Maiestatis sub num. 1. in fine declaratur,*

27 *Textus in l. famosi ff. ad l. Iul. Maiest. iuncta gl. in verbo parcendum, notabilis est, contra proponentes famosum carmen, contra Antianos, tàm in scriptis, quam sine scriptis.*

28 *Nulla videtur differentia, an componatur libellus famosus in scriptis, an verò sine scriptis quoad pœnæ impositionem.*

29 *Scribens, dictans manifestans, aut alterum eorum fieri faciens, libellum famosum ad alterius ignominiam, aut ipsum emens, vel vendens, capitaliter punitur, ibidem numero 32.*

30 *Qui cantilenas componunt in infamiam alicuis, aut etiam scripturas ponunt in loco publico, puta in vna columna, in platea, ad infamiam forsitan Magistratuum, vel super altare palatij Priorum, ponunt scripturas infamatorias, capitaliter puniuntur.*

31 *Hoc vltimum vidit, D. Author de facto.*

32 *Faciens famosum libellum contra priuatos, capite punitur, ibid. num. 29.*

33 *Faciens cantilenas famosas contra aliquem in publico in scriptis, siue verum dicat, siue falsum, capite plectendus est.*

34 *Masus de Placambijs de Bononia, qui pridè super altare Palatij Bononiæ clandestinè posuit quandam schedulam diffamatoriam regiminis Bononiensis, et si capitari debuisset, tamen fuit pœna pecuniaria mulctatus in summa scutorum 2000.*

34 *Qui Principem suum offendunt, grauius puniendi sunt, quam qui priuatum quendam offendunt, ex atrociori iniuria, respectu personæ offensæ.*

36 *Pœna capitalis, contra authores libellorum famosorum in practica non seruatur, sed alia pœna Iudicis arbitrio in eos statuitur.*

37 *Ampliatur hoc procedere, etiam si in iniuriam Magistratuum, huiusmodi libelli facti essent, vt etiam ex eo apparet, quod supra de Maso de Placambijs, dictum est, numero 34.*

42 *Vbi delictum non probetur, imputatus dignus excusatione censetur.*

43 *Verba libelli famosi, in iniuram, et dedecus Principis confecti, vbi sunt dubia, et ambigua, variumque [illegible]*

tiuntur

tiuntur intellectum, in partem benigniorem, & ad delicti exclusionem, sunt interpretanda.

44 *In libellis famosis ea semper capienda est interpretatio, quæ domini offensionem excludit, & dicenti fauorabilis extitit.*

45 *Absoluendus visus fuit olim in facti contingentia, qui contra Dominũ suum dixerat, eum esse dominum bestiarũ.*

CASVS CC. XXXV.

VVlgaris est, & Christiano Principe digna Diuorum Theodosij, Arcadij, & Honorij constitutio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixer. quod qui de Imperatore obloquitur, a Iudice non puniatur, quoniam si ex leuitate id processerit, contem-
3 nendum est, si ex insania, miseratione dignissimum; si ab iniuria remittendum ad ipsum Imperatorem, qui propterea mandat, se certiorem de omnibus fieri, vt
4 ex personis hominum dicta penset, & vtrum pretermitti, an exquiri debeant, censeat: quod dictum
5 pulcre commemorat Natt. cons. 593. sub numer. 23. post vers. postremò si viderem, & sub num. 25. vers. vlterius cum hic agatur. & cons. 597. num. 25. vers. postquam autem, & latius Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 377. num. 1. & seq. Boss. in pract. crim in. tit. de iniurijs num. 34. Hieron. Gig. in tract. de crimin. læsæ Maiest. tit. 1. q. 40. num. 1. cum plurib. seq. Petr. à Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 4. in princ. & est similis text. in l. famosi. vers. hoc ta-
6 men ff. ad leg. Iul. Maiestat. ibi, nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit, &
7 an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit; nec lubri-
8 cum linguæ ad pœnam facilè trahendum est, quamquam enim temerarij digni pœna sint, vt insanis tamen
9 illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est, vt sunt propria verba dictæ legis. Sed quoniam, nisi maledicorum voces pœnis coher-
10 cerentur, Principis Maiestas contemneretur, nimisq; frequenter læderetur, multaque inconuenientia ex
11 hoc sequerentur, & nimia subditorum dicacitas, &
12 petulantia reprimenda est, nec quod iniuriosè, & ex animo, in proprios Principes, modestia, ac reuerentia postpositis, profertur, impunitum dimitti debet, vt in dictis legibus probatur, & vtrobique notant gloss.
13 & Scribentes: In contingentia facti dubitari vidi, an, qui verba iniuriosa, & in dedecus, ac obrobrium sui Principis protulit, incidisset in crimen læsę Maiestatis,
14 & quid in eo qui versus, & cantilenas, ac epistolas famosas in iniuriam, & infamiam pariter sui Principis
15 composuit, & in scriptis redegit, & diuulgauit; Et circa primam dubitationem visum fuit quod talis obloquens de suo Principe, quamuis iniuriosè, & ex animo, non dicatur incidisse in crimen læsę Maiestatis, vt quando iniuria verbo facta est, censuit gl. in l. 1. in verbo cessant. C. ad leg. Iul. Maiest. ad hoc adducens, d. l. vnic. C. si quis Imperator. maledixer. & ex hoc pro-
16 batur, quod huiusmodi crimina, videlicet delictum maledicentiæ contra Principem, & dilectum læsę Maiestatis, ponuntur tanquam separata, & diuersa, sub
17 separatis, & diuersis titulis, ex qua separatione titulorum diuersitas ipsorum criminum arguitur, quo argumento ad hanc sententiam firmandam, vtitur Hieron. Gigas. in tractatu de crimine læsę Maiest. d. tit. 1. d. q. 40. num. 9. & 10. vers. ex prędictis concluditur,
18 & ante eum Crauet. cons. 6. in 1. dub. per totum, vbi copiosè, & eleganter ostendit, non esse crimine læsæ Maiestatis, verba iniuriosa proferre cōtra Principem, eandem opinionem tenuerunt Deci. cons. 256. Ias. cons. 167. lib. 4. & Ruin. cons. 145. lib. 5. qui in eo-
19 dem casu consuluerunt pro D. Paridæ de Cesareis Mantuano, Pretore Asulę, qui cum Dux Mantuæ iussissent quosdam incarceratos Asulæ, ad Duci Mantuam, id egrè ferens malo animo dixerat in publico, Principem malè, & iniustè facere, hocque minimè tolerandum esse, sed recurrendum, ne alias in perniciem, & ruinam populi tenderet, & alia eiusdem Principis iniustitiam, & priuilegiorum Asulanis concessorum derogationem denotantia, & pręfatos Doctores sequutus est Natt. cons. 595. col. 1. & 2. quorum dictis
20 in proposito nostro addendum est, quod verissimum videtur, obloquentem de Principe, & Domino suo, verbaque simpliciter proferentē in eius iniuriam, non incidere in crimen lęsæ Maiestatis, ita n. probare videtur gl. in d. l. vnica in verbo contemnendum, C. si quis imperator. maledixer. vbi ēt id colligitur ex Ioan. Fabr. in eodem verbo, contemnendũ, & in verbo remittendũ, & Clarius ex Salyc. in oppositione ad secundũ notabile, & apertius tradit gl. in d. l. famosi. in verbo parcendũ est ff. ad leg. Iul. Maiest. & expresè voluerūt Afflict. in c. 1. in verbo, & bona cōmittentium crimen lęsę Maiestatis, nu. 43. vers. sed iuxta hoc quæro in tit. quæ sint regalia. & decis. 265. num. 61. & 62. & decis. 307. in 3. dub. num. 27. Petr. à Plaza. in Epitome delictor. lib. 1. cap. 1. in fin. sub num. 29. Bertaz. cons. crimin. 28. num. 6. lib. 1. & ibi etiam Claud. eius filius in additionibus Mascard. de probation. conclus. 461. in verbo, crimen læsæ Maiestatis, numer. 35. vers. tertio præterea, & nouissimè Baiard. in addit. ad Clar. in §. læsæ Maiestatis nu. 11. vers. item adde; Vnde sic Prin-
21 cipi suo maledicens, pœna criminis læsæ Maiestatis non est puniēdus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iuxta verborum, & personarum qualitatē, quemadmodum tenuerunt Afflict. in d. verbo, & bona committētium crimen læsæ Maiestatis, num. 43. & d. decis. 265. num. 61. & 62. & latius, d. decis. 307. in 3. dub. num. 27. vers. totum, Crauet. d. cons. 6. in 1. dub. sub num. 3. & in 3. dub. sub num. 71. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 50. num. 42. vers. pœna autem tom. 2. Petr. à Plaza. in Epitom. delictorum lib. 1. cap. 4. in princ. Bertaz. d. consil. 28. num. 6. & ibidem Claud. in addition. & diffusè Menoch. d. casu 377. num. 13. & plurib. seq. vers. quartus est casus, & infra, & est de mente Hieron. Gigant. d. q. 40. in fin. & Petr. à Plaza d. c. 1. in fin. & optimè probatur in d. l. vnica, C. si quis Imperat. maledixer. vt omne prędicti Doctores dicunt, & benè.
22 Sed & iniuria hæc verbalis posset esse tàm grauis, & atrox, & adeò lædens extimationem, & famā Principis, vt læsæ Maiestatis crimen saperet, & eius pœnam exigeret, vt considerat Claud. in addit. ad dictũ cons. 28. Bertaz. Patris ponit Marsil. cons. 1. num. 22. per eum adductus, cum quo conuenit Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 29. num. 10. vers. item proditor. tomo 2. vbi expresè ait, quod detrahens honori, famæ,
23 & extimationi Domini sui, tenetur vti proditor crimine læsæ Maiestatis, & secundum hoc potest intelli-
24 gi Clar. in §. læsæ Maiestatis, sub n. 1. in fin. inquit crimen lęsę Maiestis secundũ aliquos cōmitti per eu, qui de Principe, seù domino suo obloquutus fuerit, in quā sententiā Claud. adducit ēt Bursat. cons. 147. n. 10. 41. & 42. sequitur Baiard. in addition. ad Clar. in dict. §.

EPITOME.

Explicatur materia obloquentium de Principibus, & Dominis suis, & illis maledicentium & carmina, cantilenas, epistolas, vel famosos libellos, contra eos componentium, & in scriptis redigentium, & publicantium, ac alia, in eorumdem D. minorum iniuriam, & dedecus tendentia, facientium; Declaraturque quænam hæc delicta sint, an sapiant crimen læsæ Maiestatis, & quomodo puniantur de Iure.

SVMMARIA.

1 *Constitutio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixe. commendatur, ibid. num. 5. remissiuè.*

2 *Obloquentes de Principe à Iudice non puniuntur, & quare.*

3 *Qui de Principe obloquitur ex leuitate contemnendus est, qui ex insania miseratione dignissimus, qui ex iniuria, ad ipsum Principem remittendus est.*

4 *Dicta ex personis loquentium pensanda sunt, & diiudicanda, ibid. num. 6.*

7 *Lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum non est.*

8 *Temerarij, & si pœna digni sint, vt insanis tamen illis parcendum est.*

9 *Fallit vbi delictum, vel ex scriptura legis descenderet, vel ad exemplum legis vindicandum esset.*

10 *Ni si maledicorum voces coercerentur, Principis Maiestas contemneretur, nimisque frequenter læderetur, multaque alia inconuenientia sequerentur.*

11 *Nimia subditorum audacitas, & petulantia, pœnis reprimenda est.*

12 *Quod iniuriosè, & ex animo in proprios Principes modestia, ac reuerentia postpositis, profertur, impunitum dimitti non debet.*

13 *An qui verba iniuriosa, & in dedecus, ac opprobrium sui Principis profert, incid. in crimen læsæ Maiestatis.*

Et concluditur, quod non sicuti quando iniuria verbo facta est, ibid. num. 15. 18. & 20

Vnde sic Principi suo maledicens, pœna criminis læsæ Maiestatis non est puniendus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iuxta personarum, & verborum qualitatem, ibid. n. 21.

Hoc tamen fallit, vbi iniuria hæc verbalis esses grauis, & atrox, multum lædens existimationem & famam Principis, nam tunc saperet crimen læsæ Maiestatis, & eius pœnam exigeret, ibid. num. 22.

14 *An is, qui versus, & cantilenas, ac epistolas famosas in iniuriam, & infamiam sui Principis componit, & in scriptis redigit, & diuulgat, incidat in crimen læsæ Maiestatis & concluditur, quod sic, ibid. num. 25.*

Et ampliatur procedere, etiam in eo, qui sine scriptura famosum libellum, vel carmen confecit, ibid. num. 26. cum pluribus seq.

Item ampliatur habere locum in ijs, qui huiusmodi cantilenas vel scripturas quomodolibet manifestant, vel in ijs aliquo modo se immiscent, ibid. num. 29.

Quarè huiusmodi persona, saltem pœnam capitis non euitarent, ibid. num. 38.

Nam alias in facti contingentia suis in simili casu imposita pœna capitis, et confiscationis omnium bonorum, sicque fieri potuisse tenet D. Author. qui amplius asserit, se solum in hac opinione non fuisse, ibidem num seq. 39.

Hac tamen pœna ex Principis clementia, nec in persona, nec in bonis fuit exequuta, sed alia mitior imposita, ibidem num seq 40.

Prædicta tamen declarari possunt procedere, quando res est clara, et aperta, nam vbi delictum non probaretur, vel verba in omnem euentum essent dubia, et ambigua et varium parerentur intellectum tunc imputati potius excusandi essent, quam puniendi, per ea, quæ habentur infra, a num 41. vsque in finem resolut.

16 *Delictum maledicentiæ contra Principem, et delictum læsæ Maiestatis possunt, tanquam crimina separata, et diuersa, sub separatis, et diuersis titulis iudicari.*

17 *separatione tractatuum, arguitur diuersitas materiei.*

18 *Verba iniuriosa contra Principem proferre, non est crimen læsæ Maiestatis, ibid. num. 15. et num. 20.*

19 *Et ita in facti contingentia consuluerunt celeberrimi viri pro Domino Paride de Cæsarijs Mantuano Prætore Asulæ, qui malo animo in publicum dixerat Mantuæ Ducem malè, et iniustè fecisse, iubendo quosdam incarceratos Asulæ, Mantuam adduci in præiudicium priuilegiorum Asulanis concessorum.*

20 *Obloquens de Principe, et domino suo verba simpliciter proferens in eius iniuriam, non incidit in crimen læsæ Maiestatis, ibid. supra num. 15. et 18.*

23 *Detrahens honori, famæ, et extimationi Domini sui tenetur, vti proditor crimine læsæ Maiestatis, et supra, numero 22.*

24 *Clarius in §. læsæ Maiestatis sub num. 1. in fine declaratur,*

27 *Textus in l. famosi ff. ad l. Iul. Maiest. iuncta gl. in verbo parcendum, notabilis est, contra proponentes famosum carmen, contra Autianos, tàm in scriptis, quam sine scriptis.*

28 *Nulla videtur differentia, an componatur libellus famosus in scriptis, an verò sine scriptis quoad pœnæ impositionem.*

29 *Scribens, dictans manifestans, aut alterum eorum fieri faciens, libellum famosum ad alterius ignominiam, aut ipsum emens, vel vendens, capitaliter punitur, ibidem numero 32.*

30 *Qui cantilenas componunt in infamiam alicuis, aut etiam scripturas ponunt in loco publico, puta in vna columna, in platea, ad infamiam forsitan Magistratuum, vel super altare palatij Priorum, ponunt scripturas infamatorias, capitaliter puniuntur.*

31 *Hoc vltimum vidit, D. Author de facto.*

32 *Faciens famosum libellum contra priuatos, capite punitur, ibid. num. 29.*

33 *Faciens cantilenas famosas contra aliquem in publico in scriptis, siue verum dicas, siue falsum, capite plectendus est.*

34 *Masus de Placambijs de Bononia, qui pridè super altare Palatij, Bononiæ clandestinè posuit quandam schedulam diffamatoriam regiminis Bononiensis, et si capitari debuisset, tamen fuit pœna pecuniaria mulctatus in summa scutorum 2000.*

34 *Qui Principem suum offendunt, grauius puniendi sunt, quam qui priuatum quendam offendunt, ex atrociori iniuria, respectu personæ offensæ.*

36 *Pœna capitalis, contra authores libellorum famosorum in practica non seruatur, sed alia pœna Iudicis arbitrio in eos statuitur.*

37 *Ampliatur hoc procedere, etiam si in iniuriam [illegible] stratuum, huiusmodi libelli facti essent, vt etiam ex [illegible] apparet, quod supra de Maso de Placambijs, dictum [illegible], numero 34.*

42 *Vbi delictum non probatur, imputatus dignus exc[illegible]ne censetur.*

43 *Verba libelli famosi, in iniuram, et dedecus P[illegible] confecti, vbi sunt dubia, et ambigua, variumque [illegible]*

tiuntur

tiuntur intellectum, in partem benigniorem, & ad delicti exclusionem, sunt interpretanda.

44 *In libellis famosis ea semper capienda est interpretatio, quæ domini offensionem excludit, & dicenti fauorabilis extitit.*

45 *Absoluendus visus fuit olim in facti contingentia, qui contra Dominũ suum dixerat, eum esse dominum bestiarũ.*

CASVS CC. XXXV.

VVlgaris est, & Christiano Principe digna Diuorum Theodosij, Arcadij, & Honorij constitutio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixer. quod qui de Imperatore obloquitur, a Iudice non puniatur, quoniam si ex leuitate id processerit, contem-
3 nendum est, si ex insania, miseratione dignissimum; si ab iniuria remittendum ad ipsum Imperatorem, qui propterea mandat, se certiorem de omnibus fieri, vt
4 ex personis hominum dicta penset, & vtrum pretermitii, an exquiri debeant, censeat: quod dictum
5 pulcre commemorat Natt. conf. 592. sub numer. 23. post vers. postremò si viderem, & sub num. 25. vers. vlterius cum hic agatur, & conf. 597. num. 25. vers. postquam autem, & latius Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 377. num. 1. & seq. Boss. in pract. crimin. tit. de iniurijs num. 34. Hieron. Gig. in tract. de crimin. lęsæ Maiest. tit. 1. q. 40. num. 1. cum plurib. seq. Petr. à Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 4. in princ. & est similis text. in l. famosi. vers. hoc ta-
6 men ff. ad leg. Iul. Maiestat. ibi, nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit, &
7 an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit; nec lubri-
8 cum linguæ ad pœnam facilè trahendum est, quamquam enim temerarij digni pœna sint, vt insanis tamen
9 illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est, vt sunt propria verba dictæ legis. Sed quoniam, nisi maledicorum voces pœnis coher-
10 cerentur, Principis Maiestas contemneretur, nimisq; frequenter læderetur, multaque inconuenientia ex
11 hoc sequerentur, & nimia subditorum dicacitas, &
12 petulantia reprimenda est, nec quod iniuriosè, & ex animo, in proprios Principes, modestia, ac reuerentia postpositis, profertur, impunitum dimitti debet, vt in dictis legibus probatur, & vtrobique notant gloss.
13 & Scribentes: In contingentia facti dubitari vidi, an, qui verba iniuriosa, & in dedecus, ac obrobrium sui Principis protulit, incidisset in crimen læsę Maiestatis,
14 & quid in eo qui versus, & cantilenas, ac epistolas famosas in iniuriam, & infamiam pariter sui Principis
15 composuit, & in scriptis redegit, & diuulgauit; Et circa primam dubitationem visum fuit quod talis obloquens de suo Principe, quamuis iniuriosè, & ex animo, non dicatur incidisse in crimen læsę Maiestatis, vt quando iniuria verbo facta est, censuit gl. in l. 1. in verbo cessant. C. ad leg. Iul. Maiest. ad hoc adducens, d. l. vnic. C. si quis Imperator. maledixer. & ex hoc pro-
16 batur, quod huiusmodi crimina, videlicet delictum maledicentiæ contra Principem, & delectum læsę Maiestatis, ponuntur tanquam separata, & diuersa, sub
17 separatis, & diuersis titulis, ex qua separatione titulorum diuersitas ipsorum criminum arguitur, quo argumento ad hanc sententiam firmandam, vtitur Hieron. Gigas. in tractatu de crimine læsę Maiest. d. tit. 1. d. q. 40. num. 9. & 10. vers. ex prędictis concluditur,
18 & ante eum Crauet. conf. 6. in 1. dub. per totum, vbi copiosè, & eleganter ostendit, non esse crimine lęsæ Maiestatis, verba iniuriosa proferre cõtra Principem, eandem opinionem tenuerunt Deci. conf. 256. Ias. conf. 167. lib. 4. & Ruin. conf. 145. lib. 5. qui in eo-
19 dem casu consuluerunt pro D. Paridæ de Cesareis Mantuano, Prętore Asulę, qui cum Dux Mantuæ iussissent quosdam incarceratos Asulæ, ad Duci Mantuam, id egrè ferens malo animo dixerat in publico, Principem malè, & iniustè facere, hocque minimè tolerandum esse, sed recurrendum, ne alias in perniciem, & ruinam populi tenderet, & alia eiusdem Principis iniustitiam, & priuilegiorum Asulanis concessorum derogationem denotantia, & prefatos Doctores sequutus est Natt. conf. 595. col. 1. & 2. quorum dictis
20 in proposito nostro addendum est, quod verissimum videtur, obloquentem de Principe, & Domino suo, verbaque simpliciter proferentē in eius iniuriam, non incidere in crimen lęsæ Maiestatis, ita. n. probare videtur gl. in d. l. vnica in verbo contemnendum, C. si quis imperator. maledixer. vbi ēt id colligitur ex Ioan. Fabr. in eodem verbo, contemnendũ, & in verbo remittendũ, & Clarius ex Salyc. in oppositione ad secundũ notabile, & apertius tradit gl. in d. l. famosi. in verbo parcendũ est ff. ad leg. Iul. Maiest. & expresè voluerũt Afflict. in c. 1. in verbo, & bona cõmittentium crimen lęsę Maiestatis, nu. 43. vers. sed iuxta hoc quæro in tit. quæ sint regalia. & decis. 265. num. 61. & 62. & decis. 307. in 3. dub. num. 27. Petr. à Plaza. in Epitome delictor. lib. 1. cap. 1. in fin. sub num. 29. Bertaz. conf. crimin. 28. num. 6. lib. 1. & ibi etiam Claud. eius filius in additionibus Mascard. de probation. conclus. 461. in verbo, crimen læsæ Maiestatis. numer. 35. vers. tertio præterea, & nouissimè Baiard. in addit. ad Clar. in §. læsæ Maiestatis nu. 11. vers. item adde; Vnde sic Prin-
21 cipi suo maledicens, pœna criminis læsæ Maiestatis non est puniēdus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iuxta verborum, & personarum qualitatē, quemadmodum tenuerunt Afflict. in d. verbo, & bona committētium crimen læsæ Maiestatis, num. 43. & d. decis. 265. num. 61. & 62. & latius, d. decis. 307. in 3. dub. num. 27. vers. totum, Crauet. d. conf. 6. in 1. dub. sub num. 3. & in 3. dub. sub num. 71. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 50. num. 42. vers. pœna autem tom. 2. Petr. à Plaza. in Epitom. delictorum lib. 1. cap. 4. in princ. Bertaz. d. consil. 28. num. 6. & ibidem Claud. in addition. & diffusè Menoch. d. casu 377. num. 13. & plurib. seq. vers. quartus est casus, & infra, & est de mente Hieron. Gigant. d. q. 40. in fin. & Petr. à Plaza d. c. 1. in fin. & optimè probatur in d. l. vnica, C. si quis Imperat. maledixer. vt omne prędicti Doctores dicunt, & benè.
22 Sed & iniuria hæc verbalis posset esse tàm grauis, & atrox, & adeò lædens extimationem, & famã Principis, vt læsæ Maiestatis crimen saperet, & eius pœnam exigeret, vt considerat Claud. in addit. ad dictũ conf. 28. Bertaz. Patris ponit Marsil. conf. 1. num. 22. per eum adductus, cum quo conuenit Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 29. num. 10. vers. item proditor. tomo 2. vbi expresè ait, quod detrahens honori, famæ,
23 & extimationi Domini sui, tenetur vti proditor crimine læsæ Maiestatis, & secundum hoc potest intelli-
24 gi Clar. in §. læsæ Maiestatis, sub n. 1. in fin. inquit crimen lęsę Maiestis secundũ aliquos cõmitti per eũ, qui de Principe, seù domino suo obloquutus fuerit, in q sententiã Claud. adducit ēt Bursat. conf. 147. n. 10. 41. & 42. sequitur Baiard. in addition. ad Clar. in d. §.

EPITOME.

Explicatur materia obloquentium de Principibus, & Dominis suis, & illis maledicentium & carmina, cantilenas, epistolas, vel famosos libellos, contra eos componentium, & in scriptis redigentium, & publicantium, ac alia, in eorumdem Dominorum iniuriam, & dedecus tendentia, facientium; Declaraturque quænam hæc delicta sint, an sapiant crimen læsæ Maiestatis, & quomodo puniantur de Iure.

SVMMARIA.

1 *Constitutio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledix. commendatur, ibid. num. 5. remissiuè.*

2 *Obloquentes de Principe à Iudice non puniuntur, & quare.*

3 *Qui de Principe obloquitur ex leuitate contemnendus est, qui ex insania miseratione dignissimus, qui ex iniuria, ad ipsum Principem remittendus est.*

4 *Dicta ex personis loquentium pensanda sunt, & dijudicanda, ibid. num. 6.*

7 *Lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum non est.*

8 *Temerarij, & si pœna digni sint, vt insanis tamen illis parcendum est.*

9 *Fallit vbi delictum, vel ex scriptura legis descenderet, vel ad exemplum legis vindicandum esset.*

10 *Nisi maledicorum voces coercerentur, Principis Maiestas contemneretur, nimisque frequenter læderetur, multaque alia inconuenientia sequerentur.*

11 *Nimia subditorum dicacitas, & petulantia, pœnis reprimenda est.*

12 *Quod iniuriosè, & ex animo in proprios Principes modestia, ac reuerentia postpositis, profertur, impunitum dimitti non debet.*

13 *An qui verba iniuriosa, & in dedecus, ac obbrobrium sui Principis profert, incidat in crimen læsæ Maiestatis.*

Et concluditur, quod non sicuti quando iniuria verbo facta est, ibid. num. 15. 18. & 20

Vnde sic Principi suo maledicens, pœna criminis læsæ Maiestatis non est puniendus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iuxta personarum, & verborum qualitatem, ibid. n. 21.

Hoc tamen fallit, vbi iniuria hæc verbalis esset grauis, & atrox, multum lædens existimationem, & famam Principis, nam tunc saperet crimen læsæ Maiestatis, & eius pœnam exigeret, ibid. num. 22.

14 *An is, qui versus, & cantilenas, ac epistolas famosas in iniuriam, & infamiam sui Principis componit, & in scriptis redigit, & diuulat, incidat in crimen læsæ Maiestatis & concluditur, quod sic, ibid. num. 25.*

Et ampliatur procedere, etiam in eo, qui sine scriptura famosum libellum, vel carmen confecit, ibid. num. 26. cum pluribus seq.

Item ampliatur habere locum in ijs, qui huiusmodi cantilenas vel scripturas quomodolibet manifestant, vel in ijs aliquo modo se immiscent, ibid. num. 29.

Quarè huiusmodi personæ, saltem pœnam capitis non euitarent, ibid. num. 38.

Nam alias in facti contingentia fuit in simili casu imposita pœna capitis, et confiscationis omnium bonorum, sicque fieri potuisse tenet D. Author. qui amplius asserit, se solum in hac opinione non fuisse, ibidem num seq. 39.

Hæc tamen pœna ex Principis clementia, nec in persona, nec in bonis fuit exequuta, sed alia mitior imposita, ibidem num seq. 40.

Prædicta tamen declarari possunt procedere, quando res est clara, et aperta, nam vbi delictum non probaretur, vel verba in omnem euentum essent dubia, et ambigua et varium paterentur intellectum tunc imputati potius excusandi essent, quam puniendi, per ea, quæ habentur infra, à num 41. vsque in finem resolut.

16 *Delictum maledicentiæ contra Principem, et delictum læsæ Maiestatis possunt, tanquam crimina separata, et diuersa, sub separatis, et diuersis titulis iudicari.*

17 *Separatione tractatuum, arguitur diuersitas materiei.*

18 *Verba iniuriosa contra Principem proferre, non est crimen læsæ Maiestatis, ibid. num. 15. et num. 20.*

19 *Et ita in facti contingentia consuluerunt celeberrimi viri pro Domino Paride de Cęsarijs Mantuano Prætore Asulæ, qui malo animo in publicum dixerat Mantuæ Ducem malè, et iniustè fecisse, iubendo quosdam incarceratos Asulæ, Mantuam adduci in pręiudicium priuilegiorum Asulanis concessorum.*

20 *Obloquens de Principe, et domino suo verba simpliciter proferens in eius iniuriam, non incidit in crimen læsæ Maiestatis, ibid. supra num. 15. et 18.*

23 *Detrahens honori, famæ, et extimationi Domini sui tenetur, vti proditor crimine læsæ Maiestatis, et supra, numero 22.*

24 *Clarius in §. læsæ Maiestatis sub num. 1. in fine declaratur.*

27 *Textus in l. famosi ff. ad l. Iul. Maiest. iūcta gl. in verbo parcendum, notabilis est, contra præponentes famosum carmen, contra Aulicanos, tàm in scriptis, quam sine scriptis.*

28 *Nulla videtur differentia, an componatur libellus famosus in scriptis, an verò sine scriptis quoad pęnæ impositionem.*

29 *Scribens, dictans manifestans, aut alterum eorum fieri faciens, libellum famosum ad alterius ignominiam, aut ipsum emens, vel vendens, capitaliter punitur, ibidem numero 32.*

30 *Qui cantilenas componunt in infamiam alicuis, aut etiam scripturas ponunt in loco publico, puta in vna columna, in platea, ad infamiam forsitan Magistratuum, vel super altare palatij Priorum, ponunt scripturas infamatorias, capitaliter puniuntur.*

31 *Hoc vltimum vidit, D. Author de facto.*

32 *Faciens famosum libellum contra priuatos, capite punitur, ibid. num. 29.*

33 *Faciens cantilenas famosas contra aliquem in publico in scriptis, siue verum dicat, siue falsum, capite plectendus est.*

34 *Masus de Placambijs de Bononia, qui pridę super altare Palatij Bononiæ clandestinè posuit quandam schedulam diffamatoriam regiminis Bononiensis, et si capitari debuisset, tamen fuit pęna pecuniaria mulctatus in summa scutorum 2000.*

34 *Qui Principem suum offendunt, grauius puniendi sunt, quam qui priuatum quendam offendunt, ex atrociori iniuria, respectu personæ offensæ.*

36 *Pęna capitalis, contra authores libellorum famosorum in practica non seruatur, sed alia pęna Iudicis arbitrio in eos statuitur.*

37 *Ampliatur hoc procedere, etiam si in iniuriam Magistratuum, huiusmodi libelli facti essent, vt etiam ex apparet, quod supra de Maso de Placambijs, dictum est, numero 34.*

42 *Vbi delictum non probetur, imputatus dignus excusatione censetur.*

43 *Verba libelli famosi, in iniuram, et dedecus Principis confecti, vbi sunt dubia, et ambigua, variumque patiuntur*

tiuntur intellectum, in partem benigniorem, & ad delicti exclusionem, sunt interpretanda.
44 *In libellis famosis ea semper capienda est interpretatio, quæ domini offensionem excludit, & dicenti fauorabilis extitit.*
45 *Absoluendus visus fuit olim in facti contingentia, qui contra Dominũ suum dixerat, eum esse dominum bestiarũ.*

CASVS CC. XXXV.

VVlgaris est, & Christiano Principe digna Diuorum Theodosij, Arcadij, & Honorij constitutio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixer. quod qui de Imperatore obloquitur, a Iudice non puniatur, quoniam si ex leuitate id processerit, contem-
3 nendum est, si ex insania, miseratione dignissimum; si ab iniuria remittendum ad ipsum Imperatorem, qui propterea mandat, se certiorem de omnibus fieri, vt
4 ex personis hominum dicta penset, & virum pretermitti, an exquiri debeant, censeat: quod dictum
5 pulcre commemorat Natt. conf. 592. sub numer. 23. post verſ. postremò si viderem, & sub num. 25. verſ. vlterius cum hic agatur. & conſ. 597. num. 25. verſ. postquam autem, & latius Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 377. num. 1. & seq. Boss. in pract. crim in. tit. de iniurijs num. 34. Hieron. Gig. in tract. de crimin. læsæ Maiest. tit. 1. q. 40. num. 1. cum plurib. seq. Petr. à Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 4. in princ. & est similis text. in l. famosi. verſ. hoc ta-
6 men ff. ad leg. Iul. Maiestat. ibi, nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit, &
7 an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit; nec lubri-
8 cum linguæ ad pœnam facilè trahendum est, quamquam enim temerarij digni pœna sint, vt insanis tamen
9 illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est, vt sunt propria verba dictæ legis. Sed quoniam, nisi maledicorum voces pœnis coher-
10 cerentur, Principis Maiestas contemneretur, nimisq; frequenter læderetur, multaque inconuenientia ex
11 hoc sequerentur, & nimia subditorum dicacitas, &
12 petulantia reprimenda est, nec quod iniuriosè, & ex animo, in proprios Principes, modestia, ac reuerentia postpositis, profertur, impunitum dimitti debet, vt in dictis legibus probatur, & vtrobique notant gloss.
13 & Scribentes: In contingentia facti dubitari vidi, an, qui verba iniuriosa, & in dedecus, ac obrobrium sui Principis protulit, incidisset in crimen læsę Maiestatis,
14 & quid in eo qui versus, & cantilenas, ac epistolas famosas in iniuriam, & infamiam pariter sui Principis
15 composuit, & in scriptis redegit, & diuulgauit; Et circa primam dubitationem visum fuit quod talis obloquens de suo Principe, quamuis iniuriosè, & ex animo, non dicatur incidisse in crimen læsę Maiestatis, vt quando iniuria verbo facta est, censuit gl. in l. 1. in verbo cessant. C. ad leg. Iul. Maiest. ad hoc adducens, d. l. vnic. C. si quis Imperator. maledixer. & ex hoc pro-
16 batur, quod huiusmodi crimina, videlicet delictum maledicentiæ contra Principem, & dilectum læsę Maiestatis, ponuntur tanquam separata, & diuersa, sub
17 separatis, & diuersis titulis, ex qua separatione titulorum diuersitas ipsorum criminum arguitur, quo argumento ad hanc sententiam firmandam, vtitur Hieron. Gigas. in tractatu de crimine læsę Maiest. d. tit. 1. d. q. 40. num. 9. & 10. verſ. ex prędictis concluditur,
18 & ante eum Crauet. conſ. 6. in 1. dub. per totum, vbi copiosè, & eleganter ostendit, non esse crimine læsæ Maiestatis, verba iniuriosa proferre cōtra Principem, eandem opinionem tenuerunt Deci. conſ. 256. Iaſ. conſ. 167. lib. 4. & Ruin. conſ. 145. lib. 5. qui in eo-
19 dem casu consuluerunt pro D. Paridæ de Cesareis Mantuano, Prętore Asulę, qui cum Dux Mantuæ iussissent quosdam incarceratos Asulæ, ad Duci Mantuam, id egrè ferens malo animo dixerat in publico, Principem malè, & iniustè facere, hocque minimè tolerandum esse, sed recurrendum, ne alias in perniciem, & ruinam populi tenderet, & alia eiusdem Principis iniustitiam, & priuilegiorum Asulanis concessorum derogationem denotantia, & prefatos Doctores sequutus est Natt. conſ. 595. col. 1. & 2. quorum dictis
20 in proposito nostro addendum est, quod verissimum videtur, obloquentem de Principe, & Domino suo, verbaque simpliciter proferentē in eius iniuriam, non incidere in crimen lęsæ Maiestatis, ita. n. probare videtur gl. in d. l. vnica in verbo contemnendum, C. si quis imperator. maledixer. vbi ēt id colligitur ex Ioan. Fabr. in eodem verbo, contemnendũ, & in verbo remittendũ, & Clarius ex Salyc. in oppositione ad secundũ notabile, & apertius tradit gl. in d. l. famosi. in verbo parcendũ est ff. ad leg. Iul. Maiest. & expresſè voluerũt Afflict. in c. 1. in verbo, & bona cōmittentium crimen lęsę Maiestatis, nu. 43. verſ. sed iuxta hoc quæro in tit. quæ sint regalia. & decis. 265. num. 61. & 62. & decis. 307. in 3. dub. num. 27. Petr. à Plaza. in Epitome delictor. lib. 1. cap. 1. in fin. sub num. 29. Bertaz. conſ. crimin. 28. num. 6. lib. 1. & ibi etiam Claud. eius filius in additionibus Mascard. de probation. conclus. 461. in verbo, crimen læsæ Maiestatis. numer. 35. verſ. tertio præterea, & nouissimè Baiard. in addit. ad Clar. in §. læsæ Maiestatis nu. 11. verſ. item adde; Vnde sic Prin-
21 cipi suo maledicens, pœna criminis læsæ Maiestatis non est puniēdus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iuxta verborum, & personarum qualitatē, quemadmodum tenuerunt Afflict. in d. verbo, & bona committētium crimen læsæ Maiestatis, num. 43. & d. decis. 265. num. 61. & 62. & latius, d. decis. 307. in 3. dub. num. 27. verſ. totum, Crauet. d. conſ. 6. in 1. dub. sub num. 3. & in 3. dub. sub num. 71. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 50. num. 42. verſ. pœna autem tom. 2. Petr. à Plaza. in Epitom. delictorum lib. 1. cap. 4. in princ. Bertaz. d. consil. 28. num. 6. & ibidem Claud. in addition. & diffusè Menoch. d. casu 377. num. 13. & plurib. seq. verſ. quartus est casus, & infra, & est de mente Hieron. Gigant. d. q. 40. in fin. & Petr. à Plaza d. c. 1. in fin. & optimè probatur in d. l. vnica, C. si quis Imperat. maledixer. vt omne prędicti Doctores dicunt, & benè.
22 Sed & iniuria hæc verbalis posset esse tàm grauis, & atrox, & adeò lædens extimationem, & famā Principis, vt læsæ Maiestatis crimen saperet, & eius pœnam exigeret, vt considerat Claud. in addit. ad dictũ conſ. 28. Bertaz. Patris ponit Marsil. conſ. 1. num. 22. per eum adductus, cum quo conuenit Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 29. num. 10. verſ. item proditor. tomo 2. vbi expresſè ait, quod detrahens honori, famæ,
23 & extimationi Domini sui, tenetur vti proditor crimine læsæ Maiestatis, & secundum hoc potest intelli-
24 gi Clar. in §. læsæ Maiestatis, sub n. 1. in fin. inquit crimen lęsę Maiestis secundũ aliquos cōmitti per eu, qui de Principe, seù domino suo obloquutus fuerit, in qua sententiā Claud. adducit ēt Bursat. conſ. 147. n. 10. 41. & 42. sequitur Baiard. in addition. ad Clar. in d. §.

2 *Fiscus tenetur satisfacere creditoribus illius cuius bona propter delictum sunt confiscata, nam in illius locum subintrat.*

Hoc tamen procedit, quatenus bona sufficiunt, & non vltra, ibid. num. 3. & infra num. 17.

Fiscus in bonis damnatorum successor dicitur, et loco haeredis habetur, ibid. num 25.

4 *Debitor, cuius bona sunt confiscata, si in gratiam redeat, non tenetur ad antiqua debita, nec molestari potest à prioribus creditoribus, etiam in bonis postea quaesitis.*

5 *Bona post reditum in gratiam quaesita, dicuntur quaesita per nouam hominem.*

6 *Qui post condemnationem in gratiam rediit, nihil negocij amplius habet cum prioribus creditoribus suis.*

7 *Fallit vbi omnia bona vel eorum partem sub nomine quotae recuperat, quia tunc ad onera, et debita antiqua tenetur, proportionabiliter, pro rata bonorum recuperatorii.*

8 *Quod procedit etiam si creditores in termino cridarum, nihil dixissent, nec contradixissent.*

9 *Actio non extinguitur per non comparitionem in termino cridarum, seu bannimentorum sed adhuc viua remanet.*

10 *Iniquum esset, quod quis bona recuperaret, et onera eorum non sustineret.*

11 *Non debet quis ex suo delicto commodum sentire.*

12 *An sicut debitor, publicatis bonis, liberatur, ita, et eius fideiussores liberentur, respondetur cum distinctione, ibid. immediatè.*

13 *Fideiussores, ad commodum priuatorum ex publicatione bonorum principalis debitoris, non liberantur, sed adhuc conueniri possunt ab eius creditoribus.*

14 *Possunt tamen solutum a fisco, penès quem sunt bona debitoris, repetere, ibid. num. 28.*

15 *Fiscus tenetur indemnes conseruare fideiussores, soluentes pro eo, cuius bona publicata sunt, quemadmodum, et ipse debitor tenebatur.*

16 *Dummodo tamen bona sufficientia extent.*

17 *Fiscus non tenetur vltra vires bonorum, sed pro quanto tantummodo capit. supra num. 3.*

18 *Fiscus conuenitur à creditoribus damnatorum, vt possessor bonorum, et ideò pro eorum mensura teneri debes.*

19 *Quod procedit etiam si nullum fuerit confectũ inuentariũ.*

20 *Fideiussores, ad fauorem fisci adhibiti ex publicatione bonorum debitoris, liberantur, et quare ibid. num. 23.*

Hoc tamen non procedit sine contradictione, ibidem num. sequent. 21.

Verissima tamen est conclusio, et procedit etiam bonis non soluendo existentibus, ibid. num. 27.

Et cum hac transit D. Author. ibid. num. 34.

Quando creditor in bonis debitoris succedit, actio confunditur, et ipse, et eius fideiussores liberantur, ibid. num. 25. 29. et 32.

22 *Fiscus suo debitori succedit tantummodo pro quanto capit ex confiscatione, et ideò eius debitum non perimitur, nisi pro quãto ipse effectualiter in dictis bonis cõsequitur.*

23 *Peregrinus inaduertentia notatur, ibid num 26.*

24 *Fiscus, in quem transit omnis obligatio passiua, sicuti tenetur defendere eos, quorum bona sunt publicata contra quoslibet creditores extraneos, illis soluendo, ita, et contra se ipsum sibi ipsi satisfacienda, ibid. num. 28.*

29 *Si fiscus bona acceptat, actio quam habet aduersus ea extincta remanet.*

30 *Fiscus potest bona sibi delata non acceptare, si vult suas actiones saluas esse, et pro reo non teneri.*

31 *Fideiussor accusati, vel inquisiti de se praesentando ad mandatum Potestatis, et de soluendo omnem condemnationem, liberantur, si reus condemnetur, et bona eius publicentur, et ita fuit in facti contingentia decisum.*

32 *Fideiussores liberantur, quando creditor debitori succedit, ibid. supra num. 20.*

33 *Quod fideiussores non liberentur, nisi pro quãto capit fiscus de bonis principalis debitoris, non transit sine difficultate.*

34 *Fideiussor erga fiscum potest solutam à fisco repetere, si reus postea condemnetur, et bona eius publicentur.*

35 *Item omne damnum, et interesse, quod ob hanc causam passus est.*

36 *Quod procedit etiam, quod fuisset praestita fideiussio, pendente causa, ob quam talis condemnatio sequuta est.*

37 *Item procedit etiam, quod publicatio bonorum ipso iure veniret imponenda, et sic ex die commissi delicti, et ante praestitam fideiussionem.*

CASVS CC. XXXIV.

1 DEbitor, cuius bona sunt confiscata propter de-
lictum, liberatus est ab omni ęre alieno, nec à
creditoribus molestari potest, l. si debitor. C. de sent.
pass. & ibi gloss. & Scribentes, l. 1. C. de fideiussor. & ibi
etiam Doct. Gram. decis. 85. in fin. num. 5. & 6. Farin.
in suis quaestion. crim. tit. de delict. & poen. quaest. 25.
numer. 177. versic. amplia quinto, Boss. in pract. cri-
min. tit. de plocam. quod fit bonis publicatis sub num.
14. ante fin. vers. aduerte tamen, quia fiscus, Peregr.
de iure fisci lib. 5. tit. 1. de publicat. bonor. num. 55. ver-
sic. & adeò debitor liberatur, sed fiscus, qui loco haere-
2 dis habetur, & successor est, in illius locum subintrat,
& creditoribus satisfacere tenetur, l. si marito in
princ. ff. solut. matrim. l. 2. C. ad l. Iuliam de vi publ.
& priuat. Plot. inter cons. crimin. diuers. tomo 1. cons.
130. num. 83. in vltimo loco impressis in magna for-
ma. Castr. cons. 209. col. penult. lib. 2. Boss. vbi supra,
& antea titul. de bonor. publicat. num. 11. & sequent.
vers. an fiscus, Peregr. dict. tit. 1. num. 53. vers. secun-
dus effectus est, & nu. 54. post medium. vers. sic etiam,
& est communis opinio. Crauet. cons. 263. nu. 7. vers.
sed praemissis, sequitur Clar. in pract. crim. quaest. 78.
num. 29. vers. sed an teneatur fiscus, Franc. Beci, cons.
57. num. 5. vers. & in fiscum, Corn. cons. 190. num. 4.
3 vers. insuper fiscus lib. 1. & Farinac. vbi supra, quate-
nus tamen bona sufficiunt, & non vltra, vt subdit
4 Corn. & infra dicetur. Intantum quod si postea debi-
tor ipse redeat in gratiam, non teneatur ad antiqua de-
bita, nec molestari possit à prioribus creditoribus, etiã
in bonis postea quaesitis, quae dicuntur quaesita per
5 nouum hominem, qui nihil negotij amplius habet
6 cum prioribus creditoribus suis, l. tutor filiorum, & ibi
Scribentes, C. de sent. pass. Alex. in d. l. si marito num.
4. versic. quaerit Bald. ff. solut. matrim. Boss. dict. tit. de
proclamat. quod fit bonis publicatis in d. vers. aduerte
tamen quia fiscus, Peregr. loco citato sub nu. 55. post
d. vers. & adeo debito liberatur, & Farin. d. quaest. 25.
num. 179. vers. amplia rursus, & alij per eum citati;
7 nisi etiam recuperaret bona omnia amissa, vel eorum
partem, sub nomine quotae, quia tunc ad onera, &
debita antiqua tenetur proportionabiliter pro rata
bonorum recuperatorum, vt in d. l. si debitor, & in d.
l. Tutor filiorum, C. de sent. pass. Alex. vbi supra. Nell.
de bannit. in 1. part. 3. tempor. q. 21. Farin. d. q. 25.
num. 180. vers. limita eandem quintam ampliationem,
& Boss. d. tit. de proclamat. quod fit bonis publicatis
sub d. num. 14. d. vers. aduerte tamen, quia fiscus, vbi
8 etiam num. 15. & 16. vult, hoc procedere etiam, quod

credito-

creditores in termino eridarum, seu bannimentorum
publicari solitorum, vt prætendentes ius, vel interesse
compareant, aliàs non audiatur, & nullum Ius, vel in-
teresse habere censeantur, nihil dixissent, nec contradi-
xissent, adhuc enim tenetur dictis prioribus creditori-
9 bus satisfacere; quia actio non erat extincta, sed viua
10 prnes fiscus, & iniquum esset, quod bona recuperaret,
11 & onera non sustineret, quia hoc modo ex delicto cō-
modum sentiret, vt ibi per eum, de quo tamen dicen-
dum est, vt notaui supra, casu 233.
12 Sed difficultas est, an sicut debitor publicatis bonis
liberatur, ita, & eius fideiussores liberentur, in quo di-
cendum est, quod aut sunt fideiussores ad commodum
priuatorum, aut ad fauorem fisci; primo casu Clarum
13 est, quod non liberantur, imò à priuatis creditoribus
conueniri possunt dicti fideiussores, qui soluere iuxta
conuenta tenetur, bonorum principalis debitoris pu-
blicatione non obstante. l. si verò, in princ. ff. qui satisd.
cogant. l. capitis rei, ff. de fideiussor. l. 1. C. de fideiussor.
gloss. in l. in fraudem, §. si principalis in verbo fideius-
sores ff. de iure fisci. Bald. in l. tam mandatori num. 2.
& seq. vsque ad num. 7. C. de non num. pecun. Pere-
gr. d. titul. 1. sub num. 55. ad fin. vers. illud autem con-
stat. Bart. in d. l. si verò in princ. sub num. 1. vers. item
quia ponitur, & expressius in fine. vers. si verò bona es-
sent publicata, Plot. cons. 130. num. 83. inter cons. cri-
min. diuers. tomo 1. in impressis in folio, & ita debet
intelligi, Farinc. d. q. 25. num. 178. qui incidenter in
hoc loquitur, & non ex professo; possunt tamen solu-
14 tum a fisco, penes quem sunt bona debitoris repetere,
qui tenetur eos indemnes conseruare, quemadmo-
15 dum debitor ipse tenebatur, Franc. Beci. in terminis
16 fortioribus d. cons. 57. per totum, dummodo tamen
17 bona sufficientia extent, quia non tenetur fiscus vltra
vires bonorum, sed pro quanto tantummodo capit,
18 cum enim, vt bonorum possessor conueniatur, pro ip-
sorum bonorum mensura debet teneri, & non vltra.
Corn. d. cons. 190. sub num. 4. vers. & dato. lib. 1. Farin.
d. q. 25. num. 183. vers. sublimita primo principalem
decimam tertiam limitationem, Boss. d. tit. de bonor.
public. num. 23. Pereg. d. tit. 1. num. 64. vers. 4. hæres
19 tenetur, & est communis opinio, etiam si nullum con-
fectum fuerit inuentarium, Clar. d. q. 78. num. 30. vers.
vnum scias, & latius Farin. d. q. 25. num. 183. in fin. &
num. sequentib.
20 Secundo casu liberantur, ex quo enim fiscus credi-
tor succedit reo debitori, confunditur actio, & nedum
debitor ipse, sed & fideiussores liberantur, ita videtur
text. in d. l. in fraudem, d. §. si principalis, & ibi etiam
notat. glos. in verbo si principalis, & in d. verbo fideius-
sores ff. de iure fisc. glos. in d. l. 1. in gl. final. in fin. C. de
fideiussor. Bart. in d. l. capitis rei num. 2. & ibidem Ca-
str. sub num. 2. vers. item pro eis faciebat. Marsil. in ru-
br. ff. de fideiussor. q. 48. num. 407. & 408. Franc. Her-
[illegible] tract. de caut. de non offenden. cap. 23. num. 13.
v[illegible]c. 2. non obstat: & ita etiam tenuit Cuman. con-
si. 32. inculpatus in vltimo dubio num. 2. & est veris-
21 sima opinio, licet eam non audeat absolutè firmare
Peregr. d. tit. 1. sub. num. 55. vers. ideò cauendum est, &
num. seq. sed tantummodo pro quanto capit fiscus ex
22 confiscatione, succedit suo debitori, debitum non pe-
r[illegible]tur, nisi pro quanto ipse effectualiter in dictis bo-
nis consequitur, vt voluerunt Bart. in d. §. si principa-
lis, quem sequi videntur Castr. cons. 209. circa primum
notandum est, in primo dubio, vers. sed idem Bart. l. 2.
& Cuman. d. cons. 32. sub d. num. 2. in princ. & circa
medium, prout, eos adducit Peregr. vbi supra; qui ta-
23 men non aduertit, quod Castr. expressè tenet contra-
rium, & sequitur Bart. in d. l. capitis, quod imò fide-
24 iussores sint liberati in distinctè, omnia fiscus, in quem
transit omnis obligatio passiua, sicut tenetur eos de-
fendere contra alios creditores extraneos illi soluen-
25 do, ita & contra se ipsum, & sibi ipsi soluere debet,
cum sit loco hæredis. propter quod etiam confusa est
26 actio, quæ sibi competebat, prout etiam non aduertit
quod Cuman. vbi supra circa finem, vers. imo amplius
non tenet opinionem illam Bart. in d. §. si principalis,
sed gloss. ibi, & eiusdem glos. & Nicol. de Mattar. in d.
l. 1. C. de fideiussor, & eiusdem Nicol. & Bart. in d. l. si
27 verò, ff. qui satisda. cognat. quod etiam bonis non sol-
uendo existentibus, fideiussores liberentur, & a fisco
molestari non possint, & pro hoc antea bonas adduxi
28 rationes quia scilicet fiscus, in quem transeunt obliga-
tiones passiuè, teneretur restituere, si soluerent, & hi
ab eo solutum repetere possent, quia illis actio nō pos-
set cedi, quibus alias addidit Marsil. supra citat. & ita
verè dixit Bart. in d. l. si verò in fin. principij vers. si ve-
rò bona essent publicata, ea ratione, quia si fiscus bo-
29 na acceptat, extincta est actio, eo quod creditor debi-
tori succedit, potest enim fiscus ea non acceptare, si
30 vult suas actiones saluas esse, & pro reo non teneri, vt
ibi dicit Bart. & Castr. in d. l. si debitori ante fin. & Pe-
regr. d. tit. 1. numero 58. vers. limita quæ supra dicta
sunt; ita etiam simpliciter tenet Beci. d. cons. 57. sub nu.
5. post medium ibi, & pro hoc videtur decisio, vbi re-
fert Castr. in l. si debitori. 48. ff. de fideiuss. num. 2. di-
centem, Dyn. & Albert. Papiens. determinasse, quod fi-
31 deiussores cuiusdam accusati, vel inquisiti de se præ-
sentando ad mandatum Potestatis, & de soluendo om-
nem condemnationem, si postea reus fuit condemna-
tus, & bona eius confiscata, sunt liberati, sicut quan-
32 do creditor succedit debitori; nō tamē alia dicit in nec
hoc meminit de prædictis authoritatibus in pūcto per
me citatis; meritò itaq; Peregr. vbi supra dicit, quod
33 non transit sine difficultate opinio illa, quod non li-
beretur fideiussores, nisi pro quanto capit fiscus de bo-
nis debitoris principalis, cum extet in contrarium gl.
in d. §. si principalis, Bart. & Castr. in d. l. capitis, quod
maiore cum audacia dixisset, si alios, idem tenentes, &
supra memoratos vidisset, cum quibus transeundum
censeo.
34 Quinimo, si fideiussor erga fiscum pro debitore ipsi
fisco debitum soluisset, & postea dictus reus condem-
naretur, & bona eius publicarentur, posset solutum à
35 fisco repetere, vna cum damnis, & interesse ea de cau-
36 sa passis, etiam quod pendente causa ob quam talis
condemnatio est sequuta, fuisset præstita fideiussio,
37 puta de repræsentando, & etiam quod publicatio
bonorum ipso iure veniret imponenda, & sic
ex die delicti commissi, & ante dictam
præstitam fideiussionem, vt ele-
ganter consuluit Francis.
Beci. dict. cons. 57. in
toto, quem se-
quitur
Peregr. in dict. tract. lib. 6. tit. de
pignor. & hipothet. sub num.
12. vers. ideò fideiussor,
quod est no-
tandum.

EPITOME.

Explicatur materia obloquentium de Principibus, & Dominis suis, & illis maledicentium & carmina, cantilenas, epistolas, vel famosos libellos, contra eos componentium, & in scriptis redigentium, & publicantium, ac alia, in eorumdem D. minorum iniuriam, & dedecus tendentia, facientium; Declaraturque quænam hæc delicta sint, an sapiant crimen læsæ Maiestatis, & quomodo puniantur de Iure.

SVMMARIA.

1 *Constitutio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixe. commendatur, ibid. num. 5. remissiuè.*

2 *Obloquentes de Principe à Iudice non puniuntur, & quare.*

3 *Qui de Principe obloquitur ex leuitate contemnendus est, qui ex insania miseratione dignissimus, qui ex iniuria, ad ipsum Principem remittendus est.*

4 *Dicta ex personis loquentium pensanda sunt, & diiudicanda, ibid. num. 6.*

7 *Lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum non est.*

8 *Temerarij, & si pœna digni sint, vt insanis tamen illis parcendum est.*

9 *Fallit vbi delictum, vel ex scriptura legis descenderet, vel ad exemplum legis vindicandum esset.*

10 *Nisi maledicorum voces coercerentur, Principis Maiestas contemneretur, nimisque frequenter læderetur, multaque alia inconuenientia sequerentur.*

11 *Nimia subditorum dicacitas, & petulantia, pœnis reprimenda est.*

12 *Quod iniuriosè, & ex animo in proprios Principes modestia, ac reuerentia postpositis, profertur, impunitum dimitti non debet.*

13 *An qui verba iniuriosa, & in dedecus, ac obbrobrium sui Principis profert, incidat in crimen læsæ Maiestatis.*

Et concluditur, quod non sicuti quando iniuria verbo facta est, ibid. num. 15. 18. & 20

Vnde sic Principi suo maledicens, pena criminis læsæ Maiestatis non est puniendus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iuxta personarum, & verborum qualitatem, ibid. n. 21.

Hoc tamen fallit, vbi iniuria hæc verbalis esset grauis, & atrox, multum lædens existimationem, & famam Principis, nam tunc saperet crimen læsæ Maiestatis, & eius penam exigeret, ibid. num. 22.

14 *An is, qui versus, & cantilenas, ac epistolas famosas in iniuriam, & infamiam sui Principis componit, & in scriptis redigit, & diuulgat, incidat in crimen læsæ Maiestatis, & concluditur, quod sic, ibid. num. 25.*

Et ampliatur procedere, etiam in eo, qui sine scriptura famosum libellum, vel carmen confecit, ibid. num. 26. cum pluribus seq.

Item ampliatur habere locum in ijs, qui huiusmodi cantilenas vel scripturas quomodolibet manifestant, vel in ijs aliquo modo se immiscent, ibid. num. 29.

Quarè huiusmodi personæ, saltem pœnam capitis non euitarent, ibid. num. 38.

Nam alias in facti contingentia fuit in simili casu imposita pœna capitis, et confiscationis omnium bonorum, sicque fieri potuisse tenet D. Author. qui amplius asserit, se solum in hac opinione non fuisse, ibidem num seq. 39.

Hac tamen pœna ex Principis clementia, nec in persona, nec in bonis fuit exequuta, sed alia mitior imposita, ibidem num seq. 40.

Prædicta tamen declarari possunt procedere, quando res est clara, et aperta, nam vbi delictum non probaretur, vel verba in omnem euentum essent dubia, et ambigua et variam paterentur intellectum tunc imputati potius excusandi essent, quam puniendi, per ea, quæ habentur infra, a num 41. vsque in finem resolut.

16 *Delictum maledicentiæ contra Principem, et delictum læsæ Maiestatis possunt, tanquam crimina separata, et diuersa, sub separatis, et diuersis titulis iudicari.*

17 *separatione tractatuum, arguitur diuersitas materiei.*

18 *Verba iniuriosa contra Principem proferre, non est crimen læsæ Maiestatis, ibid. num. 15. et num. 20.*

19 *Et ita in facti contingentia consuluerunt celeberrimi viri pro Domino Paride de Cesarijs Mantuano Prætore Asulæ, qui malo animo in publicum dixerat Mantuæ Ducem malè, et iniustè fecisse, iubendo quosdam incarceratos Asulæ, Mantuam adduci in præiudicium priuilegiorum Asulanis concessorum.*

20 *Obloquens de Principe, et domino suo verba simpliciter proferens in eius iniuriam, non incidit in crimen læsæ Maiestatis, ibid. supra num. 15. et 18.*

23 *Detrahens honori, famæ, et extimationi Domini sui tenetur, vti proditor crimine læsæ Maiestatis, et supra, numero 22.*

24 *Clarius in §. læsæ Maiestatis sub num. 1. in fine declaratur,*

27 *Textus in l. famosi ff. ad l. Iul. Maiest. iuncta gl. in verbo parcendum, notabilis est, contra præponentes famosum carmen, contra Antianos, tàm in scriptis, quam sine scriptis.*

28 *Nulla videtur differentia, an componatur libellus famosus in scriptis, an verò sine scriptis quoad penæ impositionem.*

29 *Scribens, dictans manifestans, aut alterum eorum fieri faciens, libellum famosum ad alterius ignominiam, aut ipsum emens, vel vendens, capitaliter punitur, ibidem numero 32.*

30 *Qui cantilenas componunt in infamiam alicuis, aut etiam scripturas ponunt in loco publico, puta in vna columna, in platea, ad infamiam forsitan Magistratuum, vel super altare palatij Priorum, ponunt scripturas infamatorias, capitaliter puniuntur.*

31 *Hoc vltimum vidit, D. Author de facto.*

32 *Faciens famosum libellum contra priuatos, capite punitur, ibid. num. 29.*

33 *Faciens cantilenas famosas contra aliquem in publico in scriptis, siue verum dicat, siue falsum, capite plectendus est.*

34 *Masus de Placambijs de Bononia, qui pridè super altare Palatij Bononiæ clandestinè posuit quandam schedulam diffamatoriam regiminis Bononiensis, et si capitari debuisset, tamen fuit pena pecuniaria mulctatus in summa scutorum 2000.*

34 *Qui Principem suum offendunt, grauius puniendi sunt, quam qui priuatum quendam offendunt, ex atrociori iniuria, respectu personæ offensæ.*

36 *Pena capitalis, contra authores libellorum famosorum in practica non seruatur, sed alia pena Iudicis arbitrio in eos statuitur.*

37 *Ampliatur hoc procedere, etiam si in iniuriam Magistratuum, huiusmodi libelli facti essent, vt etiam ex eo apparet, quod supra de Maso de Placambijs, dictum est, numero 34.*

42 *Vbi delictum non probetur, imputatus dignus excusatione censetur.*

43 *Verba libelli famosi, in iniuram, et dedecus Principis confecti, vbi sunt dubia, et ambigua, variamque patiuntur*

tiuntur intellectum, in partem benigniorem, & ad deli-
cti exclusionem, sunt interpretanda.
44 *In libellis famosis ea semper capienda est interpretatio,*
quæ domini offensionem excludit, & dicenti fauorabilis
extitit.
45 *Absoluendus visus fuit olim in facti contingentia, qui*
contra Dominũ suum dixerat, eum esse dominum bestiarũ.

CASVS CC. XXXV.

1 VVlgaris est, & Christiano Principe digna Diuo-
rum Theodosij, Arcadij, & Honorij constitu-
tio, de qua in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixer.
2 quod qui de Imperatore obloquitur, a Iudice non pu-
niatur, quoniam si ex leuitate id processerit, contem-
3 nendum est, si ex insania, miseratione dignissimum;
si ab iniuria remittendum ad ipsum Imperatorem, qui
propterea mandat, se certiorem de omnibus fieri, vt
4 ex personis hominum dicta penset, & vtrum prceter-
mitti, an exquiri debeant, censeat: quod dictum
5 pulcre commemorat Natt. cons. 592. sub numer. 23.
post vers. postremò si viderem, & sub num. 25. vers.
vlterius cum hic agatur. & cons. 597. num. 25. vers.
postquam autem, & latius Menoch. de arbitr. iudic.
lib. 2. cent. 4. casu 377. num. 1. & seq. Boss. in pract.
crimin. tit. de iniurijs num. 34. Hieron. Gig. in tract.
de crimin. lęsæ Maiest. tit. 1. q. 40. num. 1. cum plu-
rib. seq. Petr. à Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap.
4. in princ. & est similis text. in l. famosi. vers. hoc ta-
6 men ff. ad leg. Iul. Maiestat. ibi, nam & persona spe-
ctanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit, &
7 an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit; nec lubri-
8 cum linguæ ad pœnam facilè trahendum est, quam-
quam enim temerarij digni pœna sint, vt insanis tamen
9 illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel
ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis
vindicandum est, vt sunt propria verba dictæ legis.
Sed quoniam, nisi maledicorum voces pœnis coher-
10 cerentur, Principis Maiestas contemneretur, nimisq;
frequenter læderetur, multaque inconuenientia ex
11 hoc sequerentur, & nimia subditorum dicacitas, &
12 petulantia reprimenda est, nec quod iniuriosè, & ex
animo, in proprios Principes, modestia, ac reueren-
tia postpositis, profertur, impunitum dimitti debet,
vt in dictis legibus probatur, & vtrobique notant glosſ.
13 & Scribentes: In contingentia facti dubitari vidi, an,
qui verba iniuriosa, & in dedecus, ac obrobrium sui
Principis protulit, incidisset in crimen læsę Maiestatis,
14 & quid in eo qui versus, & cantilenas, ac epistolas
famosas in iniuriam, & infamiam pariter sui Principis
15 composuit, & in scriptis redegit, & diuulgauit; Et cir-
ca primam dubitationem visum fuit quod talis oblo-
quens de suo Principe, quamuis iniuriosè, & ex animo,
non dicatur incidisse in crimen læsę Maiestatis, vt
quando iniuria verbo facta est, censuit gl. in l. 1. in ver-
bo cessant. C. ad leg. Iul. Maiest. ad hoc adducens, d.
l. vnic. C. si quis Imperator. maledixer. & ex hoc pro-
16 batur, quod huiusmodi crimina, videlicet delictum
maledicentiæ contra Principem, & dilectum læsę Ma-
iestatis, ponuntur tanquam separata, & diuersa, sub
17 separatis, & diuersis titulis, ex qua separatione titu-
lorum diuersitas ipsorum criminum arguitur, quo ar-
gumento ad hanc sententiam firmandam, vtitur Hie-
ron. Gigas. in tractatu de crimine læsę Maiest. d. tit. 1.
d. q. 40. num. 9. & 10. vers. ex prędictis concluditur,
18 & ante eum Crauet. cons. 6. in 1. dub. per totum, vbi
copiosè, & eleganter ostendit, non esse crimine lęsæ
Maiestatis, verba iniuriosa proferre cõtra Principem,
eandem opinionem tenuerunt Deci. cons. 256. Ias.
cons. 167. lib. 4. & Ruin. cons. 145. lib. 5. qui in eo-
19 dem casu consuluerunt pro D. Paridæ de Cesarcis
Mantuano, Pretore Asulę, qui cum Dux Mantuæ ius-
sissent quosdam incarceratos Asulæ, ad Duci Man-
tuam, id egrè ferens malo animo dixerat in publico,
Principem malè, & iniustè facere, hocque minimè
tolerandum esse, sed recurrendum, ne alias in perni-
ciem, & ruinam populi tenderet, & alia eiusdem Prin-
cipis iniustitiam, & priuilegiorum Asulanis concesso-
rum derogationem denotantia, & pręfatos Doctores
sequutus est Natt. cons. 595. col. 1. & 2. quorum dictis
20 in proposito nostro addendum est, quod verissimum
videtur, obloquentem de Principe, & Domino suo,
verbaque simpliciter proferentẽ in eius iniuriam, non
incidere in crimen lęsæ Maiestatis, ita n. probare vide-
tur gl. in d. l. vnica in verbo contemnendum, C. si quis
imperator. maledixer. vbi ẽt id colligitur ex Ioan. Fa-
br. in eodem verbo, contemnendũ, & in verbo remit-
tendũ, & Clarius ex Salyc. in oppositione ad secundũ
notabile, & apertius tradit gl. in d. l. famosi. in verbo
parcendũ est ff. ad leg. Iul. Maiest. & expressè voluerũt
Afflict. in c. 1. in verbo, & bona cõmittentium crimen
lęsę Maiestatis, nu. 43. vers. sed iuxta hoc quæro in tit.
quæ sint regalia. & decis. 265. num. 61. & 62. & decis.
307. in 3. dub. num. 27. Petr. a Plaza. in Epitome deli-
ctor. lib. 1. cap. 1. in fin. sub num. 29. Bertaz. cons. cri-
min. 28. num. 6. lib. 1. & ibi etiam Claud. eius filius in
additionibus Mascard. de probation. conclus. 461. in
verbo, crimen læsæ Maiestatis. numer. 35. vers. tertio
prætcrea, & nouissimè Baiard. in addit. ad Clar. in §.
læsæ Maiestatis nu. 11. vers. item adde; Vnde sic Prin-
21 cipi suo maledicens, pœna criminis læsæ Maiestatis
non est puniẽdus, sed alia ipsi Principi arbitraria, iux-
ta verborum, & personarum qualitatẽ, quemadmo-
dum tenuerunt Afflict. in d. verbo, & bona committẽ-
tium crimen læsæ Maiestatis, num. 43. & d. decis. 265.
num. 61. & 62. & latius, d. decis. 307. in 3. dub. num. 27.
vers. totum, Crauet. d. cons. 6. in 1. dub. sub num. 3. &
in 3. dub. sub num. 71. Decian. in tract. crimin. lib. 7.
cap. 50. num. 42. vers. pœna autem tom. 2. Petr. a Pla-
za. in Epitom. delictorum lib. 1. cap. 4. in princ. Ber-
taz. d. consil. 28. num. 6. & ibidem Claud. in addition.
& diffusè Menoch. d. casu 377. num. 13. & plurib. seq.
vers. quartus est casus, & infra, & est de mente Hie-
ron. Gigant. d. q. 40. in fin. & Petr. à Plaza d. c. 1. in fin.
& optimè probatur in d. l. vnica, C. si quis Imperat.
maledixer. vt omne prędicti Doctores dicunt, & benè.
22 Sed & iniuria hæc verbalis posset esse tam grauis,
& atrox, & adeo lædens extimationem, & famã Prin-
cipis, vt læsæ Maiestatis crimen saperet, & eius pœ-
nam exigeret, vt considerat Claud. in addit. ad dictũ
cons. 28. Bertaz. Patris ponit Marsil. cons. 1. num. 22.
per eum adductus, cum quo conuenit Decian. in tract.
crimin. lib. 7. cap. 29. num. 10. vers. item proditor. to-
mo 2. vbi expressè ait, quod detrahens honori, famæ,
23 & extimationi Domini sui, tenetur vti proditor cri-
mine læsæ Maiestatis, & secundum hoc potest intelli-
24 gi Clar. in §. læsæ Maiestatis, sub n. 1. in fin. inquit cri-
men lęsę Maiestis secundũ aliquos cõmitti per eũ, qui
de Principe, seù domino suo obloquutus fuerit, in quã
sententiã Claud. adducit ẽt Bursat. cons. 147. n. 10. 41.
& 42. sequitur Baiard. in addition. ad Clar. in dict. §.

læsæ Maiestatis sub num. 11. ibi nisi essent verba contra Principem.

25 Quo verò ad secundam dubitationem, dicendum
videtur, quod reus sit læsæ Maiestatis omnino, qui carmina, cantilenas, & epistolas in iniuriam, & dedecus
sui Principis composuit, in scriptis redegit, & diuulgauit, prout sentit gloss. in d.l. vnica, in verbo contemnendū, C. si quis Imperat. maledixer, quā ibi sequūtur Io. Fabr. & Salyc. & magis clarè id voluit gl. in d.l.
famosi, ff. ad leg. Iul. Maiest. in gl. in verbo parcendū
est, in secundo intellectu ad illū textum, de scriptura
loquentem, dum illum intelligit in eo, qui famosum
26 libellum de Principe scripsit, vel qui sine scriptura famosum carmē de eo confecit, quā ibi sequitur Angel.
de Perus. in fin. sub nu. 5. approbans dictam expositio-
27 nem, & subdens hoc notandum contra proponentes
famosum carmen cōtra Antianatos in scriptis, vel sine
28 scriptis, nulla enim videtur differentia, an componatur libellus famosus in scriptis, an verò sine scriptis,
vt per dictam gl. & Angel. eam sequentem, & probatur in lege Lex Cornelia, §. fin. ff. de iniur, & famos. libel. vbi idem Ang. postquam n. 1. summauit illū text,
29 hoc modo scribens, dictans, manifestans (aut alterū
eorum fieri faciens) libellum famosum ad alterius
ignominiam, aut ipsum emens, vel vendens capitali-
30 ter punitur, subdit num. 2. & 3. caueant igitur illi, qui
cantilenas componunt in infamiam alicuius, aut etiā
scripturas ponunt in loco publico, puta in vna colūnia, in platea, ad infamiam forsitan Magistratuū, caueant etiam illi, qui supra altare Palatij Priorum ponunt scripturas infamatorias, non descripto nomine
alicuius, nam isti capitaliter puniuntur, & hoc vltimū
31 vidi de facto, sequitur Paris de Put. in tract. de sindic.
in verbo iniuria officialis, c. 1. n. 6. fol. mihi 273. à tergo; & quidem si faciens famosum libellū contra pri-
32 uatos capite punitur, l. vnica, C. de famos. libell. & ibi
Doct. & præsertim Angel. dicens esse notandū cōtra
33 facientem cantilenas famosas contra aliquē in publico in scriptis, qui pęnam illius legis euitare nō potest,
siue dicat verum, siue falsum, & quod ibi est casus ex-
34 presius contra Masum de Placambijs de Bononia, qui
pridie super altare Palatij Bononię clandestinè posuit
quandam schedulam diffamatoriam Regiminis Bononiensis, quia debeat decapitari per illam legem, licet induta sibi fuerit pœna capitis, & conuersa in pę-
35 nam pecuniariam duorū milium ducatorum vtique,
qui contra Principem suum tale committit delictum,
grauius videtur puniendus ex atrociori iniuria, respectu personæ offensæ ex his, quę cōgerunt Petr. à Plaz.
in Epitom. delictor. lib. 1. c. 1. 3. 4. & 6. & Menoc. d. cas.
36 377. & licet pœna hæc capitalis in practica non seruetur, cōtra authores huiusmodi libellorum famoso-
37 rum, etiam in iniuriam Magistratus factorum, quicquid Angel. dixerit in locis citatis, sed alia pęna iudicis arbitrio statuatur, vt latè per exempla ostendit
Clar. in pract. crim. q. 68. n. 25. vers. libelli famosi, ta-
38 men qui in Principem, & Dominū suum eos faceret,
dictā capitis pęnam non euitaret, nec à læsæ Maiestatis crimine immunis esset, vt ex prædictis apparet, &
39 memini, alias in simili casu, fuisse delinquenti impositam pœnam capitis, & omnium bonorum confiscationis, sicque iure fieri potuisse ipse tenui; nec in ea
40 opinione solus fui, quę tamen pęna ex nimia Principis clementia, nec in persona, nec in bonis fuit exequuta, sed mitior imposita; Nec in contrarium facere
41 tunc visa fuerunt, quæ diffusè, ad excusationem Clarissimi Iurisconsulti D. Petrini Belli, qui egregium de
iure militari composuit tractatū, & D. Vincentij Belli
eius fratris, respectu literarum scriptarum in iniuriā,
& dedecus Ducis Mantuę, Albensis Ciuitatis eorum
Patriæ Domini, scriptura reliquit Natt. cons. 592. cū
sex sequentibus, & potissimum cons. 595. 597. & 598.
42 quoniam præfatus Excellentissimus Doctor potius
eos excusatione dignos censuit, quia delictum non
probaretur, & verba in omnem euētum essent dubia,
& ambigua, & variū paterentur intellectum, ob idque
43 in parte benigniorem, & ad delicti exclusionem venirent interpretanda, quā quod vbi constitisset literas
iniuriam, & dedecus Principis continere, delictū non
commisissent, de eoque pęnam reportare non debuis-
44 sent; vera enim conclusio est, quod etiam in his terminis ea semper capienda est verborum interpretatio,
quæ Domini offensionem excludit, & dicenti fauorabilis est, vt elegantissimè docet Crauet. cons. 9. per to-
45 tum, vbi consuluit pro absolutione imputati, quod
dixisset Dominum suum esse Dominum bestiarum.

E P I T O M E.

Quæ, quot, & qualia sint membra in corpore hominis, quid membri appellatione veniat, & de pluribus, & varijs quæstionibus dependentibus à statutis, punientibus delinquētes in amputatione membri alicuius, & potissimum manus, an pœna hæc capitalis dicatur, quomodo, & quando membrum intelligatur debilitatum, & de multis alijs ad hanc materiam pertinentibus.

S V M M A R I A.

1 *Vigent in pluribus Italia partibus statuta punientia, in certis casibus, delinquentes in amputatione alicuius membri.*

2 *Membrum in homine dicitur à metior metiris, quod est partiri, & diuidere.*

3 *Membrum dicitur quasi corporis pars.*

4 *Qualibet particula corporis, secundum latam significationem membrum corporis dicitur.*

5 *Qualibet lapis dicitur pars domus, sed impropriè.*

6 *Propriè loquendo, illa dicuntur partes rei, qua distinguuntur per partes officiorum, seu ministeriorum.*

7 *Membra domus, propriè loquendo, sunt aula, camera, coquina, & similia.*

8 *Membra in homine propriè dicuntur, qua diuersa officia habent, vt manus ad palpandum, pedes ad ambulandum, os ad gustandum, aures ad audiendum, et similia.*

9 *Lingua propriè membrum dicitur, cum distinctam habeat operationem in corpore nostro à cæteris, ibid. numero sequent. 10.*

11 *Digitus non dicitur propriè membrum, sed officium membri, ibid. num. 5. 110 et 118.*

13 *Dens non habet in corpore propriam, et distinctam operationem, sed mediantibus alijs membris.*

14 *Clericus indignatus ex dolore dentium, vnum sibi extrahens, non efficitur irregularis, licet secus esset, si sibi membrum abscideret.*

16 *Statutum loquens de debilitante, vel incidente aliquod membrum, non comprehendit debilitantem, vel incidentem digitum, vel dentem.*

17 *Fallit vbi ex ipsius statuti mente, aliud appareret, veluti si diceret, si quis alicui debilitauerit, vel inciderit ali,*

quod

quod membrum, simile sibi abscindatur; nam tunc ex qualitate relationis, statutum procedit in qualibet, etiam minima parte corporis, non attenta propria membri significatione.
18 An pena amputationis membri dicatur capitalis et firmatur, quod non, ibid. num. 27.
Quicquid in contrarium dicat Baldus, ibid. num. 28.
19 Pena capitalis dicitur illa, quæ mortem corpori infert, vel illud de Ciuitate eximit per deportationem, vel damnationem in metallum.
20 Quilibet homo liber triplex dicitur habere caput naturale, quo separato amittitur vita, libertatis, sine qua quis mortuus reputatur, et Ciuitatis, qua amissa quis separatur à corpore mistico suæ Ciuitatis.
21 Pena capitalis in tribus consistit, in perditione vitæ, videlicet, libertatis, et Ciuitatis.
22 Amputatio membri est meri Imperij, cum sit pœna sanguinis.
23 Amputatio membri, dicitur debilitatio totius corporis.
24 Amputatio membri, est maior pena triremium.
25 Valet argumentum de pena mortis naturalis ad penam mutilationis membri.
26 Amputatio membri mortis æquiparatur.
27 Hoc tamen procedit secundum quid tantum, eum verò pena hæc non sit capitalis, ibid. num. 18.
29 Statutum simpliciter de amputatione membri loquens, de manu est intelligendum.
30 Nullum membrum, excepta manu, mutilari debet.
31 Hoc tamen procedit, vbi aliter se non haberet consuetudo.
32 Statutum loquens de mutilatione membri simpliciter, non est intelligendum, neque de principaliori neque de infimo et debiliori, sed de medio, seu mediocri, vt est manus.
Pes, et oculus dicuntur membra in corpore principaliora, auris infimum reputatur, et debile; manus verò medium quoddam membrum inter maiora et minora, ibidem.
33 Statutũ loquens de amputatione manus, de qua sit intelligendum, plures recẽsentur opiniones, sed tandem concludit, quod intelligatur de debiliori, et de ea, in qua minus potest, siue sit dextera, siue sinistra, ibidem numero 35.
Quod in tantum verum esse affirmatur, vt cõcludatur, quod ipsemet reus non possit eligere eam, in qua plus potest, ibid. num. 37. et 80.
Nec pariter Iudex, et habeat arbitrium in amputatione membri, vt quod sibi videatur, abscindat, ibidem numero 79.
34 In eo membro corporis quis punitur, cum quo principaliter deliquit.
36 Dispositio generaliter, et simpliciter loquens, ad fauorem rei interpretatur.
37 Quandoque euenit, vt quis non possit renuntiare fauori suo, neque iis, qua pro se inducta sunt.
38 Reus, cui ex delicto manus est amputanda, si nullam habet manum, venit in alio membro puniendus.
39 Vel ei alia pena arbitraria pro ratione delicti imponenda est.
40 Et si in hoc casu sententia feratur, quod ei manus amputetur, sententia est nulla, quasi impossibilis, et ideò iterum esset iudicandum, ibidem num. seq.
41 Sententia, cuius executio est impossibilis, est ipso iure nulla.
Item iudicandum est sententia habita pro nulla; Petri Caballi Centuria Tertia.
42 An vnam tantum manum habens, illa priuandus sit, propter delictum, cuius pena est amputationis manus, & quod Iudex ex arbitrio possit illi talem pœnam imponere, ibid. numero 49.
Et secundum hanc opinionem fuiſſe per sacrum consilium iudicatum, confirmando sententiam Magnæ Curiæ Vicariæ, habetur, ibid. num 51.
Licèt humanior sententia existimetur, quod fiat commutatio in aliam pœnam, ibid. infra, num. 50.
Quod quidem nonnullis seruandum visum est, tam ante sententiam, quàm post, ibid. num 64.
Sed tamen dicitur, quod hoc non obtineret, nisi ante sententiam, ibid. num. 61. & 65.
Contrarium nihilominus firmatur hic. num. 70.
Sed declaratur procedere, quando statutum, vel sententia non loquitur de certa manu, puta de dextra, vel sinistra, nam tunc illa amputatur, qualiscunque sit, ibidem numero 73.
43 Grauius est perdere vnam manum illi, qui vnam solam habet, quàm ei, qui habet duas, ibid num 48.
44 Pœna non est aggrauanda ex interpretatione.
45 Pœna propter paupertatem commutatur de pecunia in personam, iuxta illud.
Qui non habet in ære, luit in corpore.
46 Statutũ imponens pœnam amputationis manus, intelligitur in habente duas manus, & non vnam tantum.
47 In pœnis corporalibus misericordia, & æquitas rigori præfertur.
52 An duas habens manus quarum altera vtilis est, altera verò inutilis, manu vtili priuandus sit, propter delictum, pro quo venit manus amputanda, variæ sunt opiniones, ibidem num. seq. & num 58 & seq. & numero 66. cum sequent.
Communis tamen sententia est, quod non, sed quod manus inutilis amputari debeat ibid num. 55. & 60.
Quæ quidem opinio, cæteris omnibus humanior est, licèt multum detrahat publicæ vtilitati, ibid. num. 58.
Declaratur tamen procedere, dum agitur de pœna inferenda, & antequàm sententia condemnatoria lata sit, nam secus esset, si iam sententia esset lata, & condemnatio sequuta, ibid. num. 61. & 65.
Item declaratur procedere, dummodo dicta manus non sit penitus inutilis, sed aliquo modo vtilis, ibidem numero 69.
Dominus tamen Author indistinctè firmat in omni casu, quod manus inutilis sit amputanda, ibid. num. 70.
Præter quam vbi statutum, vel sententia loqueretur de certa manu, nam tunc illa esset amputanda qualiscunque esset ibid. num. 73.
53 Manus inutilis pro nulla habetur, ibid. nu. seq. 54. & 67.
55 Quod manus arida, & inutilis amputetur, est aliqualis pœna, & num. 71.
56 Reus minimum soluendo liberatur, ibid. num. 76.
57 Pœna amputationis manus est considerabilis tum propter deformitatem, tum propter terrorem.
62 Sententia suum debet habere effectum.
63 Iudex sententiam mutare non potest, postquam illam semel tulit.
68 Maleficium dicitur esse sine pena, vel quasi, quando pro delicto, pro quo venit amputanda manus, amputatur arida, & inutilis, & non bona.
Maleficium sine pœna esse non debet.
72 Manus arida est manus, etiam quod inutilis sit, ibid. numero 76.
73 Quando statutum, vel sententia loquitur de amputatione certa

CASUS CC. XXXVI.

1 Vigent in pluribus Italiæ partibus Statuta, in certis casibus punientia delinquentes in pœnam amputationis alicuius membri, puta vulnerantes alium in facie cum cicatrice remansura perpetuo, & detur patione effigiei, vel cum baculo in quacunque corporis parte, vel dantia arbitriũ Potestati de aliquo crimine, vel generaliter imponendi pœnam corporalem, etiam vsque ad amputationem membri, vel aliter: super quibus cum plures soleant orir quæstiones, de nonnullis, frequentius in facto contingentibus, & magis

& magis dubitabilius agere decreui, vt ex earum di-
scussione, & resolutione, quid in alijs, quæ occurrere
possent, dicendum sit, facilè vnusquisque cognoscere
2 valeat; Antequam tamen ad rem ipsam accedamus,
præmittendum censemus, quod in homine membrum
dicitur, a metior, metiris, quod est partiri, & diuidere,
3 vnde membrum dicitur, quasi corporis pars, & hoc
modo secundum latam significationem, quælibet par-
4 ticula corporis, dicitur membrum, sicut quilibet lapis
5 dicitur pars domus, sed propriè loquendo, illæ dicun-
6 tur partes rei, quæ distinguuntur per partes officiorũ,
seu ministeriorum, & propterea sicut in domo multa
7 dicuntur esse membra, puta aula, camera, coquina, ita
in homine membra dicuntur propriè, quæ habent di-
8 uersa officia, seu ministeria, vt pedes ad ambulandum,
manus ad palpandum, os ad odorandum, oculi ad vi-
dendum, aures ad audiendum, vt punctualiter determi-
nant in Auth. sed nouo iure, C. de seruis fugit. Bal. nu.
2. Angel, num. 2. Fulg. num. 1. Castr. num. 2. Cępol. q. 8.
num. 43. Addent. ad Iacob. Butr. ad fin. vers. est autem
membrum. Ang. de malef. in verbo membrum, nu. 1.
& 2. & ibi etiam August. de Arim, nu. 9. & 11. in addi-
tionibus, Bald. in l. 3. num. 5. vers. quæro hic, C. de ac-
cusation. & in l. data opera, nu. 50. ad fin. vers. in cor-
pore nostro, C. de his, qui accus. poss Bartol. in l. 2. ff. de
public. iudic. in 2. q. sub nu. 13. & ibidem, Angel. nu. 8.
9 & Imol. num. 6. & idem dicitur in lingua, quæ opera-
tionem distinctã habet in corpore nostro ad loquen-
dum, secundum Bart. in d. l. 2. col. vltim. num. 13. ff. de
public. iudic. ad hoc adducentem textũ satis proban-
tem in l. si cui lingua, ff. de ædilit. edict. quicquid ibi in
contrarium dicat Cępol. nu. 2. nam, & eam esse mem-
brum dicunt expresse Bald. in l. si fugitiui, sub num. 1.
10 vers. vnde si cursor, C. de seruis fugit. & in l. 3. num. 5.
vers. quæro hic, C. de accusat. Ang. in d. l. 2. ff. de pu-
blic. iudic. num. 8. & ibidem Imola sub num. 6. Castr. in
d. auth. sed nouo Iure, sub num. 2. ibidem ipsemet Cæ-
11 pol. q. 8. n. 43. Digitum autem membrorum non esse,
sed officium membri, probat text. in l. non sunt liberi,
ff. de stat. homin. & in l. idem filius, ff. de ędilit. edict. &
ibi latè Cępol. post alios, in 2. notabil. num. 3. & seq. &
notant, in d. auth. sed nouo, Iure Bald. num. 3. Angel.
num. 2. in fin. Fulgos. sub num. 2. vers. vnde nec digitus
Castr. sub num. 2. Addent. ad Iacob. Butrig. ad finem
additionis, Salyc. in princ. Angel. de malefic. in d. ver-
bo membrum, num. 2. & ibidem August. in addition. n.
9. & seq. Et eodem modo nec dens, l. cui dens, ff. de ędi-
12 lit. edict. & ibi Cępol. num. 2. & latius num. 12. & 13. in
13 5. quæst. quia non habet de per se operationem pro-
priam, & distinctam, sed mediantibus alijs membris, vt
etiam tradunt in d. l. 2. ff. de public. iudic. Bart. num. 13.
in fin. Angel. num. 11. & Ioan. de Imol. num. 6. & in d.
auth. sed nouo Iure, Bald. sub nu. 4. vers. sic etiam, An-
14 gel. in princ. qui ideo inquit, quod Clericus indignatus
ex dolore dentium, vnum sibi extrahens, non est irre-
gularis, licet secus esset, si sibi membrum abscinderet,
& sequuntur ibi Fulgos. num. 2. vers. dens autem, & Ad
dent. ad Iacob. Butrigar. ante finem, vers. & dum dici-
15 tur, & idem quod non sit membrum vult Angel. in d.
verbo membrum num. 3. & August. num. 11. Vnde sta-
16 tutum loquens de debilitante, vel incidente aliquod
membrum, non compræhenderet digitum, vel dentem
debilitantem, aut incidentem; nisi ex ipsius statuti mē-
17 te aliud appareret, vt quia diceret, si quis alicui debili-
tauerit, vel inciderit aliquod membrum, simile sibi ab-
scindatur, quia tunc ex qualitate relationis, statutum
in huiusmodi membrulis, vt sunt digitus, & dens, pro-
cederet, & similis pœna delinquenti imponenda esset,
vt declarant in d. auth. sed nouo iure, Bald. num. 4. Ful-
gos. num. 2. ad fin. & Castr. num. 2. circa medium, & Cę-
pol. in d. l. cui dens, in 5. quæst. num. 13 Angel. in dicto
verbo membrum n. 2. & latius ibidem August. in addit.
num. 10. vers. sed aduerte, Bart. in l. 2. ff. de public. iud.
n. 14. vers. & dic prædicta vera.
18 His sic præmissis, quæritur primo an pœna ampu-
tationis membri dicatur capitalis, & dicitur, quod non
19 quia capitalis est, quæ mortem infert corpori, vel il-
lud de Ciuitate eximit per deportationem, vel damna-
tionem in metallum, quod non contingit in condem-
nato in amputatione alicuius membri, ita in puncto
decidit Bart. in d. l. 2. num. 12. & 15. ff. de public. iudic.
& post eum, Castr. in d. auth. sed nouo iure, num. 2. ver.
sed an amputatio membri, & latè tradit Aretin. in leg.
qui manus, post principium, ff. de testam. & facit text.
in l. respiciendum, §. fin. & in l. capitalium, in princ. ff.
de pœn. & in l. ædicto, §. rei autem capitalis, ff. de bon.
possession. cum enim quilibet homo liber triplex dica-
20 tur habere caput, & primum sit naturale, quo separa-
to ammittitur vita, secundum libertas, sine qua quis
mortuus reputatur, tertium Ciuitas, qua amissa, quis se-
paratur a corpore mistico suę Ciuitatis, sequitur, quod
21 pœna capitalis in tribus consistat, videlicet in perdi-
tione vitæ libertatis, & Ciuitatis, vt eleganter docet
Bald. in d. l. 3. C. de accusat. num. 1. & 2. est tamen meri
22 imperij, cum sit pœna sanguinis, vt in eadem authen.
notat Bald. in princ. & Bart. in l. 2. num. 12. vers. secun-
do quæro, & num. 15. vers. circa hoc ff. de public. iudic.
23 diciturque debilitatio totius corporis hominis, vt di-
cit idem Bald. in l. si fugitiui, in fin. num. 9. C. de seruis
24 fugit. & est maior quam sit pœna triremium, vt colli-
gitur ex dictis per Grammat. voto 5. in fin. facit Alex.
cons. 55. num. 5. vers. & per prædicta, lib. 7. vbi ex plu-
ribus ostendit, valere argumentum de pęna mortis na-
25 turalis, ad pœnam mutilationis membri; quasi quod
26 ipsi morti æquiparetur, quod etiam voluit Aretin. in
d. l. qui manus in princ. ff. de testament. qui tamen in-
quit, hoc secundum quid tantum procedere, cum verè
27 pœna hæc non sit capitalis, vt supra dictum est, & tra-
dit etiam Bart. in d. l. 2. ff. de public. iudic. sub num. 12.
28 quicquid in contrarium dixerit Bald. in d. l. 3. num. 4.
vers. secundo quæro. C. de accus. contra quem veriorē,
& crebriorem sententiam esse dicit Menoch. de arbit.
iudic. lib. 1. q. 86. num. 15. vers. non est pariter.
29 Secundo quæritur, si statutum simpliciter loquatur
de membro, de quo sit intelligendum, & videtur, quod
de manu intelligi debeat, Bald. in l. data opera, C. de
his, qui accusare possunt num. 50. vers. & vbi, & vide-
tur probari in d. auth. sed nouo iure, & in l. si fugitiui,
iuncta gloss. C. de seru. fugit, maximè quia, vt ibi dicit
30 Bald. num. 2. hodie, excepta manu, nullum membrum
debeat mutilari, vt in d. auth. sed nouo Iure, nisi aliter
31 se haberet consuetudo, & ita etiam ante Bald. voluit
in d. auth. Iacob. Butrigar. in princ. & sequuntur Saly.
in princ. & Fulgos. in 2. notab. num. 3. quia, vt ipse dicit
intelligitur de membro, non principaliori, & nobilio-
32 ri, vt est pes, & oculus, nec de infimo, & debiliori, vt
auris, sed de medio, seu mediocri, vt est manus, & ita
etiam tradit Castr. sub nu. 1. vers. circa primum ad fi-
nem, idem notat Augustin. de Arim ad Angel. de ma-
lefic. in verbo membrum num. 10. vers. & teue menti.

33 Ter-

33 Tertiò quæritur ; si statutum loquatur de manu,
de qua sit intelligendum, Odofred. in d. authentic.
sed nouo Iure, dicit, intelligẽdum esse de ea, cum qua,
quis deliquit, per text. in d. l. si fugitiui, C. de seru. fugit.
34 vbi quod in eo membro corporis quis punitur, cum
quo principaliter deliquit, vel de ea, quam reus puniẽ-
dus elegerit, per l. cum is, 32. §. fin. ff. de cõdit. indebit.
sed gloss. in d. auth. dicit intelligi debere de debiliori,
35 in qua minus sit potens; siuè sit dextra, siuè sinistra: &
eam sequuntur ibi Iacob. Butrigar. post principiũ vers.
item quæro quæ manus, Cyn. sub num. 2. in fine, vers.
circa istam authent. Bart. num. 1. Bald. numer. 15. vers.
demum quæritur, Angel. num. 4. vers. in gloss. 2. Salyc.
in 2. quæst. num. 2. dicens, ita communiter teneri, &
36 probari ex illo textu, qui loquitur de vna manu, nec
proinde curauit de ea, cum qua reus deliquit, vel non.
Fulgos. num. 4. ante finem, vers. in gl. sola manus. Me-
noch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 7. casu 58 ante finẽ,
Cæpol. in auth. sed nouo Iure. quæst. 2. nu. 34. In tan-
37 tum, vt nõ possit reusmet eligere eam, in qua plus po-
test, quia in hoc non potest renuntiare fauori suo, vt
per Salyc. in d. auth. q. 5. nu. 4. & infra dicetur in vers.
nec esset in facultate in 5. quæst.

38 Quartò quæritur, quomodo puniendus sit reus cui
ex delicto manus amputanda erat, si manum non ha-
bet, Bald. in d. auth. sub num. 15. vers. quid si manum
non habet, dicit, eum esse puniendum in alio membro
per legem secundam in vers. & si persona vilior, C. vt
infra certum tempus, & per l. quicunque, C. de seru. fu-
git. idem ante Bald. voluit Iacob. Butr. in eadem auth.
post princ. vers. sed quid si nullam manum habet? se-
quitur Salyc. in 3. quæst. sub num. 3. ad finem dicens,
ita omnes tenere, nec videtur dissentire Menoch. de
arbitr. iudic. lib. 2. centur. 6. casu 589. nu. 1. dicens im-
39 ponendam esse pęnam arbitrariam, quod antea vo-
luerunt Bald. in c. 1. §. iniuria, num. 13. vers. quęro qua-
liter, de pace iuramen. firman. & Alex. ad Bart. in leg.
vulgaris, ff. de furt. in vltim. appostill. in verbo vna da-
tione, sub litera, D, & ipse notaui in prioribus resolut.
crimin. casu 56. sub num. 116. Cępol. in d. auth. in 5. q.
40 numer. 40. Et si hoc casu lata esset sententia, illa esset
nulla, quasi impossibilis, l. finali, ff. quæ sententiæ sine
appel. rescind. Et ideo iterum esset iudicandum sentẽ-
41 tia habita pro nulla, l. 4. C. de accus. secundum Bald. in
d. auth. sub num. 17. vers. sed si nullam haberet manum
post Nicol. de Mattar. & ibidem Cępol. in 5. quæst. nu.
40. & Menoch. d. casu 589. ad fin.

42 Quinto quæritur, an vnam tantum manum habens,
illa priuandus sit propter delictum, cuius pœna sit am-
putationis manus, Guliel. de Cune. dixit, quod sic, arg.
leg. si in emptione, §. penult. ff. de contrahend. empt.
Baldus autem in d. auth. nu. 16. inquit opinionem hanc
43 duram videri, quia grauior est perdere vnam manum
illi, qui vnam solam habet, quam ei, qui duas habet. ar-
gum. l. interpretatione, ff. de pœn. & l. illicitas, §. & ne
tenuis vitæ, ibi lumine vnico, & l. final. ff. de offic. præ-
sid. & pœna non est aggrauanda ex interpretatione,
44 d. l. interpretatione, vnde inquit videri, pęnam esse cõ-
mutandam in aliud, sicut fit de pecunia in personam
45 propter paupertatem: argum. d. l. quicunque. C. de ser.
fugit. & l. hodie. ff. de pœn. & hoc tenet Castr. in dict.
auth. num. 4. ad finem vers. Item pone: quia statutum
46 intelligitur in habente duas manus, & non vnam tan-
tum, vnde facienda erit commutatio in aliam pęnam,
& Castr. refert Grammat. decis. Neapolit. 94. num. 1.
47 eam corroborans num. 2. & 3. ex misericordia, & æ-
quitate in huiusmodi pœnis rigori præferenda, nec
dissentit Cępol. in d. auth. in 4. quæst. num. 37. & sequ.
sed idem Bald. postea subdit num. 17. vers. sed in eo,
quod dictum est, quod imò manus illa est amputanda,
48 quia licet sit pœna grauior illi, illam tantum habenti,
quàm alteri, qui duas habet, tamen illud contingit ca-
su, imo culpa ipsius delinquentis; quarè Iudex ex ar-
49 bitrio, quod habet l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de
infamibus, potest dictam pœnam imponere, & hanc
sententiam tenuit antea Iacob. Butrigar. in eadem au-
th. post principium in vers. sed quid si vnam tantum
habet, dicens, quod illa sola est amputanda, argum. l.
stichum, aut pamphilum. in princ. ff. de solution. sequi-
tur Salyc. latè insistens, quæst. 2. nu. 3. vers. quid si vnam
solam habet, idem vult. Fulgos. sub n. 5. vers. cæterum
50 in eo, licet fateatur humaniorem esse sentẽtiam, quod
fieret commutatio in aliam pœnam, idem tenuit Grã-
mat. d. decis. 94. nu. 4. & seq. inquiens, secundum eam
51 Sacrum Consilium iudicasse, & confirmasse sententiã
Magnæ Curiæ Vicariæ, quæ quendam Dominicum
Ferrettam condemnatũ in amputatione manus dex-
træ, propter vulnus illatum in facie cuiusdam Iuuenis,
cum deturpatione, iterum pro alio simili delicto con-
demnauerat in amputatione alterius manus sinistræ,
quæ sibi remanserat, & ita etiam in hoc casu tenet Cę-
pol. d. q. 4. num. 38.

52 Et idem est, secundum Bald. in d. auth. sub n. 16. ver.
& eodem modo potest responderi, si quis duas habet
manus, sed vna est prorsus inutilis, quæ pro nulla ha-
53 betur l. 1. §. fin. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine,
& l. quoties, ff. qui satisd. cogan. vt scilicet alia impona-
tur pœna, vel bona amputetur manus, ac si eam solam
siue aridam, quæ pro nulla est, haberet, idem sentire
54 videtur Angel. in l. 2. ff. de public. iudic. num. 13. & ita
etiam arguit Iacob. Butrigar. ibidem post principium,
vers. sed quid si vnam habet aridam, qui tamen postea
55 decidit contrarium, quod imò illa arida est amputan-
da, quia est aliqualis pœna, & reus minimum soluẽdo
56 liberatur, l. semper in obscuris, ff. de reg. iur. & ita eũ
sequendo Iacob. Butrigar. voluit ipse Bald. ibidem nu.
18. vers. Item non est dubium: & post eum Salyc. quęst.
4. num. 4. inquiens, hanc esse pœnam considerabilem,
57 tum propter deformitatem. tum propter terrorem, &
cum hac opinione videtur transire Fulgos. sub num. 4.
58 in fin. & num. 5. dicitque eam esse humaniorem, licet
multum detrahat publicę vtilitati, & recitat opiniones
antiquorum in contrarium pro amputatione manus
bonæ, secundum Cyn. in d. auth. num. 3. vers. secundo
quæro, vel commutationis pęnæ loco aridę, secundum
59 opinionem Nicol. de Matarel. eandem sententiam,
quod manus arida amputanda sit, & non bona, repro-
60 bata opinione Cyn. tenuit Ang. de malefic. in d. verbo
membrum, num. 5. & 6. vers. & per prædicta, & ita e-
tiam pertransit Io. de Imol. in d. l. 2. ff. de public. iudic.
num. 7. vers. & per prædicta etiam infert, latè Cępol. in
d. auth. quęst. 3. num. 35 & seq. & faciunt statim dicen-
da in vers. an autem, & infra.

61 Quæ tamen procedere videntur, dum agitur de pę-
na inferenda, & antequam, sententia condemnatoria
lata sit, quia tunc quæ dicta sunt de vnam tantum ma-
num habente, vel duas, sed vnam inutilem, locum
habere possunt, secus autem si iam lata sit sententia,
& condemnatio sequuta, quia tunc exequenda est, &
manus amputanda, quæ sola sit, argum. d. l. si in em-
ptione,

ptione, §. penul. ff. de contrahend. emp. Sententia enim
62 debet habere effectum, l. quoties in actionib. ff. de reb.
dub. nec Iudex illam amplius mutare potest, leg. 1. C.
63 sententiam rescindi non posse, & ita tradit Bald. in d.
auth. sub n. 16. vers. & hæc vera sunt ante sententiam,
sequitur Fulgos. num. 6. & seq. versic. & hæc sunt vera
ante sententiam, qui tamen inquit, quod humanior est
64 sententia Nicol. de Matarel. quod, & hoc casu non
amputaretur, sed commutatio pœnæ per Iudicem fie-
65 ret; sed quod ea non obtineretur propter authoritatē
maioris partis, aliam opinionem tenentis; eandem o-
pinionem sequendo Bald. tenuit ibidem Cępol. d. quęst.
4. num. 39. vers. & prædicta procedunt,

66 An autem, & hoc casu, si condemnantus duas ha-
bet manus, quarum vna sit prorsus inutilis, abscinden-
da sit illa inutilis, an verò altera manus bona, ac si vnā
tantum haberet, cum illa inutilis pro nulla habeatur,
67 sunt opiniones: nam videtur, quod inutilis abscindi
debeat per d. l. interpretatione. è contra autem vide-
tur, quod bona sit amputanda, secundum Cyn. in d. au-
th. sed nouo Iure, num. 3. arg. l. 2. C. vt intra cert. temp.
68 quia alias maleficium esset sine pœna, vel quasi, quod
esse non debet, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. Bald. in
d. Auth. num. 17. vers. sed, quid si retento prædicto ca-
69 su, inquit, quod si manus debilis est omnino inutilis,
secunda opinio est vera, si verò aliquo modo sit vtilis
amputari debeat ipsa debilis, & prima opinio proce-
70 dat; sed certè hæc prima sententia de amputatione
manus inutilis, indistinctè est tenenda, quia negari non
71 potest, quin sit aliqualis pœna, quæ sufficit, vt dicit Ia-
cob. Butrigar. ibidem post principium, vers. sed quod
si vnam habet aridam, quem sequitur ipsemet Bald. ad
fin. num. 18. vers. item non est dubium, & post eum Sa-
lyc. in 4. quæst. nu. 4. vltra quod manus est, etiam quod
72 arida sit, vt ibidem Salyc. subdit in fine d. 4. quæstionis,
& ante eum voluit Angel. num. 4. vers. in glo. 2. sequi-
tur Fulgos. numer. 6. & seq. vers. & hæc sunt vera antę
sententiam, & infra, & late probat Ianol. in d. l. 2. ff. de
public. iudic. num. 7. vers. & per prædicta etiam, & be-
nè seruiunt dicta paulo ante in versic. & idem est secū-
dum Baldum, Sanè si statutum de certa manu loque-
73 retur, puta de dextra, vel sinistra, & eodem modo sen-
tentia, vtique illa qualiscunque esset, etiam penitus
74 inutilis, abscindenda esset, quia solutione eius, quod
debetur, tollitur obligatio, & quia reus liberatur sol-
uendo rem talem, qualis est, vt sub dit Bald. sub d. num.
17. ad finem vers. item in eo, quod dictum est de manu
inutili, maximè quia, vt idem Bald. subdit num. 18. licet
75 manus sit inutilis, tamen eius mutilatio magna est pę-
na, & ideò sufficit illam amputari, & minimum soluen-
76 do liberatur debitor, l. semper in obscuris ff. de regula
iur. nec manus arida, manus esse desinit, imo manus di-
citur, quantumcunque non habeat vitam membri,
77 quousque corpori cohæret, & illi coniuncta est; quē-
admodum arbor arida quousque solo cohæret, & a ra-
78 dice non separata, arbor dicitur, post separationem
verò lignum appellatur, vt hoc argumentu vtens, rem
hanc in terminis nostris resoluit Angel. in eadem auth.
num. 4. vers. in gloss. 2, sequitur Salyc. in 4. quæst. num.
4. in finem, & Fulgos. num. 5. & seq. vers. item amputa-
to, & nu. 8. vers. in eo autem, & latè Cępol. in 3. quæst.
num. 36.

79 Sic, & si Iudex haberet arbitrium in amputatione
membri, vt quod sibi videatur amputandum, abscinda-
tur, vtique aridum, & inutile arbitrandum esset; vt se-
quendo Nicol. de Matarel. tenet Bal. in d. auth. sed no-
uo Iure. in final. verb. sub num. 18. Sequitur Fulgos. sub
num. 8. vers. vbi autem statutum, & Cępol. d. quæst. 3,
num. 36. ad finem,

80 Nec esset in facultate rei eligendi manum vtilem,
& eam sibi imputari faciendi, & non aridam, renun-
81 tiando in hoc fauori suo, quia statutum respicit fauo-
rem publicum totius humanæ generationis, non delin-
quentis tantum, argum. l. quos prohibet. ff. de postu-
land. ideo ei renuntiare non potest, l. quod fauore, cum
82 ibi notat. C. de leg b. & ita ex prædictis rationibus cō-
cludit Salyc. in d. auth. sed nouo Iure, in 5. quæst. num.
4. ad finem, dicens esse opinionem Cyn. ibi, qui verè id
voluit, num. 3. vers. tertio quæro, pro cuius corrobora-
tione adduci potest Ang. in l. quicunque, ad fin. num.
83 7. C. de seru. fugitiu. vbi ait, quod in alternatiuis pęna-
rum non cadit electio, quia semper minor est in obli-
gatione, l. si ita stipulatus fuero decem, aut quindecim,
ff. de verb. obligat. & l. semper in stipulationibus, ff. de
reg. iur. & quod ideò si imponitur pœna corporalis,
84 aut pecuniaria, licet reus velit soluere potius corpo-
ralem, non auditur, quia totius humani generis intuitu
85 imposita est pecuniaria, cui humanitati renuntiare
non potest l. addictos in fine, C. de Episcopal. audient.
& l. addictos in princ. C. de appellation & subijcit Bar.
consuluisse apud Assisium, quod condemnatus in pe-
86 cunia, quam si non soluerit intra decem dies, pes sibi
debeat amputari, elapsis decem diebus, volens perde-
re pedem, non debet audiri, si potest soluere pœnam
pecuniariam; nec dissentit Salyc. in eadem lege, in §.
quod si verò ad prædictam pœnam nu. 14. ad fin. vers.
quæro quid si sit locuples, & idem ante eos voluit Bal.
in eadem lege, num. 23. vers. sed quid si est soluendo,
sequitur Fulgos. num. 10. vers. & per hoc concordat. &
post eum Castr. sub num 8. vers. in gloss. ibi respondeo
debentis, & hoc idem fuit de mente Cyni in eadem le-
ge, si fugitiui, sub num. 6. ad fin. ver. vel possum dicere,
& dixi in prioribus meis resolutionib. crim. cent. 1. cas.
77. in 5. q. num. 13. & 14.

87 Sexto quæritur, an si statutum dicat, quod vulnerāti
aliquem in platea, manus abscindatur, si aliquis vulne-
rauit aliquem in platea pluribus vulneribus eodem tē-
pore, plures manus sint abscindendæ. Castr. in d. auth.
sed nouo Iure, num. 3. vers. sed pune, format hanc quę-
stionem, & primo dicit videri, quod sic, quia tot sunt
88 delicta, quot vulnera, licet eodem tempore facta, &
quodlibet meretur pœnam, l. nunquam plura ff. de pri-
uat. delict. & d. l. quicunque vers. si verò secūdo, vel ter-
tio, de seru. fugitiu. deinde dicit in contrarium facere
text. in d. auth. in verbo, vna sola manus, & quia fuerūt
89 vulnera simul facta, & ideo videtur esse vnum delictū,
secundum gloss. in l. 1. C. vnde vi, circa fin. tandem ni-
hil resoluit, sed se remittit ad Bart. in l. vulgaris, ad fin.
ff. de furt. vbi num. 3. versic. quæro statutum est in hac
90 Ciuitate, inquit, quod stante statuto, quod si quis per-
cusserit aliquem cum sanguine in platea, amputetur
sibi manus, si quis percutiat pluribus vulneribus, dubi-
tatum fuit, an debeant sibi amputari ambæ manus, &
dicit hanc quęstionem habuisse de facto, & quod videe-
tur dicendum, quod si statutum simpliciter, & indiffi-
nitè loquatur de manu, nec dicat, de qua, scilicet dex-
tra, vel sinistra, poterunt ambæ amputari, quia sicut
91 genus generalissimum, vt pœna, quæ est in quantitate
recipit multiplicationem, ita genus subalternum, do-
nec durat, sed si statutum diceret de manu dextra, ad-
uerten-

92 uertendum est, quod si illa plura delicta præcesserunt,
antequam de aliquo fieret condemnatio, tunc sufficit
amputari dictam dextram manum pro omnibus, sed si
93 primo facta esset de condemnatio de vno delicto, &
postea ille delinquens, committeret aliud delictum,
posset Iudex alterare pœnam, et amputaretur altera
manus, cum illa pœna amputationis manus dextræ nõ
posset amplius imponi l. hos accusare. §. omnibus. ff. de
accusation. Idem vult Bald. in l. quid ergo, §. pęna gra-
uior. in repetit. ff. de his, qui notant infam. ad fin. num.
94 35. dicens, quod si statutum, facienti vulnus in facie,
imponat pœnam amputationis dextræ, si reus non ha-
bet dextram, amputabitur sinistra, vers. Iudex dictam
pœnam commutabit in pęnam pecuniariam, & quod
95 si quis fecisset duo vulnera in facie, non tamen ei am-
putarentur ambæ manus, sed illa dextra tantum, quia
vna soluto sufficit, quæ vtriusque delicti pęnam inclu-
96 dit, cum non possit multiplicari, tamquam consistens
in specie: secus autem inquit, si statutum non loquere-
tur de manu dextra, & sic in specie, sed simpliciter, &
indefinitè de manu, quia tunc pro duobus vulneribus,
possent duæ manus amputari, quia pluralitas delicto-
97 rum exigit pluralitatem pœnarum, & testatur ita As-
sisij fuisse practicatũ, quam practicam iuridicam fuis-
se, licet non laudatam asserit, quia statutum erat intel-
98 ligendum de sinistra, vel secundum alios de dextra, cũ
qua erat facta percussio, & illa sola veniebat amputã-
da, vt etiam ipse alias dixi in prioribus resolutionibus
crimin. cent. 1. casu 56. num. 116. vers. dicit tamen, vbi
99 etiam subiunxi, quod nunquam sic delinquenti, facerẽ
amputari ambas manus, sed vnam tantum pro omni-
bus vulneribus, imponendo ei, vltra dictã pęnam cor-
poralem, aliam pecuniariam, vel exilij, aut carceris, ex
facti, & personarum qualitate arbitrandam, licet co-
100 gnouerim quemdam Baptistinũ de Groppulo Agri
Lunensis Florentiæ commorantem, & inseruientem
Cancellariæ Dominorum octo Baliæ in deferendis li-
teris huc, & illuc, cui in Ciuitate Lucana ambæ manus
eodem tempore amputatę fuerunt, nec sunt multi, an-
ni, quod mortem cum vita commutauit. Sanè vbi iam
101 ex vno delicto amputata esse delinquenti manus, ex-
inde aliud committeret delictum, eadem pœna dignũ,
magis tuto altera manus amputãda esset ex nouo de-
licto, etiam si statutum loqueretur de certa manu, pu-
ta dextra, & illa iam ex primo delicto amputata esset,
quia sinistra amputaretur propter nouum delictum, vt
dicit Bart. in d. l. vulgaris, de quo non meminit, prout
nec de Baldo Grammat. d. decis. 94. num. 4. & seq. vers.
attamen, vbi idem tenet, & sic in facti contingentia
102 Sacrum Consilium Neapol. iudicasse testatur, & ita
quoque tenuit Cępol. in d. auth. sed nouo Iure, quęst. 4.
num. 38. in fine, & num. 39. qui etiam postea quæst. 6.
num. 41. in hac tota dubitatione se remittit ad Bart. in
d. l. vulgaris.

103 Septimo quæritur, si propter ætatem puta senilem,
vel puerilem condemnati in amputatione manus, pe-
riculum esset mortis, si sententia exequeretur, an ma-
nus amputari debeat, & dicendum est, quod non, sed
Iudex dispensat, quia sic facienda iusta est causa, ne re-
us statim moriatur, licet, si nolit, hoc facere, nõ possit
104 cogi, nec ab eo appelletur, secundum Bald. in d. lege
105 quicunque C. de seru. fugitiu. sub num. 18. vers. quar-
to casu, sequitur ibidem Salyc. sub num. 7. vers. quæro
secundo, circa principium sudetus, quod propterea si
106 Iudex non dispensauit, non potest quærelari in Syn-
107 dicatu, & benè, quia quod est in potestate Iudicis, nõ
subijcitur necessitati, l. non quicquid, ff. de Iudicijs, per
108 quem notat ibi Bar. quod nõ omne, quod Iudex po-
test, necesse habet facere.

109 Octauò quęritur, si ex amputatione, vel incisione,
aut percussione alicuius digiti manus, ipsa debilitata
remaneret, an tunc locus sit pœnæ impositæ, membrũ
debilitanti, licet digitus, vt dictum est, non sit membrũ,
110 sed officium membri: Angel. in d. l. 2. ff. de public. iu-
dic. num. 12. videtur dicere, quod tali casu quis tenea-
111 tur de membro debilitato, ex quo in consequentiã,
manus est debilitata propter digitum debilitatũ: quod
dictum sequitur ibi Imol. sub num. 7. vers. & per prædi-
cta infert, Angel. & post eum Angel. de malefic. in d.
verbo membrum, num. 4. vers. ex quibus, & cum hac
opinione etiam postea transit idem Angel. de malefic.
ibidem num. 8. vers. quod autem, vbi latiori sermone
eandem quæstionem reassumit, & post multa conclu-
112 dit, quod si ex digito debilitato redderetur quasi to-
ta manus inutilis, delinquens teneretur, tanquam mẽ-
brum debilitans, aliàs secus, & ideò instruit Iudicem,
vt habeat iudicium medicorum, & in arte expertorũ,
qui videant, qui digitus sit ille, qui remanet debilitatus,
& an ex debilitatione talis digiti, dicatur manus debi-
litata, & totum scribi faciat in actis, quam pra-
cticam ego sæpius obseruari vidi, & ipse etiam ser-
uaui multoties, & vidi multas relationes peritorum
114 de debilitatione manus, propter incisionem polli-
cis, & vulnera illata in alijs digitis eiusdem manus, &
115 quandoque ex amputatione duorum digitorum, eo
quod manus non poterat tunc operari, aut exercere
suum officium, & ferè inutilis reddebatur; & in dictis
116 casibus fuerunt delinquentes condemnati in pœnas
pro manus debilitatione impositas à statutis, vel alijs
constitutionibus, aut ordinibus locorum per ea, quæ
supra dicta sunt, & per notata per Alber. de Rosate de
statutis lib. 2. quæst 25. nu. 1. vbi ait, quod si statuto ca-
117 ueatur, quod debilitans alium in membro, puniatur
in certum, debilitans in digito non tenetur dita pęna,
118 quia digitus non est membrum, sed officium mem-
bri, nisi fortè ex debilitatione digiti, debilitaretur to-
119 ta manus, quod contingit sæpè in debilitatione pol-
licis, quia tunc esset locus pęnæ statuti, & patet etiam
ex infra statim dicendis.

120 Quinimo dicit ibidem Angel. de malefic. quod si
prætioso Pictori, vel scriptori pollex sit abscisus, vel
debilitatus, tota manus respectu eius exercitij dicitur
debilitata, arg. l. inde Neratiuus, §. idem Iulianus, vers.
& ideò si prætioso, ff. ad leg. aquil. adeò quod secun-
121 dum rigorem, si illũ quis sequi vellet, locus esse pos-
set pœnæ contram debilitantem membrum, licet
secundum æquitatem inspici debeat, an verè ex debi-
litatione digiti manus impediatur facere suum exerci-
tium, vel nè, & dicit Bart. in d. l. 2 in fine, num. 16. ff. de
public. iudic. quod tunc dicitur membrum debilitari,
122 quando officium membri aliqualiter impeditur: se-
quitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 60.
num. 15. & est text. in l. item offilius, ff. de ædilit. edict.
ibi si tamen ob eam rem eo minus vti possit, & idem
vult Bald. in d. l. si fugitiui, in fin. numer. 9. vers. vltimo
123 nota, vbi ait, quod debilitatio membri est impeditio
principalis, & proprij officij ipsius membri, & subdit,
quod ideò oculus non dicitur debilitatus, si quis videt,
124 vt prius, licet propter ictũ oculus sit deturpatus ali-
qualiter.

125 Nec

125 Nec silentio prætereundum est alia, præter supra narrata, esse in corpore nostro membra, & quædam instrumentalia, quædam formalia, & ex his alia maiora, & alia minora, de quibus latè tradunt Doctores in l.2.ff.de public.iudic.Bald.in l.3.C. de accusation. & in l.data opera, C.de his, qui accus.poss. Angel.de malefic.in d.verbo, membrum, & ibidem August. de Arimin.in addition. Doctor, in l.non sunt liberi, ff. de statu homin. & in l.idem offilius, ff.de ędilit.edict. & alij per eos in dictis locis allegati, ad quos satis esse putaui Lectorem remittere.

EPITOME.

An statuto imponente pœnam mortis in certis delictis, pro quibus à iure communi non imponebatur, bona talis delinquentis debeant confiscari, tamquam tacitè sub pœna mortis compræhensa, vbi pro opinione negatiua multis rationibus, & authoritatibus concluditur, & quid quando ex iure communi pro eo delicto confiscatio bonorum tacitè imponebatur.

SVMMARIA.

1 *An bona illius, qui ex forma statuti contra iuris communis dispositionem ad mortem condemnari, vel banniri debet ex aliquo delicto, tacitè sint confiscanda.*

Concluditur non esse locum publicationi bonorum, nisi statutum hoc dicat expresse, ibid.n.11.& 17.

Limitatur tamen non procedere, vbi quis esset condemnatus, vel bannitus ad pœnam mortis vigore statuti ex tali crimine pro quo de iure communi debuisset deportari, vel in metallum damnari, aut alia pena puniri per quam ex ipso iure communi sequi tacitè debeat publicatio bonorum, nā tunc etiam si statutum hoc non dicat, bona confiscanda essent, ibid.num.31.

Condemnatus ad mortem nudus moritur seruus pœnæ, & bannitus ad mortem nudus exulat.

3 *Nulla bona in Ciuitate relinquens non habet hæredem.*

4 *Statuti pęna contenti esse debemus.*

5 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*

6 *Statuta contra ius Commune, strictissimè sunt interpræ tanda.*

7 *Ex statuto regulariter non perduntur bona, nisi expressè caueatur.*

8 *Bannum ex forma statuti est quoddam quid, quod est extra iura communia.*

9 *Quod est contra iura communia, non est trahendum ad cōsequentiam, sed in suis terminis seruandum, nec vltra protrahendum.*

10 *Condemnatus, vel bannitus ad mortem ex forma statuti contra ius Commune, potest relinquere bona in Ciuitate, & si non sit facta exequutio in corpore, poterit de dictis bonis testari, & si passus sit mortem, & proinde factus seruus pęnæ, non poterit, sed ab intestato habebit hæredem.*

12 *Authentica bona damnatorum, non corrigit iura antiqua bonorum publicationem imponentia, sed ea solummodo, quæ ipsam publicationem in consequentiam pœnæ mortis naturalis, vel deportationis, & sic tacitè quodammodo admittebant.*

13 *Iura quæ expressè bonorum publicationem imponunt, sunt in viridi obseruantia.*

14 *Iura antiqua in multis casibus specialiter confiscationem bonorum imponebant, & in multis alijs eam tantummodo in consequentiam alterius pœnæ continebant.*

15 *Bona delinquentium ex dispositione Auth. bona damnatorum non confiscantur, nisi ob crimen læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, sed deferuntur ad ascendentes descendentes, & ex latere coniunctos, vsque in tertium gradum, si supersint, quicquid aliqui dixerint de collateralibus, ibidem nu.17.*

16 *In corpore, vnde Auth.bona damnatorum desumitur, non adsunt hęc verba, ex latere.*

17 *Quicquid sit de iure Communi totus Mū lu obseruat, quod bona per delictum non publicentur, nisi in casu læsæ Maiestatis, tàm diuinæ, quam humanæ, vel nisi statuto, vel consuetudine aliter disponatur, supra num.15.& infra numer.23 & 26.*

18 *Bona condemnati ex forma statuti pro furto, vel alio priuato delicto ad furcas, non intelliguntur tacitè confiscata, & propterea non publicantur.*

19 *Pro furto bona non publicantur, tàm ex dispositione Iuris Communis, quam Municipali Florentiæ ibidem nu seq 20.*

21 *An decretum Mediolani Dominij in constitutionibus, tit. de iure, & priuilegio fisci, in §.omnium, loquatur in omnibus casibus, non solum in exceptis per Authen. bona damnatorum, sed etiam in non exceptis, non correctis tamē.*

22 *Verba generalia, & vniuersalia restrictionem non admittunt.*

24 *Dispositio Authen.bona damnatorum, mero iuris rigore hodie remanet correcta per Decretum Mediolani, de quo in constit.tit.de iur.& priuil.fisci ita vt natura hæc confiscationis bonorum dicatur redacta ad terminos iuris antiqui.*

25 *Si reus præsens damnetur ad mortem ex forma statutorū, quæ iuri communi aduersatur, non intelligitur tacitè imposita confiscatio bonorum in consequentiam, siue simus in delicto priuato, siue in publico.*

27 *Si ex forma statuti quis punitur ad mortem bona non veniunt confiscanda in consequentiam, etiamsi damnatus non habeat descendentes, nec ascendentes in [illegible], nec transuersales vsque ad tertium gradum, nam illa bona applicantur alijs coniunctis, vsque ad decimum gradum.*

28 *Omnis damnatus quantumcunque de crimine [illegible]. ex forma statuti dicitur damnatus ex lege priuati iudicij.*

29 *Damnatis ex lege priuati iudicij, non auferuntur bona, nisi caueatur expressè.*

30 *Lex statutaria, ex quo intentatur ad exequutionem criminis, non debet extendi vltra quam dicat.*

32 *Opinio illa, quod bona non publicentur, nisi caueatur expressè, procedit in damnato, vel bannito ad mortem, vigore statuti pro delicto, pro quo talis pœna de iure communi imposita non erat, secus si eadem pœna mortis eo iure inferebatur, & proinde etiam confiscatio bonorum, quod est menti tenendum.*

33 *Furibus, & stratarum derobatoribus, & viarum publicarum inuasoribus non est imponenda pœna confiscationis bonorum, & de iure communi nec expressè, nec tacitè huiusmodi crimina hanc penam habent.*

CASVS CC. XXXVII.

1 IN dispositionem venire vidi, an si aliquis ex forma statuti contra iuris communis dispositionem ad mortem condemnari, vel banniri debeat ex aliquo delicto, eius bona tacitè sint confiscanda, Bald.in l. data opera, nu.56. vers.sed quæritur si aliquis, C. de his qui accus.poss. ponit hanc quęstionem, & concludit, quod

2 non, quia licet condemnatus ad mortem nudus moriatur seruus pœnæ, & bannitus ad mortem nudus exulet, l.tutelas, §.item si ciuitas, ad finem, ff.de capit. minut.& §. relegati, cum ibi notatis, instit.quib.mod. ius patriæ potestat.soluit, & nulla bona in Ciuitate relinquens

liceuers haeredem non habeat, l.lex Cornelia, 28. ante finem. ff. de vulgar. & pupil. substitut. tamē cum statutum de pœna tantum mortis loquatur, ea contenti esse debemus, l. si ita stipulatus 1:0. ff. de verb. obligat. & cum de alia non loquatur, nec de bonorum publi-
4 catione aliquid diffiniat, nec nos loqui, aut definire de-
5 bemus, l. seruus, cum ibi notatis per gloss. fin. C. de pœ-
6 nis, & cum statutum hoc contra ius commune, secundum quod pro tali delicto pęna capitalis non imponebatur, nec absens ad mortem bannitur, strictissimè est interpretandum l. constitutionibus ff. ad municipal. & l. quicquid astringendae, ff. de verbor. obligation. & ita ante Bald. tenuit Cyn. in l. 1. ad finem, post versiculo praeterea, in d. §. & infra, C. de haered. instituend. vbi a-
7 pertè dicit, quod ex statuto regulariter non perduntur bona, nisi expressè caueatur, & quod bannum ex for-
8 ma statuti est quodam quid, quod est extra communia iura, quod non est trahendum ad consequentiam, lege
9 quod contra rationem, ff. de reg. iur. sed in suis terminis seruandum, nec vltra protrahendum; & subdit Bal.
10 in loco citato, quod ideò talis condemnatus, vel bannitus ad mortem potest relinquere bona in Ciuitate, & si non sit facta executio in corpore, poterit de dictis bonis testari, & si passus sit mortem, & proinde factus seruus pœnae, non poterit testari, sed ab intestato habebit haeredem, de quo, cum praesentis non sit inspe-
11 ctionis, disputare nunc non expedit, quia satis mihi est ostendere, non esse locum publicationi bonorū in casu proposito, si statutum non dicat, prout latius prosequendo concludit idem Bald. in cap. 1. in princ. num. 9. & seq. vers. quaero ergo, & infra, de pace tenend. in vsibus feudor. vbi etiam meminit de Cyno in loco praecitato, Idem apertè tenuerunt Ang. de malefic. in verbo, & eius bona publicamus, num. 36. versicul. & tene menti, & ibi latius August. in addition. in princ. & nu. seq. Aretin. in l. eius qui §. si cui, col. 4. vers. & quia glos. nostra, & vers. vtrum damnatus ad mortem, ff. de testament. & ante ipsum Imol. ibidem num. 6. ver. & per hoc videtur, Quae conclusio ex eo vera apparet, quod
12 licet hodie per authent. bona damnator. C. de bonis proscriptor. non corrigantur omnia iura antiqua, bonorum publicationem imponentia, sed ea solummodo, quae ipsam publicationem admittebant in consequentiam pœnae mortis naturalis, vel deportationis, & sic tacitè, adeo quod illaesa, & incorrecta remaneāt
13 ea iura, quae illam expressè imponebant, vt tradunt Bart. in l. 1. sub num. 3. vers. tertij, ff. de bon. damnator. Alberic. de Rosate in tract. de statut. lib. 3. quaest. 18. in princ. Boss. in pract. crim. tit. de bonor. public. sub num. 1. vers. & primo scias, & num. 79. vers. vidisti, & in tit. banniti quid amittant. sub num. 10. vers. haec, quae diximus, & infra, Cagnol. in l. ea sola deportationis, nu. 8. vers. de qua materia, ff. de reg. iur. Aretin. in d. §. si cui, sub num. 3. vers. vltimo nota, ff. de testam. & ante eum Imol. sub num. 2. vers. in glos. super verbo publicantur, Angel. de malefic. in d. verbo, & eius bona publicamus, num. 34. vers. Tertio casu, Clar. in pract. criminal. quaest. 78. in princ. vers. scias etiam, Farinacc. in tract. criminal. tit. de delict. & pœn. quaest. 25. nu. 7. & 8. vers. limitando primo propositam regulam. Carpan. in commentar. ad constitut. domin. Mediolanen. titulo de iur. & priuileg. fisci, §. omnium, num. 10. vers. inter caeteras, vbi alios refert de Communi testantes, & ipse alias dixi in prioribus meis resolution. crimin. cent. 1. casu 99. num. 19. & cent. 2. casu 137. num. 21. quia
14 secundum ipsa iura antiqua in multis casibus specialiter imponebāt confiscationem bonorum, in alijs aūt illam tantummodo in consequentiam alterius pœnae continebant, postque iura superuenit d. auth. bona dā-
15 natorum ex cuius dispositione bona delinquentium non confiscantur, excepto crimine laesae Maiestatis diuinae, vel humanae, sed deferuntur ad ascendentes, & descendentes, & ex latere coniunctos vsque in tertium gradum, si supersint, quicquid aliqui de collateralibus dixerint, ea ratione, quia in corpore, vnde ea auth. su-
16 mitur, non adsunt ea verba, ex latere, contra quos cōmunis est opinio, vt firmat Cagn. in d. l. ea sola deportationis, 98. nu. 7. vers. de iure nouissimo, ff. de reg. iur. quem sequitur Clar. d. quęst. 78. sub n. 1. vers. sed quicquid sit, & optimè declarat Boss. d. titul. banniti quid amittant. num. 10. versic. haec quae diximus, & infra, & nouissimè ponit Farinac. dict. quaest. 25. num. 6. versic. amplia secūdo, & est communis opinio, vt testatur Aretin. in l. eius qui, §. si cui. col. 3. vers. sed quaeritur consequenter, ff. de testament. Tamen quicquid sit de iure,
17 totus mundus obseruat, quod bona non publicentur aliquo casu, nisi vt dictum est, in casu laesae Maiestatis Diuinae, vel humanae, vel nisi statuto, vel consuetudine aliter disponatur, Alberic. de Rosat. d. quaest. 18. nu. 13. vers. quicquid tamen sit, Cępol. consil. criminal. 17. num. 35. vers. nam dicit Clar. d. quaestion. 78. sub num. 1. vers. sed certè, Nouell. in pract. crim. super inquisition. contra Rebelles, num. 6. Dec. consil. 442. numer. 6. Roland. a Valle consl. 98. numer. 5. vers. nec etiam, lib. 2. Boer. decis. 264. num. 15. versic. & ideò, Vulpel. respons. crim. 42. num. 1. & respons. 57. num. 7. Crauet. cons. 128. num. 6. in fine, vers. quinto dico, Carpan. in d. §. omnium, num. 13. & seq. versic. tamen quicquid sit de iure communi, & Farinac. d. quaest. 25. in princ. n. 1. & nu. 9. 10. 11. & 12. vers. sublimitatur praecedens prima limitatio cum duabus seqq. & ipse dixi, d. casu 137. num. 22.
18 Et hinc est, quod bona condemnati ex forma statuti pro furto, vel alio priuato delicto ad furcas, non intelliguntur tacite confiscata, & propterea non publicantur, cum de illorum confiscatione statutum non loquatur, nec de iure communi in eo delicto cōfiscationi sit
19 locus, vt punctualiter decidit Bald. in vsib. feudor. tit. de pace constant. c. 1. in verbo, imperialis clementiae, num. 20. vers. sed hic dubitatur, quem sequuti sunt Aret. in l. eius qui, §. si cui, nu. 2. vers. vtrum autem, ff. de testam. Angel. de malefic. in d. verbo, & eius bona pu-
20 blicamus, nu. 36. vers. & tene menti, & ibi latius Augustin. in addition. in princ. & num. 37. & seq. & Cagnol. alios citans in d. l. ea sola deportationis sub nu. 7. ad finem, vers. & dicit notabiliter Bald. ff. de reg. iur. & in furto non venire bonorum confiscationem, ipse etiam alijs authoritatibus probaui in dictis meis prioribus resolution. crimin. centur. 2. casu 197. nu. 10. Hinc etiam Boss. d. tit. de bonor. public. numero 79. versicul. vidisti in princ. praesentis tituli, quaesiuit, an decretum Domi-
21 nij Mediolani in constitutionibus tit. de iure, & priuileg. fisci, §. omnium, disponens, quod in casibus, in quibus de iure communi imponitur pœna confiscationis bonorum, bona, & iura ipsorum malefactorum verè, vel fictè vbique sita, vel reperta ipso iure, & facto publicentur, & publicata, incorporata, & cōfiscata, pariterque appraehensa sint, & esse intelligantur à die commissi criminis, loquatur in omnibus casibus, non solum exceptis per dictam authent. bona damnatorum, videlicet

licet in crimine rebellionis,& hęresis,sed etiam in non exceptis,nō correctis tamen, & sic vbi specialiter per iura antiqua imponebatur pœna confiscationis bonorum,& credit illud loqui in omnibus,& nō in exceptis tantum,tum quia de illis iam in specie meminerat,tum quia vtitur verbis generalibus, & vniuersalibus, quæ
22 restrictionem hanc non admittunt; subdit tamē, quod est dura opinio, & bene iudicio meo, stante generali
23 obseruantia totius mundi, quod præterquam in dicto crimine læsæ Maiestatis Diuinæ,vel humanæ non fiat bonorum confiscatio,vt supra dixi,licet mero Iuris ri-
24 gore sustineri possit, & quod per tale decretum corrigatur dispositio dictę authenticę,bona damnatorum, & materia hæc bonorum confiscandorum reducatur ad terminos iuris antiqui, quo bona confiscabantur, & idem Boss.dicit in eodem tit.sub num.1.vers. tamen ex dispositione ordinum,& num.10.vers.reddit enim, sequitur Carpan.in d.§.omnium, num.21. vers. ex quo autem,& habetur per Gabriel.cons.172.n.38. versic. nam iure communi,lib.1.

25 Corroborantur prædicta ex traditis per Boss.d. tit. banniti quid amittant,nu.11.vers.& quid si pręsentes, vbi ait,quod si reus præsens damnatus fuerit ad mortem non iure communi,sed ex forma statutorum condemnantium aliquem ad mortem naturalem, vel ciuilem, in casibus, in quibus aliter est dispositum de iure communi,non intelligitur tacitè imposita confiscatio bonorum in consequentiam, siuè simus in delicto publico,siuè in priuato,secundū magis communem scribentium sententiam,de qua testatur Corn.in l.2.C.qui testam.facer.poss.num.3.& 4.vers.in eadem,ibi, publicum, & capitale, & ante eum, ita ibidem voluerunt Bald.num.6.vers.in eadem glos.ibi, non publicantur, & Castr.num.4.& 5.versic.item oppono, & infra,nec dissentit Franc.Aretin.in d.§.si cui, col.4. vers. vtrum damnatus ad mortē vbi latè insistit,& licet multa consideret in oppositum, tamen veritas videtur,quod etiā
26 tunc bona non perdantur, & sic quod indistinctè non habeat locum confiscatio bonorum, vt videtur velle Imol.in eodem §.si cui,ad finem,num.6. versic. & per hoc videtur,& apertius hoc tradit Ang. de malef.in d. verbo,& eius bona publicamus,sub num.36.versic. &
27 tene mēti,vbi ait,quod si ex forma statuti quis punitur ad mortem, bona non veniunt confiscanda in consequentiam,etiam si damnatus non habeat descendētes, nec ascendentes,succedentes in infinitū, nec transuersales,vsque ad tertium gradum, de quibus loquitur dicta auth.bona damnatorum; imò illa bona applicātur
28 alijs coniunctis vsque ad decimum gradum, quia omnis damnatus quantumcunque de crimine publico ex forma statuti,dicitur damnatus ex lege priuati iudicij,
29 & damnatis tali lege non auferuntur bona,nisi caueatur expressè, & idem censuit ibi Augustin.in addit.in princ.& num.37. & 38. vbi latius hanc rem prosequitur,& ita etiam formaliter dixerunt Bal.in d.l.2.in fin. num.7.vers.& nota valde,C.qui testament.facer.poss. & Angel. de Perus.in d.auth. bona damnatorum, col. fin.post medium,vers.item dicit Iacob.& addit.aliam rationem, quod ex quo intentatur lex statutaria ad e-
30 xecutionem criminis, non debemus ipsam extendere vltra quam dicat,& maxime in pœnis,vt in lege interpretatione,& in l.sanctio legum,ff.de pœnis.

31 Non pręcederent autem pręmissa,vbi quis esset cōdemnatus,vel bannitus ad pęnam mortis vigore statuti,ex tali crimine, pro quo de Iure communi debuisset deportari,vel in metallum damnari, aut alia pęna puniri,per quam ex ipso Iure cōi sequi debeat tacite publicatio bonorum,quia tunc etiam si statutum non dicat,confiscanda essent eius bona:ita punctualiter dicit August.de Arimin.in additionib.ad Angel.de malefic. in verbo, & eius bona publicamus, sub num.38.ante medium,vbi ad hoc allegat Ioan. Andr.in addition. ad Speculat.tit. de instrument. edition.§. compendiosè, sub nu.7.in verbo,in metallum, in additione incipien-
32 te, per hanc legem, & videtur esse de mente Doctorum in locis supra citatis, loquentium in damnato,vel bānito ad mortem vigore statuti pro delicto, pro quo talis pęna imposita nō erat,secus sentientium, si eadē pęna mortis ex iure communi inferebatur, & proinde etiam confiscatio bonorum,quod est menti tenendum
33 & memini alias non semel reprehendisse Iudices, volentes imponere pęnam confiscationis bonorum quibusdam furibus,& stratarum derobatoribus,& viarum publicarum inuasoribus, quibus per iura municipalia pœna mortis naturalis imponebatur, nulla bonorum publicationis habita mentione, cū huiusmodi delicta iure communi,nec expressè, nec tacitè pœnam hanc haberent.

EPITOME.

Quod dispositio Authent.bona damnatorum C.de bonis proscriptorum,non corrigit Iura antiqua, imponentia pęna amissionis non omnium bonorum deliquentium sed partis tātum,puta dimidię,tertiæ,vel alterius quotæ,nec etiam alia iura,quæ in aliquibus delictis pęnam publicationis certarum rerum, seu bonorum certorū imponunt,sed talia Iura adhuc procedunt,& incorrecta remanent.

SVMMARIA.

1 *In plerisque casibus antiquitus à iure communi imposita est delinquentibus pœna non omnium bonorum, sed alicuius partis tantummodo.*

2 *An Authentica bona damnatorum, C.de bon.proscript.seu damnat.corrigat iura antiqua,imponētia pœnam particularem publicationis alicuius certæ partis bonorum delinquentis,& concluditur quod non.*

Hoc tamen secundum aliquos limitatur procedere, quando publicatio partis bonorum debet fieri, non mutato statu deliquentis,ibidem num.5.

Quod potest admitti,quando lex ipsa expressè,& specialiter amissionem partis bonorum, non imponeret, ibidem numero 7.

3 *Quando pars bonorum publicatur, bona auferuntur expressè in pœnam condemnati, & non accessoriè ex natura condemnationis factæ in personam.*

4 *Existentia liberorum non potest impedire condemnationē particularem publicationis alicuius partis bonorum, nec certæ quantitatis pecuniarum pœnam.*

6 *Quando quis condemnatur de crimine capitali, & ex dispositione legis debet perdere dimidiam bonorum, vel aliā partem,tunc publicatio venit accessoriè, & tacitè in consequentiam pœnæ capitalis.*

8 *Authen. bona damnatorum non amplectit causam stupri non violenti,cuius pœna de iure ciuili est perditionis dimidiæ partis bonorum cum relegatione.*

9 *Item casum,in quo quis incideret in pœnam legis Iuliæ de vi priuata,cuius pœna est amissionis tertiæ partis bonorum cum relegatione.*

10 *Pœnæ prædictorum criminum hodiæ non sunt in vsu,* nec

nec amplius in practica seruantur, sed aliæ earum loco ex Iudicis arbitrio successerunt.

11 *Ne dum iure antiqua loquentia de publicatione parti bonorum, a iure nouissimo correcta non sunt, sed nec etiam ea, quibus solummodo res aliquæ, vel certa bona publicari decernuntur.*

12 *Authen. bona damnatorum non extenditur ad eas pęnas, quibus res particulares veniunt publicandę.*

13 *Locus, in quo falsa moneta fabricata est, publicari debet, siuè Dominus sciuerit, siuè ignorauerit, dum tamen proximus ipsi loco fuerit.*

14 *Et hoc D. Author seruauit, dum bis hunc casū in facto habuit, & ab alijs etiam seruari audiuisse testatur.*

CASVS CC. XXXVIII.

1 QVoniam in plerisque casibus antiquitus à Iure cōmuni imposita est delinquentibus pœna confiscationis non omnium bonorum, sed alicuius partis tātūmodo puta dimidiæ, tertiæ, quartæ, vel alterius quotæ, de quibus meminit Clar. post alios per eum relatos in pract. crimin. q. 79. Vidi in contingentia facti dubi-
2 tari, an Auth. bona damnatorum C. de bonis proscript. seù damnator. corrigat talia iura antiqua, imponentia pœnam particularem alicuius certæ partis bonorum delinquenti, & sic non vniuersalem omnium bonorū publicationem, sed particularem alicuius partis tantum; in qua quæstione partem negatiuam verā esse credidi, quod d. auth. non corrigat iura antiqua,
3 loquentia de publicatione partis bonorum, quia quando pars bonorum publicatur, bona auferuntur expressè in pœnam condemnati, & non accessoriè ex natura condemnationis factæ in personam, vnde non debet fieri reseruatio per dictum ius nouissimum authenticorum, ita in puncto determinant Bald. in c. 1. in princ. num. 9. & seq. vers. quæro ergo de pace tenenda, in vsibus feud. Alberic. de Rosat. in tract. de statut. lib. 3. quæst. 18. post princ. sub num. 1. vers. si autem pars Ioan. de Imol. in l. eius qui. §. si cui. sub n. 3. vers. & per hoc videtur. ff. de testament. & ibidem Franc. Aretin. col. 4. vers. verum autem. Boss. in pract. crimin. tit. de bonor. publicat. num. 79. vers. vidisti. in fin. Angel. de mal. fic. in verbo, & eius bona publicamus. num. 35. vers. quarto casu, & ibi etiam August. in addition. sub num. 38. vers. & hæc ver. Boer. decis. 264. sub num. 15. & Peregr. in tract. de iurib. & priuileg. fisci lib. 5. titul. 1. de publicat. bonor. sub num. 11. vers. amplia autem, subditque propterea Angel. de malefic. supra citatus, quod hoc casu existentia liberorum non pos-
4 set hanc condemnationem impedire, prout, nec particularem condemnationem certæ quantitatis pecuniarum; benè verum est, quod Bart. in l. 1. in fin. sub num. 9. vers. quæro quando publicatur pars bonorum, recitata prædicta opinione negatiua Petr. in d. auth. bona damnatorum, adducit glos. tenentem contrarium in l. 1. glos. super verbo. aduersus leges. in fine ff. de iure fisci, cū qua inquit esse tenendū, eamque etiam sequitur in ipsamet lege 1. ff. de iur. fisc. sub num. 13. ad fin. vers. sequitur in text. sed eum expressè reprobant Doctores
5 supra citati, & potissimum Ioan. de Imol. & Franc. Aretin. qui tamen videtur restringere dictam negatiuam opinionem, vt procedat, quando publicatio partis bonorū debere fieri, non mutato statu delinquentis adeo, ut non procederet, quando quis condemnaretur de
6 crimine capitali, & ex dispositione legis deberet perdere dimidiam bonorū, vel aliam partem quasi quod tunc publicatio veniat accessoriè, & tacitè in consequentiā
7 pœnę capitalis, & non principaliter in pœnam; quod posset admitti quando lex ipse expressè, & specialiter amissionem partis bonorum non imponeret per ea, quę dicta sunt casu proximè precedenti, ad quę me remitto, & cum prædicta opinione pluries transeundum
8 censui, & in specie in quadam causa stupri non violenti, cuius pœna de Iure ciuili est perditionis dimidiæ partis bonorū cū relegatione. §. itē lex Iulia de vi publica,
9 instit. de public. iudicijs, & iterum in casu, in quo quis inciderat in pęnam legis Iuliæ de vi priuata, cuius pęna est amissionis tertiæ partis bonorum cum relegatione. l. 2. & ibi gl. & Doct. C. ad legem Iuliam, de vi public. vel priuat. licet secundum dictorum iurium dispositionem, sequutæ non fuerint condemnationes, non
10 quia fuerint correcta per d. auth. bona damnatorum, sed quia non sunt in vsu, nec amplius in practica seruantur, sed aliæ pęnæ earum loco ex Iudicis arbitrio successerunt, vt de prima testatur Clar. in §. stuprum sub num. 3. vers. sed quæro quæ sit pęna stupri. ad fin. & de secunda idem Clar. in pract. crim. quæst. 83. num. 4. vers. vim. & ante eum Iodoc. in pract. crimin. cap. 100. titul. de vi priuat. num. 9. & ipse probaui in prioribus resolut. crimin. cent. 1. casu 8. num. 10. & casu 46. num. 5. vbi etiam alios idem affirmantes retuli.
11 Et quæ dicta sunt de publicatione partis bonorum, vt iura antiqua, da ea eloquētia, a iure nouissimo correcta non intelligantur, procedunt etiam, quando a lege antiqua non pars certa bonorum fisco applicatur, sed solummodo res aliquæ, vel certa bona publicari decernuntur, vt latè pluribus exempli docet Clar. d. quæst.
12 79 nam & tunc tales pęnæ abrogatæ non censentur per d. auth. bona damnatorum, vt patet ex allegatis per Clar. latè in hac materia insistentem, cuius dictis
13 addo casum singularem, quem bis in facto habui, de loco scilicet, in quo falsa moneta fabricata est, qui siuè dominus sciuerit, siuè ignorauerit, dum tamen proximus ipsi loco fuerit, publicandus est; vt probat text. in l. 1. §. domus verò, vel fundus. C. de fal. monet. & ibi Doctores, & tradit Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 28. de pęnis in pro crimine falsæ monetæ. num.
14 12. vers. domus etiam, quam dispositionem seruaui, & ab alijs etiam obseruari audiui.

EPITOME.

De præscriptione actionum criminalium, & an condemnatus in contumaciam in pœnam mortis, si post annos triginta, vel maius tempus captus fuerit, & ductus in fortiam iustitiæ, sententia sit exequenda, an verò talis condemnatus sit tutus præscriptione, & quid in condemnato in pecunia, an scilicet is actionem ex sententia præscribat, an verò soluere cogendus sit.

SVMMARIA.

1 *Criminales actiones regulariter spatio viginti annorum tolluntur. Et magis cursu triginta annorum.*

2 *Omnis actio, etiam ex sententia competens, spatio triginta annorum præscribitur.*

3 *Capitaliter bannitus in contumaciam, si post cursum triginta annorum à lata sententia perueniat in fortias Curiæ, non potest opponere præscriptionem, sed decapitari debet.*

Ampliatur hoc procedere, etiam in bannito simpliciter, et purè in pœna pecuniaria. ibidem num. 14.

4 *Si quis fuit positus in banno iam sunt 50 anni, et captus opponat*

opponat præscriptionem temporis, non debet liberari, sed iuxta tenorem sententiæ decapitari.

5 *Sententia, per quam quis in contumaciam bannitur, est conditionalis, donec quis in fortiam Curiæ perueniat.*

6 *Quod à conditione pendet, præscribi non potest.*

7 *Sententiæ criminales iamdiù promulgatas contra reos tunc absentes, et contumaces, dictis reis deprehensis, aduersus eos exequuntur per successores in Magistratu, et mutato etiam Principe, ibid. nu. 16.*

8 *Effectus sententiarum tolli non potest, quando facto reorum, sententia Iudicis exequutioni mandari non potuit, propter eorum continuam absentiam.*

9 *Bannitus in contumaciam pro mortuo habetur.*

10 *Qui pro mortuo habetur, nullo unquam tempore præscribit.*

11 *Condemnati prætextu præscriptionis non liberantur, et ita quotidie practicatur ibid. nu. 16.*

12 *In practica solum habetur ratio præscriptionis, quæ ante accusationem vel inquisitionem decurrisset, et ex qua ius accusandi, et inquirendi regulariter tollitur.*

13 *Qui præscripti ne à lege, vel statuto inducta tutus est, molestari non debet, et processatus non est condemnandus, sed in pace dimittendus.*

15 *Nullo tempore præscribit malæfidei possessor.*

Bannitus, vel condemnatus in pœna pecuniaria dicitur malæfidei possessor.

CASUS CC. XXXIX.

1 Quoniam criminales actiones regulariter spatio annorum viginti tolluntur, l. in omnibus, ff. de diuers. & temporal. præscript. & l. querela, & ibi glos. & Doctor. C. ad leg. Cornel. de fals. Foller. in practica crim. in 1. Parte secund. part. principal. in verbo, foriudicentur, num. 17. vers. nunquid possit opponi, Bossi. in practic. crimin. tit. quomodo procedatur per actionem in delictis, num. 17. versic. & differunt, & num. 21. & sequent. versic. & adde, Clar. in practic. crimin. quæst. 51. num. 1. & 2. & Cartar. in tract. de execution. sentent. contum. capto bannit. cap. fin. sub num. 315. vers. quamuis, & magis cursu annorum triginta, quo tem-
2 poris spatio omnis actio, etiam ex sententia competens præscribitur, l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Quæsitum fuit, an capitaliter bannitus in con-
3 tumaciam, si post cursum 30. annorum a lata sententia, perueniat in fortijs Curiæ, debeat decapitari, & ex prædictis iuribus dicendum videbatur, quod d. sententia amplius exequi non posset, eo quod dictæ actioni ex sententia fuerit præscriptum, nedum spatio 20. annorum, sed etiam 30. nihilominus contrarium expressè decidit Bal. in l. data opera, num. 58. vers. sed pone aliquis, C. de his qui accus. non poss. vbi formaliter dicit,
4 quod si quis fuit positus in banno iam sunt 50. anni, ita quod, si quo tempore peruenerit in fortiam Communis, decapitaretur, & captus opponat præscriptionem temporis, non debet liberari, sed iuxta tenorem senten-
5 tiæ decapitari, quia antequam perueniret in fortiam Communis, sententia erat conditionalis, & ideò præ-
6 scriptio non potuit currere, argum. l. 1. §. fin. in fine, C. de annal. præscript. & l. cum notissimi, §. in his, C. de præscript. 30. vel 40 annor. & Bal. sequuti sunt, Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. tempor. q. 64. Petr. Foller. in practic. criminal. in 1. parte 2. part. principal. in verbo, captis foriudicatis, num. 7. vers. pone, quod quis, Bossi. in pract. crimin. tit. quomodo procedatur per actionem in delictis, num. 19. vers. verum sequuto bannito, & nouissimè Cartar. alios eiusdem sententiæ referens, in tractatu de execut. sentent. contum. capto bannit. cap. fin. num. 313. & seq. versicul. vt nec etiam,
7 qui subdit, quod propterea vi lemnis sententijs criminales, iamdiù promulgatas, contra reos tunc absentes & contumaces, dictis reis post du lum temporis deprehensis, & in carcerem coniectis, aduersus eos exequi
8 per successores in Magistratu, & mutato etiā Principe, sub quo latæ fuerant: quia illarum effectus tolli non potuit, quando facto reorum sententia Iudicis executioni mandari non potuit, propter eorum continuam
9 absentiam: Non inconuenienter etiam ad id pōt, quod ex quo talis bannitus pro mortuo habetur, nullo vnquam tempore præscribat, vt in punct. loquens in de-
10 portato, licet Bal. tit. de pace constant. cap. 1. §. imperialis elementiæ, num. 3. vers. deportatus nunquam, &
11 verissima est conclusio præ dicta, & quotidie practicatur, nec condemnati prætextu huiusmodi præscriptionis liberantur, licet negari non possit, quin etiam in practica habeatur ratio præscriptionis, quæ ante accu-
12 sationem, vel inquisitionem decurrisset, & ex qua ius accusandi, & inquirendi regulariter tollitur: per ea, quæ in contrarium sunt adducta, qui enim præscriptione a
13 lege, vel statuto inducta, tutus est, molestari nō potest, & processatus non est condemnandus, sed in pace dimittendus: vt tradunt Clar. l. quæst. 51. sub nu. 1. ad fin. Mascard. in tract. de probation. conclus. 351. numero 5. & 6. & concl. 357. num. 15. vol. 1. & alij plures congesti per Cartar. d. c. fin. sub num. 315. vers. quamuis ea ratio, & infra.
14 Quinimò dicit Bal. in eadem lege, data opera, sub d. nu. 58. vers. sed quid de bannito in pecunia, quod prædicta conclusio de condemnato post lapsum longissimi temporis capto, & in fortiam Curiæ ducto, procedit etiam in bannito simpliciter, & purè in pœna pecuniaria, quia non obstante lapsu tanti temporis, sententia exequitur; quia cum sit malæ fidei possessor, non præ-
15 scribit vllo tempore, sequitur Nell. in d. 2. part. 2. tempor. q. 64. ad fin. & sentit Cartar. d. cap. final. sub n. 315. circa principium, dum dicit, sententias criminales,
16 mulctas, & alias condemnationes, iamdiù promulgatas, exequi contra reos condemnatos: & ita seruatur, nec a condemnatione contra eum sequuta liberatur reus, prætextu præscriptionis, sed sententia executioni mandatur.

EPITOME.

An stante statuto, seù decreto, quod non descripti in ordine militari, deferentes quæ iam arma, puniantur in certa pœna pecuniaria, quā si non soluerent intra mensem à die condemnationis factæ, condemnentur ad triremes per tempus a Iudice arbitrandum, condemnatus comparens in vltima die, hora tamen incongrua, qua officium, vbi solutio fieri debet, est clausum, & Camerarius, & alij officiales recesserant, ita vt solutio fieri non potuerit, & lapsus sit mensis inciderit in pœnam triremium, an verò ab ea excusandus sit, cum verè comparuerit intra mensem; & quid quando vltima illa dies esset feriata, in qua officium non tenetur apertum, nec in eo residēt officiales, ad tales solutiones recipiendas deputati.

SUMMARIA.

1 *Nunquid valeas soluere pœnam pecuniariam in vltima hora termini, sibi ad soluendum assignati, & non poteus*

potens per absentiam eius, qui solutionem recipere tenetur, elapso termino, incurrat in pœnam corporalem, sibi iniunctam, in casu, quod non soluisset in dicto termino, & concluditur quod non, ibid. nu. 14.

Quæ quidem opinio dicitur procedere, non solum in eo, qui hora incongrua, putà de nocte compareat ad soluendum, sed etiam in eo, qui adeò se arctauit in solutione facienda, quod vltima dies termini sit feriata, ibid. nu. 25.

Prædicta tamen dicuntur procedere de æquitate, nam secus esset iuris rigore inspecto, ibid. nu. 21. & 29.

Et in practica seruanda sunt, & aliter faciendo valdè iniquum esset, & minimè laudandum, sed reprehensione dignum, ibid. nu. 31.

2 *Si quis fuerit condemnatus in pecunia, & si non soluerit intra decem dies, sit condemnatus pœna corporali, & Camerarius non fuerit inuentus in vltima hora termini, non committitur pœna corporalis.*

Declaratur hoc procedere quotiescunque soluere debens comparuerit hora congrua, secus hora incongrua, ibidem num. 9.

3 *Satis est ad effugiendam pœnam, quod quis compareat ad adimplendum, quod tenetur facere, licet facto alterius non adimpleuerit.*

4 *In obligatione dandi obligato nocere non debet, quod se adstrinxerit ad soluendum in vltima hora termini, sibi ad soluendum assignati, quicquid sit in factis successiuis.*

5 *Pœna, quæ pendet à tempore determinato, non ante committitur, quàm dies vltima dicti temporis transacta sit.*

6 *Quicquid fit in vltima hora diei, in ipsa die factum intelligitur.*

7 *Dies quo ad solutiones faciendas incipit à media nocte, & terminatur in aliam mediam noctem.*

8 *Debens se præsentare intra certum tempus, potest etiam media nocte vltimi diei comparere.*

10 *Lex mandans fieri solutionem condemnationum Camerario Communis intra certum tempus, non de omni die, vel momento temporis intelligere videtur, sed de congruo tantum.*

11 *Solutio facienda ex contractu, de die, & non de nocte fieri debet.*

Quando autem hoc procedat declaratur infra, num. 15.

12 *Citatus ad audiendam sententiam tali die, intelligitur citatus pro hora iuridica, in qua Iudex sedet.*

13 *Ampliatur hoc procedere in citato ad quemlibet actum, vt citatus intelligatur ea hora, qua consueuerunt similes actus fieri.*

15 *Gloss. in l. more Romano ff. de ferijs, quatenus firmat solutionem de die esse faciendam declaratur.*

16 *Totum spatium temporis debitori ad soluendum assignatum, videtur esse positum in ipsius debitoris facultate.*

17 *Satisdatio, vel præsentatio pignorum in Communi, ne quis detineatur, vel pœna pecuniaria corporalis efficiatur, expediri possunt de nocte, & sic tempore incongruo.*

18 *Soluere debens intra centesimum diem, vel in centesimo die, si soluat in ipso centesimo die, dicitur soluere tempore congruo.*

19 *Debitor ad diem, vltimo die conueniri non potest, quia is dies arbitrio soluentis tribui debet.*

20 *Nec ante ipsum totum diem elapsum committitur pœna apposita à lege, vel statuto, etiam quod certum esset, adimplementum infra terminum assignatum, sequi non posse.*

22 *Tempore incongruo officialis non tenetur sui copiam facere, nec hora insolita residere.*

23 *Imputandum est condemnato, & eius culpæ ascribendum, si non comparuit debito tempore, & nimis se arctauit, & num seq. 24. & 27.*

26 *Diebus feriatis Curia, & officium non tenetur apertum.*

Camerarij extra officium, & Curiam non possunt recipere solutiones, nec hora, seu tempore incongruo, ibid.

Boni tamen, & timoratæ conscientiæ Camerarij, & alij officiales, ad quos spectat recipere solutiones, contrarium in facto seruare consueuerunt, ne pauperes condemnati in pœnam incidant grauiorem, & corporis afflictiuam, ibidem num. 30.

28 *Subueniendum non est ei, qui se ipsum in necessitate posuit.*

CASVS CC. XXXX.

1 STante municipali lege, quod non descripti in ordine militari, deferentes quædam arma, puniantur in certa pœna pecuniaria, quam si non soluerint intra mensem, condemnentur ad triremes, per tempus arbitrio Iudicis taxandum, dubitatum fuit, si condemnatus in vltima die mensis, & suprema ipsius diei hora comparuerit in officio, vbi pœnæ pecuniariæ exiguntur, pro dicta condemnatione soluenda, & non reperto ibi Camerario, seu Ministro, & officiali ad tales solutiones recipiendas deputato, non soluerit, an in pœnam triremium vti intra mensem non soluens, condemnari debeat, Bald. in l. data opera, C. de his, qui accus. non poss. num. 57. vers. vltimo nota, inquit formaliter, quod si quis fuit condemnatus in pe-
2 cunia, & si non soluerit intra decem dies in manu Camerarij Communis, sit condemnatus pœna corporali, & Camerarius Communis non fuerit inuentus in vltima hora termini, non committitur pœna corporalis,
3 quasi qd satisfuerit, quod in termino comparuerit ad adimplendum, quod tenebatur, licet facto Camerarij non adimpleuerit, arg. l. fin. §. si quis professus. ff. de pu-
4 blic. & vectigalib. nec sibi nocere debet in hac obligatione dandi quicquid sit in factis successiuis, quod se adstrinxerit ad vltimam horam, quia non ante pœna
5 commissa est, quam dies vltima transacta sit, l. si cum, §. homo, ff. si quis cautionib. & l. in illa stipulatione, la
6 prima, ff. de verbor. obligat. & quicquid factum est in quacunque hora illius diei, in ipsa die factum intelligitur, & sic in termino legis, l. more Romano, ff. de ferijs, & magis in terminis nostris facit gloss. in c. pronunciandum, in verbo, vsque ad vesperam, de consecratione. distinct. 3. in quiens, quod quo ad solutiones faciendas,
7 dies incipit a media nocte, & terminatur in aliam mediam noctem, sic, & secundũ gloss. in d. l. more Roma-
8 no, debens se præsentare intra certum tempus, potest etiam media nocte vltimi diei comparere; & hoc quidem indubitatum est, vbi debens soluere comparuerit
9 hora congrua, in qua dictus Camerarius de iure, vel ex consuetudine debuisset reperiri in officio, & ibi assistere ad exercendum eius officium, licet de facto non adfuerit; Quod si comparuerit tempore incongruo, quo officium iam esset clausum, & officiales recessissent, nec amplius residere debuissent, maius est dubium, nã videtur sic comparens habendus, ac si non comparuisset, & per consequens lapso termino sibi ad soluendũ concesso in pœnam triremium incursus, quia lex man-
10 dans fieri solutionem condemnationum Camerario Communis, intra certum tempus, non de omni, die, vel momento temporis intelligere videtur, sed de eo tantum, quo officialis ille vigore eius officij tenetur in loco deputato ad illud exercẽdũ permanere, & ibi, & nõ alibi

alibi solutiones recipere, describere, & in capsa destinata reponere, vnde perinde id habendum est, ac si expressum in ipsa lege esset, l. cum quid, ff. si certum petatur, vt hoc vtens argumento determinat glos. in d. l. more Romano, in solutione facienda ex contractu, vt
11 de die, non autem de nocte fieri debeat; quod dictum sequuntur ibi Bart. sub num. 1. & iterum sub numero 2. vers. tamen si vellem, Bald. sub num. 4. vers. quartus actus, Angel. num. 8. vers. sequitur in glosa, Alberic. nu. 4. vers. alia quæstio est, Fulgos. num. 4. vers. in eadem, Castren. nu. 7. vers. in glosa vt soluatur, & Alex. num. 10. vers. in eadem ibi, quibus optimè deseruit lex, si soluturus, 39. ff. de solution. in illis verbis, quid enim si non opportuno tempore vel loco obtulerim, & rursus quod dicit Castren. in d. l. more Romano, sub num. 5. vers. si autem de citato ad audiendam sententiam tali
12 die, quod intelligitur pro hora iuridica, in qua Iudex sedet, licet hoc expresse nõ dicatur in citatione, quod
13 generalius in citato ad quemlibet actum, vt citatus intelligatur ea hora, qua consueuerunt similes actus fieri dixit ibidem Alex. sub num. 8. sed tamen, & hoc casu
14 soluere volentem ab incursu pęnę triremium excusandum esse semper existimaui, prout, & ab omni alia pęna corporali, ex defectu solutionis pecuniarie intra certum terminum faciendę, quia licet trãsacta sit hora congrua, & debitę residentię officialium, tamen negari non potest, quin adhuc duret dies, & sic terminus ad solutionem pręfixus, vt statim probabitur; nec simpli-
15 citer recipitur opinio glosæ, supra relatę, de solutione de die tantum facienda, sed tunc solummodo quando creditor erat paratus prorogare dilationem ad diem crastinam, vel locus erat insidiosus creditori, vel erat periculum aperire ostium propter inimicos, vel dubiũ, ne derobaretur, vel locus erat siluester, vel de facili potuisset decipi in qualitate pecuniæ soluendæ, alias aũt, prædictis cessantibus, admittitur debitor ad soluendũ, etiam tempore incongruo, & de nocte, quia totum
16 spatium temporis videtur esse positum in facultate ipsius debitoris, l. qui hoc anno, & l. cum qui certarum, ff. de verbor. obligat. & ita sequendo Gulielm. de Cuneo, tenuerunt in d. lege, more Romano, Angel. Alberic. Castrens. & Alexan. num. supra citatis, & contra dicta glos. est alia glos. in d. c. pronunciandum, de consecratione, distinct. 3. de qua superius memini; Vltra quod
17 in eadem lege, more Romano, voluerunt Doctores, quod in satisdatione, vel præsentatione pignorum in communi, ne quis detineatur, vel ne pœna pecuniaria fiat corporalis ex forma statuti, actus possit explicari de nocte, & sic tẽpore incongruo, vt punctualiter dicit ibi Bal. nu. 3. vers. secundus est actus: & sentiunt Angel. num. 8. vers. nota diligenter, Fulgos. sub num. 3. vers. in eadem, ibi, pignora, Castr. num. 5. vers. in glosa seq. Alex. num. 9. in versic. in eadem, ibi, vel dare pignora, &
18 clarum est, quod debens soluere intra centesimum diem, vel in centesimo die, si soluat in ipso centesimo die, dicitur soluere tempore congruo, l. 1. §. quod dici-
19 mus ff. de successor. ædict. itaut nec eo die a creditore conueniri possit, quia totus is dies arbitriu soluentes tribui debet, §. omnis stipulatio, instit. de verbor. obli-
20 gat. nec ante ipsum totum diem elapsum committitur pœna apposita a lege, vel statuto, etiam quod certum esset adimplementum infra terminum assignatum sequi nõ posse ex communi Doctorum opinione, de qua testatur Ias. in l. cum stipulatus sum mihi a proculo, nu. 7. ff. de verbor. obligat. & ista pars ęquior videtur, licet

21 in puncto iuris fortè contraria substentabilior videatur, quia tempore incongruo officialis non tenetur sui
22 copiam facere, nec hora insolita residere, l. 1. §. dies, vers. quid ergo, ff. quando appellandum sit. Et imputã-
23 dum est condemnato, & eius culpæ ascribendum, si prius non comparuit debito tempore, sed nimis se arctauit, l. 2. §. si quis tamen cum posset, ff. si quis cautionibus, prout considerat Ale. in d. l. more Romano, sub
24 num. 7. & 8. vers. in glos. 2. potuit enim antea ad soluendum se præparare, & opportuno tempore comparere, & ad finem termini non se arctare, vt dicit tex. in d. §. si quis tamen cum posset.

25 Et idem, quod supra dictum est de mero iuris rigore in comparente hora incongrua post clausum officiũ, & recessum Camerarij, procedit etiã in eo, qui taliter se arctauit, quod vltima dies termini est feriata, in qua
26 officium non tenetur apertum, nec Camerarij possũt recipere solutiones extra illud, ita vt non possit pœnã pecuniariam soluere ad euitandam condemnationem
27 triremium, vel aliam corporalem, quia imputandũ est sibi, qui se nimis arctauit ad vltimam diem, vt supra probatum est, nec subueniendum est ei, qui se ipsum in
28 necessitate posuit, l. si fideiussor, §. si necessaria, in fine, ff. qui satisdar. cogant. & l. de die, §. fin. eodem tit.

29 Sed vt dixi, alia opinio æquior tenenda videtur ad effugiendam pœnam triremium, vel aliam corporalẽ,
30 & vidi in facto bonos, & timoratę conscientię Camerarios, & alios officiales, ad quos spectat, recipere solutiones hora incongrua, & de nocte, ac extra locũ officij eorum, & in proprijs domibus, & in quouis loco, in quo reperiantur, & postea die sequenti eas in officio notare, & ad libros describere, & insolita capsa reponere, ne pauperes condemnati, qui prius promptam pecuniam facilè non habuerunt, in pœnam incidant grauiorem, & corporis afflictiuam, & aliter facere val-
31 de iniquum esset, & minimè laudandum, sed reprehẽsione dignum.

E P I T O M E.

Quod de iure communi, mãdans fieri homicidium, tenetur, eo sequuto, eadem pœna, qua illud faciens, & quid si quis mandat vni, vt mandet alteri, vt homicidium committat; vel si mandat vni, & ille mandat alteri, an primus mandans, & secundus teneantur pœna homicidij, an verò aliquis eorum excusetur, vbi concluditur, quod ambo tenentur.

S V M M A R I A.

1 *Mandans fieri delictum iure communi eadem pœnam punitur, qua faciens.*
Et ita esse in praxi seruandum, & iam seruatum esse in quodam patre, qui filio suo mandauit, vt vxorem suam interficeret, habetur, ibidem nu. seq. 2.
3 *Quicquid sit in terminis statuti punientis facientem delictum.*
4 *Prædicta determinatio iuris Communis procedit, nulla ad excusandum mandatorem, adhibita distinctione an mandatarius alias esset facturus, vel non.*
5 *Mandans, facto subsequuto, tenetur tamquam Author.*
6 *Mandans vni, vt homicidium committat, an teneatur pœna homicidij eo sequuto, si mandatarius illud idem alteri mandauerit, qui hoc adimpleuerit, & concluditur, quod sic ibid. nu. seq. 7.*
8 *Qui facit per alium facientem, ipse per se fecisse videtur.*

9 *Mandans vni, vt mandet alteri, an secundo mandans teneatur, & dicitur quod sic.*

10 *Procurator, vel alius per quem mandatur, tenetur de facto eius, cui mandauit.*

CASVS CC. XXXXI.

1 TRita est conclusio Doctorum, quod mandans fieri delictum iure communi eadem pœna puniur, qua faciens, Cyn. in l. non ideo minus in 5. quęst. nu. 5. C. de accusation. & ibidem Bald. quæst. 1. & seqq. & præsertim 7. & 9. & Salyc. in 5. quæstio. num. 14. & plur. seq. Bartol. in l. non solum, in princ. & num. 2. & in §. si mandato meo, numero 8. & in l. sed, & si vnius permissu, §. seruus, numero 2. & seq. versicul. quæro circa hanc legem, ff. de iniur. & in leg. aut qui aliter, §. fine, num. 3. vers. nota distinctionem, ff. quod vi, aut clam, Bald. in l. vnica, §. ne autem, num. 9. & seq. versic. ex isto §. collige, C. de caduc. tollen, Cotta memor. in verbo, mandans homicidium, in princ. Marsil. singul. 181. in verbo, mandans fieri homicidium, etiā in princip. Ludouic. Carer. in pract. crimin. §. circa tertium, numer. 1, fol. mihi 144. Angel. de malefic. in verbo, & Sempronium Rodulphi Barbitonsorem in 10. 11. 13. & 14. quæstionib. num. 24. 25. 30. 31. & seq. & vbique Augustin. de Arimin. in addition. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 4. casu 352. in princ. & casu 353. numero 2. in 1. casu, Clar. in pract. crimin. q. 89. num. 1. vbi plures idem tenentes refert: & hanc esse opinionem veriorem magis communem, tenendam, & ob-
2 seruatam in cōtingentia facti testatur in quodam Augustino Marentio, qui mandauerat filio suo, vt vxorem suam interficeret, prout ille interfecit, & fuit patri mādanti caput amputatum: quam opinionē sequitur Hieron. de Laurent. decis. Auenion. 114. sub num. 6. post versic. Prima nunquid, quicquid sit in terminis statuti
3 punientis facientem delictum, de quo disputant Bart. & Bal. Cotta, & Hyeron. de Laurent. in locis supra citatis, Cyn. in d. l. no ideo minus, q. 6. sub n. 5. & ibidem Salycet. num. 20. & seq. Angel. de malefic. d. quæst. 14. Carer. in d. § circa tertium, numer. 2. Menoch. d. casu, 353. in 2. 3. & 4. casibus, vbi latissimè insistit. & Clar. d. quęst. 89. num. 2. vers. sed quæro nunquid statutum, & alij per eos adducti; nec nostrum est hic de hoc agere, cum ad propositum eius, de quo in præsentiarum agi-
4 mus, sufficiat prædicta iuris communis determinatio, quæ procedit, nulla, ad excusandum mandatorem, adhibita distinctione, an mandatarius, alias esset facturus vel non, quæ in alijs terminis consideratur, quia pro certo præsupponitur, quod mandatarius non erat facturus, nisi gratia mandantis, vt concludit Bart. in d. l. non solum, §. si mandato meo, num. 19. vers. ista autem distinctio, ff. de iniur. & ponit Bald. in d. leg. non ideo minus, q. 2 num. 23. alens, quod indistinctè tenetur fa-
5 cto subsequuto quasi author. & in l. 1. sub num. 12. ver. dici potest, & infra, C. de seru. fugit. & tradit etiā Cotta in d. memor. in verbo, mandans homicidium, post principium versiculo quod procedit, vbi etiam hoc communiter approbari dicit, de quo tamen disputat Menoch. d. casu 352. num. 13. & 14. vers. declaratur secundo, qui etiam relatis tenentibus contrariam opinionem, videtur in eam inclinare, veluti æquiorem, ad fugiendam pœnam ordinariam, non tamen extraordi-
6 nariam. His stantibus vidi dubitari, an si quis mandauit alicui, puta Meuio, vt Titium occidat, & Meuius mandauit Martino, vt dictum Titium occidat, & is illum interfecerit, an ille primus mādator, qui mādauit Meuio homicidium ab ipso Meuio non commissum, sed à Martino, cui Meuius mandauerat, & non ipse primus, teneatur de homicidio, prout tenetur Meuius, qui ipsi interfectori mandauit. Hanc quæstionem posuit Bart. in d. l. non solum, §. si mandato meo, num. 11. versicul. quæro quid, ff. de iniur. sed indecisam reliquit, se remittens ad dicta per ipsum in l. 1. §. incidit, ff. ad Senat. consult. Turpill. & in l. aut qui aliter. §. final. ff. quod vi, aut clam, in quibus locis videtur tenere, quod ambo
7 mandatores teneantur, & sic tam ille primus, qui mandauit Meuio, quàm Meuius, qui mandauit Martino, per quem homicidiū commissum fuit: Idem verbis apertis voluit Bald. in d. l. vnica, §. ne autem, numer. 18. post vers. extra quæro, ibi, si mandaui, C. de caduc. tollen. vbi expressè dicit, quod si mandaui Titio, quod committeret homicidium, & Titius Seio, eo sequuto, omnes tenentur, argum. textus in l. si ego, ff. quod vi, aut clam, per quem subdit, se dicere, quod ille, qui facit
8 per alium facientem, ipse per se fecisse videtur: & Bal. sequutus est Marsil. d. singul. 181. post principium, vbi dictum hoc confirmat alijs rationibus. Illud etiam approbat Ludouic. Carer. in practic. criminal. in §. circa tertium, num. 11. versicul. secundo quæro, quid si quis mandat vni, fol. 145. & fuit dictum Cyni in d. l. non eo minus, C. de accusation. sub num. 4. vers. tertio quæro, quem retulit Bald. in loco citato, & sequitur Augustin. de Armin. in addition. ad Angel. de malefic. in verbo, & Sempronium Rodulphi Barbitonsorem, in 6. q. sub num. 17. in fin. vers. idem dicit, & est de mente Angeli in d. 6. quæst. numero 16. qui tamen illam format alio modo.
9 Quærit enim, si mando tibi, vt tu mandes alteri, an tu secundo mandans tenearis, concludēs pro affirmatiua opinione ex notat. per Bart. in d. l. 1. §. incidit, ff. ad Senat. Consult. Turpill. & in d. l. aut qui aliter, §. fin. ff. quod vi, aut clam, vbi hoc clarè tenet, quia in similibus terminis procurator, vel alius, per quem mandatur, tenetur de facto eius, cui mandauit, & est textus apertus in d. l. si ego, ff. quod vi aut clam, loquens in proprijs terminis propositæ quæstionis.

EPITOME.

De mandante fieri homicidium factum postquam ipsum mandatorem pęnituit, an, quando, & quomodo teneatur, maxime vero præcedente reuocatione expressa, vel tacita talis mandati, & eius notificatione facta mādatario, re integra, & quid quando mandatum est limitatum pro certo tempore, & eo lapso commissum est maleficium per mandatarium, vel etiam non fuit acceptatum sed recusatum, & nihilominus sequutum delictum, an dictis in casibus locus sit alicui pœnæ saltem extraordinariæ, contra mandantem, maxime verò in atrocissimis.

SVMMARIA.

1 *Mandans tenetur de delicto commisso, postquam eum pœnituit, si de pœnitentia mandatarium non certificauit.*

2 *Mandans fieri delictum tenetur de eo, quando delictum valet ex persona ipsius mandatarij.*

3 *Reuocatio mandati, re integra, facta non impedit actum gerendum per mandatarium, antequam certioretur, sed solummodo postquam de reuocatione certioratus fuerit.*

4 Nibil

4 Nihil interest, quod ille, cui consulitur homicidium illud statim faciat, vel longo tẽpore post consilium interposito.

5 Reuocans consilium faciendi homicidiũ, nedum tenetur cõtrarium suadere, sed etiam illi, de cuius morte tractatum est denuntiare, quod sibi caueat, ibid. num. 11.

6 Fallit vbi occidendus firmiter, et probabiliter crederet, quod post reuocationem consilij, ille, cui consultum est homicidium, à proposito occidendi reuocaretur.

7 Item fallit in eo, qui mandauit fieri homicidium pro se, nam tunc videtur sufficere, quod contrarium mandet, vel pacem ineat, cum occidendo, vel parentelam, vel aliam amicitiam cum eo contrahat, sciente eo, cui mandatum erat.

8 Quando mandato alterius fit homicidium, videtur, quod contrario mandato ostenso, mandatarius debeat ab homicidio cessare; vbi autem fit homicidium pro se, tunc ille, qui consuluit, nedum tenetur contra suadere, sed etiam plus facere, si a... it conscientia.

9 Hoc tamen cautè efficere debet, ne quemquam prodat.

Qui consilium homicidij dedit, si antequam consilium reuocet, is, cui datum est, procedat ad homicidium, licet postquam ipsum pœnituerat, tenetur, quamuis tempore homicidij fuerit in charitate.

10 In maleficij non sufficit reuocare mandatum de delicto cõmittendo, nisi etiam notificetur reuocatio mandatario.

Quod procedit, tam in reuocatione expressè facta quàm tacitè, ibid. num. 12.

Prædicta declarantur procedere solum quando mandatum est generale, et indeterminatum, et non limitatum tempore, ibid. num. 16.

11 Reuocatio consilij, de homicidio committendo est intimãda ei, qui occidendus erat, non nominando tamen personam, à qua cauere debet.

13 Nedum expressa, sed etiam tacita reuocatio mandati, de homicidio committendo, notificanda est mandatario, vt mandans excusetur si postea sequatur delictum, supra numero 12.

14 Et hoc sine dubio procedit, quando de hac tacita reuocatione, mandatarius probabilem ignorantiam habere poterat.

15 Hoc tamen habet locum quò ad pœnam ordinariam, secus verò quò ad extraordinariam, ibid. num. 24.

17 Mãdans ad certum tempus maleficium committi, eo elapso, non tenetur, si maleficium committatur, quia tunc non videtur, mandasse.

18 Hoc tamen intelligitur respectu pęna ordinariæ delicti, secus verò respectu extraordinariæ, ibid. num. 24.

19 Mandans aliquem interfici per assassinos, punitur pęna ordinaria, etiam quod reuocet, re integra, mandatum.

20 Reuocans re integra mandatum pęnam euadit.

21 Mandatum in casu cap. pro humani, de homicid. lib. 6. habetur pro perfecto actu & ordinarie punitur, etiam non commisso delicto per mandatarium, ibid. num. 23 & 32.

22 Mandatum in delictis atrocibus per se consideratum, etiã nullo effectu sequuto, punibile est pœna extraordinaria, ibidem num. 2. & 31.

26 Mandans delictum committi non tenetur de eo si sequatur, quando mandatarius recusauit mandatum, illudque spreuit, ibidem num. 29.

Hoc tamen procedit quoad pœnam ordinariam, secus quoad extraordinariam, ibid. num. 30.

27 Mandatarius qui spreuit mandatum, vel non acceptauit, non dicitur eius causa deliquisse.

28 Si literas mandati accepto, videor habere animum sequendi dictum mandatum.

Et propterea si eo, præcedente, delinquo, dicar fecisse, illud sequutus.

Et ideò de tali delicto teneretur etiam mandans.

30 Ex solo mandato qui pœnam incurrit.

31 Mandatum de per se consideratum punibile est, etiam nulla eius exequutione sequuta.

32 Mandans in terminis cap. pro humani, de homicid. lib. 6. homicidio non sequuto, non punitur pęna ordinaria illius capituli, sed extraordinaria tantum.

33 Qui dedit pecuniam assassino, vt homicidium committat, eo non sequuto, punitur pęna arbitraria tantum.

34 In delictis regulariter euentus tantum inspicitur: fallit in delictis atrocibus, in quibus sufficit mandatum, seu aliquid esse cœptum.

35 Si delictum mandatum, fuerit per mandatarium exequi cœptum, sed non consumatum, licet mandatarius veniat ordinariè puniendus, mandans tamen videtur puniendus pœna extraordinaria.

Hoc tamen mero iuris rigore inspecto non procederet, secus ex generali consuetudine.

37 Generalis consuetudo totius Italiæ est de non puniendo affectum pęna ordinaria, non sequuto effectu.

CASVS CC. XXXXII.

1 QVærit Cynus in l. non ideò minus, q. 4. C. de accusat. si ego mando alicui, quod delictum aliquod faciat, & post mandatum me pœnitet, tamen non certifico illum, cui mandaui, deinde ipse mandatarius deliquit, numquid pro delicto commisso teneat, & dicit, quod glossa mouet illam quæstionem in contractibus in l. 1. §. vltimo ff. de contrahen. emption. de qua inquit, se dixisse satis plenè in l. mandatum, C. mãdati, & per notata, ibi, posse responderi, quod ego,
2 qui mandaui, teneor, quia delictum valet ex persona ipsius mandatarij; vt in l. si mandassem, ff. mandati, quod dictum optimè comprobari potest ex latè deductis per ipsum Cyn. in d. l. mandatum, in 2. q. num. 4. vbi ex pluribus concludit, quod reuocatio mandati, re
3 integra, facta, non impedit actum gerendum per mãdatarium, antequã certioretur, sed solummodo postquam de reuocatione certioratus fuerit: & hanc opinionem in terminis nostris sequitur Salyc. in d. l. non ideò minus, q. 4. num. 13. sentit. Bart. in l. qui in aliena, §. si is qui. ad fin. ff. de acquir. hæredit. Idem dixit Angel. de malefic. in verbo, & Sempronium Rodulphi barbitonsorem, in 5. quæst. num. 15. & ibi etiam August. de Arimin. in addition. & fuit opinio Innocent. in c. ad audientiam, extra de homicid. n. 2. & 3. quem approbat Bald. ad eum simpliciter se remittens in d. l. non ideo minus, in finalib. verbis, n. 34. & melius in l. 1. n. 12. ad fin. vers. sed innocẽtius, C. de seru. fugit. Blãc. in suis cautelis positis post eiusdem pract. crimin. caut. 7. n. 2. Dicit autem Innoc. quod non interest, si ille, cui
4 cõsulitur homicidiũ, statim facit homicidium, vel post consilium, etiam longo tempore interposito, nisi con-
5 trarium dissuaderet, & primum consilium reuocaret imò & plus videtur necesse, quod etiam illi, de cuius morte tractatum est, denuntiet, quod sibi caueat; nisi
6 firmiter, & probabiliter credat, quod post reuocationem consilij, reuocetur ille, cui consultum est homicidium, à proposito occidendi.
7 In eo autem, qui mandasset fieri homicidium pro se, videretur sufficere, si tãtum contrarium mandaret, vel si pacem iniret, cum occidendo, vel parentelam, vel aliam amicitiam cum eo contraheret, sciente eo, cui man-

8 cui mandatum erat de occidendo:& ratio diuersitatis
secundum eum est, quia quando mandato alterius, &
pro alio tantum fiebat homicidium, videtur, quod
contrario mandato, vel contraria voluntate ostensa
deber ab homicidio cessare, sed vbi non fit homicidiũ
pro alio, sed pro se, ille, qui consuluit, sẽper debet con-
tra suadere, & etiam plus facere, si hoc dictat consci-
9 entia; cautè tamen, ne quemquam prodat, si autem
antequam reuocet consilium, is, cui datum est, pro-
cedat ad homicidium, licet postquam ipsum consu-
lentem pœnituerat, tenetur quamuis tempore homi-
cidij fuerit in charitate. Hactenus Innocent. quem
sequuti fuerunt Angel. in l. vnica, ad fin. vers. vltimo,
circa illos consulentes, C. de Nilli ageribus non rum-
pendis, & clarius Felyn. in c. ex parte Decian. num. 8.
vers. & procedit ista regula, extra de rescriptis, dicens,
10 quod etiam in maleficijs non sufficit reuocare man-
datum, de delicto committendo, nisi etiam notifice-
tur reuocatio mandatario, & Menoc. in tractat. de ar-
bitr. Iudic. lib. 2. centur. 4. casu 352. num. 7. vers. decla-
ratur secundo, & latè Cępol. in tract. cautelarũ, caut.
vlt. nu. 3. & 4. vbi etiam post Bald. in d. l. mandatum,
in fin. sub num. 35. vers. sed hic incidenter quæro, C.
11 mandat. inquit, quod etiam reuocatio est intimanda
ei, contra quem mandatum est factum, vt sibi caueat,
non nominando tamen personam, à qua cauere de-
bet; sed hoc non dicit Innocen. in mandante, sed in
consulente tantum, & rationem diuersitatis adducit,
& eum sequitur Bartol. in l. non solum, §. si mandato
meo, num. 25. vers. quæro quarè. ff. de iurer. quod
notandum est, ne erres sequendo Cępol. & addentes
ad eum.

12 Hoc tamen, quod dictum est de reuocatione inti-
manda mandatario, intelligitur tam de reuocatione
expressè facta, quàm tacitè, per pacem, vel parente-
lam, aut amicitiam magnam, post mandatum contra-
ctâ cum eo, quẽ occidi reuocans mandauerat; quia &
13 hæc tacita reuocatio notificanda est mandatario, vt
mandans, si postea sequatur delictum, excusetur; ita
dicit Salycet. in d. l. non ideò minus, q. 4. sub num. 13.
& sequitur Angel. in d. verbo, & Sempronium Rodul-
phi Barbitonsorem, in 5. q. num. 15. & colligitur ex di-
ctis per Cyn. in d. l. mandatum, in 2. q. num. 4. C. man-
dati, & sine dubio, quando de hac tacita reuocatio-
14 ne, mandatarius probabilem ignorantiam habere
poterat, quia tunc magis de plano notificatio eius
requireretur, ea autem facta, si mandatarius postea
exequatur mandatum, mandans non tenetur ex tali
delicto, vt ex prædictis colligitur, & punctualiter tra-
dit Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 4. casu
15 352. num. 7. vers. declaratur secundo, qui tamen nu. 8.
subdit hoc procedere quoad pœnam ordinariam, se-
cus verò quoad extraordinariam in grauibus delictis,
per allegata per ipsum, & infra dicetur.

16 Procedit tamen conclusio prædicta, quando man-
datum erat generale, & indeterminatum, & non limi-
tatum tempore, quia tunc durat, donec reuocetur, &
reuocatio notificetur, & propterea de delicto inte-
rim commisso tenetur mandans, vt supra dictum fuit;
secus si era limitatum, & ad certum tantum tempus
17 restrictum, quia tunc non tenetur mandans de delicto
postea per mandatarium facto; quia non videtur
mandasse. §. mandatum, instit. de mandato. & l. dili-
genter, ff. mandati, vt determinat Salycet. in d. l. non
ideò minus, d. q. 4. nu. 13. Sequitur August. de Arimin.
in addit. ad Ang. de Malefi. d. q. 5. sub n. 15. in princ. ad-
18 ditionis, quod tamen intelligendum videtur, respectu
pœnæ ordinariæ delicti, secus verò respectu extraor-
dinariæ, ad quam tenetur, non obstante, quod lapsum
sit tempus limitatum ad mandatum exequendum, per
ea, quæ dixi de delicto post notificatã reuocationẽ cõ-
missio, quibus addo Aug. de Arimin. in d. addit. ad q. 5.
ante finem, in vers. adde tamen, vbi ait, quod in ter-
19 minis capituli pro humani, de homicid. lib. 6. loquen-
tis de mandante aliquem interfici per assassinos, man-
dans punitur pœna ordinaria, etiam quod reuocet, re
integra, mandatum, antequam delictum fiat, & hoc
propter delicti immanitatem, & atrocitatem, licet
20 alias reuocans re integra, pœnam euadat, secundum
glos. in d. c. pro humani, in verbo, mandauerit, quod
dictum in vtroque capite verum est, nam in casu d. c.
21 pro humani, mandatum habetur pro perfecto actu,
& ordinariè punitur, etiam non commisso delicto per
mandatarium, ex communi opinione, de qua testatur
Farin. in pract. crim. tit. de inquisit. q. 3. nu. 7. vers. aliud
huius limitationis exemplum, & tradit ante eum Ca-
pyc. decis. 155. num. 5. in 2. dubitat. & in alijs casibus
22 atrocibus mandatum per se consideratum, etiam nul-
lo effectu sequuto; punibile est pœna extraordinaria,
Bart. in d. l. non solum, §. si mandato meo, num. 3. vers.
hoc præmisso, ff. de iniur. Salycet. in d. l. non ideo mi-
nus, in 3. q. num. 12. C. de Accusation. Angel. de ma-
lefic. in d. verbo, & Sempronium Rodulphi Barbiton-
sorem, q. 2. num. 7. & ibi latius August. de Arimin. in
addition. in princ. & num. 8 vbi etiam meminit de ca-
su speciali dicti capituli, pro humani, in quo facto illo
23 mandato delictum erat perfectum, & ideo pœna or-
dinaria puniendum, ac si delictum principale fuisset
consumatum, Capyc. d. decis. 155. num. 5. in 2. dubi-
tat, Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 4. ca-
su 352. num. 9. Farinac. alios referens, d. q. 3. num. 8.
vers. imò generaliter dicas.

24 Vnde infertur, quod licet mandatum esset tempo-
re limitatum, & eo iam lapso delictum esset commis-
sum per mãdatarium, vel mandatum non esset ad ali-
quod tempus restrictum, sed generale, & indetermi-
natum, & reuocatum, re integra, & intimatio reuoca-
tionis facta mãdatario, ante commissum maleficium,
tamen si postea sequatur delictum, mandans punitur
extraordinariè, per superius allegata; ex quo nullo
25 etiam per mandatarium facto delicto, mandatum ip-
sum de per se consideratum, absque alio effectu sequu-
to, est punibile, vt supra probaui, & est verissima re-
solutio.

26 Et idem esse puto, quando mandatarius recusauit
mandatum, illudque spreuit, nàm licet tunc si sequa-
tur delictum, mandans de illo non tenetur, ex quo eius
27 causa mandatarius deliquisse non dicitur, iuxta nota-
ta per Bart. in l. qui in aliena. §. si is qui, ante finem, ff.
de acquir. hęredit. per Bald. in l. 1. sub num. 12. vers. di-
ci potest, & ibi etiam per addentes, in verbo, ex inter-
uallo, litera M, Cod. de seu. fugit. & melius, & exprę-
sius in l. si literas, ad fin. sub num. 5. vers. quæro textus
hic dicit, C. mandati. vbi inquit, quod si literas man-
28 dati accepto, videor habere animum sequendi dictum
mandatum, & propterea si, eo præcedente, delinquo,
dicor fecisse illud sequutus, & ideo de tali delicto te-
netur etiam mandans, qui tamen non teneretur, si
29 mandatum esset à mãdatario repudiatum, & non ac-
ceptatum. Sequuntur addentes ad Fęlyn. in c. ex par-
te Deci-

te Decian. in sub num.8. vers.& procedit ista regula, in additione, in verbo non, sub litera B, extra de rescript. Attamen hoc intelligendum est de pœna ordi-
30 ria delicti, a quà mandans excusatur, secus autem de extraordinaria, in quam incurrit ex ipso solo manda-
31 to, quod simpliciter, & de per se consideratũ punibile est, etiam nulla eius exequutione sequuta, pœna extraordinaria in delictis atrocibus, & in terminis capituli, pro humani, de homicid. lib.6. pœna ordinaria,
32 vt supra ostendi. Quamuis etiam in terminis d. cap. pro humani. homicidio non sequuto, mandans non punitur pœna ordinaria illius capituli, sed extraordinaria tantum, secundum Angel.in l. item apud labeonem, 15. §. si curraverit ff. de iniur. dicentem, post Dyn. quod ibi est argumentum pro dante pecuniam
33 assassino ad aliquem occidendum, vt homicidio non sequuto non puniatur mandans de homicidio, sed pe-
34 na arbitraria tantum, quia licet in delictis inspiciatur euentus, tamen si sint atrociora, sufficit mandatum, seu aliquid esse cœptum, ad irrogandam aliquam pœnam; & idem punctualiter notat ibidem Alberic. de Rosat. latius insistens, quam Angel. Quam decisionem sequitur Augustin. de Arimin. in addition. ad Angel. in d. verbo, & Sempronium Rodulphi Barbitonsorem, q.2.num.8. vers. item adde quod contra prędicta, vbi etiam refert eundem Angel. in quodam eius consilio, dicentem, quod si delictum mandatum, fuerit per mã-
35 datarium exequi cœptum, quia peruenit ad actum proximum, sed non consumatum, quia mors non est sequuta, licet assassinus ipse debeat decapitari, tamen quoad mandantem benè facit Princeps, si commutet pœnam talis mandantis corporalem, in pecuniariam;
36 sed certè de mero, & stricto iuris rigore non procederet ista determinatio in casu d.c. pro humani, per verba eius clara, sed potius sustineretur, vigore gene-
37 ralis consuetudinis totius Italiæ, de non puniendo pęna ordinaria, affectum, non sequuto effectu; vt per Clar. in d.§. assassinium, num.7. vers. scia etiam, & in practica crim. q.92. per totam, & per Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.2. cent.4. casu 360. in toto, & ipse alibi satis plenè tractaui.

EPITOME.

Quod Nuntij portantes literas, vel ambasciatas alicuius alteri de homicidio committendo scienter, illo sequuto, tenentur pęna homicidij, nõ secus ac illud faciens.

SVMMARIA.

1 *Nuntius, qui scienter à mandante litteras recepit de homicidio faciendo, & mandatario portauit, homicidio sequuto, pœna homicidij punitur.*

2 *Portans ambasciatam de delicto committendo, si delictũ sequutum est, ipse tenetur veluti præstans opem delicto.*

3 *Textus in l. 1. §. incidit. ff. ad Senat. Consult. Turpill. est notabilis contra nuntios, per quos fiunt tractatus maleficiorum.*

4 *Nuntij aliquid facientes pro maleficij habiliter committendis, tenentur de auxilio, & fauore.*

Eodem modo tenentur, qui mutuant pecuniam, vt emantur arma pro maleficio committendo.

5 *Mandans alicui per literas, quod homicidium committat, nuntius, qui scienter literas portauit, punitur de homicidio subsequuto.*

6 *Portans ambasciatam de aliquo delicto atroci punitur, vt principalis delinquens.*

7 *Proxeneta contractus vsurarij tenetur ad restitutionem vsurarum.*

8 *Notarius conficiens instrumentum vsurarium tenetur, nedum ad pœnam, sed etiam ad vsurarum restitutionem, sicut principalis.*

Hoc notandum esse dicitur, ibid. num seq. 9.

10 *Qui mutuat, vel aliter ministrat pecuniam ad parricidium committendum, dicitur illi auxilium dare, opem, & fauorem, & de eo tenetur.*

CASVS CC. XXXXIII.

1 Commisso homicidio per aliquem ex mandato alterius sibi dato per literas exhibitas per tertiũ, illarum tenoris conscium; Quæsitum fuit, an iste nuntius, qui scienter a mandante literas recepit, & mandatario portauit, teneatur pœna homicidij. Cyn. in l. non ideò minus, in 3. q. num.4. C. de accusation. tenet,
2 quod sic: Dicit enim, quod si ego dico nuntio meo, vade ad talem hominem, & dicas, quod interficiat Titium, & ille iuit, & dixit, & factum sequuntum est, talis nuntius tenetur, ex quo delictum perpetratum atrox est, nec excusatur, imò tenetur veluti præstans opem delicto, & probari videtur per text. in l. 1. §. incidit, ff. ad Senat. Consult. Turpill. vbi est casus, in quo puniuntur mandans, & ille, per quem factum est mandatum, & mandatarius, & etiam instigantes, & submittentes, vt ibi dicit Bart. in princ. quia etiam in fine in vltim. notabil. num.3. inquit, illum textum esse no-
3 tandum contra nuntios, per quos fiunt tractatus maleficiorum, vt puniantur, & esse casum pro glos. in l. si sciente. ff. ad leg. Pompe. de parricid. notante argumentum contra proxenetas, Idem vult ipse Bart. in l. aut qui aliter. §. final. num.2. vers.2. nota. ff. quod vi, aut clam. & ita quoq; tradit Angl. in d. l. si sciente num. 1. inquiens nuntios aliquid facientes pro maleficijs
4 habiliter committendis, teneri de auxilio, & fauore, & eodem modo teneri, qui mutuant pecuniam, vt emantur arma pro maleficio committendo. Idem censuit Bald. in l. vnica, §. ne autem num.18. vers. extra quęro, C. de caduc. tollen. vbi sequendo Cynum in d. l. non
5 ideo minus, formaliter dicit, quod si mandaui Titio per literas, quod committeret homicidium, nuntius, qui scienter portauit literas punitur de homicidio subsequuto: & sequuntur Salyc. in d. l. non ideò minus, nu. 30. vers. viso de mandante, Angel. de malefic. in verbo, & Sempronium Rodulphi Barbitonsorem, in 6. q. nu.
6 16. idem dicens de portante ambasciatam de alio delicto atroci, qui punitur, vt principalis delinquens, & Augustin. ibi in addition. num.17. adducens Baldum sequentem Cynum, vbi supra, Marsil. sing. 181. in verbo, mandans fieri homicidium, post principium, vers. sed quæro ego quid in nuntio, & in d. l. si sciente. num. 3. vers. & circa istam materiam, & in l. 1. §. præterea. nu. 4. vers. hinc est, ff. ad leg. Cornel. de sicar. & cons. 27. num.3. vers. hinc est, & Ludouic. Carer. in pract. criminis. §. circa tertium, num.12. vers. & ideo dicunt, fol. 145. pro qua sententia facit glos. in d. l. si sciente. ff. ad leg. Pompe. de parricid. quæ vult proxenetam contra-
7 ctus vsurarij, teneri ad restitutionem vsurarum, cuius dictum sequuti sunt Bart. in d. §. incidit, in fin. Angel. de malefic. vbi supra in d. 6. q. sub num.16. & Marsil. d. singul. 181. post principium vers. & subdit. & in d. l. si sciente. num.4. vers. venio ad glosam, & in d. §. præterea. num.5. vers. pro quibus, & cons. 27. num.4. in quibus locis, etiam alios eandem glosam approbantes, refert, &

fert, & consimilē glosam adducit in l. ordine. §. in fraudem, in verbo Ministr. in fin. ff. ad municipal. & alia etiam ad propositum istud adducit, quæ penes eum
8 videri possunt, & maximè de Notario conficiente instrumentum vsurarium, vt teneatur ad pœnam, & ad vsurarum restitutionem, sicut principalis, eandem glosam in d. l. sciente. sequuntur, ibi Bart. in vltim. notabil. & latius Angel. num. 2. vers. & ideo, subijciens idem esse in Tabellione, qui scienter scripsit instrumentum
9 fœneratitium; hocque menti esse tenendum, quia multum hodiè errant Proxenetæ, & Notarij in similibus, & verè totum hoc probari videtur in d. l. si sciente, vbi,
10 qui mutuat, vel aliter ministrat pecuniam ad parricidium cōmittendum, dicitur illi dare auxilium, opem, & fauorem, & de homicidio, & de parricidio tenetur: prout etiā ibi ex eo textu colligunt Doctores omnes, & in specie Bart. & Angel. vterque in principio.

EPITOME.

Quod stantibus bannimentis concedentibus occidenti, vel præsentanti bannitum Curiæ, prēmium eximendi se ipsum, vel alium bannitum de banno pro pari, vel minori delicto; bannitus, & positus in banno capitaliter pro homicidio, occidens, vel præsentans bannitum pro adulterio in pęnam vitæ, non comprænenditur in dictis bannimentis, nec facultate in illis concessa, vti potest, ex quo, licet vtrunque delictum sit graue, & respectu pęnę æquale, tamen bannum ex homicidio proueniens, & cancellandum, maius est banno ex adulterio dato, propter quod cancellatio petitur, quę res, quod scilicet homicidium sit crimen grauius adulterio, & non è conuerso, adulterium maius homicidio, vt plures senserunt. Disputatione ad partes pręmissa, & varijs argumentis, hinc inde propositis, resoluitur iuribus, rationibus, & authoritatibus, latè recensitis.

SVMMARIA.

1 *Homicidium est hominis cædes ab homine perpetrata, secus si ab animalibus brutis homo occidatur, quia dicitur pauperies.*

2 *Homicidium traxit originem à Caim, qui ob inuidiam occidit Abel fratrem suum, deinde à Romulo, qui propter trāsgressionem Remi, contra interdictum de non transcendendo muros, occidit Remum fratrem suum.*

3 *Inuidia est vitium in homine, quod turpius, detestabiliusuè non reperitur, & cane peior esse videtur.*

4 *Criminis homicidij immanitate, descendit filius Dei de summis Cœlorum ad ima mundi, & mortem subijt, vt eius pretioso sanguine genus humanum redimeret.*
Christus post resurrectionem ascensurus ad patrem, Curam pastoralem animarum reliquit Beato Petro Apostolo, ibid. & sub num. 28.

5 *Homicidæ non solum mortem corporalem, sed etiam animarum procurant, & sibi attribuentes, quod Dei est, nempè vita, & mors omni punitione digni sunt et sunt diffidati à toto populo Christiano.*

6 *Adulterium nil aliud est, quam alieni tori violatio, seu transitio quędam ad alienū Torū libidinis satiandæ causa.*

7 *Legem primus cōtra adulteros sanxit Hyettus Argiuus, post Multi cedem in vxoris adulterio deprehensi.*

8 *Adulterium est grauissimum crimen contra sacramentum Matrimonij ab Omnipotenti Deo institutum, & est omni iure prohibitum, & damnabile, & de malis effectibus ex eo nascentibus.*

9 *Adulterinæ plantationes non dant radices altas.*

10 *Adulterium, an sit maius crimen homicidio, hinc inde rationes, iura, et authoritates per discursum adducuntur.*

11 *Leges ciuiles ad vindicandum adulterium, impunè hoc casu permittunt homicidium, vt de duobus malis minus permittatur, & infra sub num. 18. contra, sub num. 35.*

12 *Transactio de adulterio fieri prohibetur, secus de homicidio.*
Adulterium lędit famam, homicidium verò vitam, sed fama est pretiosior vita, ibid.

13 *Delictum illud æstimatur grauius, in quo concurrunt plures delinquentes.*

14 *Adulterium maius præiudicium videtur affere Reipublicæ Christianæ quàm homicidium, & ibi ratio assingatur.*
Contrarium tenetur, infra sub num. 33.
Publicè interest alienos filios pro proprijs non haberi, vt ordinum, familiarumq; dignitas salua sit, successioque ijs, ad quos spectat, conseruetur.

15 *Maior iniuria infertur marito, adulterando eius vxorem, quam proprium filium occidendo.*

16 *Adulterium adeò atrox est, vt remissione dignum non potetur.*

17 *Adulterio vix est dare peccatum grauius, cum adulteriū secundum locum obtineat in pęnis post primum, eorum, qui aberrant: & quare sit grauius crimen alijs declaratur, num. 32. et 34.*

18 *Homicidium esse grauius crimen adultero hic, latè differitur.*
Illicitum pro illicito fieri non debere, sed vtrumque euitandum esse, ibidem.

19 *Parricidium excedit omne delictum, & nullus est gradus in genere illicitorum, qui ascendat ad altitudinem paternæ cædis.*
Matrem occidens plus punitur, quam qui eam turpiter cognoscit, ibid.

20 *Delictum illud grauius reputatur, cui grauior pœna imponitur, cum ex grauitate pęnę grauitas delicti arguatur.*
Delinquens in committendo in perpetuum deportatur, sed qui deliquit in ommittendo, ad tempus dumtaxat relegatur, ibidem.

21 *Delictum leuius reputatur, vbi est maior prouocatio.*
Mulier, quæ odio mariti prouocata, partum abegit, leuius punitur, quàm illa, quæ mero odio, & solius auaritiæ cupiditate, abortum procurauit, ibid.

22 *Adulterium habet maiorem prouocatioem, & tentationem, quàm homicidium, hinc traditum est minus peccatum esse formosam cognoscere, quàm deformem.*

23 *Homidium est contra legem naturæ, quæ hominem produxit, vt homini opem ferret, non autem, vt insidiaretur*
Homo homini Deus, vt in Adagio, ibid.

24 *Adulterium nō habet ita naturalem prohibitionem, sicut homicidium; vnde grauius esse dicitur crimen contra naturam, hominem occidendo, quam contra leges, adulterium committendo.*

25 *Natura humana facilè labitur ad delicta, maximè carnis, quia fornicatio venit ex concupiscentia naturali, vndè dicitur arctissima vita continentiæ.*
Fornicatio mitius punitur, quàm aliud crimen, ibid.

26 *Homicidium dicitur horribilius, & terribilius omni peccato, quia, nulla est natura, ad illud inclinato, imo potius ab ipsa natura aborritur.*

27 *Homicida magis rempublicam offendit, quàm adulter, nàm qui hominem occidit, vnum caput Reipublicæ adimit.*

28 *Delictum maius illud reputatur, ex quo maius damnum venit, sicut de homicidio, per quod creatura rationabilis deletur,*

deletur, quàm totus mundus reparare non potest, & nisi suprabundet misericordia Dei, sepissimè anima cum corpore extinguitur.

29 *Homicidium esse maius delictum adulterio, est communis, & verior opinio, declara, vt infra, num. 32.*

30 *Argumentum sumi non potest a generalitate textus, & verborum.*

Textus in l. codicillis, §. Matre. ff de legat. 2. declaratur, ibidem.

31 *Substantia rerum non iudicatur ex priuata cuiuscunque affectione, sed ex communi iudicio, legibus, & rationibus comprobato.*

32 *Adulterium respectu detestationis, et maioris consuetudinis, et frequentioris vsu delinquendi, est maius homicidio: Sed alijs respectibus homicidiũ est grauius adulterio.*

33 *Adulterium non esse maius delictum cæterorum delictorum, hic iura adducuntur.*

34 *Text. in c. quid in omnibus, 32. q. 7. de quo supra num. 17. declaratur in materia adulterij, et infra, sub num. seq.*

35 *Adulterium reputatur maius delictum homicidio, respectum fauoris matrimonij.*

Matrimonium est à legibus valdè fauorabile, ne inducatur turbatio sanguinis, et alij sordi de stirpis, splendidis natalibus, subrogentur, ibidem.

36 *Bannimenta concedentia, quod occidens, vel præsentans bannitum possit eximi facere de banno se ipsum, vel aliũ bannitum pro pari, vel minori delicto, non habent locum in bannito pro homicidio, occidente, vel præsentante bannitum pro adulterio.*

37 *Delictum, propter quod cancellatio banni conceditur, oportet, quod sit si non maius, saltem æqualem delicto, pro quo bannum cancellandum est impositum.*

Nec sufficit æqualitas pœnæ, nisi etiam concurrat paritas delictis, et datur exemplum, ibid.

38 *Veneficium, an sit par delictum homicidio, et supra, numero 37.*

39 *Dispositio super bannito propter adulterium, procedit fortius in bannito propter stuprum, vel propter incestum.*

40 *Stuprum est delictum leuius adulterio, quid de incestu, ibidem.*

CASVS CC. XXXXIIII.

AD perfectam infra dicendorum cognitionem, pro resolutione quæstionis subijciendæ, necessarium esse videtur in primis agere de grauitate criminum homicidij, & adulterij, vt vtriusque enormitate perpensa, discerni possit quodam illorum sit turpius, detestabilius, & grauius altero, a qua cognitione hæsitationis decisio pendet.

1 Homicidium itaque est hominis cædes ab homine perpetrata; nam si homo a fera bestia, vel bruto animali occidatur, hoc propriè non est homicidium, sed dicitur pauperies, vt probatur per totum titulum, si quadrupes pauper. fecisse dicatur, & ibi Florian. de Santo Petro in l. 1. post princ. & ante eum glos. in verbo caret.

2 Originemque homicidium traxit primo à fratribus, & pastoribus per occisionem factam à Caim de Abel; vt habetur in quarto Genesis, moxque itidem in fratribus Romanæ Vrbis Conditoribus sequutum fuit cum a Romulo Remus occisus fuerit; vt tradit Gribald. statim citandus, nu. 2. & est textus Clarus in l. final. ff. de rer. diuision. & ibi glos. quæ etiam adducit poetę Lucani carmen illud vulgatum.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

3 Et ex inuidia processisse videtur, quod certissimum est in Caim; licet in d. l. fin. & in glosa prædicta, in Romulo adducatur contrauentio Remi inter fictio facto per Romulum contra transcendentes Muros, quo vitio inuidiæ in homine non inuenitur turpius, aut detestabilius ex testimonio Satirici sic dicentis,

Inuidia, Siculi non inuenire Tirani,

Tormentum maius.

Vnde homo inuidus peior videtur cane, qui licet habeat peculiarem vim, & naturam inuidendi, nunquam tamen alterum prè inuidia inuenitur extinxisse, vt recenset Gribald. in tract. de omni genere homicidij, titul. de homicidij origin. & definit. ad fin. num. 3.

4 Eius autem criminis immanitas, vel ex eo omnibus patere potest, quod pro humani generis redemptione de summis cœlorum ad Ima mundi descendit, & mortem tandem subijt temporalem omnipotẽtis Dei Filius, & Dominus, & Saluator noster Iesus Christus & ne gregem sui prętio sãguinis gloriosi redemptum, ascensurus post sanctissimam resurrectionem ad patrem, absque Pastore de fereret, ipsius curam Beato

5 Petro Apostolo commisit: vt ideò qui horrenda inhumanitate, detestandaque seuitia mortem aliorum sitiunt, mortemque nõ solum corporum, sed etiam animarum procurant, sibique, quod soli Deo conuenit, in cuius manu mors, & vita hominis est, attribuere tentant, omni punitione digni sunt, & ac si rerum natura non essent, à toto Christiano populo diffidati censentur: iuxta ea, quæ leguntur, & notantur in c. 1. de

6 homicid. lib. 6. Adulterium verò nihil aliud est, quam alieni tori violatio, seù transatio quædam ad alienum thorum libidinis satiandę causa; Flamin. de Rubeis in tractat. de adulter. cap. 1. num. 2. à quibus autem pri-

7 mo originem traxerit adhuc non legi; Primus tamen, qui in adulteros legẽ sanxit inuenitur, isque fuit Hyettus Argiuus post Moluti cędem in vxoris adulterio deprehensi, vt refert historiorum testimonio Flamin. de Rube. d. c. 1. sub num. 3. post medium, & ex otio, & crapula processit, sine quibus carnis pruritus, & Veneris arma omnino cessant: iuxta illud Ouidianum carmen.

Otia si tollas periere cupidinis arcus.

Et aliud Terentianum.

Sine Cerere, et Bacco friget Venus.

Rursus, & illud Domini Franc. Petrarch.

Ei nacque d'otio, et di lascinia humana.

8 Et est grauissimum crimen, cum Matrimonium sit maximum sacramentum ab Omnipotenti Deo institutum in Terrestri Paradiso, illi semper assistat Spiritus Sanctus, & Dominus noster Iesus Christus adulterium damnauerit, Iureque diuino, Pontificio, Cesareo, ac etiam naturali prohibitum sit, scriptumque reperiatur

9 adulterinas plantationes, non dare radices altas, nec stabile firmamẽtum collocare, adulterosque Regnum Dei non possessuros; Hoc fontem habet amorem voluptatis, & robur animi resoluit, remque familiarem assumit, quicquid attigerit more ignis adurens, & nihil saluum relinquens, veris, & iustis filijs debitam successionem aufert, adulterinisque indebitas permittit, familiam dedecorat, & infinita alia mala producit, de quibus ad saturitatem meminit Flamin. de Rube. in d. tract. c. 7. per totum, & vltra eum Mascard. in tractat. de probation. conclus. 57. in verbo, adulterium, num. 1. & seq. tom. 1.

Vtrumque igitur crimen graue, detestabile, & capitale

10 pitale est, Quodnam autem illorum maius sit altero, controuersum est apud Scribentes, nec pro vnaquaque parte desunt argumenta, rationes, & authoritates, de quibus disserendum est non inutiliter, in qua re, vt veritas optata melius elucescat, arguendum in vtranque partem censui.

11 Primo, itaque adulterium esse grauius homicidio ex eo probari videtur, quod leges ciuiles ad vindicandum adulterium, impunè, permittunt homicidium, l. patri. l. marito, & l. nihil ff. de adulter. & l. graccus, & authen. si quis, C. eodem tit. Constant. enim de duobus malis id, quod minimum est, permitti, vt maius, & grauius euitetur, l. quoties, ff. de regul. iur. c. duo 13. distinct. c. iurauit, & c. non solum. 22. q. 4. Secundo,

12 quia de adulterio transactio fieri prohibetur, cum tamen de homicidio licitè transigi possit, l. transigere. C. de transaction.

Tertio, quia adulterium lædit famam, vt ex pluribus ostendit in citato tract. Flamin. de Rube. d. c. 7. nu. 10. Homicidium verò vitam, qua vita carior, & præstiosior est fama, & vitæ anteponenda. l. isti quidem, ff. quod metus causa.

13 Quarto, quia grauius est delictum, in quo plures concurrunt delinquentes, l. Athletas, vers. Pomponius, & ibi glos. ff. de his qui not. & infam. in adulterio duo semper concurrunt, l. reos, C. de adulter. in homicidio autem secus, quia vnius tantum facto perfici potest, proinde minus graue illo, quod duos semper requirit de necessitate: quo argumento vtitur in hoc proposito Roman. in l. fin. §. t. ff. de publican. & vectigal. sub num. 2. in fin. vers. item, & adulterium.

14 Quinto, quia adulterium maius præiudicium videtur afferre Reipublicæ Christianę, quam homicidium, quod vno tantum homine Rempublicam priuat, adulterium autem violat alienum torum, ex hocque, & coniugalis fides soluitur, & legitimus partus confunditur in graue totius Reipublicę detrimentū, quia publicè interest alienos filios pro proprijs non haberi, vt ordinum, familiarumque dignitas salua sit, successioque his, ad quos spectat concedatur: iuxta l. 1. §. quamuis, vers. publicè enim, ff. de ventr. inspicien. & l. 1. in fin. cum ibi notat. ff. solut. matr.

15 Sexto, quia hoc deduci videtur ex textu in l. codicillis, §. Matre, & vxore. ff. de legat. 2. vbi Iureconsultus in persona testatoris loquens, post quam meminit de occisore filij sui, dicit, quod & alia sibi deteriora fecit, quod de violatione coniugalis tori Doctores intelligunt: quasi quod maior iniurie inferatur marito adulterando eius vxorem, quam proprium filium occidendo: vt ibi notat bald. per illum text. & additio quædam marginalis, ad eundem text. adducens Petrum de Rauen. in suis alphabeto, & tradit etiā Nouell. in pract. crim. in forma inquisit. pro insultu ad domum, num. 8. vers. item quærendum, fol. 192. & tetigi in prioribus resolution. crim. cent. 1. casu 15. num. 9 & adduntur nunc Bald. consi. 277. num. 2. in fin. lib. 5. & Nicol. Boeri. decis. 23. nu. 77. & decis. 297. nu. 9. Boss. in pract. crimin. tit. de coitu damnat. & punibil. num. 46. Tiraquel. in tractat. de pœn. temper. aut remittend. causa prima. num. 3. vers. ideoque, & latius in tract. de legib. conubial. lege 13. sub nu. 27. post vers. igitur, vt videamus, Flamin. de Rube. d. c. 7. num. 4. & Ioan. de Neuiz. in sylua nuptiali. lib. 1. num. 30. vers. indignantur enim, & nouissimè Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Cardin. Tusch. in suis conclusion. lib. t. conclus. 221. in verbo, adulterium, num. 1. & 4.

16 Septimo, quia delictum hoc adeo atrox est, vt remissione dignum non putetur, l. Caij Cassij. 35. ibi, vel tantum delictum, vt vitio remittenda non esset, ff. de fideicom. libertat. iuncta glos. in verbo, delictum, quæ exemplificat in eo, qui iacuit cum vxore testatoris, & eam sequitur Boer. d. decis. 297. num. 9.

Octauo, quia de hoc videtur textus expressus in c. quid in omnibus, 32. quæst. 7. vbi dicitur, quod vix est

17 dare peccatum adulterio grauius, cum secundum in pœnis obtineat locum, & ponatur post primum eorum, qui aberrant à Deo: de quo quidem tex tu non immemor fuit Tiraquel. in tract. de legib. conn ubial. l. 13. nu. 26. vers. ex his autem, vbi etiam alia de huius sceleris grauitate deducit: & Flamin. de Rube. d. c. 7. nu. 6. vnde dicit Bart. in rubr. ff. de adulter. quod crimen hoc est grauius alijs; quia omne crimen committitur extra corpus, fornicatio vero committitur in corpus: & in proprijs terminis nostris, quod sit grauius homicidio, tenuit expræssè idē Bart. in l. fin. §. 1. in princ. vers. cōtrarium, ff. de publican. & vectigal. & ibidem latius Roman. sub num. 2. & ponit etiam Flamin. de Rube. d. cap. 7. num. 6.

18 In contrarium verò, quod homicidium grauius sit adulterio, probatur, primo per text. in cap. si quod verius. 33. q. 2. vbi loquens de adulterio, & homicidio, dicit non esse faciendum illicitū pro illicito, sed vtrumque euitandum, si autem faciendum, est quod non licet, faciendum, esse adulterium, & non homicidium, quia vt dicit ibi glos. permittitur minus malum, vt euitetur maius.

19 Secundo, quia nullus est gradus in genere illicitorum qui ascendat ad altitudinem, & pœnam paternæ cedis, toto tit. ad leg. pompe. de parricid. ideoque magis punitur occidens matrem, quam qui eam turpiter cognoscit; quia parricidium l. pompe. omnium pœnarum grauissima, punitur, l. 1. ff. ad leg. pompe. de parricid. & §. alia deinde lex, instit. de public. iudic. & tamen adulterium vulgari pœna Legis Iuliæ coercetur, toto tit. ff. & C. ad leg. Iul. de adulter. & §. item lex

20 Iulia. instit. de public. iudic. vnde delictum grauius reputatur, cui grauior pœna imponitur, quia ex grauitate pœna grauitas delicti arguitur, l. metrodorum, ff. de pœn. vbi qui delinquit in committendo in perpetuū deportatur, qui verò in ommittendo, & sic leuius peccauit. l. si mora. cum ibi notat. ff. solut. matrim. ad tēpus dumtaxat relegatur: & tradunt Deci. consi. 65. nu. 5. vers. cum ergo, & in c. at si clerici. num. 59. vers. & ideo, extra de iudic. Socin. cons. 157. num. 5. lib. 2. Farinac. io pract. crimin. tit. de delict. & pœnis, q. 18. nu. 83. vers. Tertia conclusio. & ipse probaui in prioribus resolution. crimin. cent. 2. casu 197. num. 5.

21 Tertio, quia vbi est maior prouocatio, ibi delictum leuius reputatur, l. Cicero. ff. de pœn. vbi mulier, quæ odio mariti prouocata partum abegit, leuius punitur, quàm illa, quæ mero odio, & Solius auaritię cupiditate abortum procurauit: quod & probatur in l. 1. §. item diuus Adrianus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. & l. 2. eodem tit. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores, ff. ad leg. Iul. de adulter. & l. Graccus, C. eod. tit. Nulius au-

22 tem dubitare potest, quin adulterium habeat maiorem prouocationem, & tentationem quam homicidium, cum ex sententia Diui Hieronymi, difficillimū sit homini se à peccato libidinis, & incontinentiæ abstinere, nec vllum sit genus certaminis, in quo fiant prouoca-

prouocationes frequentiores, aut grauiores insultus, vnde propter maiorem prouocationem traditum est minus esse peccatum formosam cognoscere, quam deformem: vt patet ex congestis, per Ioan. Neuizan. in Sylua nuptiali lib. 2. num. 94. & plurib. seq. vers. nec dicas, quod si fortè contingat, & infra, & lib. 4. num. 117. vers. non obstat septimo.

23 Quarto quia homicidium est contra legem naturæ, quæ hominem produxit, vt homini opem ferret, non autem vt insidiaretur. l. vt vim, enim ibi notat. ff. de iustit. & iure, Homo enim homini Deus, vt est in Adagio; ideoque qui hominem occidit, naturæ legem violat, cum speciem suam destruat, quæ immanitas in nullo alio animantium genere reperitur, quod scilicet in propriam speciem sæuiat: vt eleganter expressit Satyricus in penult. Satyr. his versibus.

, *Sed iam serpentum maior concordia, parcit*
, *Cognatis maculis similis fera, quando Leoni*
, *Fortior eripuit vitam Leo? quo nemore vnquam*
, *Expirauit Aper maioris dentibus apri?*
, *Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem*
, *Perpetuam Sæuis inter se conuenit Vrsis*
, *Ast homini ferrum lethale incude nefanda*
, *Produxisse parum est.*

24 Adulterium autem non habet ita naturalem prohibitionem sicut homicidium, quod ipsius humanæ naturæ clementia videtur abhorrere, & omnibus modis execrari. Vnde cōstare potest grauius esse crimen cōtra naturā, hominem occidendo, peccare, quā contra leges, adulterium cōmittendo, errare, & si enim vtrūq; malum est, & vni, vel alteri delicto incumbens reprehensione, & punitione dignus est: & tanquam à ratione discedens, & sensui se subijciens, sceleribusque se maculans, non homo, nedum vir, sed brutum dici potest: vt per Luc. de Pen. in l. iudices, col. 3. C. de dignitat. lib. 12.

25 Vnum tamen altero longè grauius est, natura siquidem humana facilè labitur ad delicta, maximè carnis, sine quibus pauci inueniuntur, quia fornicatio venit ex concupiscentia naturali, & infirmitas nostra in ruinam coitus prona est, vnde dicitur arctissima vita continētiæ, & mitius punitur fornicatio, quam aliud crimē, vt eleganter tradit Luc. de Penna in l. mulieres, col. 5. De incol. & vbi quis domicil. haber. vide. lib. 10. ad homicidia autem nulla est naturæ inclinatio, imò potius ea

26 abhorret, & ideo tale crimen dicitur horribilius, & terribilius omni peccato, & seuerè punitur: vt notat idem Luc. de Penna in l. deuotum, col. 4. vers. vltimo nota. C. de metatis, & epidem. lib. 12. & homicida, quod facit, expectare debet, l. 3. C. de Episcopi aud.

27 Quinto quia homicidium magis Republicā offendit, nam qui hominem occidit, vnum caput adimit Reipublicæ, cuius interest plures habere subditos, l. 1. cum ibi notat. ff. solut. matrim.

28 Sextò, quia maius delictum reputatur illud, ex quo maius damnum euenit, l. aut facta, §. quantitas, ff. de pœn. sed per homicidium deletur creatura rationabilis, quam totus mundus non potest reparare, & sæpissimè, nisi supe abundet misericordia Dei, anima cum corpore extinguitur, c. pro humani. vers. non solum corporum, sed mortem procurent etiam animarum, nisi eos exuberans gratia diuina præuenerit, vt sint armis spiritualibus præmuniti. de homicid. lib. 6. quæ toto orbe prætiosior est l. fanenimus, C. de sacrosan. eccles. & pro cuius salute Iesus Christus Dominus, & Saluator Noster acerbissimam mortem subiuit, d. c. pro humani, in princ. quod quidem damnum non euenit per adulterium, vndè meritò homicidium inter grauissima crimina reputatur, l. 3. C. de episcopali audient. & tradit Angel. cons. 2 17. sub n. 6. in fin. vers. his autē non obstantibus, dicens esse crimen atrocissimū, perpetratum contra præcepta noui, & veteris testamenti, & contra mandata Iuris Canonici, & ciuilis.

29 Septimo, quia, quod sit maius delictum adulterio homicidium, tenet in indiuiduo Raphael Fulgos. in l. transigere, C. de transaction. num. 3. post vers. 2. nota, & post eū Gribald. in d. tract. de omni genere homicid. in princ. vbi quæstionem hanc, quam vulgatam appellat, & à doctoribus sæpius agitatā, latè disputat, & post varia argumenta in vtramque partem adducta (inter quæ etiam multa ex superius adductis extant, non tamen, vt supra roborata) opinionem hanc veriorem dicit quam etiam antea tenuerunt Bart. in d. l. transigere, num. 2. Alex. num. 4. Salyc. in 6. quæst. num. 18. Ioan. de Anan. in c. 1. num. 23. vers. restat nunc videre, extra de colluf. detegend. Roman. in l. fi. §. 1. nu. 2. ff. de publican. & vectigal. Nec obstat text. in d. l. Codicillis, §. Matre. ff. delegat. 2. quoniam licet plerique illum intelligant de adulterio, tamen hoc non aperit text. sed generaliter loquitur, ex qua generali-

30 tate necessarium, & concludens argumentum sumi non potest l. in ambiguo, & ibi Bart. ff. de reb. dub. vltra quod posset textus ille subobscurè loquens, vt Boer. dixi d. decis. 23. num. 77. & d. decis. 297. nu. 9. intelligi, vt occiso ille filij testatoris voluisset ipsum testatorem veneno necare: iuxta leg. qui eū maior natu. §. si. ff. de bonor. libertor. & ita adaptaretur sensus verbis illis dicti textus, sed & alia mihi deteriora fecit quia scilicet veneno me extinguere voluit, quod sanè grauius est, quàm gladio occidere, l. 1. C. de malefic. vel dici posset, quod ille occisor accusauerit ipsum testatorem de crimine læsæ Maiestatis, & ita in grauissimum, & famæ, & capitis discrimen adduxerit, iuxta leg. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. vel etiam quod filiam ipsius stuprauerit, cuius iniuria quā vxoris non minoris facere debuerit testator: Insuper dici potest, quod ille textus procedat attēta affectione loquentis, qui existimabat grauiorem iniuriā sibi factā ex alterius fuæ vxoris adulterio, quam communis filij homicidio: vt per addent. ad Bart. in cons. 175. incip. Domine Potestas, lib. 1. in vltima apostilla, in verbo, marito vbi dicunt, quod quoad ipsum deterius est eum fieri beccum, quā occidere proprium filium, per d. §. matre, & per alia per ipsos allegata: de qua quidē viri opinionem, cum re vera legum, & rationum iudicio grauius sit crimen homicidium, quam adulterium, nulla est habenda ratio, quia

31 non ex priuata cuiusque affectione rerum substantia iudicatur, sed ex cōmuni iudicio legibus, & rationibus, comprobato, l. prætia rerum, ff. ad leg. Falcid. l. teruū ff. ad leg. aquil. & notant DD. in l 2. C. de rescind. vendit. & ita ad prædictum textū, §. Matre, respondet Gribal. in loco citatō; Aliter etiam responderi potest secundum Roman. in d. §. 1. authoritate glosæ in c. at si clerici, §. de adulter. extra de adulter. quod scilicet re-

32 spectu detestationis, & maioris consuetudinis delinquendi, adulterium homicidio grauius est, Alijs autem respectibus, homicidium grauius est adulterio, & eodē modo respōderi potest ad alium textum, l. Caij Caij, ff. de fideicom. libert. ex quo idem inferunt Doctores, quod ex d. §. Matre; vt per Boer. d. decil. 297. num. 9,

33 Nec verum videtur, quod non detur delictum maius adulterio, quia est textus expressus in contrarium in d.l. fin.§.1.ff.de public.& vectig.& ibi notant Scribentes.& Boer.decis.23.nu.77.& d.decis.297.num.9.nec id firmat Flamin.de Rube.d.c.7.num. 6. sed imo controversium esse fatetur.

34 Et ad capitulum quid in omnibus 32.q.7.in contrarium allegatum respondetur, quod imo, vt, dicit ibi glos.in verbo, grauius, multa crimina sunt grauiora adulterio,& in specie homicidium,est quod dicitur ibi de grauitate adulterij,& propter illius detestationem, vel etiam vt dicunt Doctores in d. l. transigere. C. de transaction.propter illius frequentiam; vt per Bartol. Alberic. Salyc.Castren. Fulgos.& Alexan.& Ioan. de Anania in d.c.1. sub numer. 23. extra de collusion.

35 det.gen. vel secundum Iasonem in 2.notab. num. 5. propter honorem, & fauorem matrimonij, quæ ratio magis placet Alexandro sub nu. 4. cum leges multum faueant matrimonio, ne inducatur turbatio sanguinis, & alij sordidæ stirpis splendidis natalibus subrogentur, & eam antea tetigerunt Salyc. in 6. quæst. numer. 18. & Castren. num. 4. & ex modernis sequitur Clar. in pract. crimin. q.58. numer. 11. vers. excipitur nunc. Nec dictum capitulum, dum dicit, quod matrimonium in pœnis obtinet secundum locum post primum datum aberrantibus à Deo, intelligitur, quod excepto illo peccato primi loci sit grauius cæteris, quia glos.ibi in verbo,in pœnis, intelligit,quod dictum peccatum dicatur non secundum inter crimina, sed descriptum in proibitionibus secundæ tabulæ Moysi, in qua etiam continetur præceptum de non occidendo, & prius in ordine, quàm mandatum de non adulterando; Idem in substantia voluit glos.in d. c. si quod verius.33. q. 2. in glos.in verbo, adulterium,inquiens per illum textum permitti adulterium tanquam minus malum, vt euitetur homicidium maius, & ad dictum cap.quid in omnibus, faciens in contrarium respondet, quod verè grauius est homicidium, quàm adulterium, sed ibi exponitur grauius, idest generalius, vel turpius ratione inquinationis.

Et ad alia argumēta pro adulterio adducta,facilis est responsio absque,eo quod singulis specialiter respōdeatur, præsertim cum ex dictis pro homicidio clara intelligatur responsio, satisque fuerit expressè tollere, quæ urgentiora videbantur.

36 Ex hac autem firmata conclusione, quod homicidiū sit crimen grauius adulterio, & non leuius, infertur, quod bannimenta concedentia, quod occidens, vel præsentans bannitum, possit eximi facere de banno se ipsum, vel alium bannitum pro pari, vel minori delicto, non habeant locum in bannito pro homicidio, occidente, vel præsentante bannitum pro adulterio, quia licet vtrumque delictum sit capitale, & vtrique bannito æqualis sit imposita pœna vitæ,ex forma statutorum, tamen bannum propter homicidium datum, a quo cancellatio petitur, maius est, quam sit delictum adulterij commissum per bannitum occisum,

37 vel præsentatum, ob cuius bannū cōcedenda est gratia annullationis primi, quia oportet, quod delictum, propter quod cancellatio banni conceditur, sit si non maius, saltem æquale delicto, pro quo bannum cancellandum est impositum,nec sufficit æqualitas pœnæ, nisi etiam concurrat paritas delicti,quæ in proposito deficit: ita in puncto determinat Alberic.de Rosat.in l.1.C.de malef.& mathem.vbi inquit,se allegasse illam legē ad talem quæst.statuto cauebatur, quod qui præsentabat banitū, posset eximi facere aliū bannitum de partis, vel minori crimine de banno, Titius præsentauerat quedā bannitū de homicidio, & volebat eximi facere alium banitum de veneficio,dicebam,quod non

38 poterat, quia veneficium non erat par homicidio,sed atrocius, vt hic dicitur, & ita fuit terminatum; quam quæst. ita etiam resoluit idem Alberic. in tract. de stat.lib. 4.q. 99.per totam, quem sequuti sunt Nell. in tract. de bannit.in 3.part.secundi temporis.q.8.per totam,& Dec.cons.65.colum.1.vers.& pro illa conclusione, & ita vidi sæpius practicari, prout etiam tetigi in prioribus resolutionibus crimin.cent.2 casu 197. in princ.sicut contra vidi obseruari in occidente,vel præsentante bānitum pro homicidio, vt se ipsum, vel aliū eximat à banno propter adulteriū dato in pœna vitæ, quia in hoc casu bannum pro minori delicto,cancellatur propter bannum maioris criminis,ex supra allegatis, pro quibus seruiunt alias per me dicta d. casu 197. in toto,ad quæ me remitto,nec hic dicta ibi frustra re-

39 petam; & quæ dicta sunt in bannito propter adulterium, procedunt fortius in bannito propter stuprum, imò, & propter incæstum, ex notatis per omnes Scribentes communiter in d.l.trāsigere.C. de transaction. volentes in ea dispositum super prohibita transactione in causa adulterii, minimè locum sibi vendicare in stupro,vel incestu:& est communis opinio,vt per Cla. alios in vtroque delicto referentē,in pract.crimin.qō. 58.nu.13.& 14.in 2.& 3.illationibus. Nec est quidem

40 mirum, cum stuprum sit delictum leuius adulterio.§. item lex Iulia de adulter.in vers.sed eadem lege.Instit. de public.iudic.Bossi.in pract.crim.tit.de coitu.damn.& punibil.nu. 19. cum sequ. & punctualiter tradit Flamin.de Rubeis in citato tract.cap. 2.n.1. Incestus verò non grauius, & eiusdem pœnæ. l.si adulterius cu Incestu.in princ.& in §.stuprum, & ibi glos.& Bart.ff. ad leg.Iul.de adulter.Bossi vbi supra n.4.& iterū,& latius n.71.& sequ.& alij,qui consulto omittuntur, si non leuius; vt censuit Petr.Royz.in decis.Lituan.dec.3.n.400. vers.denique.fol. mihi 83.col.2 .quē sequutus est Flamin.de Rube. vbi supra c.7.sub.n.5.ad fin.& rursus n. 8.vbi etiam repræhendit Abbat.contrarium tenentē,

EPITOME.

An si vno statuto cauetur,quod adulter puniatur certa pœna pecuniaria,& altero,quod habenti pacem ab offenso minuatur certa pars pœnæ, an liceat pace facere super hoc crimine adulterij,in quo prohibitum est transigi,& paciscisci,vt locū habeat remissio dictę certę partis pœnæ,a statuto cōcessa,& vbi hoc sit licitū ad adulteri beneficium,an pax habenda sit ab vtroque coniugum, an verò à marito tantum principaliter offenso.

SVMMARIA.

1 *Statutum vnum, si extet per quod minuitur pęna habentis pacem,& aliud statutum,per quod adulter certa pęna pecuniaria puniatur, quæritur, an liceat facere pacem super crimine adulterij, vt remissioni pœnæ locus sit.*

Pax super adulterio,an sufficiat, quod fiat ob vno tantum coniugum, an vero requiratur, quo ab vtroque habeatur, ibid. & infra.

2 *Transactio super adulterio videtur esse prohibita,nec licitum est gratuito paciscsci, hoc quæ verum esse ante pœnam impositam, secus post, vide vt infra.num. 4.*

3 *Remissiones factæ à maritis pro adulterio vxoris etiam, quod*

quod verè adulterium non fuerit commissum, aliqui tenent valere non posse.

4 *Pax super crimine adulterij tenet, non obstantem dispositione l. transfigere. C. de transact. et defenditur.*

5 *Transactio, et pax differunt; nam transactio fit de re dubia, et lite incerta ad impediendum processum.*

Pax autem, et concordia, per quas rancor, et maleuolentia cessant in animo iniuriati, permittuntur in omi delicto.

6 *Reconcialiatio mariti iniuriati per adulterium vxoris permittitur.*

7 *Pax ob causam adulterij sufficit, quod à marito tantum habeatur absque eo, quod habeatur etiam à muliere.*

8 *Mulier, quæ libenter adulterauit, non dicitur iniuriata ab adultero, nec requiritur ab ea pax, aut remissio.*

Probationes factæ contra adulterum non præiudicant mulieri, ibid.

8 *Mulier rapta debet dare pacem Raptori; quia per vim rapta, faciendo pacem, non dicitur delictum fateri voluntarium.*

10 *Statutum de muliere adultera voluntariè, non habet locum in muliere per vim rapta, in materia pacis.*

CASVS CC. XXXXV.

1 STante statuto ferè per totam Italiam vigente,
quod habenti pacem ab offensio minuatur certa
pars condemnationis, & alio statuto dictante, quod
adulter certa pœna pecuniaria puniatur, quæsitum
fuit, an liceat facere pacem super crimine adulterij, vt
locum habeat remissio dictæ partis condemnationis,
& an sufficiat, quod fiat pax ab vno tantum coniugum,
an verò requiratur, quod ab vtroque eorum habeatur.

2 Circa primum dubium videtur primo aspectu dicendum
minimè posse fieri pacem, per text. in l. transigere.
C, de transaction. quæ in crimine adulterij prohibet
posse transigi, & ibi notant omnes scribentes: &
tradit etiam Clar. in pract. crim. q. 58. n. 11. vers. excipitur
tamen ab hac regula crimen adulterij, & sicut
non est licitum transigere, ita nec licet gratuito paciscì;
secundum magis communem Doctorum sententiam,
de qua testantur Don Antonius, de Padill & Villalpan.
relati per Clar. d. q. 58. num. 19. vers. scias etiã,
& vltra eum Alberic. de Rosat. in l. transigere. num. 18.
& 19. vers. vnum mirabile, & item numer. 24. versic.
& licet, & Fulgos. sub num. 9. vers. in eadem glos. ibi,
non valere, & Ioan. de Anan. in c. 1. num. 13. vers. restat
nunc. extra de collusion. detegend. & hoc antequam
pœna pro ipso adulterio imposita sit, & causa
pendet, quia post impositam pœnam, & litem finitam
vtique in adulterio transigi, & pacisci potest, quicquid
aliqui dixerint in contrarium vt per Bart. in d. l. transigere
num. 13. vers. oppono ad istam exceptionem, in
1. lect. cum quo est communis opinio, vt testatur Purpurat.
in eadem leg. transigere. nu. 71. quem refert, &
3 sequitur Clar. d. q. 58. sub num. 11. post vers. excipitur
tamen, ad fin. vers. hoc tamen intellige. vbi nihilominus
subdit in contingentia facti nunquam vidisse reijci
remissiones factas a maritis pro adulterio vxoris, quod
adeò verùm videtur, vt procedat etiam, si verè adulterium
non fuerit commissum, nam nec hoc casu fas est
transigere, vel pacisci, quia magis attenditur titulus
criminis, quam veritas, & quia alias exceptio ista esset
frustratoria, ex quo transigens semper negaret se culpabile
esse: vt concludit Alberic. in d. l. transigere. nu.
21. vers. sed adhuc.

4 Contrarium tamẽ, quod imò super crimine adulterij
liceat facere pacem, & ea prosit adultero, vt habeat
locum remissio partis condemnationis beneficio
statuti, non obstante d. l. transigere, consuluit Bart. requisitus
a Potestate Terræ Rocchæ Contratę, cons.
175. Domine Potestas, in 1. dubio lib. 1. Mouetur ad
5 hoc Bart. quia transactio fit de re dubia, & lite incerta
ad impediẽdũ processum, ne amplius super tali crimine
procedatur, & istud non licet super crimine adulterij,
& eodem modo nec pacisci; vt in d. l. transigere,
Pax autem, & concordia, per quam rancor, & maleuolentia,
quæ est in animo iniuriati, remittitur, licet
ex ea pœna ex forma statuti minoretur, in omni delicto,
& maleficio licita est, & permittitur, §. fin. instit. de
iniur. l. si tibi, §. quædam, ff. de pactis, l. fin. ff. eodem,
Et de adulterio, quod possit fieri pax est textus expressus,
& ad literam in authen. sed hodie & in corpore,
vnde ea sumitur, C. ad l. Iul. de adulter. ibi enim dici-
6 tur, quod licet marito iniuriato per adulterium vxoris
reconciliare sibi eam, quod nihil aliud est, quam pacẽ
facere, eandem opinionem tenuit idem Bart. eisdem
fundamentis vtens in transigere. in 2. lect. nu. 23. vers.
quæro an liceat pacem facere super crimine adulterij,
& prædictu eius consilium sequutus, est Pomat. in addition.
ad ipsũ Bar. in d. l. transigere, in 1. lect. sub n. 13.
in verbo oppono ad istam, sub lit. D, & alij addentes
ad secundam lecturam, nu. 23. in additione, in verbo,
quæro an liceat, sub litera A, & latius addentes ad prędictum
consilium 175. in 1. & in 2. appostillis sub literis
A, & B, Ales. in d. l. transigere, num. 5. vers. aduerte
tamen, & ibidem 1. sf. num. 6. vers. 2. limita. Boer. decis.
91. in fin. sub num. 3. vers. hoc limitatur per Bart. &
Ioan. de Anan. in cap. 1. sub num. 24. vers. adde etiam
prædictis, extra de collusion. detegend.

7 Circa secundum dubium idem Bart. cõsultus ab eodem
Domino Potestate Terræ Rocchæ Contratę, d.
cons. 175. in 2. dub. lib. 1. respõdit sufficere, quod Adulter
habeat pacem a marito tantum, quia ipse est ille,
qui principaliter iniuriatus est, & qui omnibus præfertur
in iniuria vindicãda. l. 2. §. fin. ff. de adult. & l. quamuis
adulterij, C. eod. tit. Nec cum muliere facienda est
pax, cum ea non possit dici iniuriata, quia in eam volentem
fuit factum adulterium, vnde ipsa de hac iniuria
non potest conqueri, accusando adulterum, quia
socia criminis est, l. si filium C. de liberal. cau. & cap.
8 nemini, præterquam, 15. q. 3. Nec ab ea requiritur remissio,
apud quam non est huius iniurię prosequutio.
arg. legis, ait Prætor. ff. de iur. deliber. & l. Papinianus,
in princ. ff. de inoffic. testam. iuncta l. sed & si vnius, §.
filio familias, cum glos. super verbo filio. ff. de iniur. &
famosis libellis. Præterea probationes factæ contra
adulterum non pręiudicant mulieri. l. denuntiasse. §.
fin. ff. de adult. quę mulier non confitetur se adulteratã,
vel iniuriatã & sic ab ea nõ est requirenda pax, quia
ex ea sequeretur, quod confitetur se adulterata. l. quoniam
ff. de his, qui notant. infam. Nec obstare inquit Bart.
quod in contrariũ faciat lex. vnica. C. de raptu virgin.
& quod dicitur in authẽ. de raptor. mulier. & quod notatur
per Dyn. in c. scienti. in t. contrario. de reg. iur.
lib. 6. quia inquit illud verum esse in muliere rapta, secus
autem in simpliciter adulterata: eandem opinionem
sequutus fuit ipse Bart. in d. l. transigere, in 2. lect.
num. 24. versic. Super secundo dico, & cum eo transeunt
omnes addentes ad eum in locis supracitatis: &
Nellus in tract. de bannit. in 3. part. 2. tempor. q. 31.

vbi punctualiter refert omnia fundamēta adducta per Bartol.d.consf.175.& addit respectu oppositionis contrarij, & eius solutionis, quod non est intelligendus
10 Bart.vt dicat,quod statutum non habeat locum in raptore,sed quod tunc requiratur pax,etiam ab ipsa muliere rapta,quia ei etiam principaliter iniuria facta est, quod verissimum est, vt patet ex textu leg. vnicæ, & ibi notatis per omnes Scribentes, C. de raptu virgin. & ita etiam colligitur ex traditis per Dyn. in d.c.scienti in 1.opposit.n.3.& 4.de regul.iur. in 6.vbi etiam addentes ad eum meminerunt de sępius citato consil. Bartoli, & potissimum in ea parte, in qua allegauit ipsum Dinum in d.c.scienti, vt supra retuli.

EPITOME.

Quod si Arbiter mandauit Meuio,quod locaret fundum Titio per certum tempus, pro certa annua mercede, & Meuius parendo sententiæ Arbitri, fecerit instrumentum locationis,sed postea ipsa locatione durante, fundum locatum vendiderit alteri, qui non vult stare illi locationi, Conductor non potest agere contra locatorem ad pœnam appositam in compromisso de stando,& parendo sentētię Arbitri,quasi quod illi contrauentum fuerit, & stet per ipsum locatorem, quò minus ipse conductor perseueret in conductione, sed agere debet ex noua obligatione à contractu locationis nata quod pluribus iuribus, & authoritatibus ostenditur.

SVMMARIA.

1 *Pœna mille aureorum de stando laudo fuit in compromisso apposita, Arbiter laudauit, quod illæ, qui rem obtinuit teneatur locare eius aduersario, qui locauit cum promissione dupli, & damnorum, & expensarum de obseruando locationem, postea noluit attendere: Aduersarius conductor egit simul cum fisco ad pœnam in compromisso adiectam, vti maiorem, an de iure potuerit, quæritur.*

Pœna compromissi, quando cessare dicatur sequuto laudo, & exequutioni de mandato, ibid.

2 *Paria sunt non restituere, vel statim auferre, & non dimittere.*

3 *Damnatus alicui vendere, vel locare: vendendo, vel locando, & liberatur ex testamento hæres, & obligat sibi legatarium.*

Laudo an sufficiat semel paruisse ad euitandam pęnam compromissi in alio instrumento.

4 *Locator faciendo locationem in exequutionem laudi, est liberatus à pœna compromissi, nec potest conueniri, nisi ad pœnam appositam in instrumento locationis,ob non seruatam locationem.*

5 *Pœna compromissi non committitur, quando paritur laudo, locando, & instrumentum locationis faciendo, quia obligatio, quæ descendebat ex compromisso, & eius sententia fuit sublata, & noua obligatio ex contractu locationis nata.*

6 *Conuentum de adimplendo sola promissione adimpletur.*

7 *Arbiter debet condemnare ad locandum, & tradendum, & contra nō veniendum in perpetuum adhoc, vt committatur pœna compromissi.*

8 *Pœna strictè intelligenda est, quia pęna stricti iuris est.*

9 *Pęna in materia odiosa, et pęnali apposita super principali, non extenditur ad id, quod venit in consequentiam.*

10 *Faciens contractum locationis pro exequutione sententiæ Arbitri, incidit in nouam obligationem ex contractu locationis, quo mediante agi potest ad præstandum patientiam.*

11 *Testator mandauit hæredi, quod compromitteret causam, quam habebat cum Titio sub pęna, hæres compromisit, et condemnatus fuit ex laudo soluere Titio, si modò nolis soluere, non tenetur ad pęnam testamenti.*

CASVS CC. XXXXVI.

Vertente differentia inter duos super quodam prædio fuit de ea factum compromissum in communem amicum cum promissione standi, & parendi sententiæ, & terminationi per eum faciendæ, sub pœna mille scutorum parti, & fisco applicanda; Arbiter declarauit prædium pro duabus ex tribus partibus spectare ad vnum ex litigantibus, pro alia verò tertia parte ad alterum, quem condemnauit ad illam locandum habenti maiorem partem per annos viginti,pro certa annua mercede:In exequutionem talis sētentię fuit per condemnatum facta locatio per dictum tempus annorum viginti cum promissione de illam obseruando, & non contraueniendo sub pœna dupli valoris dictæ partis locatæ, & damnorum, expensarum, & interesse conductoris; locator deinde contraueniendo eius promissioni, dictam partem prædij vēdidit tertio, qui non vult stare locationi, sed conductorem expellere, prout de iure potest, qui videns pœnam in compromisso appositam esse magnam, sed pœnam appositam in locatione esse modicam, vna cum fisco ob contrauentionem ab ipsam pœnam maiorem compromissi, spreta minori instrumenti loca-
1 tionis, agit; Vnde quæritur, an rectè agat, & sic an commissa sit pœna compromissi, an verò potius contenta in locatione: Specul.posuit hanc quæstionem in tit. de arbitr. & arbitrat. in §. sequitur de quibusdam notabilibus, num.70. & seq. versic. sed pone Arbiter condemnat. vbi quærit,si Arbiter condemnat Titium, vt restituat, Sempronio centum, de quibus compromissum erat, Titium restituit,sed postea abstulit Sempronio,an inciderit in pœnam; & post multa hinc inde deducta concludit,quod si Sempronius petijt rem sibi tantum restitui,& ita etiam simpliciter iusserit arbiter, si post restitutionem Titius auferat, non incidit in pęnam, si verò petiit Sempronius sibi restitui, & restitutam penes eum dimitti, & sic præcepit Arbiter, Titius incidit in pœnam, quia duo videtur sibi Arbiter
2 præcipere; vnde quamuis faciat vnum, scilicet, quia restituit, facit contra aliud, scilicet,quia non dimittit, ex quibus verbis videtur inferri,quod in proposito casu commissa nō sit pęna, cui non fuit contrauentū, sed imò paritum, ex quo condemnatus fecit locationem, & ita etiam videtur terminare text.in l. in numerationibus, 44.in fin.in illis verbis, tātundem est, & si damnatus fuerit alicui vendere, vel locare, nam vendēdo,
3 vel locando,& liberatur ex testamento hæres, & obligat sibi legatarium, ff.de solution.& ita ibi in terminis nostris notat Bart. in fin. num.4. versic. vltimo habui quæstionem de facto,vbi inquit, se habuisse semel hāc quæstionem de facto;quidam in laudo fuit condemnatus locare alicui vnam apothecam, & in compromisso erat apposita maxima pęna, modo ille locauit,& in locatione fuit apposita modica pęna,postea venit cōtra locationem,quæritur, an committatur pęna compromissi,an pœna apposita in instrumento locationis, & dicit,se determinasse per illam leg.in d.vers.tantundem, &

dem, & cęt. quod locando fuit liberatus à pœna compromissi, subdit tamen, quod ista determinatio habet multa contraria difficilia, de quibus dixit in l. si fideiussor. §. fin. ff. de legat. 1. vbi nu. 2. format eandem quæ-
4 stionẽ, & concludit, quod locator liberatus est à pœna compromissi, faciendo locationem, & agendum esse ammodo per conductorem ex contractu locationis: per casum in d. l. in numerationibus, in fin. ff. de solut. in l. seruus si hæredi. ff. de statu liberis, & melius in l. stichũ §. si hæres, eodem tit. & per glos. in l. 1. in fin. glosę magnę. C. de pactis, quam sententiam firmat ex pluribus, respondetque omnibus in contrarium facientibus, tandemq; dicit, quod nisi apponatur in sententia, quod locet, & patiatur conductorem in conductione persistere, sola locatione impletur condemnatio, & secundũ hanc sentẽtiã consuluit ipse Bart. consl. 181. Pręcipit Arbiter, in toto, lib. 1. firmans, pœnam compro-
5 missi non committi quia locãdo, & instrumentũ, locationis faciendo, obligatio, quę descendebat ex cõpromisso, & eius sententia, fuit sublata, & noua obligatio ex contractu locationis nata, per text. in d. l. in numerationibus, in fin. & per d. glos. in d. l. 1. C. de pactis, vbi notat, quod conuentum de promittendo, sola promis-
6 sione adimpletur: ibidemque Bart. respondet multis in contrarium facientibus, quam opinionem Bart. in dictis locis sequuti sunt addentes ad Specul. in loco citato, Alex. ad ipsum Bartol. in d. l. in numerationibus, vbi etiam meminit de prædicto consil. & ibidem Castrens. nu. 2. & 3. vbi eam approbat contra Angel. de eius veritate dubitantem, prout verè dubitat, in eadem lege sub nu. 2. & seq. licet ad illius confirmationẽ adducat Speculat. supra relatum, & alia, de quibus per ipsum ibi, & in d. l. si fideius. §. fin. sub numero 1. & 2. ff. de legat. 1. vbi idem videtur tenere, & cum eo ibidem transit Imol. num. 4. vers. non obstat quarum quidem oppositionum fundamenta dicit Castrẽs. bene fuisse visa, & considerata per Bartolum, & propterea cum eo esset tenendum, cum quo etiam transeunt in d. l. si fideiussor d. §. fin. Bal. sub num. 2. versic.
7 2. quærit Bart. vbi etiam respondet contrarijs, & concludit, quod Arbiter debet condemnare ad locãdum, & tradendum, & contra non veniendum in perpetuum ad hoc, vt committatur pęna compromissi. Florian. de Sancto Petro num. 8. & seq. vsque ad fin. vers. item decidit hic Bart. vbi latè insistit, in oppositum facientia resoluit, & eandem cautelam à Bart. & Bald. traditam sequitur, vt ex cõpromisso agi possit, Castr. num. 2. vers. & hoc inducitur, se remittens ad Bartol. ibi, & in d. l. in numerationibus, Franc. de Arct. col. penul. sub numer. 4. vers. posuit etiam hic Bart. aliam quæstionem de arbitro, vbi post impugnatam opinionem Bartoli, & confirmatam contrariam Angeli, & Imolæ dicit, posse ipsam sententiam Bartoli saluari in casu suo, in quo agitur de pœna committenda ex pluribus per eum allegatis, Cuman. in 1. lect. sub num. 1. & 2. vers. & ponit etiam quæstionem in alijs terminis, & in 2. lect. num. 3. vers. in secundo multum obstat. inquiens in arbitrio putare Bartolum benè dicere, vt
8 pœna strictè intelligatur, & quia condemnatio est stricti iuris, & condemnatus parendo sententiæ incidit in aliam obligationem, per quam consultum est conductori, vt in conductione perseuerare possit, quæ vltima consideratio fuit Angeli, ex qua sustineri potest opinio Bartoli. Alex. nu. 3. vers. vltimo inducitur, & infra, vsque ad finem; vbi post longam disputationẽ stat cum opinione Bartoli, maximè per rationes allegatas per Cuman. quas latius prosequitur, & est communis opinio, à qua in practica non est recedendũ, quicquid alij sentiant in contrarium, vt testatur Ias. in eodem §. fin. numer. 12. & seq. vers. secundo inducitur, & maxi-
9 mè in materia odiosa, & pęnali, in qua pęna apposita super principali non extenditur ad id, quod venit consequutiuè, & sic ad patientiã, quæ venit consequutiuè ad contractum locationis secundum considerationem Aretin. & præsertim etiam, quia faciens contractum locationis pro exequutione sententiæ Arbitri incidit
10 in nouam obligationem, insurgentem ex contractu locationis, quo mediante potest cogi ad præstandum patientiam, vnde non mirum si cessat obligatio ex cõpromisso secundum considerationem Angel. Cuman. & Alex. quam approbat Ias. vbi supra sub nu. 15. prout, & aliam Aretini supra relatam, num. 20. pro qua communi sententia benè facit, Bald. in l. vnica, col. 7. in 4. quæst. num. 40. C. de his, quæ pęnæ nomine relinquuntur, vbi quærit, si testator mandauit hęredi, quod
11 compromitteret causam, quam habebat cum Titio super mutuo sub certa pęna, & hęres compromisit, & latum est laudum, in quo condemnatus est hæres, vt soluat dicto Titio ex causa mutui centum, qui hæres non vult soluere, vtrum dictus hæres teneatur ad pęnam testamenti, & concludit, quod non, quia statim, quod hæres compromisit, liberatur à pęna testamenti, vt in l. in numerationibus, ff. de solution. & in l. si hęres. ff. de action. empt. & sufficit, quod fuerit factum cõpromissum legitimè, & semel, non attento quid deinde euenerit, quã decisionem sequutus est, & ad propositum nostrum adduxit Ias. in d. §. final. nu. 15. Et ita ex prædictis in proposita quæstione tenẽdum censui, sequendo Bartolum, licet contra eum quamplures adducerentur rationes, & authoritates, adductæ per eũ impugnantes quibus omnibus respondent Doctores eius opinionem sequentes in locis supra citatis, non tamen negari potest, quin sit articulus disputabilis, cũ Iason ipse, qui partes Bartoli tuetur, dixerit contrariã sententiam in puncto Iuris esse substentabilem, & fortè veriorem, & ipsemet Bart. vt supra retuli affirmauerit dictam eius opinionem habere multa contraria difficillia.

E P I T O M E.

An pace facta inter duos cum promissione de se non offendendo sub graui pęna, partim fisco, & partim parti applicanda, & vno ex dictis, qui pacem fecerunt, falsum testimonium in causa criminali contra alterum ferente, dicatur per dictam falsam depositionem contrauentum paci, & pœnam in ea conuentam fuisse commissam.

SVMMARIA.

Pax an per falsum testimonium rupta dicatur, infra.

1 *Promissio generalis de non offendendo, nec offendi faciendo comprahendit omnem offensam, quæcunque illa sit.*

Statutum disponens, quod bannitus possit impunè offendi, intelligitur in ære, et in persona ibid.

2 *Offensa dicitur omnis actus per quem pœna imponitur, seu pro quo pęna imponi potest, immo etiam quod actus non sit punibilis, secundum aliquos.*

3 *Qui facit, vt alius dignitatem, aut honorem, vel quid simile amittat, actione iniuriarum tenetur.*

Paria sunt, quod alicui plaga inferatur, vel iniuria, vel graue

vel graue etiam damnum in rebus. ibidem.

Paria sunt, quem dignitate, vel cingulo militari priuari, bonisq. omnibus spoliari, vel verberibus, & exilio perpetuo castigari.

4 *Accusans eum, cum quo pacem seruare promiserat, si accusationem non probat, tenetur ad pœnam tanquam violator pacis, & tenetur actione iniuriarum,*

Item si calumniosè, & per falsas probationes illum obtinuisset condemnari, ibid.

Item si aduersarium adduxit in periculum ammittendi totam substantiam suam, vel maiorem partem, ibid. Ampliа etiam sub num 6.

Accusatio est genus illaudabilis intentionis, & omnis, qui accusat, dicitur quasi homicida, ibid.

5 *Qui calumniandi, vel vexandi causa alium in iudicium traxit, dicitur illi iniuriam inferre.*

Testis, qui falsum contra aliquem deponit, duplex crimen committit falsitatis scilicet, & iniuria.

6 *Delator, qui non iustitiæ zelo, sed iniquitatis odio, feruoreque ad delationem processerit, dummodo de ijs constet, intelligitur violare pacem.*

7 *Testes testificantes contra eum, cum quo pacem fecerunt, siuè in causis, criminalibus, siuè inciuilibus magnis, qualiter intelligantur fregisse pacem, & pœna pacis ruptæ puniri debeant.*

Causę ciuiles magnæ æquiparantur criminalibus, ibid,

8 *Testis, qui non spontè, sed à Curia vocatus ad perhibendum testimonium veritatis, si falsum dixerit, dicitur spontè falsum dixisse, multo magis si habebat priuilegium non comparendi, & illud non allegauit.*

9 *Testis, qui vltro deponit, dicitur inimicus eius, contra quem testificatur.*

Falsum testimonium dicens dicitur, contrauenisse paci; ibidem.

CASVS CC. XXXXVII.

FActa pace inter duos de rixis, & vulneribus inter eos sequutis, cum promissione de se inuicem non offendendo, nec offendere faciendo sub pœna quingentorum aureorum, pro vna medietate parti obseruanti, & pro altera medietate fisco applicanda; vnus ex dictis qui dictam pacem fecerunt modo præmisso, in causa inquisitionis contra alterum formatę pro homicidio, examinatus tanquam testis pro informatione Curiæ, falsum tulit testimonium non parum grauãdo dictam inquisitum, qua falsitate patefacta, actum fuit per dictum inquisitum, & fiscum ad pœnam conuentam, pro pace rupta, & facta contradictione per dictum falsum testem reum conuentum, & multis hinc inde deductis, existimaui rectè actum fuisse ad dictam pœnam quingentorum aureorum contentam in instrumento pacis, cum fuerit contrauentum ex dicta attestatione falsa.

1 Primo, quia promissio est generalis de non offendendo, nec offendere faciendo, & appellatione offensæ venit omnis offensio quæcunque sit. l. 1. §. quod autem ff. de aleæ lusu, & aleator, & ibi Florian. de Sãto Petro, num. 3. & seq. dicens propterea, quod statutum disponens, quod bannitus possit impunè offendi, intelligitur in ære, & in persona, argum. illius, §. Idem tenent Bart. cons. 188. in princ. lib. 1. Bald. in l. fin. sub num. 4. vers. pone dictat statutum, C. si contra Ius, vel vtilit. public. per eundem, §. quod autem, quem dicit esse meliorem textum ad hoc, qui sit in Iure. Sequitur Cepol. cons. ciuili. 48. num. 3. post vers. Item hoc videtur probari, vbi etiam subdit num. 5. quod offensa
2 dicitur omnis actus, per quem pœna imponitur, seu pro quo pœna inferri potest, quod fuit dictum Bartoli in l. licitatio, §. quod illicitè, num. 4. ff. de publican. & vectigal. & d. cons. 88. num. 1. lib. 1. Imò, & si non sit punibilis secundum Castrens. cons. 255. col. 2. vers. nec obstare videtur, & vers. pro quo ostendo, lib. 1.

3 Secundo quia, qui facit vt alius dignitatem, aut honorem, vel quid simile amittat, actione iniuriarum tenetur, l. item apud Labeonem, §. generaliter, & infra. ff. de iniur. & famos. libell. & paria sunt, quod alicui plaga inferatur, vel iniuria, vel graue etiam damnum in rebus, §. illud verò adijcimus, vers. habeant itaque, in authentic. vt liberti de cætero aureo non indigeant annullo, imò paria sunt, quem dignitate, vel cingulo militari priuari, & bonis omnibus spoliari, vel verberibus, & exilio perpetuo castigari. cap. qui contra, 24. q. 1. & habetur per Luca de Penna in l. vnica. q. 21. C. public. lætitiæ, vel consul. & cęt. lib. 12. qui etiam alia ad hoc propositum adducit, concludens talia iudicialiter facientem contra eum, quo pacem habet, dici eam frangere, si legittimè illa non probet.

4 Tertio quia, & si quando quis zelo Iustitiæ accusat eum, cum quo habet pacem, criminaliter, non tenetur pęna pacis ruptæ, tamen si accusatus absoluitur, quia non fuerit probata accusatio, tenetur accusans, tanquã pacis violator ad pęnam in pace promissam. Luc. de Penna in l. vnica. quæst. 17. & quæst. 21. C. public. lætitię, vel consulũ, lib. 12. & Moron, in tract. de treug. & pace, quæst. 160. num. 1. accusatio enim est genus illaudabilis intentionis, & omnis, qui accusat, homicida est; vt dicit Luc. de Penna, qui tamen in hoc cæpit crimen lęsę Maiestatis, tàm diuinę quàm humanę, in quo quis dicitur deferre, multoque magis teneretur, si calumniosè, & per falsas probationes illũ obtinuisset condemnari iuxta leg. final. C. de accusation. & pulcrè tradit Luc. de Penna d. q. 21. quem sequitur Moron. d. q. 160. n. 4. & ibidem ostendit etiam Luc. de Penna teneri eum, qui aduersarium adduxit in periculum amittendi totam substantiam suam, vel maiorem partẽ, quod & sequitur Moron. vbi supra nu. 3. quod a fortiori procedere habet in casu propositę quęstionis, in quo, & de amissione personæ, & de iactura omnium bonorum agebatur ex imputatione homicidij vigore statutorum, & benè facit text. in l. iniuriam, la prima. §. si quis per iniuriam. ff. de iniur. & famos. libel. vbi qui
5 calumniandi, vel vexandi causa alium in iudiciũ traxit, dicitur illi iniuriam inferre; vnde meritò dixit Crauet. cons. 13. num. 3. quod esset iniuria, si testis deposuisset falsum contra aliquem, & esset duplex crimen, falsitatis scilicet, & iniurię; Plus dicit Luc. de Penna in d. l. vnica q. 22. quod & si non per calumniam, nec per fal.
6 probationes accusatio præcesserit, aut accusati condemnatio, sed delator non iustitiæ zelo, sed iniquitatis odio, feruoreque ad delationem processerit, & hoc cõstet, intelligitur violasse pacem ex eo, quod violauit caritatem, quam per osculum, & iuramentum seruare debuit, & quia talis delatio ex odio procedẽs arguenda est atque punienda.

Quarto quia, ita in specie voluit Iul. Ferret. in tract. de re milit. in tit. de ferijs, seu inducijs militarib. treug. & pac. num. 190. vers. & possent prædicta, vbi censuit,
7 quod testes, qui habuerũt pacẽ cum aliquo, & fuerunt testificati cõtra ipsum in causis criminalibus, aut ciuilibus magnis, quę criminalibus assimiliantur, nõ necessitate

fitate adstricti,sed spontè, & dedita opera, vel ex odio
dicuntur fregisse pacem, & puniri possunt in pœnam
ipsius fractæ pacis; Sequitur Moron d.q.160. vnde si
deponens verum spontè, aut ex odio cõtra inimicum
reconciliatum incurrit in pœnam fractæ pacis, vtique
multò magis incurrit, qui falsum perhibet testimoniũ,
qui nunquam potest dici coactè deposuisse; nam & si à
Curia adstrictus fuisset, & coactus testificari, tamen nõ
cogebatur dicere falsum, sed verum, ideoque quatenus
dixit falsum, spontè deposuisse dicitur, ex quo ad id co-
gi non poterat; nam testis citatus dicitur spontè depo-
8 nere, si cum haberet priuilegium, propter quod non
poterat cogi, illud non allegauit, quia illi tacendo re-
nuntiasse censetur, per ea, quæ leguntur, & notantur in
l.lege Iulia, & in l.inuiti, la prima, ff.de testib. & qui vl-
tro deponit, inimicus eius videtur contra quem testi-
9 ficatur, Marsil.cons.28. num.32. & cons.20. num.40.
& ita etiam quæstionem hanc in puncto resoluit Surd.
decis.Mantuan.79.per totam, dicens, quod Senatus
habuit pro absoluto contrauentum fuisse faci per fal-
sum testimonium, & adducit multa ex supra allegatis,
vt penes ipsum videri potest, cum quo transeundum
omnino censui.

EPITOME.

Stante quod facta pace inter inimicos non intelligitur facta remissio damnorum, expensarum, & interesse, quæ ab offendente offenso debentur; An vbi facta est pax simpliciter cum promissione de non offendendo sub graui pœna, si vnus contraueniat, & in pœnam incidat, eamque parti pro portione sibi applicanda soluat, pars ipsa offensa, vltra dictam pœnam sibi solutã, possit quoque petere damna, expensas, & interesse occasione dictæ offensionis, ex qua dicta pœna incursa est, sibi contingentia; & quæ expensæ, damna & interesse peti possint, & vbi offensus debilitatus remansit, vel mortuus, an in perpetuum, vel pro certo tantum tempore, & pro quo, & de alijs in hac materia.

SVMMARIA.

1 *Pax per procuratorem habentem speciale mandatum tenet, & principalis per eum obligatur ad pœnam conuentam.*

2 *Pace facta, non intelligitur facta remissio expensarum, damnorum, & interesse partis offensi, quę agere adhuc poterit contra alteram partem, quæ offendit.*

3 *Ex iniuria duæ oriuntur actiones, vna ad pænam, altera ad damna, expensas, & interesse, vna sublata remanet altera, etiam quod offensus, accepta pecunia, pacem fecerit, & iniuriam remiserit.*

4 *Pace rupta, & soluta pæna conuentionali, an pars offensa possit etiam agere contra vulnerantem ad damna, expensas, & interesse occasione dicti vulneris.*

5 *Pæna conuentionalis, vltra partis interesse, an iure pontificio, & tuta conscientia exigi possit, & sub n.9.*

6 *Pæna ex delicto debetur, & ratione contemptus potius, quam interesse apposita censetur, ideoque peti potest; ac etiam debentur damna, expensæ, & interesse, vide quoque infra sub num.15.*

7 *Pæna apposita per arbitratorem non ob temperantibus laudo, continenti quantitatem per vnam partem alteri præstandam, peti potest ratione contemptus, nec dicetur in fraudem vsurarum, nec in contractu mutui posita.*

8 *Pæna conuentionalis, etiam in foro conscientiæ magis debetur, quam pęna legalis, vel statutaria, ex quo conuentionalis procedit ex libera, ac mera partium voluntate.*

Pęna conuentionalis ex causa transactionis peti potest vsque ad quadruplum, ibid.

9 *Pęna conuentionalis, & si de iure vltra damna, expensas, & interesse peti possit, tamen de consuetudine non exigitur etiam respectu fisci pro portione ei applicanda, nisi concurrat interesse partis.*

10 *Fisco nulla competit actio in pęnis conuentionalibus, nisi intersit partis.*

Pæna conuentionalis, vbi etiam de consuetudine exigi posset, tamen damna expensæ, & interesse non possent pro vulnere ab offenso peti.

11 *Pæna conuentionalis videtur esse adiecta loco interesse, qua soluta interesse cessat.*

12 *Pænam conuentionalem, aut interesse petere, stat in electione partis offensæ.*

13 *Pænalis stipulatio non innouat obligatione principalem, vnde commissa pæna ob inobseruantiam promissorum, potest agi primeua actione ad implementum, et eo non sequuto, ad interesse.*

Pæna si est plus, quam interesse, vel si interesse sit maius pęna, liberum est parti petere id, quod ei magis placet, vel vtrumque secundum declarationem, de qua, ibid.

14 *Pace facta cum promissione pænæ si ab vno rumpatur, alter sine metu dictæ pænæ conuentionalis poterit se vindicare, et aduersarium offendere, quia tempore vindictę pax non erat amplius integra, et vltra vindictam poterit agere ad pęnam conuentionalem.*

15 *Bertazol. consilio criminal 16. volumine 1. confutatur.*

16 *Agens ad pęnam conuentionalem propter maleficium in committendo, et non in ommittendo, vtique agere potest ad interesse, respectu expensarum, et damnorum, quia vtrumque debetur.*

Pęna conuentionalis, et etiam interesse debetur, quando agitur propter maleficium in committendo, secus in ommittendo.

17 *Offendens tenetur propter vulnera resarcire expensas ratione iniuriæ, et læsionis factæ damnum passo, tam circa medelam, quam circa mercedem operarum, quas vulneratus facere nequiuit.*

18 *Merces operarum soluenda est à vulnerante secundum extimationem, quam verè offensus consequutus fuisset, si vulneratus non extitisset, et non minus, quicquid alij dicant.*

19 *Extimatio ob exercitij impedimentum propter vulnus, tanti est facienda, quanti fieret cessante tali impedimẽto.*

20 *Cicatrix ob vulnus illatum homini libero extimationem non patitur, sicuti liber homo nullam recipit extimationem, quod procedit in masculo secus in muliere, quę ob talem cicatricem, et deformitatem innupta remaneret, idem et in seruo: vt nu seq.*

21 *Cicatrix ob cuius deformitatem mulier innupta remaneret, vel maiorem dotem dare oporteret, quam par sit, recipit extimationem, idem de seruo, vel animali, ea ratione quia viliori pretio venderentur.*

Vulneratus, si ob vulnus perpetuò impeditus remaneret, quominus artem suam exercere valeret, tunc in extimatione ratio haberi debet damni, et lucri cessantis per totũ illud tempus.

23 *Extimatio damnorum eius, qui perpetuò debilitatus, et impeditus remaneret ex vulnere ei illato, qualiter fieri debeat, et quid, et qualiter fienda, si vulneratus ex illo vulnere obijsset, et vers seq.*

24 *Extimatio supradicta habet locum etiam, quod offendens*

pro

pro dicta offensa condemnatus fuisset in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum.

25 *Damna & interesse quoque filiorum damnum passi, quando veniant extimanda, & resarcienda ab offensore.*

26 *Computatio temporis, quo occisus viuere potuisset, qualiter respectu damnorum fienda sit.*

Extimatio vitæ occisi, qualiter fieri debeat, vt eius hæredes damna consequi valeant ab occisore; & infra numero 27. & seq.

27 *Interfector ad quæ damna, et expensas teneatur erga dãnum passos.*

28 *Interfector tenetur etiam ad damna pro anima occisi, vt pro ea fiant orationes, ieiunia, eleemosinæ, anniuersaria, et huiusmodi, secundum facultates ipsius homicidæ.*

29 *Qui facit ad suam defensionem, et tutelam non tenetur ad damna, et interesse versus damnum passum, quid si excesserit modum in defendendo.*

Excessus in se defendendo an sit punibilis, ibid. et infra numero 35.

30 *Offensus cum saxis, an possit impunè offensorem cum pugione offendere, Et quid si cũ pugno, vel manu vacua quis offensus fuerit, nu. 31.*

Saxa appellatione armorum venire, ibid.

31 *Defendere se armis in æqualibus, seu maioribus, et fortioribus licere.*

32 *Aggresus si iniuriam aliter euadere non potest, nisi aggresorem occidat, non tenetur in aliquo, etiam quod pugno tantum fuisset aggresus; intellige sanè vt ibi.*

33 *Aggresus aggresorem offendens non tenetur ad damna, et interesse, quando ad defensam fecit, etiam quod modum excesserit in se defendendo.*

34 *Vulnerans non tenetur ad aliquid, quando damnum habet admixtam culpam damnificati.*

35 *Excessus etiam in se defendendo est punibilis arbitrio Iudicis.*

36 *Vulneratus si ex mala medela, vel alia de causa, & non ob ipsum vulnus pereat, vulnerans non tenetur.*

37 *Mors, aut debilitatio membri, vel quid simile processerit ex vulnere, an verò ex mala ratione victus, vel mala cura vel aliter statur indicio Medicorum.*

38 *Chirurgi an magis standum sit iudicio vnius tantum, qui vulneratum curauit, quam pluribus Medicis, qui cura non affuerunt cum eo.*

39 *Vulnus an fuerit letale, & circa huiusmodi, non est standum iudicio vnius periti tantum, quandam plures haberi possunt.*

40 *Vulnus, quãdo a principio non est mortale, sed ex post facto sit mortale ex alia superuenienti causa, non nocet vulneranti.*

41 *Testibus pluribus numero, et peritioribus standum est.*

42 *Depositio testium facta super causa criminali coram Iudice causarum Ciuilium dicitur nulla, et non tenet.*

43 *Notarij actorum criminalium non valent recipere acta ciuilia, nec è contra, cum in promiscuis actibus non sint turbanda officia.*

44 *Actio duplex oritur ex quocunque crimine, siuè publico, siuè priuato, vna criminalis ad vindictam, altera ciuilis in saltem ad interesse, et damnum parti applicandum.*

45 *Testes extra capitulata non probant.*

46 *Testes examinati, omissis interrogatorijs iam exhibitis, nõ probant.*

Testes examinati dicidictis testificatis, et extra capitulata sunt suspecti de subornatione, et non probant.

47 *Vulneratus nõ pot est obtinere damna ob amissionem eius artis, si antequam vulneraretur, ommittit exercitium dictæ artis, vel si per substitutum solitus erat exercere aliquam artem, vel aliud exercitium.*

48 *Probatio validior, et clarior præualet probationi debiliori, et non ita clare.*

Testes digniores ad defensam rei, quamuis pauciores, præferuntur minus dignis licet pluribus pro actore.

Verumtamen regulariter testes plures, et digniores præferuntur alijs.

49 *Expensæ, ad quas quis tenetur, intelligendæ sunt de necessarijs tantum, non autem de voluntarijs.*

CASVS CC. XXXXVIII.

1 QVoniam pax per procuratorem, speciale mandatum habentem, facta, iure subsistit, & mandantem ad pœnam conuentam obligat; vt dicunt Speculat. in tit. de treug. & pace, §. 1. num. 4. Nellus in tractat. de bannit. in 3. part. 2. tempor. q. 37. Clar. in pract. crim. q. 58. num. 28. vers. sed an procurator. Vulpel. in tract. de pace induc. & promission. de non offend. d. 4. per totam. & alij per eos allegati; & ipsa pace facta nõ
2 intelligitur facta remissio expensarum, damnorum, & interesse partis offensæ, quæ propterea ad ea agere potest contra alteram partem, quæ offendit, secundũ glos. in §. fin. in glos. in verbo, non reuocauerunt, Instit. de iniur. quam ita intelligunt, & sequuntur communiter Doctores: vt dicit Ioan. de Amicis, cons. 88. nu. 14. vers. & in remissione simplici, Couar. lib. 2. variar. resolut. capit. 10. sub nu. 7. vers. quarto eodem iure vbi pariter dicit esse communem opinionem Petr. Plaza in Epitom. del ictor. lib. 1. cap. 6. num. 40. vers. ex quo diffinitum extat. vbi similiter ait, hanc esse frequentiori doctorum calculo receptam sententiam Boer. decisio. 52. nu. 6. vers. nam remittens, Gomez. tomo 3. variar. resolut. de delict. cap. 6. tit. de iniuria, nu. 13. vers. item adde, Clar. in pract. crim. q. 58 num. 8. vers. quæro modo, & Vulpel. in d. tract. de pace, induc. & promission. de non offend. q. 29. per totam; Nec mirum, quia cum
3 ex iniuria duæ oriantur actiones, vna ad pœnam, altera ad damna, expensas, & interesse, vna sublata, remanet altera: vt in specie dicunt Petr. Plaza, Gomez. & Vulpel. & quia præsumitur offensus propter æternam salutem, solum rancorem animi remisisse, non autem damna, quæ distincta sunt ab ipsa remission. iniuriæ, vt notant Couar. & Clar. Quod videtur procedere etiã si accepta pecunia, offensus pacem fecerit, & dicta pecunia mediante, iniuriæ remissionem fecerit, nam adhuc damna, expensas, & interesse petere põt, vt Speculat. tit. de accusat. §. 1. sub num. 8. vers. quid si vulneratus remisit iniuriam pecunia recepta, & tit. de iniur. §. 2. num. 7. vers. quid iuris sit, quem sunt sequuti Alex. cons. 168. num. 5. vers. nec etiam lib. 2. & Couar. d. c. 10. sub num. 7. post dictum versic. quarto eodem iure, tollitur enim actio iniuriarum, non autem actio legis aquilæ, secundum Speculat. Vidi in facto dubitari, facta pace inter duos rixantes cum graui pęna de se non
4 offendendo, & ea post modum rupta ex vulneribus per vnum alteri illatis, & soluta pœna connecta ipsi parti offensæ, & fisco iuxta formam instrumenti pacis, an pars eadem offensa non obstante solutione pœnæ, pro pace rupta sibi factæ, possit agere contra vulnerantem ad damna expensas, & interesse, occasione dicti vulneris: quam quæstionem ponit in terminis Vulpel. in d. tractat. de pace, induc. & promission. de non offend. q. 64. per totam, vbi inquit eius decisionem pendere a resolu-

resolutione alterius quæstionis inter Doctores con-
trouersæ, an scilicet pœna conuentionalis, vltra partis
5 interesse, iure Pontificio, & tuta conscientia, exigi pos-
sit, in qua, & si multi negatiuam opinionem firmant,
ipse tamen affirmatiuam, tamquam crebriorem, sequi-
tur pro ea adducens Innoc. & Abb. in c. tuam, de pęn.
Abb. & Anch. in c. dilecti, de arbitr. eundem Abbat. &
Felyn. in cap. 1. de constitution. Roman. cons. 510. in 1.
dub. per totum, num. 1. & seq. vsque ad num. 21. inclu-
siuè, Corne. cons. 153. colum. 2. versic. circa quartam,
lib. 1. & consil. 344. colum. 1. eodem lib. 1. & latius, &
melius consil. 2. in 2. dub. numer. 13. & seq. lib. 3. Paris.
consil. 34. num. 31. & seq. vsque ad fin. vers. nec obsta-
bit, quod dicitur, & infra lib. 1. & Barbat. cons. 45. nu.
19. & seq. vsque ad num. 13. inclusiuè lib. 4. Quod ma-
6 ximè in specie nostra procedere, inquit Vulpel. quia
pęna ex delicto debetur, & ratione contemptus potius
quam interesse apposita censetur, vt propterea, & ipsa
peti possit, & præterea damna, expensæ, & interesse,
& est consideratio facta per Doctores ab ipso Vulpel.
relatos in dicta quæstione petitionis pęnæ conuentio-
nalis, vltra quam interſit partis; in qua idem tenuerũt
Castr. in l. prædia, ff. de action. empt. Iason. in l. ita sti-
pulatus, 115. num. 19. & ibidem Ripa, num. 56. & seq.
ff. de verbor. obligat. & Bald. in tract. de præscription.
in 2. parte tertiæ partis principal. q. 13. sub nu. 6. post
vers. sed moueo dubium, qui omnes testantur de com-
muni opinione; & pro prædicta consideratione facta
per Vulpel. in proposito nostro adduco ego Bald. in
cons. 18. in fin. sub n. 7. lib. 1. vbi loquens in pęna appo-
7 sita per arbitratorem, non obtemperantibus laudo,
continente quantitatem per vnam partem alteri præ-
standam, ait eam peti posse, tamquam positam ratione
contemptus, & non in fraudem vsurarum, nec in con-
tractu mutui, quod absque dubio videtur procedere,
cum sit reciproca, ex traditis per Felyn. in c. dilecti sub
num. 1. vers. secundo intellige, nisi agatur de pęna con-
uentionali, de maioritat. & obedient. nec mirum, quia
8 pœna, conuentionalis magis debetur, etiam in foro
conscientiæ, quam legalis, vel statutaria, ex quo pro-
cedit ex arbitrio magis libero, & spontaneo, & ex me-
ra partium voluntate, vt idem Felyn. dicit in c. 1. sub n.
46. vers. limita tertio, de constitutionibus.

Ad idem adduco Anchar. cons. 148. colu. fin. ante
fin. vers. & sic concludo, vbi postquam tractauit satis
diffusè de prædicta quæstione apud antiquos, & mo-
dernos vtriusque Iuris professores, disputata, & supra
relata, loquens in transactione, concludit posse peti
pœna conuentionalem vsque ad quadruplum eius, de
quo agitur, & præterea totum interesse lucri cessantis,
& damni emergentis.

9 Sed hæc opinio Vulpelli satis dubia redditur, nam
quamuis admitteretur, quod pæna conuentionalis, vl-
tra interesse partis, licitè exigi posset, per authoritates
supra adductas, & antea per me allegatas casu 226. in
princ. tamen de consuetudine non seruatur, nec talis
pæna exigitur, etiam respectu fisci pro portione sibi
applicanda, nisi concurrat interesse partis, adeo vt si
nihil intersit partis, nulla competat actio fisco ex his,
10 quæ dixi d. casu 226. num. 9. & seq. vers. & quoad par-
tem, & infra, & licet etiam de consuetudine dicta Iuris
conclusio seruaretur, & pæna excedens interesse par-
tis de facto exigeretur, prout exigi potest ex iuris di-
spositione, non tamen ideo inferri posset ad rem no-
stram, quod, vltra dictam pænam conuentionalem,
posset pars offensa petere damna, expensas, & interes-
se, propter vulnus illatum sibi ab eo, qui sic vulneran-
do pacem fregit, & pœnam ipsius fractæ pacis conuẽ-
tam soluit; & ita decidit Herculan. in tract. de cautel.
de non offend. cap. 10. sub nu. 4. vers. secundo ex præ-
dicta ratione infertur, dicens in terminis nostris, quod
licet de vulnere agi possit criminaliter, soluta pæna
conuentionali per promissorem offendentem partem
tamen pars ipsa offensa, quoad suum interesse, quic-
quam amplius petere non potest, quia ad id tendere
videtur solutio pœnæ, quæ quoad ipsam partem pro
obseruatione contractus habetur, cum qua opinione
trãsit etiam postea cap. 47. num. 14. vers. iuxta id quo-
11 que quęri potest, addens, quod cum pęna videatur ap-
posita loco interesse, ea soluta cessat interesse ratio,
quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur: & eũ
sequitur Bertaz. cons. crim. 16. num. 3. & plurib. seq. in
2. 3. & 4. fundamentis, & cons. 18. num. 9. & seq. versic.
præterea obstant, & infra, lib. 1. ex cuius dictis vtrobi-
que opinio hæc defenditur, non ergo ex eo, quod pœ-
na conuentionalis exigi possit pro rupta pace, sequi-
tur, quod vltra eam pars, contra quam facta est, pete-
re etiam possit damna, expẽsas, & interesse pro offen-
sione, propter quam dicta, pœna exacta commissa est,
imò potius contrarium infertur, quod scilicet ex quo
partis interesse propter dictam contrauentionem ex
vulnere illato, non ascendit ad summã pænæ conuen-
tionalis, & nihilominus ipsa pæna exigi potest, aliud
12 interesse peti non possit, sed in electione partis offen-
sæ sit agere, vel ad pænam, si maior sit quam interes-
se, vel ad ipsum interesse, si maius sit quam pæna con-
uentionalis: vt tradunt Castr. in d. l. prædia, ff. de actio.
empt. & Ias. & Ripa, in d. l. ita stipulatus, ille num. 19.
iste num. 56. & seq. ff. de verbor. obligat. dum volunt,
13 quod in similibus pænalis stipulatio non innouet obli-
gationem principalem, & propterea commissa pæna
propter inobseruantiam promissorum, posse agi pri-
mæua actione ad implementum, & eo non sequuto, ad
interesse, si sit plus, quam pænæ, vel ad pænam, si in ea
sit plus, quam in interesse, vel etiam primo ad interes-
se, & postea ad pænam in eo, quod in ipsa esset plus,
quam in dicto interesse: Idem colligitur ex Beninten.
decision. Bononiens. 16. num. 6. & 7. ver. ex promissio-
ne. Aut ergo pęna maior est, quam interesse vulnerati,
& ea contentus esse debet, aut interesse maius est, quã
pæna, & tunc vltra pænam potest etiam consequi in-
teresse in eo, quod ipsam pęnam excedit, & hoc modo
dictum Vulpelli saluari potest, quod alias non satis æ-
quum videretur, vt scilicet, & pænam excedentem in-
teresse consequeretur offensus, & vlterius in interesse
prouenięns ex eadem causa, propter quam consequu-
tus est pænam: Pro Vulpello tamen facit, quod facta
14 inter inimicos, pace cum promissione de se nõ offen-
dendo ad inuicem, si postea vnus offendit alterum, &
fregit pacem quo casu alter sine metu pęnæ poterit se
vindicare, & aduersarium offendere; vt per Doctores
in d. l. cum proponas, la 2. C. de pact. & in alijs locis per
me adductis in prioribus resolution. crimin. cent. 2. ca-
su 101. num. 2. & seq. iste primo offensus, qui sine metu
pænæ potest primum offensorem offendere, poterit
non solum hoc facere impunè, sed etiam vltra talem
offensionem, petere pænam fractæ pacis ab ipso pri-
mo offendente, nec tunc solutio pænæ loco obserua-
tionis pacis habetur, licet alias in pænis conuentiona-
libus secus sit, & quis altero contentus esse debeat, &

vel graue etiam damnum in rebus, ibidem.
Paria sunt, quem dignitate, vel cingulo militari priuari, bonisq; omnibus spoliari, vel verberibus, & exilio perpetuo castigari.
4 *Accusans eum, cum quo pacem seruare promiserat, si accusationem non probat, tenetur ad pœnam tanquam violator pacis, & tenetur actione iniuriarum.*
Item si calŭniosè, & per falsas probationes illum obtinuisset condemnari, ibid.
Idem si aduersarium adduxit in periculum ammittendi totam substantiam suam, vel maiorem partem, ibid. Amplia etiam sub num 6.
Accusatio est genus illaudabilis intentionis, & omnis, qui accusat, dicitur quasi homicida, ibid.
5 *Qui calumniandi, vel vexandi causa alium in iudicium traxit, dicitur illi iniuriam inferre.*
Testis, qui falsum contra aliquem deponit, duplex crimen committit falsitatis scilicet, & iniuria.
6 *Delator, qui non iustitiæ zelo, sed iniquitatis odio, feruoreque ad delationem processerit, dummodo de ijs constet, intelligitur violare pacem.*
7 *Testes testificantes contra eum, cum quo pacem fecerunt, siuè in causis, criminalibus, siuè inciuilibus magnis, qualiter intelligantur fregisse pacem, & pœna pacis ruptæ puniri debeant.*
Causę ciuiles magnæ æquiparantur criminalibus, ibid.
8 *Testis, qui non spontè, sed à Curia vocatus ad perhibendum testimonium veritatis, si falsum dixerit, dicitur spontè falsum dixisse, multo magis si habebat priuilegium non comparendi, & illud non allegauit.*
9 *Testis, qui vltro deponit, dicitur inimicus eius, contra quem testificatur.*
Falsum testimonium dicens dicitur, contrauenisse paci, ibidem.

CASVS CC. XXXXVII.

FActa pace inter duos de rixis, & vulneribus inter eos sequutis, cum promissione de se inuicem non offendendo, nec offendere faciendo sub pœna quingentorum aureorum, pro vna medietate parti obseruanti, & pro altera medietate fisco applicanda; vnus ex dictis qui dictam pacem fecerunt modo præmisso, in causa inquisitionis contra alterum formatę pro homicidio, examinatus tanquam testis pro informatione Curiæ, falsum tulit testimonium non parum grauãdo dictum inquisitum, qua falsitate patefacta, actum fuit per dictum inquisitum, & fiscum ad pœnam conuentam, pro pace rupta, & facta contradictione per dictum falsum testem reum conuentum, & multis hinc inde deductis, existimaui rectè actum fuisse ad dictam pœnam quingentorum aureorum contentam in instrumento pacis, cui fuerit contrauentum ex dicta attestatione falsa.

1 Primo, quia promissio est generalis de non offendendo, nec offendere faciendo, & appellatione offensæ venit omnis offensio quæcunque sit. l. 1. §. quod autem ff. de aleæ lusu, & aleator, & ibi Florian. de Sãto Petro, num. 3. & seq. dicens propterea, quod statutum disponens, quod bannitus possit impunè offendi, intelligitur in ære, & in persona, argum. illius, §. Idem tenent Bart. cons. 188. in princ. lib. 1. Bald. in l. fin. sub num. 4. vers. pone dictat statutum, C. si contra Ius, vel vtilit. public. per eundem, §. quod autem, quem dicit esse meliorem textum ad hoc, qui sit in Iure. Sequitur Cepol. cons. ciuili, 48. num. 3. post vers. Item hoc videtur probari, vbi etiam subdit num. 5, quod offensa
2 dicitur omnis actus, per quem pœna imponitur, seu pro quo pœna inferri potest, quod fuit dictum Bartoli in l. licitatio, §. quod illicitè, num. 4. ff. de publican. & vectigal. & d. cons. 88. num. 1. lib. 1. Imò, & si non sit punibilis secundum Castrens. cons. 255. col. 2. vers. nec obstare videtur, & vers. pro quo ostendo, lib. 1.
3 Secundo quia, qui facit vt alius dignitatem, aut honorem, vel quid simile amittat, actione iniuriarum tenetur, l. item apud Labeonem, §. generaliter, & infra. ff. de iniur. & famos. libell. & paria sunt, quod alicui plaga inferatur, vel iniuria, vel graue etiam damnum in rebus, §. illud verò adijcimus, vers. habeant itaque, in authentic. vt liberti de cætero aureo non indigeant annullo, imò paria sunt, quem dignitate, vel cingulo militari priuari, & bonis omnibus spoliari, vel verberibus, & exilio perpetuo castigari. cap. qui contra, 24. q. 1. & habetur per Luca de Penna in l. vnica. q. 21. C. public. lætitiæ, vel consul. & cęt. lib. 12. qui etiam alia ad hoc propositum adducit, concludens talia iudicialiter facientem contra eum, quo pacem habet, dici eam frangere, si legittimè illa non probet.
4 Tertio quia, & si quando quis zelo Iustitiæ accusat eum, cum quo habet pacem, criminaliter, non tenetur pęna pacis ruptæ, tamen si accusatus absoluitur, quia non fuerit probata accusatio, tenetur accusans, tanquã pacis violator ad pęnam in pace promissam, Luc. de Penna in l. vnica. quæst. 17. & quæst. 21. C. public. lætitię, vel consulũ, lib. 12. & Moron. in tract. de treug. & pace, quæst. 160. num. 1. accusatio enim est genus illaudabilis intentionis, & omnis, qui accusat, homicida est; vt dicit Luc. de Penna, qui tamen in hoc cæpit crimen lęsę Maiestatis, tàm diuinę quàm humanę, in quo quis dicitur deferre, multoque magis teneretur, si calumniosè, & per falsas probationes illũ obtinuisset condemnari: iuxta leg. final. C. de accusation. & pulcrè tradit Luc. de Penna d. q. 21. quem sequitur Moron. d. q. 160. n. 4. & ibidem ostendit etiam Luc. de Penna teneri eum, qui aduersarium adduxit in periculum amittendi totam substantiam suam, vel maiorem partẽ, quod & sequitur Moron. vbi supra nu. 3. quod a fortiori procedere habet in casu propositę quęstionis, in quo, & de amissione personæ, & de iactura omnium bonorum agebatur ex imputatione homicidij vigore statutorum, & benè facit text. in l. iniuriam, la prima. §. si quis per iniuriam. ff. de iniur. & famos. libel. vbi qui
5 calumniandi, vel vexandi causa alium in iudiciũ traxit, dicitur illi iniuriam inferre; vnde meritò dixit Crauet. cons. 13. num. 3. quod esset iniuria, si testis deposuisset falsum contra aliquem, & esset duplex crimen, falsitatis scilicet, & iniurię; Plus dicit Luc. de Penna in d. l. vnica q. 22. quod & si non per calumniam, nec per fal.
6 probationes accusatio præcesserit, aut accusati condemnatio, sed delator non iustitiæ zelo, sed iniquitatis odio, feruoreque ad delationem processerit, & hoc constet, intelligitur violasse pacem ex eo, quod violauit caritatem, quam per osculum, & iuramentum seruare debuit, & quia talis delatio ex odio procedẽs arguenda est atque punienda.
Quarto quia, ita in specie voluit Iul. Ferret. in tract. de re milit. in tit. de ferijs, seu inducijs militarib. treug. & pac. num. 190. vers. & possent prædicta, vbi censuit,
7 quod testes, qui habuerũt pacẽ cum aliquo, & fuerunt testificati cõtra ipsum in causis criminalibus, aut ciuilibus magnis, quę criminalibus assimiliantur, nõ neces-

sitate adstricti, sed sponte, & dedita opera, vel ex odio dicuntur fregisse pacem, & puniri possunt in pœnam ipsius fractæ pacis; Sequitur Moron d.q.160. unde si deponens verum sponte, aut ex odio cōtra inimicum reconciliatum incurrit in pœnam fractæ pacis, utique multò magis incurrit, qui falsum perhibet testimoniū, qui nunquam potest dici coactè deposuisse; nam & si a Curia adstrictus fuisset, & coactus testificari, tamen nō cogebatur dicere falsum, sed verum, ideoque quatenus dixit falsum, sponte deposuisse dicitur, ex quo ad id cogi non poterat; nam testis citatus dicitur sponte depo-
8 nere, si cum haberet priuilegium, propter quod non poterat cogi, illud non allegauit, quia illi tacendo renuntiasse censetur, per ea, quæ leguntur, & notantur in l.lege Iulia, & in l.inuiti, la prima, ff.de testib. & qui vltrò deponit, inimicus eius videtur contra quem testi-
9 ficatur, Marsil.cons.28. num.32. & cons.20. num. 40. & ita etiam quæstionem hanc in puncto resoluit Surd. decis.Mantuan.79.per totam, dicens, quod Senatus habuit pro absoluto contrauentum fuisse faci per falsum testimonium, & adducit multa ex supra allegatis, vt penes ipsum videri potest, cum quo transeundum omnino censui.

EPITOME.

Stante quod facta pace inter inimicos non intelligitur facta remissio damnorum, expensarum, & interesse, quæ ab offendente offenso debentur; An vbi facta est pax simpliciter cum promissione de non offendendo sub graui pœna, si vnus contraueniat, & in pœnam incidat, eamque parti pro portione sibi applicanda soluat, pars ipsa offensa, vltra dictam pœnam sibi solutā, possit quoque petere damna, expensas, & interesse occasione dictæ offensionis, ex qua dicta pœna incursa est, sibi contingentia; & quæ ex pensæ, damna & interesse peti possint, & vbi offensus debilitatus remansit, vel mortuus, an in perpetuum, vel pro certo tantum tempore, & pro quo, & de alijs in hac materia.

SVMMARIA.

1 *Pax per procuratorem habentem speciale mandatum tenet, & principalis per eum obligatur ad pœnam conuentam.*
2 *Pace facto, non intelligitur facta remissio expensarum, damnorum, & interesse partis offensæ, quæ agere adhuc poterit contra alteram partem, quæ offendit.*
3 *Ex iniuria duæ oriuntur actiones, vna ad pœnam, altera ad damna, expensas, & interesse, vno sublata remanet altera, etiam quod offensus, accepta pecunia, pacem fecerit, & iniuriam remiserit.*
4 *Pace rupta, & soluta pœna conuentionali, an pars offensa possit etiam agere contra vulnerantem ad damna, expensas, & interesse occasione dicti vulneris.*
5 *Pœna conuentionalis, vltra partis interesse, an iure pontificio, & tuta conscientia exigi possit, & sub n.9.*
6 *Pœna ex delicto debetur, & ratione contemptus potius, quam interesse opposita censetur, ideoque peti potest; ac etiam debentur damno, expensæ, & interesse, vide quoque infra sub num. 15.*
7 *Pœna apposita per arbitratorem non ob temperantibus laudo, contineri quantitatem per vnam partem alteri præstandam, peti potest ratione contemptus, nec dicetur in fraudem vsurarum, nec in contractu mutui posita.*
8 *Pœna conuentionalis, etiam in foro conscientiæ magis debetur, quam pœnā legalis, vel statutaria, ex quo conuentio: nalis procedit ex libera, ac mera partium voluntate.*
Pœna conuentionalis ex causa transactionis peti potest vsque ad quadruplum, ibid.
9 *Pœna conuentionalis, & si de iure vltra damna expensas, & interesse peti possit, tamen de consuetudine non exigitur etiam respectu fisci pro portione ei applicanda, nisi concurrat interesse partis.*
10 *Fisco nulla competit actio in pœnis conuentionalibus, nisi intersit partis.*
Pœna conuentionalis, vbi etiam de consuetudine exigi posset, tamen damna expensæ, & interesse non possent pro vulnere ab offenso peti.
11 *Pœna conuentionalis videtur esse adiecta loco interesse, quo soluto interesse cessat.*
12 *Pœnam conuentionalem, aut interesse petere, stat in electione partis offensæ.*
13 *Pœnalis stipulatio non innouat obligatione principalem, vnde commissa pœna ob inobseruantiam promissorum, potest agi primeua actione ad implementum, et eo non sequuto, ad interesse.*
Pœna si est plus, quam interesse, vel si interesse sit maius pœna, liberum est parti petere id, quod ei magis placet, vel vtrumque secundum declarationem, de qua, ibid.
14 *Pace facta cum promissione pœnæ si ab vno rumpatur, alter sine metu dictæ pœnæ conuentionalis poterit se vindicare, et aduersarium offendere, qua tempore vindictæ pax non erat amplius integra, et vltra vindictam poterit agere ad pœnam conuentionalem.*
15 *Bertazol. consilio criminal 16. volumine 1. confutatur.*
16 *Agens ad pœnam conuentionalem propter maleficium in committendo, et non in ommittendo, vtique agere potest ad interesse, respectu expensarum, et damnorum, quia vtrunque debetur.*
Pœna conuentionalis, et etiam interesse debetur, quando agitur propter maleficium in committendo, secus in ommittendo.
17 *Offendens tenetur propter vulnera resarcire expensas ratione iniuriæ, et læsionis factæ damnum passo, tam circa medelam, quam circa mercedem operarum, quos vulneratus facere nequiuit.*
18 *Merces operarum soluenda est à vulnerante secundum extimationem, quam verè offensus consequutus fuisset, si vulneratus non extitisset, et non minus, quicquid olij dicant.*
19 *Extimatio ob exercitij impedimentum propter vulnus tanti est facienda, quanti fieret cessante tali impedimēto.*
20 *Cicatrix ob vulnus illatum homini libero extimationem non patitur, sicuti liber homo nullam recipit extimationem, quod procedit in masculo secus in muliere, quæ ob eolem cicatricem, et deformitatem innupta remaneret, idem et in seruo: vt in seq.*
21 *Cicatrix ob cuius deformitatem mulier innupta remaneret, vel maiorem dotem dare oporteret, quam par sit, recipit extimationem, idem de seruo, vel animali, ea ratione quia viliori pretio venderentur.*
Vulneratus, si ob vulnus perpetuò impeditus remaneret, quominus artem suam exercere valeret, tunc in extimatione ratio haberi debet damni, et lucri cessantis per totū illud tempus.
23 *Extimatio damnorum eius, qui perpetuò debilitatus, et impeditus remoneret ex vulnere ei illato, qualiter fieri debeat, et quid, et qualiter fieda, si vulneratus ex illo vulnere obijsset, et vers seq.*
24 *Extimatio supradicta habet locum etiam, quod offendens*

pro

pro dicta offensa condemnatus fuisset in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum.

25 *Damna & interesse quoque filiorum damnum passi, quando veniant extimanda, & resarcienda ab offensore.*

26 *Computatio temporis, quo occisus viuere potuisset, qualiter respectu damnorum fienda sit.*

Extimatio vitæ occisi, qualiter fieri debeat, vt eius hæredes damna consequi valeant ab occisore; & infra numero 27. & seq.

27 *Interfector ad quæ damna, et expensas teneatur erga dãnum passos.*

28 *Interfector tenetur etiam ad damna pro anima occisi, vt pro ea fiant orationes, ieiunia, eleemosinæ, anniuersaria, et huiusmodi, secundum facultates ipsius homicidæ.*

29 *Qui facit ad suam defensionem, et tutelam non tenetur ad damna, et interesse versus damnum passum, quid si excesserit modum in defendendo.*

Excessus in se defendendo an sit punibilis, ibid. et infra numero 35.

30 *Offensus cum saxis, an possit impune offensorem cum pugione offendere, Et quid si cũ pugno, vel manu vacua quis offensus fuerit, nu. 31.*

Saxa appellatione armorum venire, ibid.

31 *Defendere se armis in æqualibus, seu maioribus, et fortioribus licere.*

32 *Aggressus si iniuriam aliter euadere non potest, nisi aggressorem occidat, non tenetur in aliquo, etiam quod pugno tantum fuisset aggressus; intellige sanè vt ibi.*

33 *Aggressus aggressorem offendens non tenetur ad damna, et interesse, quando ad defensam fecit, etiam quod modum excesserit in se defendendo.*

34 *Vulnerans non tenetur ad aliquid, quando damnum habet admixtam culpam damnificati.*

35 *Excessus etiam in se defendendo est punibilis arbitrio Iudicis.*

36 *Vulneratus si ex mala medela, vel alia de causa, & non ob ipsum vulnus pereat, vulnerans non tenetur.*

37 *Mors, aut debilitatio membri, vel quid simile processerit ex vulnere, an verò ex mala ratione victus, vel mala cura vel aliter statur iudicio Medicorum.*

38 *Chirurgi an magis standum sit iudicio vnius tantum, qui vulneratum curauit, quam pluribus Medicis, qui curæ non affuerunt cum eo.*

39 *Vulnus an fuerit letale, & circa huiusmodi, non est standum iudicio vnius periti tantum, quandam plures haberi possunt.*

40 *Vulnus, quãdo a principio non est mortale, sed ex post facto fit mortale ex alia superuenienti causa, non nocet vulneranti.*

41 *Testibus pluribus numero, et peritioribus standum est.*

42 *Depositio testium facta super causa criminali coram Iudice causarum Ciuilium dicitur nulla, et non tenet.*

43 *Notarij actorum criminalium non valent recipere acta ciuilia, nec è contra, cum in promiscuis actibus non sint turbanda officia.*

44 *Actio duplex oritur ex quocunque crimine, siuè publico, siuè priuato, vna criminalis ad vindictam, altera ciuilis in factum ad interesse, et damnum parti applicandum.*

45 *Testes extra capitulata non probant.*

46 *Testes examinati, omissis interrogatorijs iam exhibitis, nõ probant.*

Testes examinati dicitis testificatis, et extra capitulata sunt suspecti de subornatione, et non probant.

47 *Vulneratus nõ potest obtinere damna ob amissionem eius artis, si antequam vulneraretur, ommittit exercitium dictæ artis, vel si per substitutum solitus erat exercere aliquam artem, vel aliud exercitium.*

48 *Probatio validior, et clarior præualet probationi debiliori, et non ita claræ.*

Testes digniores ad defensam rei, quamuis pauciores, præferuntur minus dignis licet pluribus pro actore.

Verumtamen regulariter testes plures, et digniores præferuntur alijs.

49 *Expensæ, ad quas quis tenetur, intelligendæ sunt de necessarijs tantum, non autem de voluntarijs.*

CASVS CC. XXXXVIII.

1 QVoniam pax per procuratorem, speciale mandatum habentem, facta, iure subsistit, & mandantem ad pœnam conuentam obligat; vt dicunt Speculat. in tit. de treug. & pace, §. 1. num. 4. Nellus in tract. de bannit. in 3. part. 2. tempor. q. 37. Clar. in pract. crim. q. 58. num. 28. vers. sed an procurator. Vulpel. in tract. de pace induc. & promission. de non offend. d. 4. per totam. & alij per eos allegati; & ipsa pace facta nõ
2 intelligitur facta remissio expensarum, damnorum, & interesse partis offensæ, quæ propterea ad ea agere potest contra alteram partem, quæ offendit, secundũ glos. in §. fin. in glos. in verbo, non reuocauerunt, Instit. de iniur. quam ita intelligunt, & sequuntur communiter Doctores: vt dicit Ioan. de Amicis, cons. 88. nu. 14. vers. & in remissione simplici, Couar. lib. 2. variar. resolut. capit. 10. sub nu. 7. vers. quarto eodem iure vbi pariter dicit esse communem opinionem Petr. Plaza in Epitom. delictor. lib. 1. cap. 6. num. 40. vers. ex quo diffinitum extat. vbi similiter ait, hanc esse frequentiori doctorum calculo receptam sententiam Boer. decisio. 52. nu. 6. vers. nam remittens, Gomez. tomo 3. variar. resolut. de delict. cap. 6. tit. de iniuria, nu. 13. vers. item adde, Clar. in pract. crim. q. 58. num. 8. vers. quæro modo, & Vulpel. in d. tract. de pace, induc. & promission. de non offend. q. 29. per totam; Nec mirum, quia cum
3 ex iniuria duæ oriantur actiones, vna ad pœnam, altera ad damna, expensas, & interesse, vna sublata, remanet altera: vt in specie dicunt Petr. Plaza, Gomez. & Vulpel. & quia præsumitur offensus propter æternam salutem, solum rancorem animi remisisse, non autem damna, quæ distincta sunt ab ipsa remission. iniuriæ, vt notant Couar. & Clar. Quod videtur procedere etiã si accepta pecunia, offensus pacem fecerit, & dicta pecunia mediante, iniuriæ remissionem fecerit, nam adhuc damna, expensas, & interesse petere põt, vt Speculat. tit. de accusat. §. 1. sub num. 8. vers. quid si vulneratus remisit iniuriam pecunia recepta, & tit. de iniur. §. 2. num. 7. vers. quid iuris sit, quem sunt sequuti Alex. cons. 168. num. 5. vers. nec etiam lib. 2. & Couar. d. c. 10. sub num. 7. post dictum versic. quarto eodem iure, tollitur enim actio iniuriarum, non autem actio legis aquilæ, secundum Speculat. Vidi in facto dubitari, facta pace inter duos rixantes cum graui pęna de se non
4 offendendo, & ea post modum rupta ex vulneribus per vnum alteri illatis, & soluta pœna connecta ipsi parti offensæ, & fisco iuxta formam instrumenti pacis, an pars eadem offensa non obstante solutione pœnæ, pro pace rupta sibi factæ, possit agere contra vulnerantem ad damna expensas, & interesse, occasione dicti vulneris: quam quæstionem ponit in terminis Vulpel. in d. tractat. de pace, induc. & promission. de non offend. q. 64. per totam, vbi inquit eius decisionem pendere a resolu-

resolutione alterius quæstionis inter Doctores controuersæ,an scilicet pœna conuentionalis,vltra partis 5 interesse,iure Pontificio,& tuta conscientia,exigi possit, in qua, & si multi negatiuam opinionem firmant, ipse tamen affirmatiuam,tamquam crebriorem,sequitur pro ea adducens Innoc.& Abb.in c. tuam, de pęn. Abb. & Anch.in c.dilecti, de arbitr.eundem Abbat.& Felyn.in cap.1.de constitution.Roman.cons.510.in 1. dub.per totum,num.1.& seq.vsque ad num.21. inclusiuè,Corne.cons.153.colum.2.versic. circa quartam, lib.1.& consil.344.colum.1. eodem lib.1.& latius, & melius consil.2.in 2.dub.numer.13.& seq.lib.3.Paris. consil.34.num.31.& seq.vsque ad fin. vers. nec obstabit,quod dicitur,& infra lib.1.& Barbat. cons.45. nu. 19.& seq. vsque ad num.13. inclusiuè lib.4. Quod ma-
6 ximè in specie nostra procedere, inquit Vulpel.quia pęna ex delicto debetur,& ratione contemptus potius quam interesse apposita censetur,vt propterea,& ipsa peti possit,& præterea damna, expensæ, & interesse, & est consideratio facta per Doctores ab ipso Vulpel. relatos in dicta quæstione petitionis pęnæ conuentionalis,vltra quam intersit partis; in qua idem tenuerũt Castr.in l.prædia, ff.de action. empt.Iason.in l. ita stipulatus,115.num.19.& ibidem Ripa, num.56. & seq. ff.de verbor.obligat.& Bald.in tract. de præscription, in 2.parte tertiæ partis principal.q.13. sub nu.6. post vers.sed moueo dubium, qui omnes testantur de communi opinione; & pro prædicta consideratione facta per Vulpel.in proposito nostro adduco ego Bald. in cons.18.in fin.sub n.7.lib.1.vbi loquens in pęna appo-
7 sita per arbitratorem, non obtemperantibus laudo, continente quantitatem per vnam partem alteri præstandam,ait eam peti posse,tamquam positam ratione contemptus,& non in fraudem vsurarum, nec in contractu mutui, quod absque dubio videtur procedere, cum sit reciproca,ex traditis per Felyn.in c.dilecti sub num.1.vers.secundo intellige,nisi agatur de pęna conuentionali,de maioritat.& obedient.nec mirum, quia
8 pœna, conuentionalis magis debetur, etiam in foro conscientiæ, quam legalis, vel statutaria, ex quo procedit ex arbitrio magis libero,& spontaneo,& ex mera partium voluntate,vt idem Felyn.dicit in c.1.sub n. 46.vers.limita tertio,de constitutionibus.

Ad idem adduco Anchar. cons.148.colu.fin. ante fin.vers. & sic concludo, vbi postquam tractauit satis diffusè de prædicta quæstione apud antiquos, & modernos vtriusque Iuris professores, disputata, & supra relata, loquens in transactione, concludit posse peti pœna conuentionalem vsque ad quadruplum eius, de quo agitur,& præterea totum interesse lucri cessantis, & damni emergentis.

9 Sed hæc opinio Vulpelli satis dubia redditur, nam quamuis admitteretur,quod pæna conuentionalis,vltra interesse partis,licitè exigi posset,per authoritates supra adductas,& antea per me allegatas casu 226. in princ. tamen de consuetudine non seruatur, nec talis pæna exigitur, etiam respectu fisci pro portione sibi applicanda, nisi concurrat interesse partis, adeo vt si nihil intersit partis,nulla competat actio fisco ex his,
10 quæ dixi d.casu 226.num.9.& seq.vers. & quoad partem,& infra,& licet etiam de consuetudine dicta Iuris conclusio seruaretur,& pæna excedens interesse partis de facto exigeretur, prout exigi potest ex iuris dispositione, non tamen ideo inferri posset ad rem nostram, quod, vltra dictam pænam conuentionalem, posset pars offensa petere damna, expensas,& interesse,propter vulnus illatum sibi ab eo, qui sic vulnerando pacem fregit,& pœnam ipsius fractæ pacis conuẽtam soluit; & ita decidit Herculan. in tract. de cautel. de non offend.cap.10.sub nu.4.vers. secundo ex prædicta ratione infertur,dicens in terminis nostris,quod licet de vulnere agi possit criminaliter, soluta pæna conuentionali per promissorem offendentem partem tamen pars ipsa offensa, quoad suum interesse, quicquam amplius petere non potest, quia ad id tendere videtur solutio pœnæ, quæ quoad ipsam partem pro obseruatione contractus habetur, cum qua opinione trãsit etiam postea cap.47.num.14.vers.iuxta id quo-
11 que quęri potest,addens,quod cum pęna videatur apposita loco interesse, ea soluta cessat interesse ratio, quia bona fides non patitur,vt bis idem exigatur:& eũ sequitur Bertaz.cons. crim.16. num.3.& plurib.seq.in 2.3.& 4.fundamentis,& cons.18.num.9.& seq.versic. præterea obstant,& infra, lib.1.ex cuius dictis vtrobique opinio hæc defenditur,non ergo ex eo, quod pæna conuentionalis exigi possit pro rupta pace, sequitur, quod vltra eam pars, contra quam facta est, petere etiam possit damna, expẽsas, & interesse pro offensione, propter quam dicta,pœna exacta commissa est, imò potius contrarium infertur, quod scilicet ex quo partis interesse propter dictam contrauentionem ex vulnere illato,non ascendit ad summã pænæ conuentionalis, & nihilominus ipsa pæna exigi potest, aliud
12 interesse pęti non possit, sed in electione partis offensæ sit agere, vel ad pænam, si maior sit quam interesse,vel ad ipsum interesse, si maius sit quam pæna conuentionalis:vt tradunt Castr.in d.l.prædia,ff.de actio. empt.& Ias.& Ripa,in d.l.ita stipulatus, ille num.19. iste num.56. & seq.ff. de verbor.obligat.dum volunt,
13 quod in similibus pænalis stipulatio non innouet obligationem principalem, & propterea commissa pæna propter inobseruantiam promissorum, posse agi primæua actione ad implementum,& eo non sequuto, ad interesse,si sit plus,quam pænæ,vel ad pænam,si in ea sit plus,quam in interesse, vel etiam primo ad interesse, & postea ad pænam in eo,quod in ipsa esset plus, quam in dicto interesse; Idem colligitur ex Beninten. decision.Bononiens.16.num.6.& 7.ver.ex promissione. Aut ergo pęna maior est,quam interesse vulnerati, & ea contentus esse debet,aut interesse maius est, quã pæna, & tunc vltra pænam potest etiam consequi interesse in eo,quod ipsam pęnam excedit,& hoc modo dictum Vulpelli saluari potest, quod alias non satis æquum videretur, vt scilicet, & pænam excedentem interesse consequeretur offensus, & vlterius in interesse proueniens ex eadem causa, propter quam consequutus est pænam; Pro Vulpello tamen facit, quod facta
14 inter inimicos, pace cum promissione de se nõ offendendo ad inuicem, si postea vnus offendit alterum, & fregit pacem quo casu alter sine metu pęnæ poterit se vindicare, & aduersarium offendere;vt per Doctores in d.l.cum proponas,la 2.C.de pact.& in alijs locis per me adductis in prioribus resolution.crimin.cent.2.casu 101.num.2.& seq.iste primo offensus,qui sine metu pænæ potest primum offensorem offendere, poterit non solum hoc facere impunè, sed etiam vltra talem offensionem, petere pænam fractæ pacis ab ipso primo offendente, nec tunc solutio pænæ loco obseruationis pacis habetur,licet alias in pænis conuentionalibus secus sit,& quis altero contentus esse debeat, &

proinde

proinde videretur, quod si vult reoffendere aduersarium, debeat de hoc contentari, nec velle vlterius consequi pœnam ab eo, quasi quod ea soluta sibi sit satisfactum, & tanti æstimauerit contrauentionem, nec tūc præterea liceat sibi impunè reoffendere, quoniam in proposito nostro pœna non videtur apposita ratione interesse, in quo casu procedit contrarium, sed ratione contemptus, propter quem solum a proprio delicto causatum exigitur pœna, & interesse propter vulnus; vt concludit Dec. in d. l. cum proponas, in fin. vers. sed pulchra est dubitatio, post Alexan. ibi num. 6. versic. & facit. Nec curandum est de opinione Bertaz. quia se-
15 quitur Herculan. nullam rationem concludentem in hoc casu adducentem, & contra dictum cons. Bertaz. 36. fuit iudicatum, vt patet in d. eius sub sequenti cons. 18. & bene, quia vt dictum fuit supra, pęna debetur ratione contemptus Iudicis, & non ratione interesse partis, vnde vtrunque peti potest, vt idem Bertaz. non diffitetur, in d. cons. num. 10. vltra quod, quando agitur
16 de non committendo, sed de committendo, & propter maleficium pœna incurritur, vltra eam etiam interesse petitur; vt ibidem dicit Bertaz. num. 9. vers. pręterea obstant in fin. quicquid ergo sit in caulis ciuilibus, & vbi sumus in ommittendo, secus est in criminalibus, & vbi agitur de inobseruantia in committendo; & ita vidi seruari: & cum hac opinione Vulp. his iam scriptis, transire inueni Farinac. in pract. crim. tit. de var. & diuis. criminal. quæst. 107. num. 81. & 82. versicul. tertia sit conclusio. reprobando Herculan. d. cap. 10. num. 4. & cap. 31. num. 19. non tamen disputat Farin. quæstionem, sed eam paucis resoluit. Admissa autem opi-
17 nione Vulpel. sciendum est, iniuriam alteri inferentē propter vulnera illi illata; teneri omnino ipsi iniuriam passo, & vulnerato resarcire expensas, ratione iniurię, & læsionis sibi contingentes, vel circa medelam, vel aliter, Roman. cons. 278. in princ. Couar. d. cap. 10. sub num. 7. vers. quarto eodem iure, in princ. Et pręterea omne damnum amissatum operarum: nec refert si percussus iacuerit in lecto, vel non iacuerit; quia satis est
18 quod ob percussionem impensas fecerit, aut mercedem ordinariam artis, quam exercebat lucrari omiserit: vt per Abbat. & alios in c. 1. de iniur. quos sequitur Couar. d. c. 10 sub num. 7. post vers. quarto eodem iure ibi, sed vt hæc, & est textus, in leg. ex hac ff. si quadrup. Pauper. feciss. dicat, & in l. fin. ff. de his qui deiecer. vel effuder.

19 Vnde, & tali offenso constat mercedem operarum soluendam esse, secundum eandem ęstimationem, quā si verè operaretur, consequutus fuisset: ex quo eam ob percussionem desierit acquirere; tantique eius interest, vulneratum non fuisse; reprobata eorum opinione, qui existimant arbitrio boni viri aliquid minus soluendum esse percusso, quam ei iusta mercede laboranti deberetur; quod ratione defendi non potest, ex quo si iniuriam passus bona vsus fuisset valetudine, nec percussus extitisset, artem propriam exercuisset, quo exercitio sibi impedito ex vulnere tanti est facienda eius ęstimatio, quanti fieret cessante impedimento; vt probat Couar. in loco citato, vers. ex quo apparet, & ante eu Roman. d. cons. 278. in princ.

20 Non tamen potest iniuriam passus ex percussione in facie, quæ eam deturpauit, vel deformem reddidit æstimationem aliquam damni sibi imminentis ex causa dictæ cicatricis petere, si is sit homo liber. Speculator titulo de iniurijs, & damno dato, §. 2, num. 3. vers. sed nunquid pro libero homine. idem dicens in membro amisso Roman. d. consil. 278. in fin. vers. de deformitate autem membri, Abb. in dicto cap. 1. & Couarr. in loco citato, versiculo quibus adde; & præter eum, Crauett. consil. 119. sub numero 5. versiculo amplius dico, & latius Gomez. dicto capitulo 6. tit. de iniuria, numero 12. versic. vnum tamen est, & est textus in leg. final. ff. de his, qui deiecer. vel effuder. vt latè tradit Roland. a Valle consilio 39. numero 3. & 4. lib. 2. nisi sit fœmina, secundum Alberic. in d. l. ex hac ff. si quadrup. pauper. feciss. dicat, per illum textum, & per d. l. final. ff. de his, qui deiecer. vel effuder. quem sequitur Couar. vbi supra, dicens idem esse in quolibet seruo, per l. si seruus seruum, §. rupisse autem ff. ad leg. Aquil. & concordat Gomez d. cap. 6. sub d. nu. 12. inquiens,
21 quod in muliere bene extimaretur dicta cicatrix, & deformitas, saltem quando non est nupta, quia per hoc difficilius, & cum maiori dote inueniret virum cui nubere posset, & idē ait esse in seruo, vel animali in quibus cicatrix, vel deformitas ęstimatur, ex quo per eam minus valerent, & minori pretio venderentur, ex qui-
22 bus facile apparet si vulneratus toto tempore suę vitæ ex vulnere impeditus remaneret, vt arti, quā exercebat incumbere non posset, vulnerantem ad æstimationem eius damni, & lucri cessantis per totum illud tempus teneri, quod clare explicat Gomez. tom. 3. variarum resolut. cap. 6. tit. de iniuria. num. 11. versic. aduer-
23 tendum tamen, dicens hoc casu, quo offensus remanet viuus cum membri abscissione, vel perpetua debilitatione fiet æstimatio, & condemnatio vt delinquens teneatur ei soluere annuatim certam summam, & quantitatem, donec vixerit pro illis operibus, quibus cariturus est ex causa illati sibi vulneris; & patet etiam ex traditis per Grat. consil. 91. in 2. dubio, num. 11. & sequent. lib. 2. & per Roland. a Valle cons. 39. nu. 13. vers. accedit etiam lib. 2. & est text. apertus in §. Iudex, Instit. de oblig. quæ, ex quasi delict. nascunt, & in d. l. ex hac ff. si quadrup. Pauper. feciss. dicat, Et in d. l. fi. ff. de his, qui deiecer. vel effuder.

Quod si ex vulneribus mors sequatur non ambigitur, quin hęredes occisi agere possint ad ęstimationem operarum, quas occisus exercere potuisset, si vixisset, & interfectus nō fuisset; vt est text. in dicta lege ex hac ff. si quadrup. pauper. feciss. dicat, & in d. l. vltima, ff. de his, qui deiecer. & effuder. in §. ob hominem, Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur, & tradunt Spec. tit. de iniur. §. 2. col. 1. & 2. num. 3. & seq. vers. sed nunquid pro libero homine, Abb. in d. cap. 1. & in c. olim, de iniur. Crauet. consil. 119. numer. 6. vers. aut volunt, Mars. cons. 115. num. 19. & seq. versic. præterea vltra dictas pœnas, & sing. 575. proximis superioribus diebus, in quibus locis alios idem tenentes allegat, & vult
24 procedere etiam in casu, quo occidens in pœnam vitę, & confiscationis bonorum ob crimen lęsæ Maiestatis cōdemnatus fuerit, volens esse faciendam extimationem de eo, quod singulo anno, quo naturaliter iniuria occisus viuere potuisset, ex officijs, & negociationibus suis, & ex industria personæ suæ poterat superlu-
25 crari: Et in tantum interfectorem condemnari, & ad damna, & interesse filiorum, & hæredum suorum, per allegata per ipsum Marsil. quem sequutus est Couaru. post dictum versiculo quarto eodem iure, ibi, item constat filios, vel hæredes, idem tenuerunt ipse Mars. cons. 131. num. 44. & seq. Anton. Gomez. tomo 3. variarum resolut. de delict. cap. 3. tit. de homicid. nu. 38.

versic.

versiculo item etiam principaliter, & cap.6. titulo de
Iniur.numero 11.post versiculo aduertendum tamen,
Petr.Ioan.Anchar.lib.1.quæst.iur.familiar. quæst.40.
in 2.dubio,num.10.Grat.cons.91.in 2.dub. num.11. &
seq.lib.2.& Roland.d.cons.39.num.10.& seq. versic.
item,& similiter lib.2.
26 Et sit computatio temporis quo talis occisus viue-
re potuisset,seu eius vitæ:secundum dispositionem, l.
hæreditatum, ff.ad l.Falcid.vt voluerunt Speculat.d.
§.2 num.6.versic.sed vsque ad quod tempus Couaru.
in loco citato,Gomez.d.cap.3.num.38. versic. iuxta
quod tamen,& iterum cap.6.titul.de iniuria, sub nu,
11. post vers.aduertendum tamen,Petr. Rebuff.in Re-
pet.leg.vnicæ,C.de sentent.quæ pro eo quod interest
proferunt,in præfatione,num.39.& 40,versic.& hoc
inspecta qualitate delinquentis,& infra,Grat.d. cons.
91. in 2.dubio, num.12. ad finem,lib.2. & Roland.d.
cons.39.num.14.vers.habita tamen æstimatione vitæ,
& alij per eos allegati.Et ita vidi in contingentia facti
obseruari,& ipse etiam seruaui.
27 Et hoc vltra expensas factas in curatione vulneris
vsque ad mortem, tam in medicinis, & medicis, quam
aliter, ad quas interficiens tenetur: vt per Speculat.d.
tit.de iniurijs,§.2. num.3. vers. sed nunquid pro libero
homine. Et probatur in d.l.ex hac ff.si quadrup. Pau-
per.fecisse dicatur,& in d.l.fi.ff.de his qui deiecer. vel
effuder.& in d.§.ob hominem, Institut.de oblig. quæ
ex quasi delict.nasc. & notant Ancharan.dicta quæst.
40.in 2.dubio,per totum lib.1.& per Roland.d.cons.
39.post principium,num.5.& sequent.lib.2.qui etiam
28 dicunt,quod vlterius tenetur ad interesse animæ occi-
si, vt pro ea fiant orationes, ieiunia,elemosinæ,anni-
uersaria,& huiusmodi secundum facultates homicidæ:
imo,& ad interesse totius familiæ occisi,ex cuius ope-
ribus,& industria alebatur,& sustentabatur: vt ibi per
eos, quod vltimum etiam colligitur ex Speculat.d. §.
2.num.6.vers.sed quid si nullam artem sciuit. Et quia
alias iam annis triginta quatuor elapsis in hac materia
damnorum,expēsarum,& interesse, vulnerato ex per-
cussionibus debilitato, per vulnerantem debitorum
scripsi,placet,quæ tunc iuuenis dixi hic inserere,& sunt
infrascripti tenoris videlicet,

SPIRITVS SANCTI GRATIA
illuminet intellectum meum.

ET si superfluum est in causa mota per Ioannem
Mariam Sacchellum contra D. Iacobum Curi-
num quidquam allegare,cum clarum sit ipsum D. Ia-
cobum non teneri ad damna,& interesse dicti Sacche-
li ex deductis in allegationibus Magnifici Doctoris D.
Nicolai Curini,tamen,vt nihil intactum,relinquatur,
non nulla in medium afferam, quæ ad rem pro D.Ia-
cobo mihi facere videntur, & intentionem Sacchelli
minimè probatam esse ostendunt; & in primis consi-
dero,quod quicquid fecit D.Iacobus ad sui ipsius de-
29 fensionem, & tutelam fecit, ideoque ad aliquid erga
offensum non tenetur,vt in allegationibus citatis ostē-
sum est,& tradit in illis proprijs terminis ad effugien-
dam refectionem expensarum,damnorum, & interes-
se offensi,Craue.cons.119.num.7.& seq.vers.secundo
posito,& non concesso.Nec dicatur quod excessit mo
dum in se defendendo,ob idque quod in aliquo tenea-
tur, licet fortè non in tanta parte in quanta teneretur
si se non defendendo Sacchellum offendisset;vt notāt
Scribentes in leg.vt vim.ff.de iust. & iur. vbi præcipuè
Ias.num.11.vers.tertio multum aduerte, & Dec.num.
18.versic.& ad supradicta notandum est,Gomez libr.
variarum resolutionum tomo 3.de Delict.cap.3. titul.
de homicidio,num.24.ver.aduertendum tamen,quod
si aggressus excessit modum.Nouel,in pract.crimin,in
tract.ad defensam,in Rubr.homicid. quibus ex causis
a pœn.mort.excusetur,num.26.& pluribus sequenti-
bus, vers.sed à pluribus rationabiliter dubitatum fuit,
Clar.in §.homicidium,num.34.vers.scias tamen, quia
30 respondetur,quod imo se defendit cum moderamine
inculpatæ tutelæ,quia cum fuisset offensus saxis,potuit
se cum pugione defendere, ex quo aliter iniuriam re-
pellere non poterat,Grammat.consil.crimin.63.num.
2.& 3.& Clar.in d.§.homicidium,sub numer.34.post
vers.scias tamen,ibi,hinc est,præsertim quia etiam sa-
xa veniunt appellatione armorum,l.armatos, l. hi qui
ædes.§.telorum,ff.ad l.Iul.de vi publica,l.3.§.Armis,
ff.de vi,& vi armat.l.armorum,l.si Calumnietur, §. te-
lum,ff.de verbor.significat.§.qui autem,in vers. armo-
rum,instit.de interdictis,& §.item lex Cornelia. in ver.
telum,instit.de public.iudic. vltra quod licitum est se
31 defendere cum instrumento inæquali,& longè melio-
ri, & fortiori eo, quo aduersarius vtatur; vt notanter
tradit Bart.in l.1.num.7.vers.quæro in quo consistat i-
stud moderamen.C.vnde vi,quem sequitur Ias. in l. vt
vim num.10.vers.secundo in hac materia aduerte, ff.
de Inst.& Iur.& post eum Gomez.d. tomo 3. capit.3.
d.titulo de homicid.numero 22.versiculo item adde,
quod in tantum est verum,vbi diffusè prosequendo,&
declarando illud dictum Bartol.& aliorum,tenet lice-
32 re cui se defendere,cum ense,pugione, vel alio Instru-
mento ferreo,contra aduersarium habentem baculu,
vel saxum, aut simile instrumentum; vel etiam quod
magis est nihil habentem,sed solum pugno, vel manu
vacua offendere volentem; quando illa iniuria aliter
euadi non potest,in tantum;vt reppellens,etiam occi-
33 dendo,non teneatur in aliquo;& ita etiam voluit Cra-
uet.d.consil.119.numer.7.& seq.probans defensionis
causa dici factum homicidium, quando occidens fuit
prior insultatus,& percussus pugno, & ei fuisset turpè
talem percussionem sustinere,vel quando occidens e-
rat debilior corpore, quam esset occisus.sed etsi dice-
remus quod modus in dicta defensione excessus fuisset
quod tamen verum non est,nihilominus non teneretur
Dominus Iacobus ad damna, & interesse Sacchelli,
quia cum se defendendo aduersarium percusserit ad il
lius damna, & interesse non tenetur, licet modum de-
fensionis excesseris;vt est elegans dictum.Summæ An-
gelicæ in verbo,restitutio,il primo versiculo homici-
da,quod dictum refert,& sequitur Gomez.d.titulo de
homicidio, sub num.38. post versiculo iuxta quod ta-
men vtiliter,& necessario quæro,ibi,adde tamen, quod
34 si occidisset, & ex eo comprobari potest, quod cum
Sacchellus fuerit in culpa incipiendo rixam,illum vul-
nerans,non tenetur ad al quod eius damnum, ad quod
nunquam damnificans tenetur, quando damnum ha-
bet admissam culpam damnificati, Socin.consil.156.
col.fin.sub num.21. vers.postremò,lib.2. quem sequi-
tur Crauet.d.consil.119.num.11, vers. præsupposito i-
gitur. Et alij adducti per Plot.de in lit. Iurando ad l. si
quando,C.vnde vi,§.50.num.36.ver.vigesimo primo,
& ante eos omnes Angel.consil.312.in 2.dubio num. 3.
& seq.In hoc tamen non facio magnum fundamentū,
quia Gomez.vbi supra, ex mente eiusdem summæ An-
gelicæ

gelicæ subiungit verius esse, quod tali casu teneatur in
35 aliquo Iudicis Arbitrio propter excessum, licet non in
totum; quod, & ego existimo ex his, quæ supra dicta
sunt; id hoc tamen seruiret, quia dato quod condem-
nari deberet D. Iacobus non esset facienda stricta, &
scrupulosa inquisitio damnorum, & interesse Sacchel-
li. Accedat, quod debilitatio Sacchelli non fuit causata
ex vulnere, sibi per Dominum Iacobum illato, sed ex
malo eius gubernio, & mala Chirurgi cura; nam dum
ad vulnus in lecto iacebat, bibebat vinum, & habebat
quasdas vntiones in aliquibus corporis partibus, ex
quibus vino, & vnctionibus febricitabat vulneratus,
& mortuus fuisset, si diutius in illis perseuerasset, vt de-
posuit Eccellens Phisicus D. Sinibaldus Gabrielius in
veteri processu examinatus, qui vulneratum visitauit,
& ex testimonio aliorum trium Phisicorum nouissimè
examinatorum apparet, quod ex qualitate, & loco vul-
neris Sacchelli, iuxta depositionem Chirurgi, qui eius
curæ affuit, non potuit sequi debilitatio eiusdem Sac-
chelli per rationes, quas ibi allegant, cõcludẽdo, quod
ideò ipsa debilitatio sequi ex alio non potuit, quam ex
mala cura eiusdem Chirurgi, & malo ipsius Sacchelli
regimine, & gubernio; & propterea ad aliquod dam-
36 num, vel interesse respectu ipsius debilitationis nõ te-
netur vulnerans, cui non debet nocere, aut imputari
negligentia, vel malum regimen percussi, aut ignoran-
tia, seu mala cura Medici, l. qui occidit, §. fin. in fin. l. si
ex plagis, in princ. ff. ad l. Aquiliam, latissimè Blanc. in
pract. crim. in 1. parte defensio. reor. num. 110. & plu-
rimis seq. vers. quid autem non sit mortuus ex vulnere,
& latè etiam Nouell. in pract. crim. in tract. ad defen-
sam, in Rub. Homicid. quib. ex caus. a pœn. mor. excus.
num. 121. & plurib. sequent. vers. vulnerans aliquem, et
latius, & melius in eodem tract. in Rub. de excus. a reo
faciend. num. 11. & seq. vers. Iuridica, & num. 28. & 29.
vers. legalis, & Iuridica, similiter Gomez. d. tit. de Ho-
micid. num. 28. versic. tertius casus, & Clar. in d. §. ho-
37 micidium, num. 42. vers. quandoque etiam solet, con-
stat enim quod, vbi quæritur an mors, vel debilitatio
membri, vel quid simile processerit ex vulnere, an ve-
rò ex mala ratione victus vulnerati, vel mala cura me-
delam parantis, statur Iudicio medicorum, vt in Arte
peritorum; vt multum diffusè tradit Blanc. in d. 1. part.
defens. reorum, nu. 70. & quampluribus seq. vers. ante-
quam deueniam, & habetur per Gomez. d. tit. de ho-
micid. num. 28. vers. tertius casus, per Nouel. in d. Ru-
br. de excusat. a reo faciend. num. 12. post vers. Iuridi-
ca, & latius num. 28. & 29. vers. legalis, & iuridica si-
militer, & per Clar. alios referentem, in d. §. homicidiũ
num. 43. vers. scias autem, quod in hoc. Nec dicatur
quod ipsi tres Phisici deponentes contra depositionẽ
38 Chirurgi non probant, quantum facit ipse Chirurgus,
cum ille semper curauerit vulnus, ipsi verò nunquam
infirmum visitauerint, quia dicitur, quod, ex quo cer-
tificati fuerunt de loco, & qualitate vulneris ex fide
eiusdem Chirurgi, non minus probant, quam si eidem
curæ cum eo affuissent; vt notat Blanc. in loco allega-
to, sub num. 83. vers. extende, vt istud habeat locum,
post Cępol. cons. crim. 61. num. 8. vers. item quod non
fuerit mortalis; imo etiam quod non essent examinati
illi Domini Phisici contra testificationem Chirurgi,
non tamen ex eius solo dicto probatum diceretur de-
bilitationem ex vulnere processisse, cum tempore di-
ctæ curæ affuerint, & de præsenti adsint in hac terra
quamplures Medici, & Chirurgi longè peritiores ipso,
qui super hoc deponere potuissent, & possent; quia v-
bi in similibus plures periti haberi possunt, vnus non
sufficit; vt tenent Blanc. loco allegato, n. 88. ver. quæro
quoque, Gomez. in d. tit. de homicid. n. 28. vers. tertius
casus, & Cla. in d. §. homicidium, sub n. 43. post dictum
vers. & scias quod in hoc, ibi, item intellige, dicens esse
communem opinionem Doctorum: ex quare etiam
arguitur negligentia, & culpa Sacchelli, qui ad curam
vocare debuit peritiores dicto Chirurgo, cum ades-
sent plures, vt est probatum, & non solum ipsum Chi-
rurgum ignarum, & qui alias ab Excellentissimo Sena-
tu Mediolani condemnatus fuit in exilium ob malam
curam erga quemdam Pontremulensem, quem ad
mortem eius ignorantia conduxit, teste Claro in §. ho-
micidium, nu. 17. vers. item Medicus, vnde sibi imputet
Sacchellus, & non vulneranti, si ex eius mala ratione
victus, & mala cura, & ignorantia Chirurgi debilitatus
remansit; quia vt supra est dictum, Hæc Domino Ia-
cobo nocere non debent; nam satis est ad excusandum
Dominum Iacobum, quod constet ex vulnere non po-
tuisse sequi debilitationem, quia licet postea ex aliqua
causa ea sequatur, ipse ex ea non tenetur, quemadmo-
dum, & vulnus a principio non mortale, & ex post fa-
40 cto factum mortale ex aliqua superueniente causa nõ
nocet vulneranti; vt notat Cępol. d. cons. 61. num. 10.
in 2. dub. & post eum Blanc. in loco sæpius citato, nu.
127. vers. verum, quia; & maximè, cum hoc casu, causa
superuenerit ex negligentia, culpa, & defectu ipsius
vulnerati, vt ex supradictis apparet; & vbi etiam fate-
remur dictum illud Chirurgi aliquam facere fidem pro
Sacchello, tamen eius depositio parum faceret, quia
41 esset standum nostris testibus pluribus numero, & pe-
ritioribus in arte Medicinæ, & Chirurgiæ, qui contra-
rium deponunt, Blanc. loco allegato, nu. 91. vers. quod
modo si plures, & Cępol. d. cons. 61. num. 21. vers. & in
quantum discordarent, & quamuis ex præmissis appa-
reat non esse vlterius quicquam disputandum super
partitis ipsorum damnorum, & interesse Sacchelli, de
quibus in eius requisitione, & Capitulis; cum ad ea nõ
teneatur Dominus Iacobus; tamen ad abundantiorem
cautelam aliqua super ipsis attingam.

42 Et ad rem deueniendo dico, quod testes pro Sac-
chello recepti non probant eius intentionem, & nullã
fidem faciunt, nulla existente eorum receptione, vti
facta coram Iudice in competente causarum crimina-
lium, cum causa esset coram Iudice Ciuili, & ad Tri-
bunal Ciuile tractanda, quia erat ciuilis actio, vt infra
ostendam; ita in terminis concludit Crauet. cons. 2. nu.
7. vers. quinto dico, post Bart. in l. 2. ad fine, C. de nau-
frag. lib. 11. & Ias. in l. 2. colum. 5. post medium, versic.
secundo moueor, ff. de iurisdict. omnium iudic. & ex
43 eo patet, quod nec Notarij deputati ad causas crimi-
nales possunt scribere acta ciuilia, nec è contra, depu-
tati ad causas ciuiles possunt scribere acta crimina-
lia, propter commistionem officiorum, quæ est prohi-
bita; vt determinat Angel. in l. duos num. 2. ver. in tex-
tu, C. de susceptor. lib. 10. per illum text. & alia iura ibi
per eum allegata in lecturis Bart. per modum additio-
nis ad dicta per ipsum Bart. ibi, idem colligitur ex Bal.
in l. repetita. num. 2. C. de Episcop. & cleric. & cons.
137. in fin. nu. 3. lib. 3. Quod autem esset ciuilis actio
44 patet, quia ex quocunque crimine publico duplex ori-
tur actio, vna criminalis ad vindictam, altera ciuilis
in factum ad interesse, & damnum parti applicandum,
l. qui nomine. ff. ad l. Cornel. de fals. & ibi etiam glos.
& Scri-

& Scribentes, latè Gomez.d.tomo 3.de delict.capit.3.
tit.de homicid.num.87.versic. item etiam principaliter
quęro, vbi ad hęc alia iura, & authoritates adducit:
& licet delictum, cuius causa agitur, non sit publicum,
sed priuatum; tamen ex eadem ratione dicendum est,
quod, & ex eo duplex oriatur actio, vna criminalis pro
vindicta, altera ciuilis pro damno, & interesse partis: vt
est text.in l.item apud Labeonem, §. si quis seruo verberato.ff.de
iniur.& ibi etiam gl.& Doctores, & bene
etiam probatur in l.sed, & si quemcunque, §.iniuriam,
ff.ad l.Aquil.& copiosè hoc tradit Gomez.tomo allegato,
c.6.tit.de Iniuria, num.9.versic.item adde quod
modo offensus, vbi alia iura, & authoritates adducit,
ex alio etiam non probant testes Sacchelli; nam pri-
45 mo loco recepti super expositione, & requisitione Sac-
chelli non deponũt super cõtẽtis in dicta requisitione,
sed super diuersis; nam cum deduxisset Sacchellus se e-
xercuisse artem sutorię, ipsi testes deposuerũt de Arte
Calcęolariæ, nullam de Arte sutorię facientes mentio-
nem, ob quod nullam fidem facere debẽt, vti extra ar-
ticulos deponentes, Ias.in l.1.num.44.vers.in glos.ibi,
dum dicit ex re, Rip. num.22.vers.gl. prima diuiditur
in duas partes, ff.si cert.pet. & secundo loco recepti
46 super capitulis a dicto Sacchello productis fuerunt e-
xaminati, omissis pro maiori parte per Iudicem inter-
rogatorijs Domini Iacobi in actis realiter productis,
ex qua ommissione, Inualida redditur examinatio, nul-
la data testibus fide; vt habetur per Rip.in d.l.1.n.39.
vers.excussa principali conclusione Bar. ff. si cert.pe-
tat.& fuerunt etiam examinati partim ad probandum
iam deducta in dicta requisitione Sacchelli, super qui-
bus iam erant recepti, & publicati testęs, & eorum di-
dicta testificata; & partim ad probandum iam deposi-
ta per dictos Testes super dicta requisitione extra cõ-
tenta in ea, ob quod vti suspecti de subornatione, &
falso, nullam de iure probationem facere possunt, per
text.notabilem in Clem.2.de testib.& alia, quę ad hoc
propositum congerit Ant.Gabriel, lib.1.comun.opin.
tit.de testib.concl.21.col.1.& 2.Præterea ex ipsis Te-
stibus a Sacchello examinatis non est aliquis, qui con-
cludenter deducta in eius requisitione, vel capitulis
probet, quisque enim deponit de Auditu alieno, vel de
eius credulitate, vel de eius Iudicio, vel nõ reddit cau-
sam legitimam eius dicti, vel est singularis in sua depo-
sitione, aut varius, & sibi parum coustansitmo, & dictũ
vnius in pluribus ex dicto Alterius destruitur, adeo
quod quilibet rectus, & discretus Iudex cognoscere
potest ex sola ipsorum testium lectura, nullam eis præ-
standam esse fidem, & maximè cum ex testibus nostris
elisa sint omnia resultantia ex probationibus dicti Sac-
chelli, & probatum optimè fuerit, quod nullum peni-
tus damnum, aut interesse prætendere potest Sacchel-
lus ex eius debilitatione, quoad exercitum artium ali-
47 quarum, aut militię, nec quoad venditionem eius bo-
norum, & personas ei seruientium, quia tempore vul-
neris omnes artes, si quas prius aliquo tempore exer-
cuisset, deseruerat, & solum incumbebat hospitio, pro-
ut ante fecerat, & de pręsenti etiam facit, & comodè
de cetero facere poterit; ex cuius hospitij causa tenuit
personas ei seruientes, prout, & in futurum eum tene-
re oportebit, si eidem exercitio vacare voluerit, & si-
ne quibus personis seruientibus, hospitium non exer-
cendo, commodè stare potuit retroactis temporibus,
& in posterum poterit: iuxta in istis terminis notata
per Crauet.d.cons.119.in fine, vers.hęc tamen de Cul-
pa defuncti. Et si multa ex eius bonis vendidit, id vo-
lũtariè, & vtilitatis eius gratia, vt scilicet maiores fru-
ctus inde perciperet, & non ex necessitate a debilita-
tione causata, fecit; cum præsertim modicam semper
habuerit familiam, quam sustinere poterat ex redditi-
bus eius bonorum immobiliũ; hęc enim probatio Do-
48 mini Iacobi, vti potentior, & magis clara, & certa prę-
ualet probationi Sacchelli minus potenti, minusque
claræ, & certæ, illamque confundit; vt latè tradit Cra-
uet.cons.6.plura, num.50.vers.4.respondeo, & n.66.
vers. præterea pro accusato, & cons.73.dicendum,
num.41.vers.rursus maximè, est autem potentior vti
plurium, & magis dignorũ testium depositionibus ful-
cita ad fauorem rei, qui etiam pauciores, & minus di-
gni pręferuntur pluribus, & dignioribus pro actorę de-
ponentibus, Porti.lib.2.comm.opin.conclus.24.in 1.
limit.& concl.25.in 1.& 2.ampliat.& Anton.Gabrie.
alios referens d.tit.de testibus, concl.4.num.34.& 37.
vers.vndecimo infertur, & vers.secundo amplia, &
num.44.& 46.vers.duodecimo infertur, & ver.secun-
do amplia, Vnde multò magis præferri debent cum
sint plures, & digniores, qui solent regulariter paucio-
ribus, & minus dignis præferri, l.ob carmen, §.si testes,
& ibi glos.ff.de testib. Port.d.lib.2. conclus.26. & An-
ton.Gabriel.d.conclusion.4. num.5. vers.decimo ter-
tio infertur. Nec potest Sacchellus agere pro expensis
quas asserit fecisse in diuersorijs, & viaticis, & in eundo
ad Balneos Lucæ, in eis stando, & inde redeundo, quia
49 dicitur, quod, quando aliquis tenetur alicui ad reficien-
das expensas, intelligitur solum teneri ad necessarias,
& vtiles, non autem ad voluntarias, & superfluas; vt
concludit Abbas concordantes allegans in cap. finem
sub num.28.& 29.de dol.& contumac, vnde licet ap-
pareret Sacchellum ad Balneos ex causa vulneris ac-
cessisse, cum tamen non appareat id ipsum ex Consi-
lio Medicorum, & in arte peritorum fecisse, non erit
locus recuperationi expensarum in eam causam ero-
gatarum; & idem dicitur de expensis, quas dicit fecisse
idem Sacchellus in diuersorijs, & viaticis, & in eundo
pluribus vicibus Mediolanum, & ibi stando, & inde re-
deundo; quia, & hę impensæ fuerunt superfluę, & me-
rè voluntariæ, & nullo modo necessariæ, & vtiles, cum
Iudicium hic Pontremuli ventillaretur, & non esset o-
pus recurrere ad Senatum Excellentissimum; & quan-
do etiam fuisset opus, non debebat ipse illuc accedere,
sed nuntium peditem ad aliquem causidicum destina-
re, pro obtinendo remedio, quo indigere arbitrabatur,
quæ tamen dicta sint ex superabundanti cautela, cum
ex superius dictis plusquam manifestè pateat non tene-
ri Dominum Iacobum ad aliqua damna, aut interesse
Sacchelli Anno 1573. Pontremuli.

Fuit ex ordine Excellentissimi Senatus Mediolani
condemnatus D.Iacobus in scutis tercentũ pro omni-
bus expensis damnis, & interesse Sacchelli, præteritis,
& futuris, re prius, respectu taxationis, discussa coram
Perillustri D.Sigismundo Piccinardo Cremonensis Iu-
re Consulto optimo, & integerrimo, amplissimi illius
ordinis Senatore, & nunquam satis laudato viro, & Il-
lustri D. Annibale Cruceio dicti Senatus Meritissimo
Secretario, ab ipso Senatu Excellentissimo deputatis.

EPITOME.

Quod tempus concessum bannito permanendi in loco banni his verbis, vel similibus: per quindecim dies proximè venturos, dicitur esse continuum, & currit de momento ad momentum etiam quod de dicta cōmissione, iam transacta parte dicti temporis, notitiam habuerit bānitus, ita quod non potest in loco permisso commorari, nisi per illud tempus solum modo, quod ab habita salui conductus notitiam superest ad complendum dictos dies quindecim, & si vlterius in ipso loco permaneret, concessio sibi non suffragaretur, & pro bannito non assicurato haberetur, & tamquam talis impunè offendi posset, ac si nullum vnquam saluum conductum obtinuisset, quod iuribus, rationibus, & authoritatibus comprobatur.

SVMMARIA.

1 *Tempus concessum bannito permanendi in aliquo loco, an incipiat currere a die datæ, vel a die habitæ notitiæ.*
2 *Tempus salui conductus intelligitur continuum, & currit de momento ad momentum.*
3 *Tempus siue sit datum à Iudice, siue a Principe dicitur esse continuum.*
4 *Dictio, proximè, designat extremitatem principij temporis, & num. 7.*
5 *Tempus compromissi dicitur continuum, & incipit currere ab ipso puncto facti compromissi, & n. 6.*
7 *Tempus simpliciter prolatum, intelligitur de immediato.*
8 *Tempus compromissi, regulariter incipit currere a die acceptationis, nisi aliter sit dictum.*
9 *Proximus est, quem nemo antecedit.*
10 *Tempus quando est certum, & praefixum, cessat omnis interpretatio.*
11 *Terminus, quando est assignatus per dictiones, hinc, vel ab hinc, dies termini computatur in termino, et currit de momento ad momentum.*
12 *Concessio limitata ad certum tempus, eo elapso, continet contrariam dispositionem.*
13 *Concessum ad tempus, post illud prohibitum censetur.*
14 *Prohibitum ad tempus post illud intelligitur permissum.*
15 *Alienans post tempus sibi concessum a Domino directo, amittit ius suum, tamquam alienans sine licentia ipsius Domini directi.*
16 *Consanguinei, post elapsum tempus ad retrahendum rem venditam, amplius non admittuntur.*
17 *Statutum permittens inquirere de maleficio infra certum tempus, censetur post illud prohibere.*
18 *Procurator constitutus ad certum tempus, tempore lapso, expirat eius officium.*
19 *Priuilegium finitur, finito tempore priuilegij.*
20 *Condemnatus ad certum tempus, post illud a pœna eximitur.*
21 *Relegatus ad tempus, eo finito, absque licentia redire potest.*

CASVS CC. XXXXVIII.

1 Concesso cuidam bannito saluo conductu permanendi in loco, a quo bannitus erat per quindecim dies proximè futuros, & transmisso ad eundem bannitum dicto saluo conductu, iam lapsis quinque diebus, postquam is concessus fuerat, quærebatur an quindecim dies intelligerentur currere a die ipsius concessi salui conductus, an verò a tempore illius habitæ per bannitum notitiæ; In qua dubietate putaui tempus incepisse currere ab ipsa data salui conductus, & non ab habita notitia, ita vt si vltra terminum concessum commoraretur bannitus in loco banni, posset impunè offendi, quem ad modum potuisset, si saluus conductus ei non datus fuisset.

2 Quod enim quindecim dies inceperint currere ab ipsa concessione, ex eo constat, quod dictum tempus intelligitur continuum, & currit de momento ad momentum: vt est tex. in l. 3. §. Minorem, ff. de minor. 25. ann. gl. in Rub. ff. de diuers. & temp. præscritp. quam ibi sequitur Bart. Angel. cons. 404. in princ. & numero 2. Barbat. cons. 50. sub num. 2. versic. & si dicatur, quod tempus, & rursus vers. facit ad hoc quod voluit, lib. 2. & Tiraquel. alios referens in tract. de retrac. lignag. §. 1. gl. 11. nu. 21. vers. nam tempus, & est regulare, quod omne tempus datum a Iudice, vel a Principe dicitur
3 esse continuum, Bald. consil. 71. quando tempus, libro 3. Afflict. decis. 73. sub num. 7. vers. præterea omne tēpus, Paris. cons. 37. num. 26. lib. 3. Bard. in tract. de tempor. vtil. & contin. cap. 3. num. 9. & cap. 8. numer. 1. & 4. & absque dubio quando statuitur ad id quod omni tempore fieri potest, vt in præsenti casu ex dictis per Bald. d. cons. 71. circa medium, vers. & ideò considerandum est, lib. 3. vltra quod cessat omnis difficultas ex salui conductus verbis, quæ loquuntur de quindecim
4 diebus, proximè futuris, nam dictio illa, proximè, designat extremitatem principij temporis; vt in terminis resoluit Bald. cons. 246. proponitur, quod dictum compromissum libro 5. quod est illud met consilium, quod allegare voluit Afflict. d. decisione 73. num. 8. vbi dicit,
5 quod facto compromisso, duraturo per 30. dies proximè sequuturos, tempus computandum est de momento ad momentum duabus potissimis rationibus, prima quia quando nihil apparet aliud actum inter partes, statim incipit dies, qui semper currit de momento ad momentum, si verba patiuntur: vt notatur in Auth. hodie, C. de appellation. Secunda, quia tempus debet in-
7 telligi de tempore immediato, per leg. cum qui kalendis, ff. de verbor. obligation. quod maximè procedere inquit propter verbum, proximè, quod designat extremitatem primi temporis, vt cum dicimus, iste est proximus pubertati: iuxta notat. in §. pupillus, instit. de inutilib. stipulation. Ad idem adduco Ang. d. cons. 404. nu. 3. vers. in contrarium facit, & numero 54. vers. nc. concludo, vbi loquens in compromisso, cum termino ad laudandum, hinc, & infra octo dies, proximè venturos, vult tempus cepisse currere ab ipso puncto facti compromissi, & finiri, elapsis singulis momentis illorū octo dierum: idem notauit sequendo ipsos Bal. & Angel. in dictis locis, Magon. decis. Florent. 8. num. 17. & 18. Idem quoque voluit Sozzin. cons. 87. num. 1. & sequ. lib. 4. vbi inquit, quod etsi tempus compromissi regulariter non currat, nisi a die acceptationis, tamen quando dictum est, hinc ad dies quindecim proximè sequuturos, incipit currere ab illo puncto, & bene
9 quia proximum dicimus id, quod a nullo præceditur, l. 2. §. hæreditas, & l. legitima, ff. de suis, & legitimis, l. 1. §. proximus, ff. vnde cognati, & lege proximus, ff. de verbor. significat. & quod nullum admittit medium inter duo extrema; vt ostendit Tiraquel. in d. tract. de retract. lignag. §. 11. gl. 1. num. 1. & seq. & cum ex prædictis videamur esse in claris, non videtur vlterius quærendum, quia vbi tempus est certum, & præfixum, cessat
10 omnis

omnis interpretatio : vt per Sozzin.conf.39.num.40.
versic.quiato confirmatur,lib 4.volentem,quod compromissum curat,antequam sit acceptatum, quando
terminus præfixus est, non ad numerum dierum, sed
ad certam diem, puta, intra festa Pascalia; sequitur
Blanc.in tract. de compromiss.in 1.quæstione princip.
num.34.in fin. & dicit generaliter Tiraquell.multa iura adducens in d.tract. de retract.lignag.§.1. glos.11.
11 nu.23.vers.igitur, quod quando terminus est assignatus per huiusmodi dictiones,hinc, vel ab hinc, semper
dies termini computatur in termino, & currit de momento ad momentum, & idem inquit num.24.vers.secundo limita quando statuitur terminus ab actu ipso,
& non a die actus.

Cum itaque dicti quindecim dies cōtinui sint, & de
momento ad momentum currant, & illi quinque dies
ante habitam salui conductus notitiā in termino quindecim computentur,& dies decē tantúmodo banito
remaneant,ad cōmorandum in loco banni, consequēs
est, quod, si vltra dictum tempus dierum decem, ibi
moram traheret,saluo conductu non frueretur, sed ac
si illum non habuisset,impunè,tanquam bannitus non
assecuratus,offendi posset:& sibi imputādum esset,cur
diutius permansisset, quam sibi concessa facultas permitteret;quia concessio limitata ad certum tempus,eo
12 elapso,continet contrariam dispositionem,l.fratres,ff.
de pœn.Dec.conf.61.num 4.Tiraq.in tract.de retract.conuention.§.1.glos.2.nu.47.vers.ex quo dicit Baldus, & concessum ad tempus, post illud prohibitum
13 censetur,l.si vnus,§.1.& ibi Bald.& l.Epistola,§.fin.&
ibi Castr.ff.de pact.Tiraq.d.§.1.d.glos.2.num.46.ver-
14 siculo preterea emptor.sicuti è conuerso prohibitum
ad tempus post illud intelligitur esse permissum l. Imperator.ff.de postulan,& tradit Tiraq.in d.§.1. glo.2.
num.48.vers.nam,& è diuerso;& facit dictum Speculatoris in titul.de locat.§.nunc aliqua,seù titul.de Emphyteusi,in princ. num.121. vers.nonagesimo nono,
15 quæritur,vbi dicit, quod alienans post tempus, sibi
concessum à Domino directo, amittit ius suum tamquam alienans sine licentia ipsius Domini directi, Sequitur Corbol.alios referens in tract. de caus. ex quib.
emphyteut.iur.suo priuat.titul.de caus.priuat.ob alienat.amplia.7.nu.1. & seq.Sic,& si ex statuto datum sit
16 certum tempus consanguineis ad retrahendum rem
venditam,offerendo pretium, non potuerunt consanguinei,post illud tempus,retrahere,Castrens.conf.351.
in toto,& conf.430.itē in toto,lib.2.Tiraq.in d. tract.
17 de retract.lignag.§.1.glos.10. num.19.vers. sed cum
nostra : & eodem modo si statutum permittat inquiri
infra certum tempus, censetur post illud prohibere,
ideoque inquisitio postea facta erit ipso Iure nulla Bartol.consil.100.à Domino Cino de Bononia, in 2. du-
18 bio,lib.1.similiter si procurator constitutus sit ad certum tempus, post illud expirat eius officiū, nec admittitur volens prosequi,etiam si litem fuerit prosequtus
Bart.in l.1.§.fin.ff.de procurat. numero 4. & ibidem
ante eum Iacob. de Aret. sequitur Corbol.d. ampliat.
7.sub num.2.& ante eum Castrens.conf.104,col.2.nu.
2,lib.1.addens,hoc procedere, etiam si velit aduersarius;& magis in terminis nostris facit Bald.in leg. cum
anterioribus,col.2.num.5.versic.item nota quod ille,
C.de tempor.appellat.vbi ait, quod ille, qui errat
in calculo temporis, debet sibi imputare, inferens ex
hoc quod banniti,quibus datus est certus terminus,debent prouidere ne tempus labatur, quia postea remedium frustra intentarent; vnde dicit idem Bald.consil.
142.col.1.lib.2.quod finito tempore priuilegij,finitur
19 priuilegium;sequitur Corbol.d.ampliat.7,num.3. Afflict.etiam decis.73.num.3.& seq.vsque ad finem, latè
insistēs,multis Iuribus,& exemplis probat, quod quādo tempus est taxatum ad aliquid faciendum,eo lapso
amplius implementum sequi non potest, etiam fauore
libertatis; per test.Clarum in lege Thais, §. intra
certa tempora, ff.de fideicommiss.libertat. & in l. Stico,§.Titius,ff.de statu liberis,de quo meminit Corbol.
in d.ampliat.7.num.4.post Tiraq.d.glos.2. sub nu.47.
ad finem,sic,& è cōtra condemnatus ad certum tem-
20 pus,post illud à pœna eximitur,l.fratres, ff. de pœn.&
tradit Tiraq. d.§.1.d.glos.2.sub num.48.versic.nam,
21 & è diuerso. Et relegatus ad certum tempus,eo finito,
potest redire absque alia licentia superioris, vt post
Bald.& alios notat Decius consilio 61.num.4. vers. Sed
adeo.

E P I T O M E.

De statutis in multis partibus Italiæ vigentibus, quod pro delicto filij,capi possit legitima ei debita in bonis patris viuentis, seu quod Pater teneatur soluere condemnationem filij, vsque ad legitimam, an valeant, & quomodo intelligantur,& an procedant,quando filius est condemnatus in contumaciam, vel deliquit extra territorium statuentium,vel non est legitimus,sed spurius,vel naturalis tantum,vel extat nepos ex filio delinquente,vel qui deliquit non est filius, sed nepos ex filio prædefuncto; & quod tempus sit considerandum in ipsa legitima discernenda,an scilicet delicti, vel accusationis, vel sententiæ, si interim patrimonium sit auctum,vel diminutum,& quid si filius sit soluendo,& de repetitione soluti per partē, & de pluribus aliis in hac materia vtilibus,& necessariis,

S V M M A R I A.

1 *Statutum,quod pro delicto filij capi possit legitima, ei debita,in bonis patris viuentis, vel quod pater teneatur soluere condemnationem pro filio, vsque ad legitimam, validum est,licet sit contra ius commune,& iniquum, & iniustum,num 3.*

2 *Nemo odio alterius prægrauari debet.*

3 *Delicta tenere debent suos Authores.*

Pater de iure pro delicto filij non obligatur,ibid.

4 *Statutum,quod pro delicto filij capi possit legitima, ei debita in bonis patris, an habeat locum, quando filius fuit in contumaciam condemnatus; præsertim, stante altero statuto,quod contumax habeatur pro confesso, & numero 5.*

5 *Confessio ficta non egreditur personam contumacis.*

6 *Statutum dictans,quod pater teneatur soluere condemnationem pro delicto filij, habet locum,etiam si filius sit ob contumaciam condemnatus.*

7 *Pater, virtute statuti,obligatus soluere condemnationem pro delicto filij,dicitur a statuto factus fideiussor de iudicatum soluendo.*

8 *Pater, ex statuto obligatus soluere condemnationem pro delicto filij,admittitur ante sententiam ad probandum innocentiam filij,etiam contra eius confessionem.*

9 *Statutum prædictum,an habeat locum,quando filius deliquit extra territorium.*

10 *Statutum disponens circa delicta subditorum, non extendit vires extra prouinciam.*

Delicta, extra territorium commissa, puniuntur secundum ius commune, ibid.
12 *Ius commune, non obligat patrem, pro condemnatione filij.*
13 *Pater, vigore prædicti statuti, an teneatur pro delicto filij forensis.*
14 *Statuta respicientia personam subditi, quando sunt odiosa non adstringunt subditum extra territorium.*
15 *Statutum Perusij, quod, qui offenderit Perusinum in quacunque parte Mundi, possit puniri Perusij, non valet.*
16 *Statutum volens, quod contumax habeatur pro confesso, non comprahendit delinquentem extra territorium.*
17 *Pater, stante statuto, quod teneatur ad condemnationem filij, non obligatur pro filio spurio, seu bastardo.*
18 *Filij appellatione non venit bastardus.*
19 *Filius bastardus, non est de agnatione, nec de Domo, nec insignia Domus portare potest.*
Insignia alicuius Domus portare, est honor, ibid.
20 *Spurius non debet filius nominari.*
21 *Statutum prædictum, loquens de condemnatione filij, an extendatur ad nepotem ex filio.*
22 *Statuta contra ius naturale, non recipiunt interpretationem extensiuam.*
23 *Statutum prædictum loquens de legitima filij, an habeat locum, quando ex filio condemnato extant nepotes.*
24 *Statutum mandans omnia bona publicari, intelligitur nisi ex delinquente filij extent.*
25 *Bona ex dispositione iuris communis non confiscantur, quando ex delinquente extant filij.*
26 *Legitima, quando ex dispositione statuti est publicanda, an æstimanda sit secundum tempus delicti, an verò accusationis, vel sententiæ, & num. 30.*
27 *Posito vno inconuenienti sequitur, & aliud.*
28 *Statutum vbi non diffinit, difficile erit diffinire.*
29 *Subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
30 *Filius non potest petere augmentum legitimæ, quando in legitima tempus mortis consideratur.*
31 *Statutum quod pater teneatur soluere condemnationem pro delicto filij, an procedat quando filius est soluendo, & ab eo pœna exigi potest.*
32 *Pater, consentiendo filium exercere aliquod officium, tenetur, vti fideiussor pro filio.*
33 *Consensus paternus, quando obligationem inducit, limitatur secundum ius commune.*
34 *Fideiussor non potest conueniri, nisi facta excussione bonorum principalis.*
35 *Sententia lata contra filium, notificanda est patri, quando contra patrem potest executioni demandari.*
36 *Pater, soluere coactus pro filio, potest, habito regressu, a filio repetere.*
Secus si soluisset, tamquam de re filij, ibid.
37 *Solutio, quæ omnimodo facienda est, si non expectata executione Curiæ facta sit, nihilominus repeti potest à soluente.*
38 *Solutum a patre pro condemnatione filij, imputatur filio in partem.*
39 *Pater obligatus vigore statuti soluere gabellam, vel condemnationem pro filio, an teneatur ad pœnam quantiplurium vel aliam a statuto prouenientem.*
40 *Maritus non soluens gabellam pro dote in tempore, tenetur ad pœnam ex statutis gabellarum impositam.*
41 *Pater non potest per statutum obligari in Trebellianica pro delicto filij.*
42 *Hæreditatem viuentis petere minimè licet.*

CASVS CC. XXXXX.

1 EXstant in plerisque locis statuta, quibus cauetur; quod pro delicto filij capi possit legitima ei debita in bonis patris viuentis, seu quod pater teneatur soluere cōdemnationem filij vsque ad legitimam; quæ quidem statuta valida sunt, glos. in Rubr. C. de Decret. decur. lib. 10. Bald. in l. 1. num. 8. C. ne filius pro patre, vel pater pro filio, Sozin. cons. 31. num. 17. lib. 1. cons. 271. nu. 1. lib. 1. Ias. in Authen. nouissima, num. 8. C. de inoffic. testam. & in §. actiones autem, num. 70. & sequent. Instit. de Action. Clar. in pract. crim. q. 86. num. 8. vers. valebit igitur, vbi post Alex. Sozin. Marsil. Gomez. Didac. & Viuium per eum allegatos, dicit hanc esse communem Doctorum opinionem, & in practica seruari. Sequitur Surd. Decis. Mantua. 314. n. 1. & preter eos Bald. in l. lex Cornelia, ff. de vulgar. & pupill. col. 2. num. 3. in vers. sed glos. ordinaria, Salycet. in l. 3. num. 1. C. ne filius pro patre, vel pater pro filio, Alber. de Rosat. in tract. de Statut. lib. 1. q. 47. 49. & 52. vbique in princ. Nell. in tract. de bannit. in 1. part. secundi temporis, q. 33. in fin. vers. licet tamen, Marsil. in l. infans, num. 17. versic. contrariam tamen partem, & numer. 35. & 36. vers. circa octauum, ff. de Sicarijs, Roman. in l. si filio familias, la 2. num. 27. vers. quo ad vltimum, ff. solut. matrimon. vbi rationem adducit, vt scilicet pater timore pœnæ per ipsum soluendæ, diligentiorem curam habeat de filio, vt in bono, non in malo
2 versetur; quam rationem etiam adducit Ruin. cons. 8. n. 1. & 2. lib. 5. vbi etiā aliam addit, quod scilicet filius magis se abstinebit à malo. Est tamen tale statutum contra Ius commune, quo nemo debet odio alterius prægrauari, l. si quis in suo, C. de inoffic. testam. l. non debet alteri, ff. de reg. iur. & delicta debent tenere suos
3 Authores, & nō alios l. sancimus, C. de pœn. Nec pater de Iure pro filio tenetur, vt in Rubr. & toto titul. C. ne filius pro patre, vel pater pro filio, & C. de fil. famil. & quemad. pro his pater teneatur. lib. 10. vnde dixit Cynus relatus per Surd. statim citandus, quod tale statutū sapit turpitudinem, & procedit potius de absoluta potestate, quam de Iure, & Bald. in l. si qua pœna, num. 4. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. quod substinetur non ex causa aliqua, sed ex authoritate, quæ sola præualet in statutis, & in se cunda lectura, num. 2. quod est contra bonum, & æquum, & idem Bald. in d. l. lex Cornelia, num. 3. ff. de vulgar. & pupill. quod sapit tirannidem, & iniustissimum illud appellat Surdus prædictos Doctores referens in sua eleganti Decision. Mantuan. 167. nu. 15. & seq. vers. & vltra rationes prædictas, & Decis. 314. n. 7. vers. & in summa facit, inferens preterea, quod tamquam tale restringi debet, quantum fieri potest, & interpretari, vt Ius commune lædat quanto minus fieri potest, vt summus illius rigor euitetur, vel aliquo modo temperetur, nec disentit Sozin. d. cōs. 31. n. 18. lib. 1. & d. cons. 271. sub n. 8. lib. 2. & Corne. cons. 97. nu. 4. lib. 4.

Vnde de pluribus circa talium statutorum dispositionem in facti contingentia dubitari vidi: & primo, an
4 dictum statutum locum habeat contra patrem, quādo filius non comparuit ad se defendendum, sed cōtumax fuit, & in eius contumaciam, tāquam de delicto, de quo erat imputatus, fuit condemnatus vigore alterius statuti,

tuti, quo contumax habetur pro confesso, & condem-
nato: in qua quæstione Bartol. consil. 116. statuto Peru-
sinæ Ciuitatis cauetur, per totum, lib. 1. & in l. cum filius
famil. n. 4. ff. de verb. obligat. cum quo transeunt com-
muniter Doct. vt dicit Ias. in eadem l. cum filius famil.
num. 18. & testatur etiam Sozzin. consil. 57. sub numer.
10. vers. confirmatur quia, lib. 3. tenet, quod pater tunc
non teneatur, & quod tantummodo ex dicto statuto
obligatur, quando filius per veras probationes fuit cō-
uinctus; quam opinionem sequutus est, Clar. dict. q. 86.
num. 9. vers. sed quæro nunquid hoc statutum. Idem te-
nuerunt Alberic. de Rosat. latæ insistens, dict. quæstio.
52. & lib. 3. q. 25. & Nellus. Itidem multa dicens in d. t.
part. secundi tempor. q. 34. Roman. consil. 154. nume.
5. vers. tertio posito, Mars. cons. 82. num. 13. & 14. vers.
& faciunt, Abb. consil. 66. num. 1. & 2. lib. 2. Cotta Me-
moral. verbo, pater obligatus, post principium, Imola
& Alexan. in eadem, lege cum filius famil. & in l. co-
gnitione, in fin. ff. ad Senat. Consult. Syllan. Corne. con-
sil. 143. lib. 2. cons. 21 t. num. 6. & 7. vers. & quod sen-
tentia, lib. 3. & cons. 281. num. 7. lib. 4. ea ratione, quia
5 ficta confessio non egreditur personam contumacis, l.
eius qui delatorem, ff. de Iure fisci, & ibi Bartol. & alij
Doctores. Quæ quidem opinio in terminis quęstionis
nostræ admittenda esset, si statutum loqueretur per
verba primo loco in proposita quæstione relata, quia
mandaret, quod pro delicto filij capi posset legitima
sibi debita in bonis patris viuentis, quia tunc ad hoc, vt
pater teneretur, opus esset constare de eius delicto
verè, nec sufficeret ficta illius confessio, & ita lo-
6 quuntur pręallegati Doctores. Sed si statutum loque-
retur per verba secundo loco in ipsa quæstione relata,
quæ respiciunt condemnationem, quia vellet patrem
tenere soluere condemnationem filij vsque ad eius le-
gitimam, tunc nō procederet pręcdicta opinio Docto-
rum, imo pater eo casu teneretur soluere condēnatio-
nem factam contra filium, etiam contumacem; vt vo-
luit Bar. in d. l. cum filius famil. num. 3. & est distinctio
communis secundum Felyn. in c. cum Bertoldus, num.
2. de re iudicata, quem refert, Boss. in pract. crim. tit. de
Carcerato fideiuss. relaxando, nu. 50. ad fin. post versic.
quæro etiam, & sequitur Clar. d. quæst. 86. sub num. 9.
vers. sed quæro nunquid hoc statutum, circa medium,
& vltra prędictos eandem distinctionem amplectuntur
Romanus in l. si filio familias la 1. quæstione 5. nu. 34.
ff. soluto matrimonio, & Salycet. in d. l. 3. numer. 3. q. 3.
per totam, C. ne filius pro patre, vel pater pro filio,
Marsil. in d. leg. infans, numero 23. & sequent. versic.
tertio dicit, ff. de Sycar. & sentit Bald. in d. l. 1. in texta
quæst. num. 12. & seq. Corne. cons. 79. num. 1. & seqq.
lib. 4. Ang. in l. qui repudiantis, §. 1. num. 2. ff. de inof.
testam. & in l. 2. §. fin. num. 12. ff. si ex noxal. causa aga-
tur, & ita intelligendus videtur Surd. d. Decision. 314.
sub num. 1. dum vult, patrem teneri, quamuis filius
fuerit indefensus, & per contumaciam condemnatus,
licet loquatur in statuto dictante, quod pro filij delicto
capi possit legitima ei debita in bonis patris viuentis,
in cuius terminis vera non esset talis assertio, sed verè
de delicto constare debuisset, vt pater teneretur secun-
dum allegatam distinctionem, secundum quam seruā-
dum esse semper tenui, & seruādum est in hoc proposi-
to, quod vbi filius comparet, & delictum cōfitetur, vel
alijs probationibus de delicto conuincitur, & condem-
natur, pater ad solutionem condemnationis cogitur
virtute pręcdicti statuti, etiā si in eo iudicio citatus non
fuerit Alex. dicens esse communem opinionem in d. l.
cum filius famil. nu. 6. in fin. & post eum Ias. sub numer.
14. vers. prima conclusio, quos sequitur, Clar. d. q. 86.
sub d. num. 9. post dictum vers. sed quæro nunquid hoc
statutum, in fin. ibi cæterum si filius comparent, de qua
meminit Surd. d. decis. 314. sub numer. 20. & idem valt
Salyc. in d. l. 3. in 3. q. sub num. 4. ad fin. post versiculo
7 sed tunc quæro: subdens, quod in hoc casu pater dici-
tur fideiussor de iudicato soluendo pro filio, & propte-
rea contra eum, quamuis non citatum, mittitur exe-
cutioni condemnatio filij idem latius tenuit Bal. in d. l.
1. n. 16. & 17. vers. item dubitatur. Posset tamen Pater
8 ante sententiam pro suo interesse audiri, & probare in-
nocentiam filij, etiam contra eius confessionem, An-
gel. in lege 2. §. t. numero 2. & 3. ff. si ex noxal. caus. a-
gatur,
9 Secundo dubitari vidi, an tale statutum procedat cō-
tra Patrem, quando filius fuit condemnatus propter
delictum commissum extra territorium sui Domicilij,
vbi dictum statutum viget, & consequenter extra iuris-
dictionem statuentium, & in hoc casu quod dictum sta-
tutum non procedat, tenuerunt Salyc. in d. l. 3. numer.
2. in 2. q. dicens, ita tenuisse Bartolum in tract. Repre-
sal. in 4. q. primæ quæstionis principalis, hac ratione,
10 quod statutum restringitur ad commissa tantum intra
suum territorium: & quia vt addit Bal. idem tenens in
d. l. t. eod. titul. num. 8. in 3. quæst. vbi delinquitur extra
territorium consideratur ius commune, quod non ex-
tendit radices obligationis in patrem, sequitur Ro-
12 man. in dict. l. si filio familias la 2. q. 1æ. l. 3. num. 31. ff.
soluto matrimonio, & tradit etiam Hippol. de Marsil.
in d. l. infans, num. 27. vers. circa quartam, ff. de Sycar.
13 vbi quærit, an stante dicto statuto Pater teneatur pro
delicto filij forensis, qui non sit suppositus iurisdictio-
ni statuentium, & concludit, quod non, ex pluribus per
eum adductis, & potissimum ex dictis per Salycet. post
Bart. & Bald. supracitatos, tenentes, quod tale statu-
tum restringatur solum ad commissa intra territorium
per rationes ab ipsis allegatas, & quia statuta respiciē-
14 tia personā subditi, quando sunt odiosa, prout est istud
non adstringunt subditum extra territorium. Idem in
indiuiduo tenet Soz. cons. 271. col. penult. sub num. 8.
& 9. vers. tertio principaliter illa conclusio confirma-
tur, & infra, lib. 2. vbi post Bald. in l. si qua pœna, ff. de
his, qui sunt sui, vel alieni iur. num. 4. ait, quod si est sta-
tutum, quod pater teneatur assignare legitimam
filio delinquenti, non compræhendit Patrem forensē,
quia non est de foro statuti, imo nec subditum extra
territorium delinquentem; per allegatam rationem,
quod statuta respicientia personam subditi, si sunt odio
sa, non adstringunt subditum extra territorium, addēs
ex Bartol. in d. tract. repræsal. quod si pater teneretur
pro delicto filij soluere pœnam pecuniariam ex forma
statuti, non tenetur, si filius deliquit extra territorium;
quia tunc consideratur Ius commune, quod non exten-
dit radices obligationis in patrem, ita etiam volunt
addentes ad Bald. in l. quamquam, C. ad leg. Falcid. in
addition. in verbo, sed per formam, sub littera, C. facit
Bart. in leg. ne quid, in fin. sub numero 8. ff. de Incend.
Ruin. & naufrag. Notans ex eo textu, quod statutum
15 Perusii, quod, quicunque offenderit Perusinum in qua
cunque parte Mundi, possit puniri Perusii, non valet,
quia facit statutum de eo, quod ad suam iurisdictionem
non pertinet, & concordantes ibi allegant Addentes
ad eum, facit etiam Marsil. dicto consilio 82. n. 39. ver.

nam statutum, vbi dicit, quod statuta violentia, quod
16 contumax habeatur pro confesso, non comprahendunt delinquentem extra territorium statuentium; inferens propterea, quod si delinquens extra territoriū statuti citetur a Iudice loci delicti, & non compareat, non habebitur pro confesso, vigore dicti statuti: & ita tenendum est, nec ab hac opinione discedendum in iudicando.

17 Tertiò dubitari vidi, an stante dicto statuto pater teneatur pro filio spurio, vel naturali tantum, & in vtroque tenenda est negatiua opinio, secundum quam vidi sæpius obseruari, licet in spurio procedat magis de plano: eam enim in vtroque tenuerunt Bal. in l. generaliter §. cum autem, num. 5. vers. etsi statutum, C. de instit. & substitut. dicens precisè, quod statutum volens, quod pater teneatur soluere condemnationem pro filio, nō
18 intelligitur de Bastardo, vel spurio, quia esset interpretatio extensiua; idest vltra diffinitionem, & significationem vocabuli: Et quod hac ratione fuit consultum, quod in Capitulis in quibus cauebatur, quod nullus de Domo de Petra mala posset habitare in Ciuitate Aretij, non includeretur Bastardi de illa Domo, quia pro-
19 priè non sunt de Domo, nec de agnatione, nec de Iure, nec de consuetudine, nec possunt portare arma illius Domus, vel insignia; & maximè quia ea portare est honor, qui non competit Bastardis, & multò minus
20 spurijs, quia non sunt filij nominandi. Alberic. de Rosat. in l. filium, num. 14. vers. Vidi etiam dubitari, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. ad quę dicta se remittit in tract. de stat. quæst. 49. nu. 2. lib. 1. Imol. in l. Lucius Titius, la 2. §. Dama, & pamphilo, sub num. 19. versiculo quibus adde, ff. de legat. 2. in l. ex facto, §. si quis rogatus, il j primo, ad fin. num. 17. versic. quid autem si statutum dicat, ff. ad Trebell. Roman. in l. si filio familias, la 2. q. 4. num. 32. & 33. ff. solut. matrim. Marsil. in l. infans, num. 18. & seq. ff. ad leg. Corn. de Siccar. & in singul. 139. dixi tibi per totum, Alex. consil. 60. num. 14. versiculo adhoc quod optat, lib. 2. & Addent. ad Bald. in d. l. quamquam, 10 alligata addit. sed per formam, & in spurio solo Bald. in l. 2. sub num. 5. vers. ibi etiam consuluit, C. de succes. edicto, Alberic. de Rosat. de stat. d. lib. 1. quæst. 49. num. 1. & q. 61. per totam, & alij relati per Marsil. in d. l. infans, num. 18. & 19. versiculo circa primum, ff. ad l. Cornel. de Sicar. & dicto singul. 139. dixi tibi, qui etiam rationibus, & authoritatibus in similibus terminis hoc latè more suo comprobat; quæ sententia sicuti, nedum in spurio, sed etiam in naturali tantum, vera est, ita de facto practicatur, & ipse eam multoties seruaui, & per alios seruari vidi.

21 Quarto dubitari vidi, an dictum statutum, loquens in filio, vt scilicet pro eo teneatur pater procedat in nepote ex filio, in qua quæst. Bald. in l. si filius tuus, C. ad Senatus Consul. Macedon. post principium, concludit quod non, inquiens, quod si statutum velit patrem teneri soluere condemnationem filij familias, non intelligitur velle eum teneri soluere condemnationem nepotum familias, quia istud statutum est contra ius na-
22 turale, & ideo debet attendi significatio restrictiua, non significatio extensiua, & quia dictum statutū nullā habet rationem, & ideo mere est inhærendum verbis, Quam decisionem refert, & sequitur Mars. in d. l. infans, num. 20. vers. circa secundum, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. eam etiam tenuit Ruin. cons. 8. sub num. 5. & seq. vers. & sic ex ille textu, lib. 5. nec ab alijs reperij in specie tactam; Vnde in facti contingentia tenenda esset in tam odioso statuto, quod de filio tantum loqueretur, etiam quod nepos successisset Auo in locū patris præmortui, eum nihilominus non posse verè dici filius, & facit Nellus in tract. de bann. in 1. parr. 2. temp. quæst. 34. in fine, ver. vnum nota, dicens, quod huiusmodi statutum loquens in patre, non habet locum in auo, quæ decisio optimè seruit proposito nostro, quam etiam tenuit Ruin. dicto consil. 8. nu. 9. vers. quarto hoc confirmatur, lib. 5.

23 Quinto dubitatum fuisse scio, an statutum de legitima loquens, vt supra, quod scilicet pro delicto filij capi possit legitima ei debita in bonis patris, locū habeat quando ex filio condemnato extant Nepotes; in qua difficultate multa hinc inde, tam pro fisco, quam pro patre, adduci possent, quæ resolutionem ad modum dubiam redderent: vt patet ex latè congestis per Surd. d. decis. Mant. 167. num. 1. & seq. vsque ad num. 13. inclusiuè. Nihilominus, cum partes patris contra fiscum tueatur Bal. in d. l. si qua pœna, ante finem, sub num. 5. vers. quæro pater habet filium, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. in prima lectura, ea ratione, quia debet intelligi statutum, nisi extet alius, qui succedat rationabilius, quam fiscus, prout in hoc casu, in quo rationabilius est, quod reseruetur Nepotibus ex filio, quā soluatur fisco, & Bald. sequuti sunt Alex. cons. 75. num. 13. & 14. lib. 1. Ruin. cons. 8. num. 6. lib. 5. Simon. de Pretis consilio 65. num. 49. libro 1. Marcabrun. consilio 43. num. 38. Ioseph. de Ludouic. decis. Perus. 11. nu. 27. vbi aliam addit rationem, ne scilicet, cōtingat Auum grauari onere soluendi duplicem legitimam, vnam fisco pro filio, & alteram Nepotibus, qui sublato filio de Medio, succedunt, Bonacoss. in tract. quæstion. Criminal. in Verbo, legitima, post medium, vers. item statutum, & post eos omnes Surd. d. dec. 167. numer. & seq. vers. hæc tamen, & infra, & d. decis. 314. num. 1. & seq. respondens priori loco omnibus, quæ in contrarium faciunt, & addens num. 18. ex Socin. cons. 121. num. 8. & seq. lib. 4. Marcabrun. d. cons. 43. num. 32. & sequentib. & Roland. consil. 97. num. 16. & 17. lib. 2. &
24 alijs, quod sicut statutum, mandans omnia bona alicuius publicari, intelligitur, nisi ex eo filij extent, de quibus in dubio non censetur cogitasse, ita statutū de legitima delinquentis publicanda, patre viuente, interpretandum est, nisi delinquens habeat filios; quoniā eo casu non erit locus statuto; subdit & ibidem post alios, quod cum ex dispositione iuris communis non sit lo-
25 cus confiscationi bonorum delinquentis, quando extant eius filij, non etiam locus esse debet ei in statuto, quando filij supersunt: quod argumentum etiam adduxit d. decis. 314. num. 5. vers. & ideo Guielmus, in quo tamen loco sub num. 1. reijcit nouam rationem Ioseph. Ludouic. supra adductam; se onere soluendi duplicem legitimam: & bene, quia illud non est verum, nec pater, per qui semel soluisset, iterum soluere cogendus esset: per ea, quæ Surd. adducit: & ab hac opinione, quā Senatus ille Mantuanus approbauit, discedere durum esset in practica, licet plura pro fisco vrgere videantur.

26 Sexto pluries in disputationem venit, stante prædicto statuto, de legitima loquente, seu mentionem facientem, quomodo ipsa legitima, quæ a patre, pro delicto filij, solueda est, cōputari debeat, & æstimari; cum regulariter secundū tēpus mortis patris ea consideranda sit, & æstimanda, non autem secundum aliquod tēpus vitæ, cum tunc non debeatur, Bald. in d. leg. si qua pœna,

pœna; in 1. lectura.num.5.vers.quæro, cum legitima, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. dicit infrascripta verba. Quæro cum legitima attendatur tempore mortis, vt in l. 1. §. si impuberi, infra de collat. bonorum, quomodo potest pater assignare legitimam?
27 Respondeo, posito vno inconuenienti, sequitur aliud connexum, scilicet, quod attendatur tempus delicti, & tunc cedat dies legitimæ, simile, extra de regulaibus, cap. cum simus. Vnde idem Bald, postea in 2. lectura. sub num.2. quærit quanta portio assignabitur pro legitima filij delinquentis, cum pater possit adhuc plures filios generare: vt in l. antiqui 3. ff. si pars, hæredit. petat, & respondet, quod si statutum non
28 diffinit, difficile erit diffinire. Idem de tempore delicti tenet ipse Bald. in l. lex Cornelia. num.3. versic. modo quæritur. ff. de vulg. & pupill. subst. & Bald. simpliciter sequuntur Marsil. in d. l. infans, ante numerum 37. vers. & vltra prædicta. Bonacos. in tract. de quæst. crimin. in verbo, legitima, in princ. & Cotta memor. verbo, Pater obligatus, in fine. vers. tenendo autem, & cum dicta opinione transit idem Bald. in leg. quamquam, ad finem, sub num.2. vers. pone. C. ad leg. Falcid. Sed Ludouic. Roman. in d. l. si filio familias la 2. quæst. 6. num. 35. ff. soluto matrim. ponit hanc eandem dubitationem, & recitata opinione Bald. in d. l. si qua pœna, & in d. l. quamquam, C. ad leg. Falcid. dicit quod consideratur tempus sententiæ super maleficio contra filium prolatæ, & subdit num.36. & sequent. post Iacob. Butrigar. in l. pactum quod dotale. C. de collation. quod ex bonis postea super excrescentibus in matrimonio paterno, filius non habebit Ius petendi suæ leg timè augmentum; prout etiam tenet Bald. in l. quamuis, in fine. num 8. versic. pone ergo, C. de fideicomm. quam decisionem probat ipse Roman. pluribus rationibus, & ea potissimum, quod tempus sententiæ, quod consideratur, vt pater viuens teneatur soluere legitimam, subrogatur tempore mortis patris, quod de iure communi consideratur ad extrahendam legitimam filij; Vnde debet sapere naturam
29 eius, in cuius locum subrogatur; adeo vt, sicut, quan-
30 do tempus mortis patris cosideratur ad dandam legitimam filio ex bonis post mortem matrimonio Paterno accrescentibus, filius non potest augumentum legitimæ petere, ita nec quando tempus sententiæ attenditur, & Romanum sequuntur Addent. ad Bal. in d. l. quamquam, C. ad leg. Falcid. in addit. in verbo, delicti, sub litera D, eandem quæstionem posuit Nellus in tract. de bamnit. in 1. parte secundi temporis q. 35. quærens, quid dicendum si filius deliquit in Kalendis Ianuarij, accusatur in Kalendis Martij, & condemnatur in Kalendis Augusti, & interim augetur, vel minuitur legitima; An scilicet, inspiciendum sit tempus delicti, an accusationis, an sententiæ, & post multa, pro vna quaque parte adducta concludit attendendum esse tempus sententiæ, & præsertim quando statutum obligat patrem pro filio condemnato, quia tunc ad illud tempus condemnationis videtur se referre; subditque propterea, quod si tempore delicti, vel accusationis, pater habebat quatuor filios, tempore verò sententiæ, habet quinque, legitima erit semis; & è contra si tempore delicti, vel accusationis quinque, & tempore sententiæ vnus erat mortuus, legitima erit tertia pars bonorum; & est, vt dicit Nell. quæstio pulchra, & subtilis, olim disputata per Iacob. Vincent. relata postea per Alberic, de Rosat. q.259. & vt supra decisa: quæ quidem disputatio in libro meo reperitur apud Alberic. de Rosat. in tract. de statut. lib.3.q. 26. Incipiente. Item quæro pulchram, & subtilem quæstionem Paduæ disputatam per D. Iacob. Vicentinum, per totam, cuius verba transcripsit pro maiori parte Nell. d. qu. 35. nec dictæ sententiæ fundamenta omnia recensenda videntur, tum quia videri possunt pœnes præfatos Alberic. & Nell. tum quia supra allegata sufficere videntur, vt cum hac opinione transeundum omnino sit; quam tamen in contingentia facti nusquam decidere habui.
31 Septimo quæsitum est, an dictum statutum procedat, vbi filius est soluendo, & ab eo pœna exigi potest, absque eo, quod Pater cogatur assignare legitimam, vel soluere condemnationem, & locum in hoc casu non habere dictum statutum censuit Roman. in d. l. si filio fam. la 2. num.28. & 29. vers. 1. nunquid, ff. soluto matrim. & mouetur per text. in l. 1. C. de Decurionib. & filijs eorum, lib. 10. vbi Pater, qui Decurio-
32 natui filij consensit, tenetur pro eo, tanquam fideiussor, facta prius excussione filij principalis, & ibi glos. & Doctores: & est similis textus in l. libertus, §. filium Pater, ff. ad Municip. & de incol. & ibi pariter notant
33 Scribentes, Nam, sicut consensus paternus, obligationem inducens, limitatur per ius commune, ita etiam limitanda videtur statutaria dispositio; præsertim cum ex dicto consensu præstito redigatur pater ad instar fi-
34 deiussoris, vt in dictis iuribus, qui fideiussor non potest conueniri, nisi præcedat excussio bonorum principalis, vt in Auth. præsente C. de fideiussoribus, & in terminis nostris idem Pater, ex statuto de quo agimus, habeatur tanquam fideiussor de Iudicatum soluendo, vt supra tetigi dubitatione prima ad fin. Idem est de mente Baldi in l. 1. num.14. versic. sed dubitari potest, C. ne filius pro Patre, nec pater pro filio, vbi tenet primo excutiendum esse filium, quam perueniatur ad patrem, qui redactus est ad instar fideiussoris ex tacita, vel subintellecta stipulatione. Sequitur Salyc. in d. l. 3. eodem tit. in quinta quæst. num. 5. & idem tenuit Marsil. in d. l. infans, in quinta quæst. num.30. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & habetur etiam per Barbat. in addit. ad Bald. in d. l. quamquam, C. ad leg. Falcid. in addit. in verbo, sed per formam, sub litera C, & ita vidi
35 practicari, & propterea sententiam latam contra filium notificari patri, contra quem si nihil in termino decem dierum, & alio consueto non ostendat, vnde fiscus ex bonis filijs satisfieri possit, fit executio; Et vbi
36 ipse Pater solueret de proprio, & exinde vellet à filio repetere, aut iura sua contra illum sibi reseruare, vidi illi contra eum regressum concedi per fiscum, & meritò quia potest Pater iure repetere à filio, quod pro illius condemnatione soluit, cogente statuto, de Proprio: vt per Bald. in d. l. 1. ad fin. num.21. vers. item dubitatur, C. ne filius pro patre, vel pater pro filio, vbi tamen secus dicit, si pater soluisset, tanquam de re filij, puta quia statutum illum adstringebat ad legitimam consignandam. Idem voluit Salyc. in d. l. 3. C. eodem tit. quæst. 6. num. 5. & post eum Marsil. in d. l. infans, q. 6. num. 31. ff. de Sicar. & est verissima conclusio, etiam si pater voluntariè, & non a curia coactus soluerit, reprobata in hoc sententia Salyc. vbi supra: quia vt considerat Marsil. post Ioan. de Anan. per eum citatum, ex quo pater vigore statuti poterat cogi, videtur coactus soluere, & non ex voluntate, & satis est, quod quis sciat se posse compelli ad aliquid, vt

dicatur

37 dicatur illo ... facere compulsus, licet spontè faciat. Nec pa... impedienda est repetitio, ex eo quod sciens se te...eri, & compelli posse soluere, non expectata requisitione, vel executione Curiæ, quæ fieri poterat, vltro soluit: iuxta ea, quæ in hoc proposito tradit Roman. ind. l. si filio famil. la 2, num. 16. vers. quoad tertium. ff, solut. matrim. & seruit ad principale propositum alia conclusio Doctorum, quod a Patre solutum in hanc condemnationem filij, imputandũ est ipsi filio in partem, & sic in legitimam; vt per Marsil. in d. l. infans. num. 40. vers. vlt. circa hanc materiam, post Scribent. in l, in 4. ff. ad. l. Falcid. & in alijs locis per eũ relatis; quibus addo Speculator. in tit. de Iudicijs. §. sequitur. num. 9. vers. quid si alter ex coheredibus, & ibi etiã Io. Andr. in addit. & Bal. in additionibus ad tract. Bartol. de duobus fratribus. num. 11. vers. item dicit, quod si vnus ex fratribus.

39 Nec hoc loco pretermittendũ putaui, quod vigore prefati statuti obligantis patrem ad soluendam cõdemnationem filij, non tenetur Pater ad pœnam quãti plurimi, vel aliam, quæ a statuto imponeretur non soluentibus condemnationem intra certum tempus: ita determinat Bal. in d. l. si qua pena, in prima lectura, sub num. 5. vers. sed an pater, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. quem sequuti sunt Ias. in l. 1. col. vlt. num. 13. ff. de in litem iurand. & Catel. Cotta in lib. memoral. in verbo, Pater obligatus, in princ. Sed certè hoc fortassis in practica non seruaretur, sed facta patri notificatione, & transacto tempore ad soluendum assignato. & solutione non facta, incideret in pœnam appositam non soluenti in certo termino, prout vidi seruari in materia Gabellarum Contractuum, in illis casibus, in quibus ex statutis Pater ad ipsas Gabellas tenetur pro filijs in eius potestate existentibus; nam si non soluunt in tempore per talia statuta assignato, eas postea soluunt cum pœnis ipsis Gabellarum debitori-
40 bus impositis; & idem seruare vidi in marito, qui & ipse in certis casibus pro vxore ex prædictis statutis Gabellarum tenetur: nam & ipse si in debito termino eas non soluit, cogitur postea cum pœnis soluere, ac si ipsemet principalis debitor Gabellarum esset, & vti non soluens in tempore debito in pœnas incidisset.

Vltimo pro complemento sciendum est, quod quicquid sit in legitima, ad quam pater potest per sta-
41 tuta obligari pro delicto filij, in Trebellianica nullo modo hoc admittitur, nec ad eam assignandam pater cogitur, etiam si statutum diceret, quod pater teneretur filio assignare partem suam, & ratio est, quia
42 nondum est in spe alicuius præstationis, nec licet petere hæreditatem viuentis: vt in terminis decidit Bald. in l. quamquam, in fin. sub num. 2. vers. de Trebellianica non est dubitandum, C. ad leg. Falcid. per textum in leg. 3. §. si filius meus, ff. quod quisque iur. in alium stat.

E P I T O M E.

De comparatione literarum, tam per testes, manum scribentis notam habentes, quam ex alis scripturis indubitatis illius, à quo scriptura facta dicitur, & an condemnatus in causa ciuili, propter talem comparationem literarum, possit criminaliter accusari de falso, quia negauerit scripsisse, & per sententiam pro scribente habitus fuerit, & condemnatus.

S V M M A R I A.

1 *Comparationes literarum ex Chyrographis, alijsuè Instrumentis non publicè confectis, fiunt.*

2 *Falsitatis occasio in iudicijs, & Contractibus, ex comparatione literarum facta ex Chyrographis alijsque instrumentis, datur.*

3 *Falsitatis probatio necessario debet concludere nec præsumptiones ad condemnandum sufficiunt.*

4 *Apocha simplex manu debitoris scripta, & per ipsum negata, non probat aliquid.*

5 *Testes apocham esse manu debitoris scriptam attestantes, qui nec ipsam viderunt scribere, nec ipsius confectioni interfuerunt, licet illum scribere viderunt sæpius, eiusque manum dicant se notam habere, attamen non sufficiunt ad condemnandum: & non plenè, sed tantum semiplenè probant.*

6 *Comparatio literarum facta ex alijs scripturis indubitatis negantis apocham, non est concludens, sed solum semiplena, periculosa, imperfecta, & non certa probatio, & ibi rationes adducuntur.*

7 *Duæ semiplenæ probationes coniunguntur simul ad faciendam vnam plenam probationem.*

8 *Hæc conclusio procedit, & in præsumptionibus.*

9 *Ex comparatione literarum, & ex dictis Testibus deponentibus prout supra, resultat probatio plena, & sufficiens ad condemnandum.*

10 *Sed hoc non transit absque difficultate.*

11 *Et in casu proposito id non sufficit.*

12 *Comparatio literarum, vt legitimè fiat, duo requiruntur necessario.*

13 *Practica Auctoris in cas. suo.*

14 *Indicia ad torquendum sunt arbitraria Iudici.*

15 *Indicium ad torquendum dicitur, vbi sit plusquam simplex præsumptio & minus, quàm semiplena probatio, ibique testatur ac communi, licet.*

16 *Farinac. contrarium teneat.*

17 *At eius opinio vbi tenenda esset, non contrariaretur obseruantiæ in casu proposito.*

C A S V S C C. L I.

1 COmparationes literarum ex Chyrographis fieri, & in alijs instrumentis, quæ non sunt publicè confecta, satis abundeque occasionem criminis falsi-
2 tatis dare, & in iudicijs, & in contractibus manifestum est; vt inquit text. in l. comparationes, C. de fid. instrument. vnde minimè mirum est, quod in facti contingentia euenerit, quod producta in iudicio ciuili quadam simplici apocha debiti per creditorem, & ea per debitorem conuentum negata, & examinatis testibus eam recognoscentibus pro scripta manu debitoris, tanquam de ea in informati, & notitiam habentes, & facta etiam comparatione ad illam ex alijs scripturis indubitatis, manu dicti debitoris scriptis, eadem apocha habita pro scripta per talem debitorem, & lata sententia ad fauorem debitoris, & cõtra dictum debitorem fuerit proposita accusatio falsi contra eundem debitorem, tanquam falso negantem scripturam eius manu confectam, in qua quæstione votaui pro absolu-
3 tione Accusati ex infrascriptis; Quia in crimine falsi probatio debet de necessitate concludere, vt in indiuiduo post Bald. in l. iurisgentium, §. Quod ferè, ff. de pactis, tradit Dec. cons. 615. num. 2. intantum, quod in eo crimine præsumptiones in ciuilibus concludentes, in criminalibus non sufficiunt ad condemnandum

vt post

vt post Anchar. Fulgos. & Alex. determinat Dec. dict.
cons. 615. num. 3. quæ quidem probatio de necessitate
concludens contra dictum negantem adesse videba-
tur, quia simplex illa apocha, quæ scripta manu debi-
4 toris dicebatur, & per illum negata, non probat ali-
quid: vt per Bart. Ias. & alios, in l. admonendi, ff. de
iure iurand. & probat text. in l. instrumenta, C. de pro-
5 bat. nec probatio facta per testes, qui non viderunt il-
lam apocham scribi, nec eius cõfectioni interfuerunt,
sed solummodo illam esse eius manu scriptam testan-
tur, qui eam notam habent, & illum sepius scribere
viderunt, non faciunt plenam fidem, nec ad condem-
nandum sufficiunt, sed ad summum semiplenam pro-
bationem: Bart. in Auth. at si contractus, sub num. 6.
& 7. vers. oppono dicitur hic, C. de fide instrument.
Ruin. cons. 11. num. 6. vers. sed præmissis non obstan-
tibus, & cons. 12. num. 8. vers. & istud est de iure regu-
lare. lib. 3. cons. 46. num. 8. cons. 61. num. 3. vers. nam
licet, cons. 69. num. 2. vers. de iure autem communi,
& cons. 79. sub num. 1. lib. 4. Dec. d. cons. 615. sub nu.
3. post vers. ex quibus, Afflict. decis. 181. num. 7. & 8.
vers. & ideo famosus Doctor, Vincent. de Franchis de-
cis. Neapol. 105. num. 9. in prima parte.

6 Nec alia probatio, resultans per comparationem
literarum factam ex alijs scripturis indubitatis ipsius
negantis ad illam apocham simplicem negatam, con-
cludens est; imò est species probationis valde pericu-
losa, imperfecta, & non certa cum quotidiè forma
scribendi mutetur ex varijs accidentibus, & compara-
tores de facili possunt decipi propter similitudinem li-
terarum eiusdem formæ, & quia etiam quis literas ali-
cuius potest imitari, & contra facere, propterea non
sufficit ad condemnandum, sed semiplenè tantum
probat: Ruin. cons. 46. num. 8. cons. 69. num. 3. vers.
nec dici potest, & num. 9. vers. extant etiam, & cons.
79. sub num. 1. & iterum sub num. 4. vers. confirmatur,
lib. 4. Dec. d. cons. 615. sub num. 3. post vers. ex quibus,
Afflict. dicta decis. 181. num. 2. & seq. Franc. d. decis.
105. num. 10.

7 Nec dicatur, quod cum duæ semiplenæ probatio-
nes coniungantur simul ad faciendam vnam plenam
probationem, Afflict. decis. 12. ad finem sub num. 3. &
alij per eum allegati, & vltra illos Dec. cons. 596. num.
6. & 9. & Gabriel. cæteros congerens, tit. de probat.
8 concl. 1. num. 25. vers. contrarium, quod & in præsum-
ptionibus procedere tradunt Crauet. cons. 158. num.
11. Hyeron. de Monte in tract. de finib. rend. cap. 53.
in princ. & latè Gabriel. d. concl. 1. num. 62. & seq. vers.
9 contrarium, vt nedum coniungantur, ex dictis testi-
bus, & ex dicta comparatione literarum resultet pro-
batio plena, & sufficiens ad condemnandum: vt con-
cludit Ruin. d. cons. 46. num. 9. vers. nec obstat si di-
catur, lib. 4. ita declarans intelligendum esse Bart. su-
pracitatum in d. auth. at si contractus, cum qua intel-
ligentia videtur transire idem Ruin. cons. 61. num. 4.
vers. nec etiam Testes, & cons. 79. sub nu. 1. vers. nam
non minus, eod. lib. 4. & ex eo videtur probari dicta
intelligentia Bart. quia si loqueretur non de testibus
modo, quo supra deponentibus super recognitione
scripturæ; sed de eius veritate, quia illi interfuissent, &
scribere vidissent, quæstionem in dubitabilem decidis-
set, nec aliqua comparatione opus fuisset, quia sine ea
dicti testes sufficerent, & plenam probationem face-
rent: vt pulchrè tradit Aretin. cons. 64. col. 2. sub nu.
2. vers. amplius dicit Cinus, sequitur Ruin. d. cons. 46.
num. 9. vers. Nec obstat si dicatur: & nu. 14. vers. non
obstat insuper. & d. cons. 79. num. 2. in fin. & num. 3.
lib. 4. quoniam pro responsione dici potest quod non
10 transit sine difficultate, quod testes recognoscentes
scripturam manu alterius scriptam, tanquam illius ma-
num notam habentes, faciant semiplenam probatio-
nem, imo id multi negant, vt patet ex dictis per Ruin.
latè insistentem d. cons. 79. num. 2. 3. & 4. vers. & simi-
liter, & infra, lib. 4. prout etiam sine difficultate non
transit, quod dictum Bartoli in dicta Auth. at si cõtra-
ctus intelligatur de testibus approbantibus scripturã
ex eorum iudicio, vti notam habentibus manum scri-
bentis, quia multi volunt Bart. loqui de approbatione
testium, qui viderunt scribere apocham ad hoc, vt per
talem attestationem, iuncta comparatione, resultet
plena probatio; vt patet ex allegatis per Afflict. d. de-
cis. 181. sub num. 2. & 8.

Sed, & quando admitteretur, quod ex dictis testium
eo modo deponentium, & ex cõparatione literarum,
ex alijs scripturis indubitatis facta ad scripturam ne-
gatam, veluti ex duabus semiplenis probationibus, re-
sultaret vna plena, & ad condemnandum sufficiens,
11 hoc tamen in casu nostro non sufficeret, quia ad hoc,
vt comparatio literarum legitimè fiat, & debitum iu-
12 ris effectum sortiatur, duo necessario requiruntur,
Primum, quod ipsa scriptura principalis de qua dispu-
tatur, & ad quam comparatio fieri debet, subscriptio-
nem testium habeat, & non sit simplex, ac nuda, alte-
rum, quod scriptura, ex qua facienda est comparatio,
sit indubitata, & certa, adeo, quod dubium aliquod
non sit, quin scripta manu illius, a quo scripta dicitur
ea principalis, quæ contra negantem producitur; vt
punctualiter, ac magistraliter loquendo determinat
Angel. de Perusio in Auth. si quis vult. post princ. vers.
in textu ibi scripturam, & infra, vsque ad fin. cuius
verba fideliter refert Afflict. decis. 181. num. 4. 5. & 6.
vers. Ego dicebam, idem colligitur ex Magon. decis.
Lucen. 17. num. 5. vers. Similiter nec de iure commu-
ni, & tradunt etiam Aretin. d. cons. 64. sub num. 4. & 5.
vers. non obstat text. & infra, Dec. d. cons. 615. sub nu.
3. post medium vers. similiter circa secundum, Ruin.
cons. 11. num. 8. & 10. & cons. 12. num. 9. lib. 3. d. cons.
79. sub num. 4. vers. Confirmatur etiam lib. 4. Andr.
Barbat. cons. 28. sub num. 11. & seq. vers. Nunc verò
accedo, lib. 3. adeo quod cum in casu nostro scriptura
omnino nuda, ac simplex sit, & testium subscriptione
careat, non iure de eius comparatione tractari pote-
rat, etiam ex alijs scripturis indubitatis per supra alle-
gata, quibus pro complemento præsentis quæstionis,
additur, quod ita in indiuiduo super huiusmodi quæ-
stione pro absolutione imputati consuluit Dec. d. cõs.
615. cuius determinatio satis, superque fuisset ad quæ-
stionis resolutionem, quam tamen ex alijs supra dedu-
ctis exornare placuit.

13 Vidi autem practicari, quod ex depositione testiũ,
dicentium apocham esse manu alicuius scriptam, ea
ratione, quia illius manum notam habent, & pluries
illum scribere viderunt, ille talis ponatur ad torturam
pro eruenda veritate, & similiter quando ad scriptu-
ram per eum negatam ex alia authentica, & indubita-
ta facta est comparatio, & habita apocha pro scripta
manu illius; quod de iure comprobari potest, quia se-
cundum omnes Doctores in materia inditiorum ad
torturam, non potest dari certa doctrina, sed totum re-
14 linquitur arbitrio Iudicis, qui habita ratione qualita-
tis, per-

tis, personæ, delicti, demonstrationum, suspicionum, & aliarum circumstantiarum, iudicat ea esse sufficientia, vel non: vt dicit Angel. de Maleficijs in verbo, fama publica, num. 9. & ibi etiam August. in addit. quem sequitur Clar. in pract. crim. quæst. 20. sub nu. 1. vers. hoc præmisso, & latius tradit idem Clar. q. 64. nu. 13. vers. dixi quoque non sufficere, post princ. ibi in hoc autem, vbi alios idem tenentes refert; & diffusius prosequitur Farinac. in practic. crim. tit. de indit. & tortur. quæst. 37. num. 192. vers. Limita octauo, & principa-
15 liter, & indicium in hac materia dicitur adesse, vbi sit plusquam simplex præsumptio, & minus quam semiplena probatio: vt est glos. in l. cum probatio. in glos. 1. ff. de probation. & ita etiam communiter teneri per Doctor. testatur Corne. cons. 101. nu. 15. vers. & idem lib. 2. quem sequitur Clar. d. quæst. 20. sub num. 1. vers. & hoc ego credo, & iterum sub num 4. vers. ad torturam etiam in fin. & latius tradit Farinac. d. tit. de indit. & tortur. quæst. 36. num. 218. vers. Inditium. Qui tamen postea num. seq. contrarium alios tenere refert, & tandem num. 224. & seq. vers. Quid dicendum, cum
16 illis transit, vt scilicet inditium ad torturam non sit, nec esse debeat minus, quam semiplena probatio per allegata per ipsum, cuius opinio quando tenenda esset,
17 non tamen contrariari diceretur prædictæ obseruantiæ, cum ex attestationibus, & conparatione literarum de quibus loquitur, resultet semiplena probatio, vt supra plurium Doctorum authoritate cõprobauimus.

EPITOME.

Lata, & copiosa disceptatio circa exequutionem sententiæ, contra principalem latæ, aduersus fideiussorem non citatum faciendam, siue sit fideiussor de iudicato soluendo, seu Iudicij, siue contractus: & an, & quando talis executio facienda sit executiuè, & de facto, & quando via ordinaria, & nouo processu, ac noua sententia opus sit: & an, quando, & quomodo actus contra vnum factus, alteri non citato, noceat, & de pluribus alijs ad rem hanc pertinentibus.

SVMMARIA.

1 *Citatio alicuius in actu præiudiciali necessaria est, alias ei actus nullum affert præiudicium.*
Declaratur conclusio hæc, num. 2. & 3.
2 *Res inter alios acta alijs non præiudicat, & ponuntur exempla, & rationes vtriusque conclusionis.*
3 *Declaratur conclusio hæc, vt procedat in eo, de cuius præiudicio principaliter agitur, secus in eo cuius interesse in consequentiam, & accessoriè solum vertitur.*
4 *Non Modica est dubitatio inter Doctores, an actus factus absque citatione eorum, quos secundario, & in consequentiam tangit, licet valeat, illis tamen præiudicet.*
Alij tenent non præiudicare, nisi saltem fuerint per proclama citati.
5 *Alij verò contrarium tenent.*
6 *Fideiussores in contractu dati, citandi sunt in executione sententiæ condemnatoriæ, in summis, vel quantitate pecuniarum, ob contrauentionem contrahentis eius principalis, secuta, si tamen in causa nunquam fuerint vocati, & citati, alias executio ipsius sententiæ fieri non potest.*
7 *Sententia lata contra principalem, nocet fideiussori de Iudicatum soluendo, etiam non citato: & absque nouo processu contra eum executiuè, & de facto proceditur ad ipsius sententiæ executionem.*
8 *Declaratur conclusio, vt saltem de æquitate requiratur notificatio ipsius sententiæ, vt fideiussor quantitatem condemnationis scire possit.*
9 *Et ita seruari in practica dici.*
10 *Declaratur secundò conclusio prædicta, vt non procedat in fideiussore contractus non citato, contra quem non potest executio sententiæ fieri de facto, sed nouo processu opus est, & via Iuris ordinaria procedi debet.*
Rationes differentiæ ponuntur d. num. 10.

CASVS CC. LII.

1 ET si nota sit regula, quod ad eum actum, ex quo quis lædi potest, vocari debeat, alioquin nullum illi præiudicium affert, l. nam ita diuus, ff. de adoption. l. de vno quoque, ff. de re Iudic. & l. fin. C. si per vim,
2 vel alio modo, propertereaque dici soleat res inter alios actas, alijs non præiudicare, l. fin. ff. de re iudic. l. si cui. §. iisdem ff. de accusat. l. modestinus, ff. de exception. l. 1. ff. de except. rei iudic. l. 2. C. de fide instrument. & toto tit. C. res inter alios actas alijs non præiudicare, ea potissimum ratione, quod is, qui non fuit vocatus ad iudicium, non erat illi subiectus, nec tanquam pars, nec tanquam adhærens vel instruens causam, & ideò non videtur ratificare causam, quoniam vigor pronuntiationis nascitur ex iudicio, in quo erat inclusus, vt per Bald. in d. l. 2. per illum text. in 3. notabili. C. de fid. instrument. & in l. ingenuum, ff. de stat. homin. quẽ sequitur, alias etiam rationes adducens, Tiraquel. in commentarijs d. tit. C. res inter alios actas alijs non præiudicare, in princ. tamen regula ipsa intelligenda
3 est, vt procedat in eo, de cuius præiudicio principaliter agitur, non etiã in eo, cuius solum accessoriè, & in consequentiam interesse vertitur, vt voluit glos. in d. l. de vnoquoque, quam ibi sequuntur Scribentes, & in d. l. Nam ita diuus, Alex. consil. 156. num. 1. & seq. lib. 2. cons. 85. num. 7. vers. nec ad substantiam, lib. 6. & infiniti alij in locis relatis per Tiraquel. in dictis commentarijs post princ. vers. sed hæc multis modis limitanda duximus, quibus addo Angel. in l. in cognitione. num. 3. vers. Sed ex eo. ff. ad Sillaniam, & Alex. cons. 86. nu. 3. vers. Item licet lib. 2. & videtur tex. de hoc satis Clarus in l. 1. §. denuntiari ff. de ventr. inspiciend. in illis verb. primo gradu hærede instituto, non etiam sub-
4 stituto. Adeo quod cum solum citandus sit is, de cuius præiudicio principaliter agitur, nec necesse sit vocari eos, quos in consequentiam, & secundario solum actus tangit, valet quidem ipse actus, sed an illis præiudicet, vel nè, non modica est inter Doctores dubitatio, nonnullis volentibus non præiudicare nisi saltem generaliter fuerint vocati per Proclamam secũdum notata per Bart. in l. si eo tempore, C. de remission. pignor. & in extrauagan. ad reprimend. in verb. per edictum, alijs contrarium asserentibus; vt patet
5 ex allegatis per Tiraquel. in dictis Commentarijs, col. 8. & 9. post vers. & id quidem vsque adeò verum, post principium, ibi hactenus satis hanc primam limitationem comprobauimus; Vnde aliàs lata sententia condamnatoria contra vnum in maxima pecuniarum quantitate ob contrauentionem per eum factam, pactis cum aduersario initis in contractu inter eos celebrato, & tentaretur talis sententiæ executio contra fideiussores, in eo contractu præstitos, per dictum contrahentem, postea condemnatum, in causa non
6 vocatos, nec vnquam citatos, ipsique fideiussores se se ad dictam condemnationem soluendam vigore dictæ sententiæ cogi non posse, prætenderent, fultam eorũ allegatio-

allegationem fuisse existimaui. Quoniam quamuis sen-
7 tentia lata contra principalem n ceeat fideiussori de iudicato soluendo non citato, & contra eum exequatur executiuè sine nouo processu, & absque alia sententia: Speculat. tit. de execut. sent. §. sequitur num. 10. vers. quid si sententia, Bartol. in l. 1. num. 2. vers. Sed an in fideiussorem iudicij, ff. iudicat. solui, id probans multis rationibus, & præsertim ne alias res transeat in infinitum, & nunquam fiat executio: & in l. a sententia, num. 3. vers. ex quo. ff. de appellat. dum se remittit ad dicta per ipsum in dict. leg. prima, Bald. in l. duobus, §. igitur si quis post princ. & in lectura antiqua ff. de iur. iurand. ea ratione, quia hæc promissio vim habet confessionis, & in l. fin. §. & cum antiquitas, sub nu. 1. & 2. C. de vsuris rei iudic. vbi etiam ponderat vltra finem litium naturam verborum desoluendo iudicato contra reum, & non contra ipsum fideiussorem, & inquit fortius hoc verum in criminalibus, vbi satisdatur iudici, non tanquam creditori, sed tanquam exactori, & actatori: & in l. 2. sub num. 19. vers. aduertatis, ad fin. C. de eden. Angel. in l. in cognitione in finali b. verbis. ff. ad Sillanian. Ancar. cons. 15. nu. 2. Alex. in l. sępè, num. 17. vers. de hoc tamen, ff. de re iudicat. & in l. cum filius, num. 9. vers. ex decisionibus Bart. ff. de verbor. obligat. & cons. 156. sub nu. 6. vers. vnde dicit, lib. 2. & nouissimè Perr. Ioannes Anchar. Reggiens. q. 19. num. 1. & pluribus seq. lib. 2. vbi latè insistit, vultque talem sententiam, contra principalem latam, non solum exequi contra fideiussorem prædictum absque nouo processu, sed etiam absque aliqua citatione, & de facto, quod & vnico verbo contentus voluit Clar. in pract. crimin. q. 46. num. 19. versic. vbi vero, & quæst. 95. sub num. 1. & tradit etiam Mascatel. in practic. fideiuss. in 12. modo num. 32. & sequent.
8 vbi tamen videtur requirere, quod illi notificetur sententia ad hoc, vt condemnationis quantitatem sciro possit, quod æquissimum est, & valde conueniens, &
9 ita milies seruari vidi, & ipse etiam seruaui. Et cum prædictis conuenit Bald. cons. 46. notandum est, lib. 3. in versic. modo quæstio est, volens fideiussorem de iudicato soluendo, non esse citandum in taxatione expensarum, quia iudicium factum cum principali afficit eum secundario non principaliter: Vnde cum nō fuerit citatus in principali, nec in appendicijs necessarijs citari debet, alias pro vno aduersario cogeretur quis habere plures, & ideò natura huius fideiussionis est, vt afficiat fideiussores, etiam non citatos, per leg. final. §. final. C. de vsur. rei iudicat. l. 1. ff. iudicat. solui. & l. cum filius, in princ. & in §. si stipulatus sim. ff. de verb. obligat. licet vt suddit Bald. in d. cons. in fin. cautius esset si etiam is fideiussor citaretur: per l. si deserta, C. si propter publicam pensitationem vend. fuerit celebr. & per l. cum milles, §. si is, qui. iuncta glos. in verb. erit. ibi, & quando datur contra vnum, C. quibus ex causis maiores, Est tamen aduertendum, quod cum iste fideiussor possit conueniri, etiam via ordinaria, actione ex stipulatu, ad hoc, vt ea de facto fiat, petendum est, quod fiat executio contra eum officio iudicis, propter suam promissionem, quia astrinxit se ad hoc, nec debet peti executio stipulationis, sed executio sententiæ propter stipulationem, idest peti debet executio iudicij, non contractus: vt subtiliter considerat Bald. in d. l. duobus, §. igitur si quis, post princ. & in lectura antiqua ff. de iur. iurand. si executio cōtractus peteretur, secus esset, vt ibi per Bal. & infra statim dicetur.

10 Tamen sententia lata contra principalem non nocet fideiussori contractus non citato, & proinde contra eum non exequitur de facto, ac executiuè, sed via tantum ordinaria, & nouo processu opus est, nouaque exigitur sententia, Speculat. d. titul. de execut. sent. §. sequitur num. 10. vers. quid si sententia, Bartol. dicens, hoc esse secus in omnes, & se tenere pro verò in d. l. 1. num. 1. vers. quæro dicitur hic, ff. iudic. solui. & in d. l. a sententia, nu. 3. versic. ex quo. ff. de appellat. dum se remittit ad notata per ipsum in d. l. 1. Bal. in d. l. duobus, §. igitur si quis, post princ. ff. de iur. iurand. & in d. l. final. §. & cum antiquitas, numero 1. ad fin. C. de vsuris rei iudic. & in d. l. 2. sub num. 19. vers. aduertatis, C. de eden. d. Ancar. d. cons. 15. num. 2. Aretin. cons. 78. sub num. 1. Alex. in d. l. sępè, num. 17. vers. De hoc tamen, ff. de re iudic. & cons. 131 num. 7. vers. eo maximè, lib. 1. dicens esse communem opinionem, Ancar. dict. q. 19. num. 2. vers. primo, enim casu, dicens huic sententiæ adhærere omnes Doctores, cū quibus nouissimè conuenit Hyeron. Gabr. cons. 43. nu m. 33. vers. quoad primum, dicens hoc esse receptissimum, lib. 1.

Et quamuis Angel. in d. l. in cognitione, ad fin. nu. 2. vers. in glos. ff. ad Sillanian. Bal. in l. 1. sub nu. 13. vers. item quæro nunquid. C. de conuenien. fisci debitoribus, lib. 10. Alex. d. cons. 156. num. 5. & 6. vers. ad idem lib. secundo, & Tiraqu. in dictis commentarijs, tit. C. res inter alios acta alijs non præiudic. in prima declaratione principalis limitationis, col. 9. vers. quę declaratio si vera est, teneant sententiam contra principalem latam, nocere fideiussori contractus non citato: tamen contrarium tenuit ipsemet Bal. in d. l. 2. sub nu. 19. post vers. aduertatis, C. de eden. & est de mente Bart. in l. decē, & in l. cum filius, ff. de verb. obligat. & illud est verius, vt dicit Alex. in d. l. sępè, sub num. 17. vers. de hoc tamen ad fin. ff. de re iudic. & in d. l. cū filius, num. 9. vers. ex decisionibus Bart. ff. de verbor. obligat. reprobans vtrobique Ange. & Bal. in locis supracitatis, de quo dicto Alexan. in d. l. sępè, immemor non fuit Tiraq. in dictis commentarijs, colum. 9. ante fin. vers. illud autem inter cætera non omnittendum, Licet nihil firmet, sed cogitandum relinquat; & hanc opinionem, contra Angel. in d. l. in cognitione, & Alexan. d. cons. 156. veriorem, & magis communem dicit Gabr. d. cons. 43. n. 34. vers. quoad secundum, vbi etiam adducit Capyc. idem tenentem decis. 107. nu. 4. vers. facit, & subdit Aretin. d. cons. 78. sub num. 1. talem sententiam contra principalem non nocere dicto fideiussori, etiam in vim probationis non de eo, quod in ea continetur; negari tamen non potest, quin pro opinione Angel. Bald. & Alex. contra fideiussorem contractus, valdè stringat text. in l. auctore laudato. C. de euict. de quo meminerunt Alex. d. cons. 156. sub nu. 6. & Tiraq. in d. vers. quæ declaratio si vera est, vbi dicitur, quod, euicta re, potest fideiussor cautionis nomine conueniri, etiam si ignoraret causam agi, dummodo venditori facta fuerit litis denuntiatio, & ita nocet sententia lata cōtra principalem citatum fideiussori contractus, etiā ignoranti, & non citato: vt etiam eundem tex. ad hoc ponderat Capyc. d. decis. 107. num. 6. & 9.

Et in omnem euentum fatentur ij tamen met Ange. & Bal. prout eos refert Alex. in d. cons. 156. n. 5. 6. vers. ad idem, & infra. lib. 2. quod dicta sententia contra principalem, licet noceat fideiussori contractus nō citato, non tamen hoc intelligendum est, vt possit via executiua contra eū directo exequi, sed via tantum ordinaria

& ita

& ita expressè tradit Angel. inquiens, quod sententia lata contra principalẽ nocet fideiussori contractus nõ citato, nec requisito, quia sufficit citari eum, quem principaliter tãgit negotium nec necesse est citari eũ, quem secundario, & in consequentiam tangit; non tamen potest ex tali sententia via executiua contra eum procedi, & ita etiam ex ipso Angel. refert Tiraq. in dictis cõmentarij, col. 9. vers. quæ declaratio si vera est, post principium, ibi, ex quo infert, ideoque, & Gabr. d. conf. 43. nu. 33. vers. quoad primum, dicit, quo etiam illi, qui arbitrantur sententiam latam cõtra principalem nocere fideiussori cõtractus, quoad plenũ præiudicium, prout tenet Angel. in d. l. in cognitione, & Alex. d. conf. 156. fatentur tamen non posse contra eum executiuè agi, sed debere ordinariè agi actione ex stipulatu, & opus esse noua sententia, licet, postea, vt dictum est subdat nu. 34. verius esse, & receptius, quod dicta sententia non afferat plenum præiudicium, sed quale quale tantũ dicto fideiussori; & bene quidem, quia vt dicit Bal. in d. l. 2. sub n. 19. vers. aduertatis, C. de edend. per processum factum cum principali aperitur quidem via contra fideiussorem, sed non taliter, quod contra eum, possit fieri executio, imò adhuc opus erit quod contra eum procedatur via Iuris, & probetur obliga-
31 tio; Licet ergo regulare sit non oportere citari eos, quorum interest secundarium, sed sufficiat vocari eos, de quorũ interesse principaliter agitur, vt supra initio diximus, hoc procedere intelligitur quoad validitatẽ actus, & sententiæ, sed non vt præiudicet his, quorum in consequentiam interest, quia ad hoc necessaria est citatio saltem per ædictum, quando certi non sunt, & specialis, vbi certi sunt: vt punctualiter tradit Tiraq. in dictis cõmentarijs, col. 8. in fi. & col. 9. in princ. vers. hactenus satis hanc primam limitationem cõprobauimus, & idem in proprijs terminis nostris tradit Gabr. d. conf. 43. n. 35. vers. nec obstat, dicens opinionem hanc Rot. Romanæ frequenter sequutam esse, quæ fuit Alex. in d. l. de vnoquoque, in fin. nu. 17. vers. item fallit quantum ad eum, dicetis hanc esse veritatem, ff. de re iud. cum qua concordat Capyc. per ipsum Gabr. citatus, d. decis. 107. sub n. 4. vers. facit ff. de re iudicat. Nec refert quod diximus de fideiussore Iudicij, quod illi non citato noceat sententia, contra principalem lata, & de facto exequatur, quia is citandus non est, nõ ex eo solũ, quod cum eo Iudicium non agitur, sed quia fideiussor iste in sententiam consensit, & quando proceditur in consentientem citatio non est necessaria, vt dicit Bald. in d. l. fin. §. & cum antiquitas, sub num. 1. C. de vsuris rei iudic. Vltra quod, vt ibidem dicit Bald. ex actis Iudicij notorium est eos esse obligatos, vnde speciale est, vt illis non citatis fiat præiudicium ex sententia contra principalem lata; idem tradit ipse Bal. in d. l. duobus, §. igitur si quis post prin. ff. de iur. iurand. aiens hoc speciale esse in hoc fideiussore, quia fingitur condemnatus vna cum principali, & ex natura causæ per indirectum fit illi præiudicium; sequitur Alex. in d. l. sæpè sub num. 16. vers. idem etiam tenuit, ff. de re iudic. qui etiam post eundem Bal. in d. §. igitur si quis, hoc non procedere inquit, quando is fideiussor se constituisset aduersarium, comparendo, & contradicendo, quia tunc quod eo non citato fieret minimè valeret, quod confirmatur ex traditis per Tiraq. in dictis commentarijs, col. 9. in fin. vers. secundo declara hanc primam limitationem, vbi post Innocent. Bald. Roman. & Felin. in locis per eum relatis, concludit, quod licet isti, quorum secundario interest, non sint necessario citandi, poterunt tamen si velint cõparere pro suo interesse ad impugnandum, vel defendendum ipsum actum; Sanè vbi vel spontè comparuerint hi, de quorum interesse in consequentiam tantum agitur, vel citentur, vtique sententia contra principalem lata illis præiudicat, etiam quod alias illis nullum afferre posset præiudicium: vt in indiuiduo tradit Alex. in d. l. cum filius, sub num. 9. vers. Ex decisionibus Bartol. ad fin. ff. de verbor. obligat.

EPITOME.

De proclamatibus, seu bannimentis prohibentibus venationem, aucupationem, vel piscationem certorum animalium auium, aut piscium in certis locis, & aquis sub certa pœna (præsupposita eorum validitate) & quod comprehendant venatores aucupatores, & piscatores, etiam causa donandi Principi ipsi, & Domino prohibenti, quod tamen non extenduntur ad venatores Leonum, Vrsorum, Pantherarum, Aprorum, Luporum, vel aliarum similium ferarum, & bestiarum siluestrium humano generi nocentium, quos etiam dictæ venationis gratia posse deferre arma alias prohibita dicitur.

SVMMARIA.

1 *Obseruantia antiquissima super prohibitionibus, venationis, piscationis, & aucupationis in certis locis sub certa pœna, operatur, vt non possit dubitari de validitate prohibitionum.*

2 *Venator, Aucupator, vel Piscator in fragranti crimine repertus, & id fecisse concludenter ostendens, vt venationem, aucupationem, vel piscationem donaret Principi Domino suo prohibenti, non excusatur à pœna B. nni.*

3 *Venatores Leonum, Vrsorum, Pantherarum, Aprorum, Luporum, vel aliarum similium ferarum, & bestiarum, syluestrium humano generi nocentium, non comprehenduntur in generali prohibitione venationis.*

4 *Venatori permittitur portatio Armorum, aliàs prohibitorum, & ad Venationem necessariorum in accessu ad locum Venationis.*

CASVS CC LIII.

Stantibus bannimentis, prohibentibus, ne quis sine licentia possit venari, aucupari, aut piscari in certis locis, & aquis, & capere certum genus quadru-
1 pedum, auium, vel piscium sub certa pœna, & præsupposita eorum antiquissima obseruãtia, ob quã cessare videtur disputatio inualiditatis, de qua latè pro subditis contra Principes scripserunt Dec. conf. 197. col. 2. consil. 271. col. 1. & 2. & iterum col. 4. versic. non obst. quod facultas piscandi, & versic. vlt. non obstat. Ial. consil. 119. col. 1. & 2. & per totum lib. 4. & in eodem casu idem Dec. in allegat. prositis post dict. consil. 271. Afflict. in constitut. Regni lib. 3. rubr. 1. de iuribus regalium rerum, in constitut. scire volumus, in fine num. 9. vers. an autem sit licitum, & Roland. à Valle. conf. 9. in primo dubio per totum, lib. 1. dubitatum fuit an repertus in fraganti crimine, qui satis
2 concludenter ostendit se id fecisse, vt venationem, aucupationem, vel piscationem quam fecit, donaret Principi Domino suo, & Territorij, de quo bannimenta loquuntur, à pęna excusari deberet: & quod puniendus sit, & non excusandus probat text. in l. vnica, in vers. nequillud. C. nulli liceat in frenis, & equestr. fell. & in balte.

in balte. Margar. & smarg. & hiacint. aptar. lib. 11. vbi priuatis prohibet Imperator margaritas, & gemmas deferri in ornamentis equorum, & vestibus virorum sub graui pęna, et si sub hoc colore, & prætextu præpararent, quod vellent clementiæ principali, veluti aliquod munus, offerre: per quem tex. ita quæstionem hanc in indiuiduo determinat Io. de Platea sub num. 2. in 3. notabili, dicens ex ea lege inferri, quod Rustico prohibito aucupari ad qualeas, & per iudices sub pęna, non liceat aucupari casu donandi Principi, nec propter hoc pœnam euadet; Vnde antea in 2. notabili num. 2. ex eodem tex. generalius notat idem Ioannes de Plat. quod sub colore præsentãdi, & offerendi Principi, non debet quis rem prohibitam attentare, subditque hoc esse in argumentũ, quod si Laicus capiat clericum obnoxium ciuiliter, & criminaliter sub hoc colore, quod velit eum tradere Curię Episcopali nihilominus incidit in canonem, si quis suadente diabolo 17. q. 4. si dolo, & malitiosè facit, licet si sine dolo, & malitia id committit non sit excommunicatus, vt ibi per ipsum Ioan. de Plat. cuius principalem decisionem, tãquam peregrinam, & in istis terminis singularem non parui faciẽdã esse, quãdo casus euenit, existimaui. Porrò in materia ista faciendũ est, quod in generali prohi-
3 bitione venationis non comprehenduntur venatores Leonum, Vrsorum, Pantherarũ, Aprorum, Luporum, vel aliarum similium ferarum, & bestiarum syluestrium, & humano generi nocentium, quarum venatio iure permittitur, vt in l. vnica, C. de venat. ferarum lib. 11. & ibi notant Doctores, & præsertim Lucas de Penn. & Io. de Platea, & tradit etiã Andr. de Isernia in cõstitutionibus Regi lib. 1. tit. 10. de illicet. portation. armor. & pœna percutient. cum eis, in gl. in verb. secũ deferri præsumat. sub lit. F, in vers. in alijs verò casibus,
4 fol. mihi 17. vbi et subdit hoc casu videri etiã permissa armorũ ad hanc venationem necessariorum portatio, aliàs prohibita, sine quibus venatio suũ non sortiretur effectũ, quia nemo sani capitis auderet inermis accedere ad occidendas similes feras, & bestias quibus vix, & cũ magna difficultate armatus resistit, adeò quod merito venatori cõceditur in accessioni locũ arma deferre, sine quibus esse non potest venator, iuxta l. nã quod liquidę, in princ. ff. de pen. legat. & Iserniã sequutus est in eadẽ cõstitutionẽ Afflict. n. 4. vers. Quintus casus est, qui et miratur, quod tex. in d. l. vnica. C. de venat. ferar. nihil dixerit de armis, de quibus expressè loquitur l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi public. de qua meminit ipse Afflict.

E P I T O M E.

De confessione qualificata id materia extractionis frumenti, & bladorum extra Territorium, sine licentia superiorum, contra prohibitionem per bannimenta factam, quod scilicet fuit facta extractio, sed cum debita licentia. An diuidi possit per fiscum, & in parte quoad extractionem acceptari, & in parte quo ad licentiam respui, ita vt reo incumbat onus probandi licentiam, & ea non probata fisci intentio remaneat fundata, & sequi possit condemnatio. An verò potius tota sit acceptanda, vel tota impugnanda, & reus pro negante habeatur, & aliter delicto non probato per curiam locus sit absolutioni rei in his, & similibus casibus, qui non sunt de genere prohibitorum, ex sui natura, vel iure communi, & in quibus nulla iuris contra reum militat præsumptio, vbi pro reo ex pluribus concluditur.

S V M M A R I A.

1 *Confessio qualificata scinditur, & pro parte facti acceptatur, & pro altera parte qualitatis reprobatur in prohibitis ex sui natura, vel de iure communi, aut in habentibus contra se præsumptionem.*

2 *Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam si sub vnica verborum structura facta sit confessio, saltem pro imponenda pœna extraordinaria, & arbitraria, non autem ordinaria.*

3 *Limitatur conclusio, secus esse in non prohibitis à natura vel iure communi, & contra se iuris præsumptiones habentibus.*

4 *Confitens detulisse frumentum extra territorium, sed cum licentia, et solutione gabellæ, confessio hæc non potest per fiscum diuidi, et pro parte extractionis acceptari, et pro qualitate solutionis gabellæ, et licentia respui, sed in totum improbari, vel acceptari debet, et num. 6.*

5 *Maximè si continet vnicum factum eodem tempore gestum, et Inquisitio habeat originem à confessione extraiudiciali resultante ex partitis libri priuati Inquisiti, qui pro negante habetur.*

6 *Negatiuam non habitæ licentiæ, vel non solutæ tractæ, veluti ferè impossibilem, videtur probari eo ipso, quod contrarium non probatur.*

7 *Inquisitus absoluendus est, etiam si nihil pro eius defensione probauerit, curia non probante delictum.*

8 *Nemo condemnandus, nisi spontè confessus, vel legitimè conuictus.*

9 *Reus tentans probare licentiam, et solutionem tractæ, licet non probet non ammittit rei prærogatiuam, sed eam retinet.*

10 *Reo sufficit, vel intentionem Actoris funditus perimere, vel eam dubiam reddere, probationem ipsius elidendo, & animum Iudicis titubare faciendo.*

Vbi potest præsumi delictum, & non delictum, sufficit reo facere rem dubiam.

11 *Ministri præsumuntur, quod benè, et diligenter exerceant officium.*

Valde difficile pro impossibili quandoque habetur.

12 *Probatio per coniecturas admittitur in his, quæ sunt difficilis probationis.*

C A S V S CC. LIV.

CVm quidam esset imputatus de quibusdam delictis & eorum occasione fuerint visi libri eius priuatarum rationum, & in illis repertæ plures partite venditionis frumenti factæ forensibus, ementibus pro eo exportando ad aliena Territoria cum debitis licentijs, & solutionibus gabellarum, seù vt dicitur tractarum, fuit formata contra talem scribentem inquisitio de venditione dictis forensibus, & extraentibus facta sine debitis licentijs, & solutionibus gabellæ, seu tractæ, & concludenter per inquisitum negantem non probata licentia, & solutione prædicta, dubitabatur an dictus inquisitus esset condemnandus in pœnam bannimentorum dictam venditionem, & extractionem, sine talibus licentijs, & solutionibus prohibentiũ, an verò potius absoluendus esset: In qua re pro absolutione votandũ duxi, quoniam & si regu-
1 lare est, quod confessio quali ficata scindatur, & pro parte respectu facti acceptatur, & pro alia parte respectu qualitatis reprobatur, quãdo sumus in prohibitis ex sui natura, vel de iure cõmuni, & in his, quæ habent cõtra se præsumptionem, prout sunt homicidiũ,

Iniuria, & ijs similia, secundum doctrinam Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsijt. ff. de liber legat. quam magis communiter approbari, & in practica obseruari, & in iudicando sequendam, testantur ex recentioribus Clar. in d. pract. crim. q. 55. num. 15. versic. posset quoque reus, Thom. Triuisan. decis. crim. 45. num. 9. & sequēt. vsque ad finem part. 2. Vulpel. respons. crim. 44. num. 4. & sequent. & latissimè Farinac. alios, tum antiquos, tum modernos omnes ad hęc vsque tempora referens in pract. crim. tit. de reo confess. & conuict. quęst. 81. cap. 4. num. 110. nedum quando qualitas adiecta est confessioni, sub duplici structura verborum, quo casu omnes ferè Doctores fatentur ipsam confessionem posse scindi, & pro parte acceptari, & pro parte reprobari, vt post Lanfranchum de Oriano in c. Quoniā contra, in verbo, confessio, num. 16. ad finem, extra de probatione. Ang. de Aret. instit. de exception. in princ. nu. 39. & in tract. de malefic. in verbo, cumparuerunt dicti inquisiti, & partim negauerunt, post nu. 1. vers. & maximè quando, tradit Farinac. dicto cap. 4. num. 113. vers. amplia primo huius quarti capitis propositam regulam, & præter eum Boss. in practic. crim. tit. de confess. sub num. 19. vers. 2. intellige, & num. 36. vers. tertia est conclusio, & antea Sozin. in l. 1. sub num. 10. vers. aliquando, & tertio, ff. de vulgar. & pupil. substit. sed etiam si facta sit sub vnica verborum structura. Lā-
2 franch. de Orian. in loco citato num. 16. & seq. Angel. Aret. instit. de exception. num. 39. inquiens, quod semper sibi placuit hæc opinio; & in tract. de malefic. in verbo, comparuerunt dicti Inquisiti, & partim negauerunt, sub num. 1. vers. sed in hoc est dubium testans, se ita in practica seruari vidisse Sozin. in dict. l. 1. sub d. num. 10. vers. sed si fuit vna oratio. Marsil. cons. 41. nu. 11. versic. nec releuatur, Boss. in pract. crim. tit. de confess. num. 20. vers. quod dictum dicens esse communem opinionem, Vulpel. dict. respons. crim. 44. num. 4. & seq. testans de magis communi, & alij relati per Farinac. dict. cap. 4. num. 115. vers. contra quod confessio, saltem quoad effectum impositionis pœnæ extraordinariæ, licèt secus respectu pœnæ ordinariæ, iuxta doctrinam Abbat. in cap. auditis, num. 33. versic. sed contra prædicta, extra de probation. Sozin. in dict. l. 1. sub num. 10. ad finem, Boss. d. tit. de confess. sub num. 20. & 21. versic. attamen non posset imponi, vbi dicit hoc dictum esse commune, & titul. de conuict. num. 57. post versic. sed tamen hæc ideò procedunt. Clar. in pract. crim. q. 55. nu. 16. vers. fortè posset, vbi testatur de cōmuni, & seruata opinione. Ioseph. de Ludouic. decis. Lucens. 19. num. 4. & seq. & iterum num. 7. & seq. dicens de communi, & magis recepta sententia, Bertaz. cons. crimin. 27. sub num. 2. lib. 1. attestans esse veram, communem, & practicatam opinionem. Et Farinac. d. cap. 4. num. 116. vers. in hac contrarietate, vbi dicit hoc esse verissimum; & latius num. 157. vers. limita sexto, vbi infinitos refert de cōmuni, & magis communi, ac practicata opinione testantes. Tamen in non
3 prohibitis à natura, vel iure communi, & contra se iuris præsumptionem non habentibus, confessio qualificata non potest scindi, & quoad factum acceptari, & quoad qualitatem impugnari, sed vel tota acceptari debet, vel tota reprobari. Milleus, in pract. crim. in vers. aut confessio n. 33. & seq. fol. 71. Marant. in Tract. de ordine iudic. in 6. parte princip. in 5. art. tit. de confess. num. 27. versic. aut contra illam qualitatem, Foller. in pract. crimin. in 1. parte princip. in verbo, & si confitebuntur, num. 47. circa medium, Bertaz. cons. crim. 2. num. 9. lib. 1. & latius Claudius in addition. ad eadē consilia crim. prædicti Bertaz. cons. 27. in addition. sub litera A, in fine eodem lib. 1. & alij relati per Farinac. d. c. 4. n. 149. versic. limita tertio, & vltra prędicta specialius, & in proprijs terminis propositę con-
4 fessionis loquendo, quod si quis confiteatur detulisse frumentum extra Territorium, sed cum licentia, & solutione gabellæ ex quo non sumus in prohibitis, nec in habentibus præsumptionem contra se, talis confessio non possit per fiscum diuidi, acceptando factum extractionis, & reprobando qualitatem licentiæ, sed debeat, vel tota acceptari, vel tota improbari, tenet indiuiduo Bertaz. cons. crim. 54. n. 4. lib. 1. in criminali-
5 bus, maximè verò, vt subiungit, quando continet vnicum factum eodem tempore gestum, sequitur Farin. d. cap. 4. nu. 150. vers. hinc si quis, & quamuis in eisdem terminis contrarium decidat Bald. cons. 79. incipiente, *D'auanti a voi*, in 1. dubio lib. 5. volens posse scindi confessionem eius, qui dicit se merces extraxisse, sed cum licentia Datiarij, & propterea fisci intentionem fundatam remanere ex confessione extractionis, si allegatę licentiæ qualitas non probetur per confitentem, ex quo fraudatio gabellæ est de genere prohibitorū prout pariter de genere prohibitorum censeri, debet extractio frumenti extra Territorium, cum cōiter per Italiam prohibita sit, etiam sub grauissimis pœnis, ex notatis per Bartol. in l. fin. §. licet quis, in fin. ff. de publican. & vectigal. & tradit Farin. d. cap. 4. nu. 151. vers.
6 verum hæc, videtur etenim negatiuam hanc non habitæ, licentiæ, & non solutæ tractę veluti ferè impossibilem, probari, eo ipso, quod contrarium non probatur, vt per Bal. d. cons. 79. in 1. dubio, in fin. quē sequitur Crauet. cons. 1. nu. 10. & nouissimè Herculan. in tract. de prob. negat. in princ. sub num. 1. tamen ex quo in casu præsenti Inquisitio traxit originem a confessione extraiudiciali dicti Inquisiti, resultante ex partitis eius libri priuati, modo iam dicto cantantis, cū quo in suis examinibus concordat, non potest ipse Inquisitus ex hoc haberi pro cōfitente delictum extractionis, ita vt si non probet licentiam, & solutionem tractæ, possit condemnari, tanquam extrahens frumentum extra dominiū, sine debitis licētijs, & solutionibus gabellarum, sed imò habetur pro negante, adeò quod, Curia delictum non probante, absoluendus sit, etiam si nihil pro sua defensione probauerit; Nam quod habeatur pro negante, & non pro confitente tenet indiuiduo Sozin. in l. 1. sub num. 10. post medium, vers. item si nego, ff. de vulgar. & pupill. substit. vbi dat exemplū propriè in negante se aliquid extraxisse de licentia, vel confitente se extraxisse cum licentia, quando extractio solum sine licentia erat prohibita, & alias consultum fuisse per doctissimos viros testatur: Quod dictum Sozin. refert, & sequitur Boss. in pract. crim. tit. de confess. sub num. 23. vers. verum, inquiens bene in hoc dixisse Sozin. quod tali modo confessus habeatur pro negante, quia non sumus in his quę sui natura sint prohibita, & Boss. referunt, & sequuntur Ioseph. de Ludouic. decis. Lucens. 19. nu. 14. & Farinac. d. quæst. 81. d. cap. 4. num. 150. vers. hinc si quis confessus fue-
7 rit. Constat autem, quod non probato per Curiam maleficio, Inquisitus absoluitur per regulam Legis, qui accusare. C. de edendo, quæ etiam in istis terminis procedit: vt per Marsil. cons. 41. num. 1. cons. 50. num. 7. & sequent. cons. 59. num. 2. & 3. consil. 63. num. 8. & 9. cons.

9. conf.76. num.18. consil. 108. num.3.& consil. 116.
num.1. etiam si nihil ipse probauerit pro se exculpando, Bertaz. consil.crimin.54. in princ. lib.1. & est text. in leg.fin. ff. de rei vendicat. Non enim quisquam
8 condemnandus est, nisi sit spontè confessus, vel legitimè conuictus, cap. nos in quemquam, & cap. multi 2. quæst. 1. & cap. Lotharius, 31, q.2. & habetur in l, qui sententiam, C. de pœn. & in alijs locis vulgaribus adductis per Marsil.cons. 15.num.2.& cons. 63.n.10, & per Bertaz. d.cons.54.nu.1. Nec refert, quod dictus
9 Inquisitus tentauerit probare licentiam, & solutionem tractæ,& eam non iustificauerit, quia per hoc nō ammittit prærogatiuam rei, imò eam retinet, vt determinat Dec. cons.517. nu.7. vers.& hoc etiam, vbi apertè, tenet quod si Reus suscipiat in se onus probandi, & non probet, adhuc omnino absoluitur, si Actor non probauit; quod latius probat Natt. consil, 648.num.11.vers.quia respondeò lib.4. Vlterius dicitur, ꝙ tentari posset, quod ex probationibus inquisiti fuerit, si non necessario, & concludenter, saltem probabiliter,& verisimiliter probata licentia,& solutio,&
10 ideò quod cum Reo sufficiat alterum de duobus, scilicet,vel quod perimat intentionem Actoris funditus, vel quod eam dubiam reddat, ita quod Actoris probationem elida,faciēda animū Iudicis titubare, locus est absolutioni per regulam, c,cum partiū iura.de regul. iur. lib.6. quia sufficit Reo facere rem dubiam, vbi potest præsumi delictum,& non delictum: iuxta notata per Bartul. in l.non solum.§.sed vt probari. ff. de oper.nou.nunciat.cuius doctrinam communiter approbatam esse testatur, Clar.alios referens, in pract.crim. quæst.56. num.3, vers. & in hoc proposito. Et ita in puncto dicit Bald. d,cons.79.in 4.dub. num.7.vers. sciendum est autem,lib.2.quem sequitur Crauet.cons. 6. num.127.vers.alibi scribit. De verisimili autem, & probabili iustificatione licentiæ, & solutionis Tractæ, satis constare videtur ex depositionibus testium, quod tot, & tantæ adsint difficultates in extractione frumenti, sine dicta licentia, & solutione,tum ex exactissimis deligentijs pluribus modis, & varijs in locis adhiberi solitis per ministros ad rem hanc deputatos, tū ex longitudine itineris à loco,vnde capitur frumentū, ad locum ad quem ducitur, & in mari super cimbis seu brachis ponitur, & alijs considerationibus,& circumstantijs vt penè impossibile sit, qui sine licentia, & solutione tractæ extrahi possit,& ad mare conduci,vt inde ad aliena territoria transferatur, præsumitur enim, quod Ministri benè, & diligenter eorum exercuerint officium, nec permiserint subditos extrahere frumenta contra prohibitionē,ex his, quę notat. Dec, cons.118. sub n.2. vers.sed supradictis minimè obstantibus, nec verisimile est diligentem de facili errare,l. cum de indebito, circa principium, & ibi etiam glos. ff.de probationib.maximè ministros,& officiales,pro
11 quibus in ijs, quæ eorum officio incumbunt, regulariter pręsumitur,l.a.C.de offic.ciuil.iud.Alciat.in tract. de præsumpt.reg.3.præsumpt.9.in princ.& quod valdè difficile est, pro impossibili quandoque habetur: vt per Doctores in l.vix certis,ff.de iudic.& per Alberic. de Rosate in dictionario,in verbo,difficile est,ad finē.
12 In his quæ sunt difficilis probationis, admittitur probatio per coniecturas,quia lex cōtenta ē ea probatione, quæ fieri potest Bart. & Bald.in l.si quis ex argentarijs,§.pen.ff.de edend.& ibi etiam alij Doctores,Federic.de Senis cons.119.sub num.3.latè Marsil.consil, 5. num.21. & seq.cons.57. num.10. cons.44. num.8. cons.61.num.56.& consil.127.num.35.& seq. Grammat. cons.crimin.27.nu.14. & cons. ciuili.50. nu.18. Crauet cons.73.num.19.& 20, Bertaz.cons.crim.41. num.21.& latius cons.105. num.9.lib.1.& alij per eos allegati,

EPITOME.

De confessione generali occisionis hominis ignoti, vel specialis certi hominis, cuius cadauer non reperiatur, an valida sit,vel ne,& quem effectum pariat,& an sufficiens sit ad condemnandum confitentem in pœnam homicidii ordinariam, & de alijs in hac materia non spernendis,

SVMMARIA.

1 *Contra aliquem de hominis occisione procedi non potest, nisi de corpore delicti, & sic de homine occiso constet.*
2 *Confitens occidisse hominem, si aliter de homine occiso non appareat, non potest ex tali confessione condemnari.*
3 *Quod & procedit in legitimè conuicto.*
4 *Confitens in genere hominem ignotum occidisse, etiam si dicat in mare, vel flumen cadauer proiecisse,nisi aliter de corpore occisi constet, non potest ex huiusmodi confessione condemnari.*
5 *Confessio specialis de aliquo certo homine occiso qui non reperitur, vbi concurrat aliquod adminiculum,de Armis, & vestimentis ipsius occisi, & alijs in cas. proposito narratis. est sufficiens ad condemnandum confitentem ad pœnam pro eo delicto Indictam, & num.7.*
Farin.opinio declaratur, ibid.num.8,
6 *Maleficium fuisse commissum sufficit constare Iudici quomodocunque per Testes, vel per inditium, vel per euidentiam facti.*
9 *Corpus delicti ex sola fama probatur, licet cadauer non fuerit repertum, & tunc confitens potest iustè condemnari, si agatur de certa persona occisa,secus si ignota, & penitus incerta.*
10 *Confitens se vnum hominem occidisse, & cadauer in mare proiecisse,licet non fuerit confessus de quo homine in specie, & corpus non fuerit repertum, damnandus tamen est pœna mortis, secundum opin.Raphael.Cum.*

CASVS CC. LV.

1 QVia indubitata est iuris determinatio,quod contra aliquem de occisione hominis procedi non possit, nisi de corpore delicti, & sic de homine occiso constet, per text. in l.1. §.si quis vltro.ff. de quæstion. in l. inde Neratius, §. fin. ff. ad leg. Aquil. & in l. 1. §. item illud,ff.ad Senatus cons.Syllan.& vbique tradunt scribentes omnes, & in alijs locis vulgaribus, intan-
2 tum, quod non sufficit confessio alicuius dicentis se occidisse, quia ex tali confessione nō potest confitens condemnari, nisi aliter de homine occiso appareat: vt in indiuiduo post antiquiores tradunt Boss.in pract. crim.tit.de delicto, numero 15. versic.& hoc Clar. in pract.criminal. quæst.4. in princ.& quæst.55.numer. 10.vers.potest etiam Paris de Puteo in tract. de sindicat. in verbo confessio. cap.1. numero 1.& sequent. Marsil.in pract.crimin.§.principium,num.5. Farinac. in pract. crimin. tit. de Inquisition. quæst.2. num.7. versic. amplia quinto Cartar. in tract. de execut. sent. capital. capt. bannit. cap.fin. nu.9.vers.& ita, & Mascard.in tract. de probation. lib.1. concl.354. in ver-

3 bo, confessio, num. 1. & 2. quod & in legitimè conui-
cto procedit, quia nec is condemnari potest, nisi vltra
testium depositionē aliter de corpore delicti, & sic de
cadauere constet; vt dicit Clar. in pract. crim. q. 66. in
princ. Vidi in facto dubitari, an si quis confitetur se oc-
cidisse certū hominem compatriotam suum in quodā
Territorio alieno, & ei subtraxisse arma, vestimenta,
& nummos, non reperto cadauere in loco nominato,
nec fama ibi existente, quod aliquis tempore per con-
fitentē expresso fuerit in eo territorio interfectus, cō-
stito tamen, quod is, qui dicitur mortuus non reperitur,
& quod eo tempore quo dicitur occisus solebat re-
dire ad Patriam, transeundo per illum, vbi confiens
fatetur homicidium cōmisisse, & pecunias de foris lu-
cratas ad domum reportare, & concludenter proba-
to, quod arma, & vestimenta penes confitentem re-
perta, erant ipsius hominis, quem confitens occidisse
affirmat, posset dici, constare de dicto delicto ita vt
dictus confitens, tanquam verus homicida, condem-
nari deberet in pœnam vitæ, & confiscationis bonorū.
In qua difficultate ego fui in voto quod locus esset
pœnæ homicidij ordinariæ, quoniam etsi cum quis cō-
fitetur in genere se hominem ignotum occidisse, non
4 possit ex hac confessione condēnari, nisi de corpore
occisi constet, etiā si dicat se occidisse, & in mare, vel
lacum, aut flumen cadauer proiecisse, Boss. d. tit. de de-
lict. sub d. nu. 15. Paris de Puteo in d. verbo confessio.
d. c. 1. num. 1. & seq. Clar. d. quæst. 55. num. 11. vers.
Quomodo autem dicatur constare de delicto. Blanch.
in pract. crim. in prin. num. 2. 3. & 5. & sequent. Foller.
in pract. crimin. in prima parte tertiæ part. principali,
in verbo, etsi confitebuntur, num. 34. versic. requiri-
tur ratio. Conrad. in practic. crimin. tit. de Inquisitio-
ne, sub num. 24. vers. Secundo amplia, folio mihi 253.
Marsil. in practic. crimin. §. principium, sub num. 5,
versic. & hanc partem, August. in Additionibus ad
Angel. de Malefic. in verbo, Quod fama publica pre-
cedente, num. 114. & 115. versic. 2. quod verum est, &
in verbo, Etiam vestem celestem, in addit. ad versic,
Quid si quis confiteatur, sub num. 25. & 26. ad finem
apostillæ, ibi, præterea ego reperio, & Farinac. infi-
5 nitos alios huius sententiæ referens d. quæst. 2. num. 8.
vers. amplia sexto, tamē quando confessio est specialis
de aliquo certo homine, & is nō reperitur, & aliquod
concurrit adminiculum, prout in occurrenti casu de
armis, & vestimentis, ac alijs supra narratis, talis con-
fessio suficiens est ad condemnandum confitentem in
pœnam pro eo delicto indictam; vt punctualiter in his
terminis decidunt Boss. d. titul. de delicto, sub num. 15.
16. & sequ. vers. Sed quid quando fatetur in specie, &
infra. Clar. d. qō. 55. sub num. 11. vers. bene verum est
Blanch. in pract. crimin. in princ. sub num. 3. & 5. Augu-
stin. de Arminio in additione supra relata in dicto ver-
bo etiam vestem celestem, in principio apostillæ, qui
tamen postea videtur sentire; quam opinionem ante
prædictos patres tenuit Alber. de Gandino in tractat.
maleficior. tit. de præsumpt. & in d. dubitat. [ex qui-
bus plerunque procedit ad tormenta, sub nu. 6. vers.
aliud etiam notatu dignum, dicens in hac materia suf-
6 ficere constare Iudici maleficium fuisse commissum
quomodocunque, vel per testes, per inditium, vel
per euidentiam facti; Idem colligitur ex dictis per
Angel. de Perusio in l. certum, in princ. num. 2. vers. in
text. ff. de confessis, vbi formaliter dicit ibi esse opti-
mum argumentum, quod si aliquis fuit confessus in
iudicio se hominem occidisse, nisi appareat corpus
hominis aliquod interemptum, non possit ex illa con-
fessione damnari propter tantam huius confessionis
incertitudinem; sed quod contrarium videtur sentire
glos. in l. inde Neratius, §. fin. ff. ad l. Aquil. dum dicit,
quod adeò standū est dictę confessioni, quod nisi pro-
betur homo viuens, damnandus esset confitens, nisi re-
spondeatur, quod ibi fuit cōfessus se certum, & deter-
minatum hominē occidisse, de cuius vita facile potest
liquere, & tàm confitenti, quam eius amicis defensio
reseruari, subdit, & quod hoc videtur sibi ęquū, alias
peruersis Iudicibus aperta esset via malignandi, licet
contrarium viderit seruari Perusij tempore Domini
Niccolai Torelli de Prato, qui inquisiuit contra tres,
qui suffocauerant quosdam incognitos in flumine Ca-
pharū, & damnauit eos ad suspendendum, & sic vult
Ang. quod dummodo confessio contineant certitudi-
nem maleficij, sufficit absque eo, quod aliter verifice-
tur maleficium fuisse cōmissum, licet secus si confessio
esset incerta de homine in genere, quia tunc non suffi-
ceret, nisi verificaretur vnum hominē fuisse occisum;
& Ang. secutus est Alex. cons. 19. col. 2. sub nu. 3. vers.
cōfirmo per ea. lib. 7. vbi etiam plura alia ad hoc pro-
positum optima facientia, adducit; & ita etiam sequē-
do ipsum Angel. tenuit Ruin. cons. 80. nu. 7. vers. 3. re-
spondetur lib. 4. & post eos Gabriel. tit. de malefic. con-
clus. 17. num. 5. vers. primo, limita. & Paris. de Puteo
in loco citato sub num. 1. & 2. Idem habetur per Cas-
saneum in Consuetud. Burgun. rubr. 1. §. 5. num. 40.
folio 190. Vbi dicit, quod dum ipse Assessor Capita-
nei Iustitiæ Mediolani, quidam Massarius confessus
occidisse Dominum suum, & illius cadauer proiecisse
in Lacum Cummanum, facto verbo in Senatu, fuit
condemnatus ad mortem, licet adhibita competenti
diligentia cadauer non fuerit inuentum, sed repertus
tantummodo fuerit sanguis in eo loco, in quo delictū
commissum dicebatur, qui locus parum distabat a La-
cu; Et hoc idem voluit Iason. in l. Iusiurandum quod ex
conuentione. §. procurator. num. 23. versic. secundo,
limita. ff. de Iureiurando. Inquiens, quod si latrones
confiterentur occidisse Mercatores, & eorum corpo-
ra proiecisse in mare, & locus designatus cōmissi ma-
leficij esset propriè litus Maris, deberent puniri etiam,
quo corpora occisa non apparerent, & allegat Angel.
in l. 1. ff. de confessis, qui tamen nec ibi, nec in l. 1. C. de
confessis, in lib. meo hoc dicit. Mascard. etiam d. con-
clus. 354. num. 4. 5. in 1. & 2. limitat. videtur tenere ta-
li confessioni standum esse, vbi qualitas confitentis, id
suadeat, vel ex loco, aut fama, vel alijs circunstantijs id
verisimile videatur, licet corpus occisi non appareat,
& ita etiam in hoc casu tenere videtur Farinac. d. d. q.
2. num. 9. ad fin. versic. sub limita hanc limitationem,
dum expresè fatetur ex sola fama probari corpus de-
licti, licet cadauer nō fuerit repertus, confitentemque
posse iustè condemnari, quando agitur de aliqua cer-
ta persona interempta, licet secus si agatur de incerta,
& incognita; quę sententia etiam corroboratur ex di-
ctis per eundem Farinac. in eadem quæst. 2. num. 10.
versic. limita 2. vbi apertis verbis tradit, quod confi-
tens se occidisse hominem cognitum, & certum, de
cuius vita facile liquere potest, & eius cadauer proie-
cisse in mare, si nō reperitur ille talis, dicitur ex neces-
saria consequentia liquere de illius more, & propterea
potest condemnari, iuncto tamen aliquo alio admini-
culo; Quinimo dixit Ruin. d. cons. 80. sub nu. 6. vers. 2.
responde-

respondetur, quod etiam sola confessio sufficit, si sit verisimilis, subditque verisimilem dici quando confitens erat homo malę vitę, quod etiam voluerunt alij adducti per Gabriel. titul. de Maleficijs, conclus. 17. numer. 12. vers. Quarto limita, & per Farinac. d. q. 2. num. 11. vers. limita tertio, & quamuis idem Farina. subdat hoc sibi durum videri, etiam concurrente consuetudine
7 versandi circa litus maris, in quod cadauer proiectum fuisse dicitur, saltem ad imponendam pœna ordinariam, nisi aliud accederet adminiculum, & est de mente Augustin. de Arimin. in Addit. ad Angel. de Malefic. in verbo, quod fama publica præcedente, sub nu. 114. vers. secundo quod verum est, tamen hoc videtur procedere in cōfessione penitus incerta de occisione hominis incogniti, in qua ipse loquitur, non autem in cō-
8 fessione certi, & determinati hominis, in qua aliud dicendum est, vt ex supradictis apparet, quibus non refragantur, quæ ipse Farinac. tradit in eadem quęst. 2. sub num. 7. in quinta ampliatione, post princ. vers. pro quorum vera, & communi opinione, vbi ex nonnullorum modernorū auctoritate firmat & ex confessione speciali de aliquo particulari homine occiso, nō posse confitentem condemnari, nisi aliter de delicto constet, quod & sensisse videtur Cartar. in d. tract. de execut. sent. contumac. capto bannit. c. fin. num. 10. vers. quod verum est, saltem in pœnam ordinariam, vt ibi per Farin. quia respondetur ea procedere quando sola extaret confessio, & non esset alijs adminiculis corroborata, quia tunc verum esset, quod condemnatio sequi non posset, vt etiam expresse voluit Boss. dicto tit. de delicto sub n. 15. & sentiunt alij eum sequentes, secus autem quando talis confessio est adminiculata, quia tunc sequi potest condemnatio, etiam in pœnam ordinariam, vt idem Boss. tenuit vbi supra, sub d. num. 15. & sequent. volunt alij præcitati Doctores, ex quorum dictis etiam constat idem esse, quando confessio esset de homine in genere, quod nō obscurè etiā sentit Roland. cons. 51. nu. 13. vers. exemplum lib. 1. & cum prędictis conuenit Bal. in l. eū probatio, ff. de probationibus, in lectura antiqua, sub n. 5. vers. & procedunt, inquiens sufficere, quod aliquis non reperiatur, & fama sit, quod quis sit occisus; de quo dicto meminit August. de Arimin. in Addit. ad Ang. de Maleficijs, in verbo, Quod fama publica præcedente n. 115. & quātis videatur de eo dubitare, ex quo fama, vbi tractatur de magno præiudicio, non sufficit ad probandā mortem, licet contrariū dicat Roland. d. cons. 51. n. 13. lib. 1. & ante eum Ias. in d. §. procurator sub nu. 23. tamen
9 vbi agitur de certo homine, tale dictū Baldi recipitur, vt censuit Boss. d. tit. de delicto, sub n. 15. ver. & hāc opinionē. Et nota in hac materia, quod Raphael Cuman. in d. l. certum n. 3. ff. de confessis, in ea fuit opinione, quod
10 quando Reus in iudicio confitetur, se vnū hominem occidisse, & eius cadauer in mare proiecisse, licet in specie non dixerit de quo homine, nec corpus fuerit repertū, tamen sit damnandus pœna mortis, cum delictum sit certum, & pęna homicidij certa, etiam quod homo ille potuisset esse talis, qui impunè occidi potuisset, puta bannitus, hostis Patriæ, vel Rebellis, quia de iure cōi fundata est intentio Curiæ, cum occidere hominem sit de genere pohibitorū, vnde qui vult dicere contrarium, debet hoc probare nec locus est torturæ, donec cōfitetur de certo, & particulari homine quod ante Raphaelem voluerunt Bal. in l. si cū exceptione, §. in hac actione num. 2. vers. adducitur etiam tex. quod metus causa, & Angel. in l. prætor edixit. §. si dicatur n. 2. vers. in textu, ff. de iniurijs, Quos omnes sequitur Alex. cōs. 19. supra allegato, col. 2, sub n. 3. vers. plus dixit lib. 7. quibus addo Florianū de Sancto Petro idem tenentē in l. item Mela. §. sed si plures n. 6. ver. & Ideò procedit libellus, & infra, ff. ad leg. Aquil. & Paridem de Puteo d. c. 1. sub num. 2. vers. sed contra dum adducit Bald. & Angel. in locis præcitatis.

E P I T O M E.

De interpretatione Statuti communiter vigentis per Italiam, quod non comparens in termino ad respondendum accusationi, vel Inquisitioni, sed contumax existens habeatur pro confesso, & condemnetur in pœnam impicti criminis, & quòd non procedat, vbi non constet de delicto, nec vbi appareat de innocentia cōtumacis, aut vbi ex facie accusationis, vel Inquisitionis patet, quod sit absoluendus, vel quod delictum impictum non est delictum, vel non cadit in contumacem.

S V M M A R I A.

1 *Statutum communiter vigens per Italiam, quod imputatus de maleficio contumax existens habeatur pro confesso, & conuicto, & condemnetur in pœnam criminis impicti, intelligitur dummodo constet legitimè de delicto; sine quo, nec imputatio, nec condemnatio sequi potest.*

2 *Contumacia vbi non est delictum, nō potest facere delictū.*

3 *Contumax nunquam condemnatur, si qualitas causæ non patitur.*

4 *Ex accusatione, vel inquisitione non includente crimen punibile, & cōtinente manifestā rei defensionem, nulla potest sequi condemnatio, non obstante prædicto statuto.*

5 *Contumax absoluitur, vel mitius punitur, iuxta facti qualitatem, si ex facie inquisitionis, vel accusationis apparet, delictum in eis contentum fuisse in totum, vel in partem excusabile.*

6 *Confessio ficta ex contumacia insultans, operatur ad summum idem, & non plus, quod vera, expressa confessio.*

7 *Delictum vbi non cadit in personam imputatis, contumax non obstante statuto, non potest condemnari.*

8 *Contumax, si non deliquisse constat, & de ipsius innocentia, absolui debet, secus si hoc non constat, licet non constet deliquisse; et statutum tūc operatur suum effectum.*

C A S V S C C. L V I.

STante statuto communiter vigente per Italiam, quod inculpatus de maleficio non comparens in termino assignato sed contumax existens habeatur pro confesso, & conuicto, & condemnetur in pœnam impicti criminis, dubitari sępius vidi an si ex processu de delicto, de quo quis imputatus est, verè, & legitimè non constat condemnatio contra dictum non comparentem, sed contumacem sequi possit, & pro parte negatiua semper respondendum dixi,
1 quoniam dictum statutum intelligendum est, dummodo constet de delicto, sine quo nec imputatio procedit, nec condemnatio esse potest, vt in puncto tradunt Angel. de Malefic. in verbo, Qui Dominus Iudex videns, sub num. 37. versic. vide pulchra verba. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. postquam num. 48. Foler. in practic. criminal. in prima part. 3. part. principal. in verbo, & si confitebuntur num. 25. vers. item in tantum. Cartar. in tract. de executione sententiæ contumac. capt. bannit. c. fin. nu. 9. & latius n. 141. & 142. Farinac. in pract. crim. tit. de inquisit. q. 2. n. 7.

vers. amplia, seu potius sub amplia, Bertaz. cons.crimin.388.num.2.lib.2.Natta cons.592, num.2. & seq. & cons.594.n.1.& seq.lib.3.non enim,vt præfati DD,
2 dicunt contumacia potest facere delictũ, vbi non est, nec ficta confessio operari plus, quam operaretur vera, in qua necessario exigitur,quod de delicto constet, vt ad condemnationem deueniri possit;& istud est dictum Bald, in l.2. §, quod si actor num.4. vers. vlterius nota hic, & infra. C, de iureiur. propt. calumn. dando, quod communiter à Doctoribus approbatur, vt ex infra dicendis apparebit; Quinimo generalius dici
3 potest, quod non obstante dicto statuto contumax
4 nunquam condemnatur,si qualitas causę non patitur, vnde si libellus est ineptus,vel non cõcludens, vel manifestam defensionem rei continens vel accusatio,aut inquisitio non includat crimen punibile, nulla sequi potest condemnatio,quia sicut his casibus ex vera cõfessione non potest Reus condemnari,ita nec ex ficta, vt tradit Bal.in d.§.quod si actor. num.4. vers.vlterius nota hic, quod ex contumacia, idem colligitur ex dictis per Corn. cons.17. sub nu.3. vers.sed istis non obstantibus, & infra,lib.3.volentem, quod non obstante dicto statuto, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, recipiendæ sunt per Iudicem defẽsiones innocentiam Rei contumacis demonstrantes, prout reciperentur ad fauorem rei cõparentis,quibus receptis Iudex,cui de innocentia liquit,nullo modo debet ipsum contumacem condemnare,quemadmodum non condemnaret comparentem innocentem repertum,ad quod probandum multa adducit Corneus,quę apud ipsum videri possunt, & cum Corn.optimè conuenit Alex.de Neuo cons.90.per totum, ostendẽs pariter teneri Iudicem quęrere de innocentia Rei,eaque sibi constita, licet sit contumax, eum absoluere, quod etiam expresè voluit in terminis præcitati statuti Cępolla latius insistens cons.crim.29.in 3.dubio num,31, vers.sed his non obstantibus, & nu.34. vers. Præterea sunt etiam examinati, & cons,40.in 4,dubio sub n,28. & 29. vers.tertius casus est,& infra,& ita etiam tenuit Angel.de Malefic.in verbo, Qui Dominus Iudex videns nu,39,vers.adde consilium,nec ab his discrepant adducta per Marcum Asinium inter consilia criminalia diuersorũ in impressis vltimo loco in magna forma to.2.cons.108.n.17.& seq.vers.prætera quando,vbi ex
5 pluribus concludit, ꝙ quando ex facie accusationis, vel Inquisitionis apparet qualitas delicti secundum eã iudicare debet Iudex, non obstante contumacia Rei, adeo quod si ex facie libelli appareat, quod sit absoluendus, absolui debet,contumacia non obstante,& ficta confessiones ex ea propter statutũ resultante, quia Reus contumax cẽsentur confiteri contenta in libello cũ omnibus suis qualitatibus, subditq; propterea infinitis vicibus in hac Ciuitate Florentię consultũ,& Iudicatũ fuisse, ꝙ si ex facie accusationis,vel Inquisitionis apparet delictum in eis cõtentũ fuisse excusabile in totum vel in partem, nõ obstante contumacia ipse accusatus, vel Inquisitus absoluitus, vel mitius punitur, secundũ qualitatem facti,ꝙ in accusatione, vel Inquisitione continetur, ex hac manifesta ratione,quia illa ficta confessio, quę ex contumacia resultat, non potest plus operari quã vera, vnde sicut si accusatus, vel Inquisitus compareret, & confiteretur contenta in accusatione, vel Inquisitione vera esse eo modo, quo in illis, vel altera earum continetur, vtique nihil aliud facere teneretur Iudex, quam accipere in manibus accusationem, vel Inquisitionem, & secundum eas, vel earum alteram iudicare, ita eodem modo facere
6 tenetur stante ficta confessione ex contumacia resultante, quæ ad summum idem, e non plus, quam expressa operari potest, & ita etiam ante Marcum Asinium tenuit Cæpolla, quem non adducit. dicto consil,crim.29.sub nu.23. vers.Item non obstat, dum subditur in eo statuto, vbi formaliter dicit, quod non comparens in termino statuti, non potest haberi pro confesso, nisi secundum formam accusationis, vel Inquisitionis, & quod ideo sicut si præsens esset Reus,& confiteretur, non posset ad mortẽ condenari, ita nec habitus pro confesso ex contumacia; Eandem opinionem nuper sequuti sunt Cartar. d.cap.fin. nu.47. vers. etsi de innocentia, & Farinac.in pract.crim.tit.de Inquisit.q.11. limitat. 11. sub num 62.vers.amplia secundo,qui punctualiter referunt,& sequuntur verba Marci Asinij supra à me fideliter transcripta, non tamen mentionem faciunt de alijs Doctoribus supra per me
7 adductis; Idem dicendum esset, vbi ex narratis in accusatione vel Inquisitione resultaret delictum non punibile, vel non cadens in personam imputati,vt exemplicando docet Farinac.in d.vers.Amplia secundo, & infra,qui loquitur etiam in fortioribus terminis de non exequenda condemnatione,si delictum non erat punibile, vel non poterat cadere in personam imputati, vt si vxor de furto facto marito, non subditus de crimine læsæ Maiestatis,vel Castratus de coitu cum muliere inquirerentur, nam & his, & similibus casibus cõtumax,
8 statuto non obstante, condemnari non potest; Sed quod dictum est de condemnatione non facienda cõtra contumacẽ ex statuto habitum pro confesso, quãdo de eius innocentia constat, intelligendum est procedere eo modo,quod dictum est videlicet,quando ex processu constat eum non deliquisse,secus autem quãdo hoc non constat, licet hoc non constet, quod deliquerit, quia tunc sequi potest condemnatio, quoniam sufficit non constare de nocentia, vel innocentia, & hoc casu statutum operatur suum effectum, quod non comparens habeatur pro confesso de crimine, de quo imputatur, licet non appareat, quod illud commiserit, cum nec pateat, quod non deliquerit, & ita in terminis resoluit Cepol.d.cõl,40,in 4. dubio sub num,28 vers.secundus casus,& sub num.29.vers.& quod ita debeamus, secundum cuius dictum in practica obseruatur, quia etiam quod delictum non probetur contra accusatum, vel inquisitum contumacem, dummodo de eius innocentia clarè non appareat, deuenitur ad sententiam condemnatoriam,

EPITOME.

De condemnato in pœnam furcarum, amputationis capitis, vel ignis, qui fracto laqueo,gladio non feriente, vel igne non comburente, incolumis euasit, an iterum sit ponendus ad furcam, sub securi, vel igne, an verò potius liberandus sit per Iudicem, vel saltem ab executione super sedendum sit, & Principi scribendum vt eius iussio expectetur,& secundum eam per Iudicẽ exequatur, in qua materia, distinctione quæstio resoluitur, & multa admiraculosè gesta pertinentia tractantur.

SVMMARIA.

1 *Narratur opin.Lucæ de Penna in terminis casus nostri,ex qua tria eliciuntur dicta.*

2 Condemnatus in pœnam furcarum, amputationis capitis, vel ignis, qui fractis laqueo, gladio non feriente, vel igne non comburente, incolumis euasit, si verè constat de miraculo, est omnino liberandus, nec vlterius sententiæ executio desideratur.

Miraculi probatio difficilis, est & plura ad ipsum probandum requiruntur, remissiuè, ibid.

3 Condemnatus ad furcam, qui incolumis remansit, vbi dubium est de miraculo, & vitium non est in laqueo, nec in executore culpa, liberationi locus erit, secundum opinionem Lucæ de Penna.

4 At eius opinio periculosa est, & contraria opinio verior, scilicet sententiam esse exequendam.

5 Sed tutius est, & executionem suspendere, & interim, in carceribus condemnatum retinendo, Principem consulere & ipsius iussionem expectare, & n. 7.

Et ita in practica fuit obseruatum Florentiæ, & n. 8.

Et hoc procedit etiam in condemnatis in pœnam ignis, vel amputationis capitis.

Condemnatus capitaliter executa sententia resurgens, non est iterum puniendus, & supra, nu 4.

6 Cagnol. & alij impugnantes Luc. de Penn. restis rationibus non mouentur.

9 Iudex per nouam notitiam innocentiæ Rei confessi, & condemnati, debet supersedere ab executione corporali, et omni modo possibili eam differre, et Principi rescribere, alias executio non differtur.

10 Condemnatus propter nephandum vitium Sodomiæ, etiam fracto laqueo, propter miraculum verum, vel præsumptũ, liberandus non esset.

11 Sed hæc opinio non placet Baiardo ex ratione, de qua ibi licet vera sit.

12 Grauitas delicti Sodomiæ ostenditur.

CASVS CC. LVII.

VBi damnatus est aliquis ad suspendium, qui se innocentem asserebat de crimine, Deumque, Beatissimam Virginem, & Sanctos præcaretur, vt de sua innocentia miraculum ostenderetur, & veritas aliquo modo appareret, & in actu executionis laqueus rumpitur, ita vt condemnatus non potuerit remanere suspẽsus, sed ceciderit in terram incolumis, vel in modico læsus, quæri solet, an sit iterum suspendendus, donec moriatur, an verò tanquam innocens liberandus; In qua difficultate Luc. de Penn. in l. 1. col. mihi 6. in
1 versi. Sed pone damnatus est aliquis, C. de desertor. lib. 13. inquit, quod si istud ex diuino miraculo procederet, idque certum esset, vtique ab iterato supplicio abstinendum esset, quia quod ducitur lege Dei, nulla ratio est, vt ab humana lege constringatur, quod si dubiũ hoc est, & in laqueo, vel in executore nihil est vitij, vel defectus, & hoc etiam certum est, videtur, quod sentẽtia suum debeat consequi effectum, quia parum est sẽtentiam ferri, nisi debita, & efficax exequutio subsequatur, & quia effectum rei Iura considerant, nec est hoc pusillanimiter amplectendum, vt iudicantis solertiam in timiditatem adducens se ipsum a puniendo reum detrahat, sed abiecta mollicie illum de iure scripto pœna feriat, qua damnauit eundem: Debent enim Iudices cum magnanimitate velociter lites decidere; Item quia huiusmodi miracula per malos Angelos, & etiam per Magos fieri solent, vnde non statim, ac semper miraculis est credendum, sed veris tantum, ad quę plura concurrere debent, ita vt in nullo habeat se Iudex vlterius intromittere, nisi vt iuxta suam sententiã condemnatus vltionem debitam consequatur; nam cũ teneatur Iudex secundum probata iudicare ex Legum auctoritate, quas seruare iurauit, & de quo est debitor ex præcepto Dei, etiam si Angelus Domini præciperet, vt reus contra quem constat legitimè per processum, non puniatur, nõ quod ipse iusserit, sed quod lege præcipiunt, facere tenetur, alias contra Dei spiritum duceretur Iudex, si contra iustitiam, & veritatem, quæ sibi in figura Iudicij est probata aliquid attentaret. E contra autem inquit Luc. de Pen. videtur quod liberationi sit locus, quia in dubijs propensiores sumus ad liberationem, quam ad vltionem, & quia in obscuris inspicimus, quod est verisimilius, & quod plerunque fieri cõsueuit, & verisimilius est, quod miraculum hoc procedat ex Deo, quam ex operatione malorum Angelorum, vel Magorum, cum hoc rarissimè fiat, & ad ea, quæ raro procedunt iura non adaptantur, nec insolita præsumuntur, imò difficilius præsumuntur ea, in quibus aliquod impedimentum accidere potest, & quia in dubio via tutior est eligenda, vt scilicet illud, quod putatur esse maleficium, potius relinquatur impunitũ, quam fortè per iteratum supplicium puniri innocentẽ, & quia inter duas sententias mitior est præferenda, & semper in dubijs benigniora sunt attendenda, itẽ quod a lege priuata ducitur, hoc est a lege Dei, nulla ratio est, vt a publica lege (put.) Principium constringatur, quæ enim spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, & hoc secundum Lucã verius videtur, nam tunc vera est sententia Præsidentis, quando æterni sequitur arbitrium Iudicantis, subditque hic ex eo manifestè hoc comprobari, quod legimus sæpius maximè in libris miraculorum Beatæ Mariæ Virginis, & in legendis Beatorum Iacobi, & Nicolai hoc euenisse, ac damnatos postmodum absolutus esse, nec tamen inuestigatum legimus, an id ex miraculo verè processerit, sic, & Beatus Britius ad vocem vnius pueri triginta dies ab ortu habentis, innocens probatus, fuit absolutus, quod Sancti viri Iudicio Ecclesiæ non fecisset, si hoc a iustitia deuiare nouissent; Simile refert Hyeron. de septies percussa, quod licet post septimam percussionem aliqui seruirent in eam, tamen reddita fuit liberata; simile refert deuotissimus Ioan. Andreas de Beato Hieronymo, quod duo Iuuens Romani innocentes damnati meritis Sancti eiusdem a gladio, incendio, & suspendio propè Constantinopolim fuerũt liberati; similem declamationẽ ponit Seneca de Virgine vestali de Saxo deiecta, & non perempta.

Cæterum quia in sententijs condemnatorijs Rei ad suspendium furcarum solet apponi clausula, ita quod moriatur, & anima a corpore separetur, dicit Luc. de Penna in d. loco col. 7. versic. secundo quæritur, quod cum Iudex functus sit officio suo, & sententia iuxta illius tenorem sit exequenda, nec eam mutare possit, licet adhuc videatur, quod idem sit, quia regulariter inspicimus in obscuris, quod fauorabilius est, & minimũ tamen vt cautius agat, tutius est, quod hoc Principi referat, vt ex persona, & rerum qualitatibus is, qui est lex animata in terris, & in nouis condendis iuribus, & veteribus interpretandis habet plenitudinem potestatis, prout sibi melius videbitur, fore decernat, quia Princeps est, vel esse debet omnino iustus, & quodammodo iusto melior, & ipse est directio legis, maximè vbi lex deficit, cum non omnia secundum legem sint, quoniam de singulis impossibile est ponere legem, quare sententia Regis opus est; indeterminati. n. indeterminata

nata est quoq; regula. Hactenus hic Lucas de Penna, qui prædicta omnia iuribus, rationibus, & authoritatibus elegantissimè comprobat, ex cuius dictis in summa colligitur, quod vbi certum est miraculum, condẽnatus liberatur, vbi vero dubium est, & in laqueo non est vitium, nec in exequutore culpa, adhuc liberationi locus est, ad quam tamen cautius est Iudicem non procedere, sed Principem cõsulere, & illius iussionem expectare.

2 Circa primum dictum indubitanter dicendum esset, quod vbi verè constaret de miraculo cõdemnatus esset omnino liberandus, nec esset locus vlteriori executioni sententiæ ex rationibus allegatis per ipsum Luc. de Penna, a quo in casu isto nullus omnino discrepare videtur, quia tamen huiusmodi miraculi probatio difficilis est, & ad illud plura requiruntur, de quibus latè tradit Mascard. in tractat. de probation. conclus. 1042. in verbo, miraculum, per totam, volumine 2. & per alios per eum adductos, raro, aut nunquam euenit hoc in facto, & propterea in hoc vlterius nõ progrediar.

3 Circa secundum dictum, stante præsupposito, quod nec in laqueo, nec in executore sit aliquod vitium, vel defectus, vt sunt termini Lucæ de Penna, Ego difficile recederem ab eius opinione liberationis in puncto Iuris, quia habita hac certitudine, benignè inclinandum esset, quod iudicio omnipotentis Dei hoc eueniret, & ita sentire videtur Carer. in pract. crim. in §. nono excusat. num. 3. folio mihi 187. & in §. circa itaque secũdum, num. 9. folio 243. Ioan. de Arnon. soliloquio 5. per totum, Dec. in l. fauorabiliores, num. 8, vers. & per d. l. ff. de reg. iur. Boss. in pract. crimin. tit. de fauoribus defensionis num. 11. vers. item adde Boer. decis. 217. num. 18. & 19. vers. & huic Alciat. in tract. de præsumption. reg. 3. præsumpt. 44. num. 6. & Paris de Puteo in tractat. de Sindicat. in verbo poena, cap. 2. incipiente, an si Iudex aliquem condemnauit, sub num. 2. versicul. iste damnatus, sed quia vix esse potest, quod certitudo ista haberi possit, credidi semper in hoc dubio periculosam esse opinionem Lucæ de Penna, & contrariam

4 sententiam sequendam esse, quod scilicet iterum condemnatus esset suspendendus, & sententia exequenda; vt in puncto voluerunt Iacob. de Bellouisu in practica crim. tit. de sentent. crim. nu. 1. & pluribus seq. & maximè sub num. 8. & 9. vers. vnde timore iniurium prædictorum, Clar. in pract. crim. quæst. 98. num. 9. vers. vltimo quæro, & ibi etiam Baiard. in addit. ad eum num. 8. Cagnol. latè insistens in d. l. fauorabiliores, num. 11. 12. & 13. ff. de regul. iur. vbi specialiter reprobat opinionem Lucæ de Penna, & Decij eum sequentis, veluti lege non probatam, quia postquam quis condemnatus extitit, constat eum nocentem esse, & non innocẽtem, & fractio laquei potuit contingere, vel per fraudem commissam ab executore, vel ex debilitate funis, & chordæ, ita quod necessarium non inferatur miraculum, refertque exemplum mulieris de adulterio accusatæ, iniuste tamen, quæ pluries fuit per carnificem percussa, & cum non moreretur iterum re percussa fuit, donec anima fuit separata a corpore, quod postea Deo fauente innocentiæ reuixit, & dum ad supplicium adhuc repeteretur, præcibus Episcopi loci ab Imperatore liberata fuit; & non sine ratione, quia si condemnatus capitaliter, executa sententia, resurgat, non est iterum puniendus, semel enim poenam passus est, & mors omnia soluit, vt notant Doctores in l. 2. ff. de Legib. vbi præcipuè Angel. sub num. 3. dans exemplum in Lazzaro, qui cum resurrexit iterum, moriturus, & fuerit ille idem homo, qui erat primò, si viuens fuisset damnatus ad mortem, non potuisset post resurrectionem decapitari, quia fuisset liberatus a poena per mortem, quę omnia soluit, & quia beneficium concessum a Principe debet esse mansurum, vnde multo magis concessum ab omnipotenti Deo, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium; refertque Cagnol. quod cum alias hic casus euenisset in facto, iterum dãnatus fuit positus ad supplicium, & suspensus, & mortuus remansit in furca. Eandem sententiam, sequendo Cagnol. tenet Chartar. in tractat. de execut. sentent. contumac. capto bannit. in præfat. num. 58. & multis sequent. versicul. & animaduertit Decius, & post eum Baiard. in addit. ad Clar. d. quæst. 98. sub num. 8. & 9. vbi etiam testatur se ipsum in Ciuitate Aquilana iussisse eum, qui a furca fracto laqueo illæsus ceciderat, rursum duplicato laqueo suspendi, & commissione executa illum remansisse suspensum mortuum, nec ab eadem opinione dissentiunt Boer. d. decis. 217. sub nu. 18. & 19. & Boss. d. tit. de fauorib. defension. sub n. 11.

5 si eorum verba bene cõsiderentur; sed etsi horum patrum sententiam vera esse existimo, nõ tamen per Iudices in contingentia facti sequendam esse puto, sed potius per eos omnino esse ab vlteriori exequutione supersedendum, & Principem consulendum, damnato iterim ad carceres reducto, & bene custodito, vt mox quod Princeps faciendum duxerit exequi valeat, iuxta ea, quæ statim subijciam. Nõ omittendo interea, quod

6 Cagnol. & alij impugnantes Luc. de Penna non satis rectè moueri videntur, quia loquuntur in diuersis terminis, & inter cæteras rationes eam adducunt, quod scilicet fractio laquei potuit contingere, vel per fraudem commissam, vel ex debilitate funis, ita quod necessario non arguitur miraculum; Luc. de Penna autẽ loquitur expressè, quando clare cõstabat, quod nec in carnefice adfuit dolus, nec in fune defectus, quo casu negari non potest, quin facilius inclinandum sit, quod sit miraculum, quam quando dubitari potest, quod id accidere potuerit ex culpa Ministri iustitiæ, vel ex vitio chordæ, vnde ex diuersis non bene infertur, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. 25. annis.

7 Circa tertium dictum Lucæ de Penna, quod quamuis, quando sumus in dubio, locus sit liberationi rei cõdemnati, tutius tamen sit Iudici consulere Principem, & eius expectare iussionem retinendo interim ipsum condemnatum in carceribus, paucis me expediam, quia in hoc omnes conueniunt; ita enim tenent Boer. Boss. Paris de Puteo, Cagnol. Clar. Baiard. & Chartar. in locis supra adductis, & Anton. Gomez. tomo 3. variarum resolutionum, de delictis titulo 13. de tortur. reorum, sub num. 37. vers. sextus casus est, vbi nititur authoritate Luc. de Penn. Paridis de Puteo, & Decij, de quibus supra memini, & ita alias seruatum fuit Flo-

8 rentiæ, dum hic casus accidisset Fruizzani, quia Iudex reuocauit condemnatum ad carceres, & consuluit Serenissimum Magnum Ducem, mediante Magistratu Dominorum Octo Virorum Guardiæ, & Baliæ, & ex gratia, & benignitate præfati Serenissimi Principis dictus reus fuit a poena furcarum liberatus, non tamen totaliter absolutus: & ad prædicta bene facit Felyn. in c. consanguinei, colum. 2. num. 7. de sentent. & re iudicat. dicens, post alios per eum allegatos, quod per no-

9 uam notitiam innocentiæ rei concessi, & etiam condemnati,

demnati, Iudex debet supersedere ab executione corporali, & omni modo, quo potest, eam differre, & rescribere Principi, vel populo habenti iura Principis, alias executio non differtur, etiam si reus proximus morti dicat se velle reuelare tractatum contra Statum de cuius Auctoris dicto im memores non fuerunt Cignol. & Chartar. supra adducti, licet illud non referant totum,

Et procedunt prædicta omnia de condemnato ad furcas, & etiam in condemnato in pœnam amputationis capitis, vel, vt igne viuus comburatur, nam, & is, si gladio, seu securi percussus remansit incolumis, vel ex igne exiuit illæsus, iterum non gladio feriendus, vel in igne reponendus, sed est liberandus, aut aliter tractandus, quemadmodum qui ex furca fracto laqueo inter iam viuus, & modicum offensus cecidit; vt in specie dicunt Iacob. de Belloui, & Boer. in locis adductis, & omnes alij sentiunt, nec dubium aliquod recipit.

10 Non omittendum tamen duxi, quod dixit Baiard. in addition. ad Clar. d. quæst. 98. num. 10. vers. Item adde, vbi inquit, quod dato, quod condemnati venirent liberandi propter huiusmodi miraculum verum, aut præsumptum, hoc tamen non procederet in condemnato, propter nepbandum vitium Sodomiæ, quia laqueo fracto pluries vltimo supplicio traducendus esset, donec cum effectu anima ab eius corpore separetur: secundum Luc. de Penna in l. siue ex prætoriano, col. 3. C. de exactor. & executor. lib. 12. quem sequitur Fab. de Monteleon. in praxi arbitr. parte 4. num. 406. folio 201. subdit tamen Baiard. hoc sibi non placere, 11 quia si fractura laquei est signum innocentiæ, ita potest esse innocens condemnatus ex hoc crimine, sicut condemnatus ex alio delicto, & est ratio palpabilis, & vera, cui non potest responderi; nec Luc. de Pen. dicit id, ad quod allegatur, nam in d. l. siue ex Prætoriano, column. mihi 3. circa medium, versiculo Quinimo si Sodomita; vbi formaliter, exagerādo immanitatem pec-12 cati contra naturam, inquit, quod si talis delinquens punitus, & morte multatus vitæ redderetur, iterum morti tradendus esset, vt impurum spiritum renascens pœna torqueret, secundum Quintil. Quod dictum, si verum est, notandum, & admirabile esset, & contra opinionem Angeli de qua supra mentio est habita in l. 2. ff. de leg. vt cunque tamen sit, siue verum, siue falsum hic recensere volui saltem ad ostendēdam grauitatem præfati delicti, de quo multa dixi in prioribus resolutionibus criminalibus cent. 1. casu 16. per totum, quibus addi possent congesta per Luc. de Penna in loco præcitato diffusè in hoc proposito loquentem.

E P I T O M E.

De Statuto imponente pro aliquo delicto certam, & determinatam pœnam, & vltra, vel aliam, arbitrio Iudicis simpliciter, aut maiorem, vel minorem, vel consimili modo disponente, quomodo, intelligatur, & an, si pœna specificè determinata sit pecuniaria, vel corporalis, altera arbitranda debeat esse similis, & in eadem specie, an verò possit esse dissimilis, & differre specie.

S V M M A R I A.

1 Edicto puniente deferentes arma in centum, et vltra arbitrio Iudicis, transgressor pro arbitrio non tenetur aliqua pœna corporis afflictiua, nec exilij, sed solum pecuniaria.

2 In Pœnis est recipere positiū, comparatiuum, et superlatiuū, Rationes conclusionis, et exempla ponuntur, ibid.

3 Comparatiuum debet non solum participare de positiuo sed de eodem genere esse et non inducere quid diuersum. Statutum imponens certam pœnam, et dicens, vel aliam arbitrio Iudicis, intelligitur de pœna arbitraria pecuniaria, ibid. et rationes adducuntur.

4 Iudex non debet excedere pœnam a statuto specificè impositam, vltra tantundem, si a statuto vltra pœnam ordinariam dictum sit, et plus, et minus, arbitrio Iudicis.

5 Extrahens per vim mulierem de domo, stante statuto puniente ipsum extrahentem in centum, et in plus arbitrio Iudicis, vigore arbitrij, non potest decapitari.

6 Bannum contra deferentes Archibusios Rotatos, vel Sclopos ad rotam paruæ, et prohibitæ mensuræ imponens certam pœnam pecuniariam, et vltra arbitrio Principis, intelligitur de arbitrio in pecunia, et pœna arbitraria non potest esse nisi pecuniaria, et ita Auctor practicauit.

CASVS CC. XXXXVIII.

1 STante edicto, seu proclamate, quod deferentes certum genus armorum, puniantur in centum, & vltra, arbitrio Iudicis, resolutum vidi, transgressorem de iure non teneri aliqua pœna corporis afflictiua, nec exilij, aut similis, sed tantum pecuniaria, per notata per Bal. in l. 1. num. 9. vers. considera etiam hic, C. de probationib. vbi inquit, qđ etiam in pœnis est reperire po-2 sitiuum, comparatiuum, & superlatiuum, vt si statutū dicat, quod pro insultu sine sanguine imponatur pœna decem cum sanguine imponatur maior arbitrio Iudicis, cum cicatrice vero imponatur maxima, quia ista maior, & maxima non potest esse, nisi pecuniaria, quia comparatiuum non potest excludere qualitatem positiui, & superlatiuum qualitatem vtriusque, & subdit Bald. maximam pœnam pecuniariam esse omnium bonorum ademptionem, vt in l. 1. C. ne sine iuss. Princip. quod dict. m Bald. sequuti sunt August. de Arimin. in Additionib. ad Angel. de malefic. in verbo, & ibi caput a Spatulis amputetur, sub num. 45. & 47. versic. & supradicta dubium non haberent, Clar. in pract. crimin. quæst. 83. num. 12. vers. Præterea si statutum, & nouissimè Farinac. in pract. crim. lib. 1. tit. de accusat. quæst. 17. num. 50. vers. limita quarto, vbi alios refert, quibus additur Iason. in l. stipulationum quædam, num. 3. vers. item adde, ff. de verbor. obligation. vbi etiā pro 3 confirmatione inquit, quod comparatiuum non solū debet participare de positiuo, sed etiam debet esse de eodem genere, & non inducere quid diuersum, quod planius procederet, vbi in statuto apposita esset dictio alia, puta si statutum imponeret certam pœnam pecuniariam, puta mille, & postea subderet; vel aliam iudicis arbitrio, quia ista alia pœna non posset esse nisi pecuniaria, & similis expressè propter dictā dictionem, quæ est repetitiua similium secundum glos. & Doctor. communiter in l. si fugitiui, C. de seru. fugit. & in alijs locis vulgaribus, vt determinat Farinac. in loco citato num. 51. & volunt August. de Arimin. & Clar. supra citati, Ioan. Maria Monticell. in pract. crim. reg. 2. sub n. 3. vers. quarto limita, Marant. disputat. 3. num. 3. vers. pro parte vero, & num. 14. vers. quinto non obstat, Felyn. in cap. sedes ante fin. sub num. 6. & dicit pulchrè Bald. extra de rescript. Ad idem seruit Bal. in l. conuenticulam num. 4. versic. item est argumentum a natura alternatiuorum, C. de Episc. & Cleric. vbi formaliter dicit, quod si statutum dictat, quod aliquis puniatur

tur pœna pedis, vel alia, istud alia intelligitur de simili vnde non intelligitur de pecuniaria pœna, quia non conuenit in genere pęnę, nec dicitur de amputatione capitis, quia longè remota est a mutilatione membri; quam decisionem expressè sequitur Cępol. in repetit. l. si fugitiui, C. de seruis fugitiu. num. 4. versicul. & hoc etiam, & post eum Farinac. in d. limitatione quarta sub num. 52. & præter eos Felyn. in cap. inter cęteras, sub num. 15. vers. nec ignores, extra de rescript. & in cap. sedes, ante fin. sub num. 6. vers. similiter dicit Bald. & d. tit. & sequi etiam videtur August. de Arimin. dum simpliciter adducit Bald. in d. l. conuenticulam. Idem confirmatur ex dictis per Angel. de Perus. in l. si fugitiui, ad finem num. 5. C. de seru. fugit. vbi inquit, quod si Potestas habet arbitrium puniendi testes in plus, & minus, quam dicit statutum, debemus hoc intelligere, vt sit eadem species pluris, aliter non posset plus, imo omnino diuersum, quoniam differret in nomine, & in substantia, & in natura, & ideo si pęna ordinaria est pecuniaria, non transibit ad corporalem, quia hoc non se haberet per modum pluris, sed per modum maioritatis: & Angelum sequitur ibi Cępol. in repetit. num. 40. versic. item dicit hic, eandem opinionem, sequendo ipsum Cępollam, & nulla habita mentione Angeli; tenet Farinac. in d. limitat. 4. num. 52. vbi etiam subdit, quod in isto casu non potest Iudex pœnam determinatã alterare absolutè, prout sibi placet, sed arbitrio boni viri, & in modico, quia dicta verba plus, & minus, hoc importare videntur, & arbitrium temperare, vt ante eum latius determinauit Cępol. in d. l. si fugitiui,
4 nu. 42. & seq. vers. Item adde, & infra, vbi amplius voluit, quod Iudex non debet excedere pœnam a statuto specificè terminatam, vltra tantundem, vt si statutum dicit, quod si quis dederit alicui alapham condemnetur in quinquaginta libris denariorum, & plus, & minus arbitrio Potestatis, Iudex vigore facultatis sibi tributæ non debebit arbitrari vltra centum libras, quia non debet esse plus illud, quod vltra arbitratur, quam sit illud, quod specialiter est inductum pro pœna, vt ibi per ipsum ad hoc iura, & authoritates adducentem: Cum quibus cõuenit Iason in d. l. stipulationum quędam,
5 sub num. 3. ff. de verborum obligation. inquiens, quod si statutum disponat, quod si quis extraxerit mulierem de domo per vim, puniatur in centum, & in plus arbitrio Potestatis, certè Potestas non potest vigore dicti arbitrij facere eum decapitari, quia comparatio, & plus, intelligitur de modico pluri in quantitate, & non in alio genere, & refert Cinum ita determinantem, & attestatur in hanc quæstionem fuisse de facto Florentiæ, & secundum prædicta alias tenui in loco Ferentili in bannimentis Illustrissimi, & Excellentissimi
6 D. Principis Massæ imponentibus pœnam pecuniariam in certa summa, & vltra arbitrio ipsius D. Principis contra deferentes archibusios rotatos, seu sclopos ad rotam paruæ, & prohibitæ mensuræ, vt (scilicet) pœna non possit arbitrari nisi in pecunia, quam determinationem optime probant supracitatæ decisiones in puncto.

E P I T O M E.

Quod Clericus possit per suum Iudicem Ecclesiasticum processari, & puniri; tam per accusationem, quam per Inquisitionem de delictis per eum commissis, dum esset Laicus, de quibus non fuit punitus per Iudicem secularem, & quando, & quomodo hoc procedat.

S V M M A R I A.

1 *Laicus, qui plura delicta commisit, de quibus nunquam accusatus, nec Inquisitus, aut coram suo Iudice seculari punitus fuit, Clericus effectus potest ab Ecclesiastico suo Iudice molestari, & pro eisdem delictis puniri.*

2 *Promotus ad Clericatum, tempore promotionis non emanato edicto iuxta formam, c. fin. de elect. in 6. potest nedum ipse, sed promotor suus accusari, secundum distinctionem, Abb. relatam, ibid.*

Sed ab ipso promotore inquiri non potest, nisi delicta essent adeo occulta, quod ignorari probabiliter possent.

3 *In delictis irregularitatem inducentibus, tempore promotionis occultis, potest inquiri concurrentibus probabilibus coniecturis, vt puta infamia, & alijs.*

4 *Laicus delinquens, post delictum effectus Clericus, non debet per Iudicem secularem coerceri, processari, et puniri, sed tantum per Ecclesiasticum.*

C A S V S CC. LIX.

Vidi in contingentia facti dubitari, an Laicus, qui commisit plura delicta tempore, quo erat Laicus, de quibus non fuit vnquam accusatus, nec Inquisitus coram suo Iudice seculari, nec per eundem subsequenter punitus, si efficiatur Clericus, possit de illis molestari, & puniri ab Ecclesiastico suo Iudice ordinario: Hanc quęstionem in specie tangit Io. Baptista Ferret. consil. 366. num. 16. versic. non obstant alia obie-
1 cta, lib. 2. & concludit posse talem delinquentem per suum Iudicem Ordinarium Ecclesiasticum puniri, nec propter Clericatum a pœnis talium delictorum fuisse liberatum, testaturque hanc esse communem Doctorum opinionem, & secundum eam sæpius fuisse, conclusum, & practicatum, & probari videtur per text. in cap. fin. 24. distinct. in cap. si qui sine examinatione, & in c. fin. 81. distinct. eandem quæstionem ponit Abbas in c. fin. sub num. 3. vers. ex quo infertur. Extra de purgation. canonic. vbi post relatas contrarias Doctorum opiniones distinguit, quod aut tempore promotionis
2 non emanauit edictum, vt quicunque velit aliquid obijcere compareat intra certum terminum, iuxta formã c. fin. de electin. in 6. & tunc accusari potest, imò nedum ipse, sed, & promotor suus; inquiri vero non potest per eundem superiorem, qui promouit, ex quo minores suos approbauit, nisi crimina adeo fuissent occulta quod probabiliter superior potuisset ea ignorare, quia tunc posset procedere; Aut terminus præfixus fuit, & tunc si iste, qui vult accusare, erat in Dięcesi, nõ debet audiri, & pari ratione non posset Inquisitio fieri, quia præsumeretur malitiosè facta, nisi essemus in delicto
3 irregularitatem inducente, vt in homicidio, quando erat occultum tempore promotionis, sed postea ex probabilibus coniecturis orta est infamia; ex quo nec qui vult accusare, nec superior reperitur in aliqua culpa, & contrarium dicere absurdum esset; Si vero erat extra Dięcesim, vtique accusatio procedit, & eodem modo Inquisitio, & vt latius per ipsum Abbatem dicentẽ, ita tenuisse Federic. de Senis in suis consilijs, prout verè tenuit, in consil. 23. incipiente, Titius electus in Pręlatum, colu. 1. 2. & 3. vbi prædictam distinctionem ex pluribus optimè probat, & quæ quidem distinctio conclusionem a Ferretto firmatam corroborat, secundum quam vidi seruari, & pro ea facit Oldrad. consl. 4. Quod Laicus, in toto, consulens Laicum delinquentem, post
4 delictum effectum Clericum, non debere per Iudicem secu-

secularem, coerceri, sed per Ecclesiasticum tantum, vt sic apertè sentiat, Clericum posse de delictis per eum, dum esset Laicus, commissis processari, & puniri, quam conclusionem latissimè ipse probaui in prioribus Resolutionibus Criminalibus Centur. 2. casu 108. ad quæ dicta Lectorem remitto, illis vltra Oldrad, in loco prędicto addens Io. de Imol. cons. 118. in casu præmisso, in princ. & cons. seqq. ad primum quæsitum, pariter in princ. & Ioan. de Anan. in cap. ad falsariorum, colum. pen. & fin. vers. vltimo colligit hic Dominus meus, & infra, extra de crimine falsi, nec ad rem in hac quæstione sciunt, quæ in eodem casu 108. subieci, & præfati Doctores in citatis locis tradunt distinguendo, an Laicus delinquens cum fraude, vel dolo effectus fuerit Clericus, an vero sine, & rursum vbi adfuerit fraus, & dolus, an agatur de pœna corporali, an verò de pecuniaria tantum, quia talia dicta tendunt ad hoc, vt cognoscatur an cognitio, vel punitio spectet ad Ecclesiasticum Iudicem, an verò ad secularem, nec aduersatur conclusioni nostrę, imò eam firmant, cum expresè velint Clericum de eo, quod ante Clericatum fecit, puniendum, siue ab vno, siue ab altero Iudice.

E P I T O M E.

De statuto puniente petentem plus debito in certam pęnam, vltra amissionem ipsius debiti, an, & quando locum habeat in petente summam in totum indebitam, vbi multa prò, & contra adducuntur.

S V M M A R I A.

1 *Statutum puniens petentem in Iudicio plus debito in pœnam ammissionis debiti, et in aliam pecuniariam fisco applicandam, procedit in petente in Iudicio indebitum, et numero 2.*

3 *Licet Senat. Mantuan. Teste Surdo, sequutus sit contrariā opinionem.*

4 *At verior, et sustentabilior opinio est contra Senat. Mantuan.*

5 *Etsi ipsius Senatus magna sit authoritas.*

C A S V S CC. LX.

1 IN disputationem venit, an statutum puniens petētem in Iudicio plus debito in pœnam ammissionis debiti, & aliam pecuniariam fisco applicādam, locum habeat in eo, qui in Iudicio petit indebitum, & pro opinione affirmatiua facit, quia petens indebitum videtur petere plus debito, cum appellatione pluris comprendatur etiam totum, per text. in l. 1. §. hæc verba, vbi etiam gl. ff. si cui plus, quam per legem Falcidiam.
2 Et dicit Ias. in l. 2. nu. 5. vers. adde, & fortius, C. de hæredib. instituen. per illum textum, quod appellatione partis totum continetur, in tantum, qđ si testator in testamento legat illam partem domus vxori, quam secum viuens habitabat, si totam domum inhabitabat, & testator nullam partem solebat locare, tota domus venit in legato; vt est text. in l. vxori, in princ. & ibi gl. & Bartol. ff. de legat. tertio, vt sic plus debito petere dicatur, qui totum indebitum petit, quemadmodum, & minus debito petere diceretur, qui nihil peteret, l. minus, ff. de verbor. signific. & l. illud, §. si cuius dolo, vers. minus, ff. de tributor. action. vltra quod qui totum indebitum petit, plus debito petere videtur, cum in toto, & pars contineatur, ex regula, quod in eo, quod plus est, continetur etiam quod est minus l. 1. §. si stipulanti, ff. de verbor. obligat. & l. in eo ff. de reg. iur. cum vtrobique notat, per Doct. & magis in terminis seruit Bart. in l. si seruus, t 11. §. si ita scriptum, in fin. num. 3. ff. de legat. 1. dicens, quod si statutum mandat quod Potestas, qui condemnauit aliquem in plus, quam deberet, teneatur ei restituere tempore syndicatus, si aliquem condemnauit indebitè in tota summa, licet videretur, quod ex illo statuto nō teneretur Potestas, ex quo statutum loquitur, quando in aliquid condemnauit indebitè, tamen contrarium est verum, quia dictum verbū, plus, tunc facit comparationem, quando reperitur aliquid ad quod comparetur, secus autem si non reperitur, quia tunc totum importat, vt in d. l. 1. §. hæc verba ff. si cui plus, quam per legem Falcidiam, & subdit Bartol. pro hoc facere, quod dicimus in dictione, minus, quia etiam quod nihil est, dicitur minus l. illud, §. si cuius dolo, vers. minus, ff. de tributor. action. & hāc Bart. decisionem sequuntur in eodem §. si ita scriptum, Angel. de Perus. in fine num. 3. Castrens. pariter, nu. 3. & Florian. de Sancto Petro ad finem nu. 9. Ias. in l. 2. nu. 4. vers. idem in dictione, C. de hæredib. instituend. & in l. stipulationum quædam, sub num. 3. vers. limita istud, ff. de verbor. obligationib. facit etiam Bald. in l. fi. in fine principij, sub num. 4. vers. quæritur tertio ff. si cert. petat, vbi quærit, an qui promisit soluere, quanto minus posset aliquis creditor exigere a suo debitore, teneatur etiam, quando nihil fuit exactum, & concludit, quod licet videretur, quod non teneretur, quia minus habet in se rationem alicuius positiui, sed nihil non, tamen teneretur, quia dicitur minus etiam quod nihil est, & stat priuatiuè, subijcitque eadem ratione, quod si statutum velit, quod habentes libram a cētum libris supra, soluant decem pro quolibet fumante, & minus habentes soluant quinque, sub isto minus habentes, etiam nullam habentes libram contineri videntur: & Bald. sequutus est Iason in d. l. stipulationum quædam sub n. 2. vers & illud ff. de verbor. obligation. Ad idem adducitur Alberic. de Rosat. in tract. de Statut. lib. 1. q. 172. per totam, quærens stante statuto, quod habens centum in bonis, vel plus, debeat tenere equum, & arma in seruitio Communis, si aliquis est ditissimus, & habet in bonis vigintimillia, nunquid debebit tenere equum, & arma, & dicit videri, quod non, quia illud verbum, plus, ad modicam quantitatem refertur, l. hæc adiectio pluris ff. de verbor. significat. cum similibus, sed contrarium determinasse Iacobum de Rauenna, quia quod dicitur, vt dictio illa, plus, ad modicum referatur, debet intelligi, nisi ex tali relatione sequeretur absurditas, & fieret contra mentem legis, vel statuti, sicut esset in casu proposito, quia absurdum esset, & contra mentem statuti, quod ditissimus excusaretur ab equo, & armis, & habens centum in bonis, & aliquod modicum plus teneretur, ex quo intuitu diuitiarum tale onus apponitur, aliudque simile exemplum adducit de statuto, quo cauetur, quod habens annos 60. vel plus excusatus sit ab exercitu, si enim dictio, plus, ad modicum referretur, iam habens centum annos non excusaretur, & habens 60. excusaretur, quod similiter est absurdissimum, & contra mentem statuti; Idem voluit ipse Alberic. de Rosat. in l. hæc adiectio pluris, ad finem, sub num. 5. versic. & quod dixi, de verb. significat. & ita etiam in istamet quæstione per Albericum formata tenet Bald. in tract. de statut. per Sigismundum eius pronepotem constructo, in verbo, plus, & sunt verba ipsius Baldi in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter ff. ex quibus causis maiores, sub num. 5. vers. sed pone

dicit

dicit statutum, nam vt ibi dicit Bald. dictio, plus, non solum refertur ad modicum, sed etiam ad multum, ratione vitandi absurdi, quod esset, si quis grauetur pro modico, & non pro pluri, sed pro multo.

3 Cæterum contrariam sententiam sequutus est Senatus Mantuanus teste Ioan. Petro Surdo decision. 65. inter D. Catabenum, vbi punctualiter dubitationem hanc ponit in simili statuto Mantuano, & deductis aliquibus fundamentis pro suprascripta affirmatiua sententia, non tamen omnibus per me relatis; Refert nihilominus Senatum in diuersam fuisse opinionē, quod prædictum statutum non habeat locum in eo, qui in totum petit indebitè, quia cum loquatur comparatiuè, supponit positiuum, quod vbi non extat, nec comparatiuum locum habet, & propterea non dicitur petere plus debito, qui petit indebitum in totum, cum nihil sit totum; iuxta notat. per Dec. cons. 184 nu. 6. vers. tamen propriè loquendo, & per Cagnol. in l. in personam §. generaliter ante fin. nu. 5. ff. de reg. iur. Et quia statutum inter alias pœnas ponit amissionem debiti, quæ locum habere non posset, vbi nullum adesset debitum, vt sic cum statutum supponat aliquid esse debitum, non procedat, vbi tale non militet suppositum, quia cessante præsupposito, cessat dispositio glos. in l. mancipia in glos. in verbo auocandum, C. de seru. fugit. & in clement. in plerisque, in glos. in verbo, & populo, in tit. de election. Et ad allegata pro affirmatiua respondet ea procedere impropriè, & in alijs terminis, non autem in materia statutaria, & pœnali, cuius propria, & stricta fieri debet interpretatio, & proinde oportere, vt comparatiuum suum habeat positiuum, & vt suppositum statuti verificari possit, alioquin minimè locum esse ipsius legis dispositioni, & vt latius ibi tradit ipse Surd. cuius dictis si fas esset responderi pos-

4 set, quod in terminis prædicti statuti verior, & substentabilior opinio est affirmatiua per Senatum reiecta, quia valde inconueniens est, & absurdissimum, & contra manifestam statuentium mentem, quod quis ex cētum petitis, decem tantum plus debito petens, puniatur, & tota centum indebita petens, non puniatur; Nec facile perspici potest, quod qui plus deliquit non puniatur, & qui minus puniatur. Vnde dicendum est, & eum, qui totum indebitè petit, puniri, quemadmodum eum, qui aliquid plus debito petit, vt in similibus terminis dixerunt Alberic. de Rosat. & Bald. supra citati, de quibus non meminit Surd. Nec obstat responsio per ipsum Surdum accommodata, quia respectu dictionis plus, dicitur, quod etiam in materia statutaria, & pœnali non semper ea stat comparatiuè, nec comparatiuū facit comparationem, quādo nihil reperitur, ad quod ipsa comparatio fiat, vt supra dixi ex Bart. & alijs quibus addo Decium d. consil. 184. num. 4. vers. non obstat, quod istud pactum, prout euenit in casu isto, in quo deficit positiuum, ad quod referendum sit comparatiuum, vnde refertur ad totum, & respectu suppositi cessantis ob non existentiam debiti, cuius amissionem ponit statutum, dicitur, quod, & si illud non existit non tamen dispositio cessat, imò procedit ex mente statuentium, & ne absurdum sequatur, vt supra dictum est, & locum habere potest in alia pœna ab ipsomet statuto expressa vltra amissionem ipsius debiti, pro qua etiam Iudex ex suo arbitrio aliam subrogare deberet, nec delinquens similem euitare debet ex eo, quod illa locum habere non potest l. quicunque, vers. quod si ad prædictam C. de seru. fugitiuis. Et ibi tradūt omnes scribentes, & ipse probaui in prioribus Resolutionibus Criminalibus Cent. 1. casu 56. nu. 115. & 116. & supra casu 236. in quarta, & quinta quæstionibus. Nec quidem statutum illud ita est intelligendum, vt absurdum inducat, vel quid rationi contrarium, sed vt sana tantum, & rationabilis interpretatio fiat, vt dixit Bald. in d. §. sed quod simpliciter, ante num. 2. versicul. Item nota, quod simpliciter. Et Alber. de Rosat. in tractat. de statut. lib. 1. quæst. 9. nu. 30. & 31. vers. semper

5 enim. Quia tamen magna est Senatus Mantuani authoritas, non auderem ipse tantorum Patrum placita redarguere.

E P I T O M E.

Quod Clericus coram Iudice seculari falsum perhibens testimonium a suo tantum Iudice Ecclesiastico puniatur, non etiam a seculari, licet è conuerso, Laicus corā Iudice Ecclesiastico falsum deponens ab ipso Ecclesiastico Iudice puniri possit, & etiam a seculari, inter quos locus est præuentioni, & quid quando per vnum Iudicem ex alterius commissione examinatus est testis, qui falsum deposuit, an, & tunc vterque Iudex punire valeat, & an quæ dicuntur de teste falso puniēdo ab eo Iudice, etiam alias non suo, coram quo falsum dixit, procedant non solum in Iudice ordinario, sed etiam in delegato, siue principis, siue inferioris, & quā pœnam imponere possint tales Iudices, an scilicet falsi ordinariam, an vero extraordinariam tantum, & an, & quando vna imposita per vnum Iudicem possit alia per alterum Iudicem imponi.

S V M M A R I A.

1 *Testis falsus a Iudice etiam non suo, coram quo falsum deposuit, puniri potest.*

2 *Clericus falsum deponens coram Iudice seculari, potest ab ipso puniri nec ipse ex clericali priuilegio eius iurisdictionem declinare potest.*

3 *Hoc procedit si ex officio Iudex secularis, non ad instantiā partis, nec corporaliter, sed tantum pecuniariter Clericum extraordinariè puniat.*

4 *At contraria opinio, quod nullo modo a Iudice seculari possit puniri, verior, communior, et seruanda est in practica.*

5 *Laicus falsum deponens coram Iudice Ecclesiastico potest ab eodem Iudice puniri, et ipse illius iurisdictionem declinare non potest.*

Imo vterque Iudex contra hunc poterit procedere, et præuentioni locus erit inter ipsos, ibidem, et ita in practica obseruatur.

6 *Quod procedit, et in Teste Laico coram suo Iudice de ordine, commissione, vel rogitu Iudicis Ecclesiastici examinato, falsum deponente, qui a Iudice Ecclesiastico puniri poterit.*

7 *Sed hoc procedit in Iudice ordinario, et in delegato Principis, coram quo, licet non suo falsum deposuit.*

Secus in delegato inferioris a Principe, qui ipsum ad delegantem remittere debet, ibid.

8 *Si tamen non habeat iurisdictionem ita restrictam, vt punitio criminalis ei sit interdicta, non procederet hoc.*

9 *Quod si contrarium esset, hoc crimen punire saltem pœna aliqua extraordinaria posset.*

10 *Punitus pœna extraordinaria a Iudice delegato, potest a suo ordinario Iudice adhuc pœna ordinaria l. Cornelia de falsis puniri.*

11 *Iudex secularis puniens pœna ordinaria laicum, in causa matrimoniali coram Iudice Ecclesiastico falsum deponentem*

tem non impedit, quin Iudex Ecclesiasticus ipsum punire valeat pro dicta falsitate pœna canonica.

Pœnam ordinariam non tollit pœna extraordinaria, ibidem.

12 *Punitio ab vno ex Iudicibus competentibus separatam iurisdictionem habentibus facta, excludit processum, & sententiam alterius, et sufficit vna pœna, si sit integra.*

13 *Melior est conditio occupantis per exceptionem sententiæ, vbi esset ab vtroque condemnandus.*

CASVS CC. LXI.

1 STante regula text.in l.nullum C.de testibus quod testis falsus a Iudice coram quo falsū deposuit, etiā alias non suo, puniri potest, qua si ratione falsitatis statim effectus sit de eius foro, dubitatū fuit, an Clericus falsū
2 deponens coram Iudice seculari, possit puniri ab ipso Iudice seculari: & glos.in d.l.nullum, in glos. in verbo, præscriptionem, expressè tenuit quod possit puniri, nec eius iurisdictionem ex clericali priuilegio declinare possit: Idem voluit ibi Bal.num.8. versiculo quæro hic de clericis, inquiens speciale esse, quod hoc casu clerici puniantur a Iudice laico, quia delinquendo in iudicio se astringunt foro illius, Idem antea, & latius tenuit ibidem Cyn. in secunda, & in tertia oppositionibus, vbi dicit, quod directo non potest clericus litigando coram alio Iudice, quam suo, etiam Ecclesiastico in eum consentire, & eius iurisdictioni se submittere, sed contrahendo, vel delinquendo sic, quia quędam sunt, quę prohibētur directò, quę tamen conceduntur per quādam consequētiam, & supposito alterius Iudicis iurisdictioni impeditur per viam principalis prorogationis, sed non per viam cuiusdam accessionis: & hanc glosæ, Cyni, & Baldi opinionem sequitur Decian.in tract.crim. tomo 1.lib.4.cap.9.num.82.vers.quarto limitatur, vbi etiam alios eandem sequentes adducit, de quibus etiam meminit Farinac.in pract.crim.lib.1.titulo de Inquisit.q.8.num.26.versicu.amplia duodecimo regulam. Et his adduntur Salycet.in d.leg.nullum, numer.4.& Fulgos. num.1.Ias.in l.1.§.qui mandatam, num.7.ff.de officio eius, cui mandata est iurisdict. Marsil.in l.fin. sub num. 152.vers.& dicit ibi Bald.ff.de iurisd.omnium iudic. Alex.in additionibus ad Bart.in d.l.nullum, in prima addit.& in l.1.circa princ.in additione, in verbo, in clericis sub littera, B, ff. de Iudicijs, & alij adducti per Clar.in pract.crimin.q.38.sub num.14.& per Roland. cons.12.num.26.& 27.lib.2.vbi etiam supradictas rationes Cyni prosequitur, dummodo tamē Iudex laicus
3 talem clericum coram eo falsum deponentem ex officio, & non ad instantiam partis, & pecuniariter tantū, & non corporaliter puniat; vt tradit Federic.de Sen. cons.93.Factum, quod proponitur, colum.3. sub num. 5.& 6.vers.item ad id, quod objicitur, vbi expressè tenet, quod Iudex secularis clericum coram eo agentem vel accusantem calumniosè, vel falsò, vel variè testificantem, potest ex officio extraordinariè punire, ita tamen, quod executio talis pęnę, quę sit facienda in personam reseruetur Episcopo, si vero sit realis faciēda in bonis, ab ipsomet Iudice seculari fiat contra ipsū clericum, vel fideiussores, quod dedisset, & subdit, quod eodem modo potest Iudex laicus punire clericum in ciuilibus deficientem in expēsis; quod dictum Federici de Senis refert Decian.sub d.nu.82. vers. item, & secundo; vbi etiam alios illud sequentes adducit, & post eum Farinac.d.q.8.sub d. nu.26 & sentit Salyc.in d.l. nullum, sub num.4.in fine, & Alex in addit.ad Bartol.in d. l.nullum, Et alij relati per Capyc.decis.230.nu.3.vers. tertia fuit opinio.

4 Contrariam tamen opinionem, quod talis clericus nullo modo a Iudice seculari, quāuis eius aures, falsum coram ipso testificando, offenderit, puniri possit indistinctè, nec ex officio, nec ad instantiam partis, nec pecuniariter, nec corporaliter, tenuerunt oēs Canonistę in cap.verum, de for.compet. vbi præcipue Felyn. sub num.5. vers.contra clericum, & idem Felyn.in cap.at si clerici, sub num. 10.post vers.fallit quarto, circa finem, de Iudic.Salyc.& Castren.in d.l.nullum, ille sub num.4.in fine, & iste sub numero 5. vers. sed quid Capyc.decis.Neapol.5.num.13. Afflict. decis.230.num. 1. & 4. Marant. in tract.de ord.Iudic.in 6. part.princip.in 12.actu nu.4.5.Angel.de Malefic.in verbo, falsario, sub num.24.vers.puero testis, & ibi etiam Augustin.de Arim. in addition. ad Clar. in pract.crim q.38. num.14.vers. sed hic quæro quid si clericus, in tertia opinione, vbi dicit, eam communiter teneri per Canonistas, & in Statu Mediolani seruari in practica, Decian.d c.9.num.22. vers. nono extenditur, ad fin. Roland.cons.12.in 3.dubio per totum num 26.& seq. lib.2.vbi ad partes quęstionem disputat, & vt supra resoluit, respondendo deductis in contrarium, & pro ea iura, rationes, & authoritates adducendo, eamque, & veram, & communem ostendēdo, Diaz.in pract.crim. canon.cap.93.in verbo, falsi testimonij rei, num.2.dicens esse veriorem, & communiorem, & ibi latius Ignatius Lopez in additionibus in litera C, qui idē testatur, Couar.lib.practicar.resolution. c.18. sub nu. 8. versicul.sed, & locus erit huic opinioni, Ias.in d.§. qui mandatum, sub num.7. in secunda opinione, & Farinac.d.q.9.sub d. num.26. ex plurium testimonio, firmans esse sine dubio veriorem, communiorem, & seruādam, a qua dum casus euenit, nunquā recessum fuisse vidi, sed tantummodo ad vlteriora processum, etiā super ipsa falsitate cognoscendo ad effectum expediendi causam principalem tantummodo, vt fieri posse tradunt Federic.de Sen.d.cons.93.Bald.in l.1.col. fin. in fin.nu.19.vers.vnde Federic. quomodo, & quando Iudex, Couar.d. capitulo 18.in fin. vers. illud verò existimo, Clar.in d.vers.sed hic quæro, quid si Clericus, in fin.& Farin.sub d.num.26.in fin.vers.limitando primo, & pulchrè Sozin. consilio 99.column. penultim. num.21.versic.vnde Federicus de Senis lib.3.Felyn.in d.c.verum, sub num.5.ver. declara de foro competent. Ignat.Lopez in dicta additione sub litera C, post principium versiculi benè tamen poterit secularis Iudex.

5 Sanè e conuerso si laicus falsum deponat coram Iudice Ecclesiastico, vtique ab eo puniri poterit, nec illius iurisdictionem declinare poterit, & isto casu vterque Iudex scilicet Ecclesiasticus, & secularis poterit cōtra huiusmodi testē procedere, & inter eos erit locus prępuentioni; & ita in contingentia facti decisum fuisse per Sacrum Consilium Neapolitanum testatur Afflict.decis.219.quem sequuti sunt Marant.in d.12.actu, nu.6. versic. Quid autem è contra Ignat.Lopez.in addit.ad Diaz.in pract.crim.canonic,cap.93.litera C, versic. si autem Laicus, vbi ait, quod sic non semel decisum vidit, Boss.d.titulo de falsis num.107.& seqq.versic.an testis Clar.d.q.38.n.15. vers.quæro nunc, Couar.d.c. 18. post num.8.vers.sed, & hac in re, & infra Roland. dict.consil.12.in 2.dubio num.17.& sequent.versicul.

quibus non obstantibus, & Farin. d. q. 8. n. 27. vers. limita secundo, & ita alias pluries vidi obseruari, & per Iudices seculares de falso puniri laicos, qui corā Iudicibus Ecclesiasticis in causis matrimonialibus, vel alijs merè Ecclesiasticis, falsum deposuerant testimonium, de quo ab Ecclesiastico Iudice, coram quo deposuerūt puniti non fuerunt, & tetigi in prioribus meis Resolutionibus criminalibus Cent. 2. casu 117. num. 8.

6 Quæ conclusio adeo vera est, vt si testis Laicus coram suo Iudice seculari examinetur ex ordine commissione, aut rogitu Iudicis Ecclesiastici, a quo remissum sit examen dicto Iudici seculari, & falsum deponat, ab ipso Iudice Ecclesiastico puniri possit, ac si coram ipsomet falsum deposuisset, quia falsitas commissa videtur per testem coram eo, de cuius mandato, aut iussu examinè fiebat: Ita videtur esse de mente Bal. in d. l. nullum nu. 9. & 10. de quo memini dixisse dicto casu 117. n. 10. vbi dicit, quod si Iudex Perusinus, corā quo quæstio ventilatur de necessitate Iuris, vel de consensu partium remisit examinationem testis Florentini ad Iudicem Florentinum, qui testis receptus Florentiæ deponit falsum, si quæratur quis Iudex eum puniet, an Perusinus, an Florētinus, an vterque, an neuter, & post multa subtiliter pro omni parte deducta concludit vtrumque Iudicem procedere posse, & per cōsequens etiam Perusinum, ac si coram ipsomet testis examinatus fuisset: sequitur Roland. d. cons. 12. in primo dubio, per totum, nu. 1. & seq. lib. 2. vbi rem hanc ex professo consulendo tractat, & plura vltra Baldum supracitatum adducit, & inter cætera quod licet dictus testis, qui in vno loco examinatur de commissione, & mandato Iudicis alterius loci, non sit de Territorio iudicis causæ, tamen est effectus subditus illius ratione delicti, & quamuis deponat extra territorium eius, tamen effectus sui testimonij confertur intra territorium, sicut contingit in Balistante, qui extra territorium ballistat in territorio, & in vociferante, qui existens extra territorium dicit verba iniuriosa existenti intra territorium horum enim delicta dicuntur fieri in eo territorio, in quo consumantur, & ibi puniri possunt: sequitur Marsil. in repet. l. fin. ff. de iurisdic. omn. iudic. num. 150. & seq. vers. reperio, etiam, & de dicta decisione Bald. meminit etiam Couar. d. cap. 18. sub num. 8. post vers. sed, & hac in re, & infra.

7 Et quæ dicta sunt de Iudice, coram quo falsum est commissum, vt testem ipsum falsum punire possit, etiā quod alias suus non esset Iudex, nec vllam in eum haberet iurisdictionem ex dispositione d. l. nullum, C. de testib. sine dubio procedūt in Iudice ordinario, & dicit Couar. d. cap. 18. nu. 8. vers. octauo ex eo, & probatur in d. l. nullum, & in l. 2. C. de sportul. & in l. si quis fortè §. si quos, ff. de pœnis, cum vbique notatis: in delegato autem non ita indistinctè militat, nam delegatus Principis facultatem hanc habere videtur, delegatus vero inferioris a Principe non, sed ad delegantem remittere debet Io. Andr. in addition. ad Speculat. titulo de teste, §. 1. num. 44. versic. sed quid de delegato, Abb. & Anan. in c. 1. de crimin. falsi, Alexand. in addition. ad Bart. in l. diuus, in vlt. apostilla, ff. ad leg. Cornel. de fals. Ias. in l. 1. §. qui mandatam, num. 6. & seq. versicul. pro clara intelligentia, & infra, obscurè tamen, ff. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict. & est distinctio iuris vtriusque interpretum frequentiori calculo recepta, vt testatur Couar. in loco citato post dictum versic. octauo ex eo, qui tamē idem putat, & in delegato infe-

8 rioris a Principe, summodo is non haberet iurisdictionem ita restrictam, vt ei esset interdicta punitio criminalis, Intelligitque Couar. delegatum ipsum, siue Prin-
9 cipis, siue inferioris posse crimen hoc punire, non pena falsi ordinaria, sed extraordinaria tantum, quippè qui obiter, & incidenter, & non principaliter hanc punitionem exercere valeat, quod verissimum est ex notatis ibi per eum, nec alij dissentiūt, & patet ex traditis per Boss. d. tit. de fals. nu. 103. & seq. versic. an quilibet Iudex, & per Ias. in d. §. qui mandatam, sub nu. 6. & sequent. & ibi notat expressè Fulgos. in d. l. nullum, ad finem, vers. vel secundum Petrum, & propterea punitus
10 tali pena extraordinaria adhuc potest a suo ordinario Iudice puniri pœna ordinaria Legis Corneliæ de falsis secundum communem Doctorum opinionem, de qua testatur Boss. vbi supra n. 104. vers. Et aduertendum est, quod iterum firmat sub nu. 104. in fine in vers. sic ergo quando, & subdit Boss. priore loco, quod si ita non esset frequenter nimium fierent falsitates testium, quia ille penæ extraordinariæ solent esse nimis leues; Imò, & in casu, in quo a duobus Iudicibus testis falsus puniri potest, & locus est inter eos præuentioni iuxta superius tradita, dixit Couar. d. cap. 18. sub num. 8. versic. sed, & hac in re, ad finem, sequendo Afflict. d. decis. 219. n. 4. & 6. vult, quod ex eo, quod Iudex secularis puniat pena
11 ordinaria laicum in causa matrimoniali coram Iudice Ecclesiastico falsum deponentem, non impeditur Iudex Ecclesiasticus, quin, & ipse eundem testem pena canonica pro dicta falsitate puniat, & benè, quia vt dicit Boss. loco citato 105. & seq. pœna extraordinaria non tollit ordinariā, licet si vterque Iudex esset ordinarius, & potestatem haberet pœnam ordinariam pro dicta falsitate imponendi, si vnus Iudex eam imponeret, alius silere deberet, & istud est, quod voluit Bald. in d. l. nullum num. 11. C. de testibus, dum in casu per eū proposito de teste Florentino examinato coram Iudice Florentino de commissione Iudicis Perusini pro causa coram ipso vertente, & falsum deponente, & ab vtroque puniendo data inter eos præuentione, ait, quod punitio facta ab vno ex dictis Iudicibus excludit processum, & sententiam alterius, quia sufficit vna pœna,
12 dummodo sit integra, licet alias secus non obstāte diuersitate Territorij, seu Reipublicæ, nam, & si in diuersis Territorijs vnus in alterum nihil potest, hoc verum videtur vi Territorij, secus vi Iuris communis, quod ponit vnam penam respectu vnius criminis, & sicut nō potest quis fieri reus pluribus legibus communibus, ita nō potest fieri reus pluribus Legibus municipalibus, & subdit, quod si contingat, quod is condemnandus vtrobique, erit melior conditio occupantis per exceptio-
13 nem sententiæ: & hanc Baldi opinionem communiter tenere Doctores, firmat Boss. d. tit. de falsis, sub n. 106. vers. & si tamen, & est quæstio, quam indecisam reliqui in dictis meis prioribus Resolutionibus Criminalibus Centur. 2. casu 117. in fine, nu. 11. & cum Baldo transit Castr. in d. l. nullum, in finalibus verbis, & ante eū Fulgos. col. finali ante finem vers. ad finem, vbi etiā dicit, quod hoc in iudicijs obtinet, & facit Bald. in l. 2. in 4. notabili, nu. 3. C. de sportulis, & dicens per illum tex. quod quando plures Iudices de eodem delicto possunt cognoscere, & si vnus non potest sufficienter punire, alius supplet, secus, si suppletione opus nō sit, quia pena sufficiens fuerit imposita, & est de mēte Cyn. ibid. in fi. n. 3. & ita etiā voluit in eadē lege lecta cū l. 1. Castr. n. 2. vers. nota ex, & Corn. ante fine vers. nota q si nullus.

EPITOME.

De authoritate Iudicis delegati in deputandis Nuntijs, & exequutoribus in causa sibi commissa, eos priuādi, & puniendi, ac alia faciendi in commissis coram ipsis qualis, & quanta sit, & de modo procedendi, & decidendi in factis notorijs coram ipso sequutis, & an citatio requiratur, vel defensio concedatur, & appellatio detur, & de pluribus alijs in hac materia.

SVMMARIA.

1 *Iudices delegati in causis per Principes, & superiores eis commissis, Nuncios ab executores, qui partes citent, & alia necessaria faciant, eligere possunt.*

2 *Nuncij et executores huiusmodi ante omnia debent iurare bene, et legaliter officium suum exercere, et iuramentū operatur, vt eorum relationibus stetur.*

Et hoc procedit etiam in iudice delegato ad vnam tantum causam, ibid.

3 *Iudices delegati nuncios, et executores ab ipsis electos malese in officio gerentes, et in eo delinquentes, remouere, ac punire possunt, et alios in eorum locum subrogare.*

4 *Maximè in delegato Principis, et ad vniuersitatem causarum, qui absque dubio sibi nuncios, et executores quos volunt, assumere, remouere, et pecuniariter punire possunt.*

Secus in alijs delegatis, qui id facere nequeunt absque licentia delegantis, ibid.

5 *Delegatus nuncios, et executores, officio per alios ipsis dato etiam in eo delinquentes, non potest priuare, licet alias essent priuandi.*

Sed superiori, a quo receperūt officium vel eorum Iudice ordinario remittere tenetur, ibid.

Licet Delegatus possit ab exercitio causæ delegatæ, eos priuare, et mulctare, ibid.

6 *Iudex suos ministros in officio delinquentes leuato velo, sine processu, et forma iudicij punire potest.*

7 *In delictis commissis coram Iudicibus, prouenietibus ob irreuerentiam proceditur summatim, absque processu, et ordine Iudiciario.*

8 *Delictum, quod probabiliter negari non potest, nec aliqua tergiuersatione celari, dicitur notorium.*

9 *Iudex in delicto notorio potest ad cōdemnationem proprio motu, nemine petente, et ommissa omni Iuris solemnitate, et forma Iudicij in probatione delicti, vel in sententia ferēda, deuenire.*

Maximè in delicto merè notorio, et commisso coram Iudice sedente pro tribunali, ibid. nu. 11.

10 *Citatio in delicto notorio requiritur.*

11 *Sed non procedit, si scandalum imminet, et periculum est in mora.*

12 *Licet tutius sit, quod Iudex inditia, et informationes summatim ex officio capiat, et in scriptis redigi faciat, et deinde absque alia defensione reo delinquenti data ad condemnationem deueniat.*

13 *In factis notorijs non datur appellatio, sed sententia exequitur.*

14 *Quod procedit; si non deducatur probabilis causa grauaminis.*

15 *Reperto in flagranti crimine non datur defensio, et ipse condemnatus non appellat, sed contra eum ab executione incipi potest.*

CASVS CC. LXII.

1 QVoniam Iudices delegatus possunt in causis per Principes, & superiores eis commissis eligere nūtios, & executores, qui partes citent, & alia in dictis causis necessaria exequātur, vt est tex. in l. 2. C. de sportulis, & ibi notant glos. in verbo, supponere, in prima opinione, Bart. in fine, Fulgos. pariter in fine, Castr. legens d. l. cum l. 1. in fine, num. 3. & Corne. pariter legēs, d. l. 2. cum l. 1. in finalibus verbis Bald. in primo notabili, qui pro concordanti adducit capitulo pastoralis, in princ. de offic. & potestat. Iudic. delegat. & subdit tales

2 nuntios, & executores debere ante omnia iurare de bene, & legaliter officium suum exercendo, & dictum iuramentum operari, vt eorum relationibus stetur, absque eo, quod postea in singulis iurent, per ea, quæ leguntur, & notantur in c. cum parati, extra de appellat. & in auth. in isto C. de iuram. calumn. sequitur Salycet. ibidem num. 1. qui dicit hoc procedere etiam in delegato ad vnam tantum causam, per cap. cum pariter, extra de appellationibus, quicquid circa hanc electionem dixerit gl. in d. l. 2. in verbo, supponere, in vltima opinione, quam ibi sequi videtur Alberic. de Rosate in fine, sub num. 3. vers. in glos. patet. Et quemadmodum possunt eos eligere, ita, & male se gerentes in officio,

3 & in eo delinquentes remouere, & punire, ac alios eorum loco subrogare, vt probat text. in d. l. 2. & ibi notant Cyn. in princ. num. 1. Bart. in fine, Bal. num. 2. Alberic. in 1. & in 2. notabili Fulgos. in princ. & in 1. 2. & 3. notabilibus, Salycet. num. 1. Castrens. vbi supra in fine sub num. 3. & Corne. in loco citato, sub numer. 1. vers. nota quod si nūtius. Quod potissimum procedere

4 videtur in delegato Principis, vel ad vniuersitatem causarum, qui sine dubio possunt sibi assumere nūtios, & executores, quos volunt, & eos remouere, & pecuniariter punire, nam alij delegati ab alijs, vel non ad vniuersitatem causarum, non debent nuntios, & executores eligere, nec assumere alios, quam deputatos in Curia Ordinarij, & si essent sibi dati specialiter ab ipso delegantes, non possent ipsos mutare sine illius licentia, secundum Guliel. n. de Cuneo relatum per Castrēs. in d. l. 2. ad finem num. 3.

Vidi in facto dubitari, an delegatus Principis ad vnā tantum causam criminalem, qui nūtios, & executores aliquos nō deputauit, sed citationes, executiones, & alia necessaria fieri fecit per nuntios, & executores Curiæ Iudicis ordinarij loci, vbi causa cognoscebatur, posset vnum ex dictis nuntiis, & executoribus male se in eo officio gerentem, & sibi commissa parum fideliter exequentem, remouere, & officio nuntij, & executoris priuare, ita vt de cætero illud amplius non posset in perpetuum, vel ad certum tempus exercere. Et ex prędictis inferri videbatur, quod ita facere posset, cum sibi liceat eos remouere, & punire, & alios eorum loco subrogare.

5 Cæterum contrarium tenui, quia quāuis delegatus possit remouere nuntios, & executores a se electos, & eos etiam punire, non tamen potest eos priuare tali officio per alios sibi dato etiam quod alias tanquā in eo delinquentes priuandi essent, vt in puncto decidit Salyc. in d. l. 2. num. 2. vers. sed an nuntios, vbi quærit an delegatus possit remouere nuntios sibi datos per delegātes, & dicit, quod licet gl. ibi videatur velle, quod sic, si est datus ad vniuersitatem causarum, ipse tamen putat, quod possit eos remouere ab exercitio causę dele-

gatæ, vt in d.l.2. sed non ab officio totaliter priuare, sed superiori debet referre, a quo in officium receperūt; argumento l. solent, §. sicut ff. de offi. proconsult. quod autem tenuit in eadem l.2. gl. in verbo, ad Iudices, quæ etiam dicit quando superant Iudicibus ordinarijs, vt scilicet, nec hic possint totaliter priuari officio per delegatum, sed is teneatur eos eorum Iudicibus remittere; nec. n. in hoc tanta est authoritas Delegati, quanta est potestas ordinarij, & propterea dicit Cyn. in d.l.2. num. 1. quod delegati mulctant, sed non in tantum, in quantum ordinarij faciunt; sequitur ibidem Alberic. de Rosate in fine, & sentiunt omnes alij scribentes per illum text. in illis verbis, vsque ad tres tantummodo aureos, & ad Iudices, quorum interest, referre, quatenus militia exuti pœnas luant corporales; nec inconuenit,
6 quod Iudex puniat suos Ministros in officio delinquētes, vt in d.l.2. dicit per illum textum Salyc. ante finem, vers. Item nota quod Præses, & probatur etiam in l. si quis forte §. si quos ff. de pœn. imò id facere potest velo leuato sine processu, & nulla forma Iudicij seruata, secundum Bald. in d.l.2. in fin. num. 7. versic. quæro hic, vbi quærit an in remotione istorum nuntiorum, & executorum requiratur aliquis processus, & dicit, quod non, quia delinquunt coram Iudicibus, & aures Iudicum offendunt, vnde leuato velo possunt ab officio remoueri, & puniri. Idem voluit Alexan. in Additionib. ad Bartol. in l. diuus ff. ad l. Cornel. de falsis, in apostilla final. in verbo, puto verum, dicens ex Bald. in leg. 2. num. 7. & 8. C. vt lite pendente, quod vbi coram Iudice quis producit instrumentum, quod producenti est pœnale, statim absque processu poterit puniri, eandem conclusionem probat Ignat. Lopez, in additionib. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 93. in verbo, falsi testimonij rei, in additione vltima, sub litera C, in fin. vers.
7 forma verò concludens generaliter, quod in delictis commissis coram Iudicibus procedendum ab irreuerētia, vel aliter, tanquam notorijs, procedi summatim, sine processu, & ommisso omni Iudiciorio ordine, de quo latè tract. Paris de Puteo in tract. de syndica. in verbo, Notorium, cap. 1. per totum, vbi plura affert exempla huic proposito deseruientia, & ponit etiā Gomez lib. 3. variar. resolut. tit. de delict. cap. 1. num. 48. vers. item adde, ad finem, & diffusius constat ex traditis per Luc. de Penna in l. quoties, C. de dignitat. lib. 12. col. 4. in verbo, sæueritatem, versic. est etiam hoc casu. His conueniunt quæ alias in contingentia facti deduxi ad iustificandam condemnationem a me factā, iam annis trigintaduobus elapsis, dum essem Commissarius Ferentili contra quendam notarium, qui coram me pro tribunali sedente deliquerat, infrascripti tenoris, videlicet.

SPIRITVS SANCTI GRATIA illuminet intellectum meum.

AD demonstrandum, quod Ser Agabitus Iubileus potuerit condemnari in pęnam decem scutorū tāquam inobediens, & spretor pręcepti ei, & magistro Valentino Petruccio in faciem facti per Iudicem pro tribunali sedentem, nec recederet de Palatio sine eius licētia, non pręstita fideiussione de se non offendendo, occasione contentionis verborum iniuriosorum inter eos secutę coram ipso Iudice iura reddente, & pronūtiante super controuersia vertente inter eos ex causa vulneris illati in personā Prosetij fratris dicti magistri Valentini per Crescentiū fratrem dicti Ser Agabiti, in
8 primis est considerandum delictum per dictū Ser Agabitum commissum in recedendo ex Palatio publico in contemptum, & vilipendium Iustitiæ, nulla petita, nedum habita licentia a Iudice, nullisque dictis verbis, & ipso Iudice adhuc pro tribunali sedēte pro iure reddēdo, & in conspectu multitudinis personarum astantiū, & habens facti euidentiam taliter, quod probabiliter negari non potest, nec aliqua tergiuersatione celari, dici notorium, vt est text. in cap. Tua nos. versic. nos igitur. de cohabitatio. clericor. & mulier. & tradunt Docto. in cap. ea quidem C. de accusant. Ant. Gomez. lib. variar. resolution. tom. 3. de delict. cap. 1. num. 41. & 42. vers. Item quæro si delictum est notorium. Clar. in practic. crim. q. 9. num. 2. vers. in hoc tamen proposito, & alij per eos allegati; & cum fuerit tale, Iudex potuit ad
9 condemnationem deuenire proprio motu, & nemine petēte, ommissa omnis Iuris solemnitate, & nulla prorsus seruata forma Iudiciorum in probatione delicti recipienda, vel in sententia ferenda, per tex. in d. capitul. Tua nos, & notat. ibi per Doctor. quos sequuti sūt Gomez. in loco citato sub num. 42. post medium, versic. & magis in specie quęro, & rursus num. 44. & 45. vers. requiritur etiam probatio delicti, Paris de Puteo in trac. de sindic. in verbo, notorium capit. 1. num. 6. & 14. & Clar. d.q. 9. num. 5. versic. Item quæro nunquid in no-
10 torijs. Et quamuis in delicto notorio requiratur citatio rei delinquentis, ne ei defensio subtrahatur argumento cap. Deus omnipotens, cap. si peccauerit, & c. Nos in quēquam, 2. q. 1. & aliorum Iuriū adductorum per Gomez. vbi supra num. 43. vers. citatio tamen, per Boss. in pract. crim. tit. quomodo procedatur in crim. notorio num. 4. 5. 6. & per Clar. d.q. 9. nu. 4. vers. quęro nunquid in notorijs requiratur citatio, tamen hoc non procedit, quando scandalum imminet, & periculum
11 est in mora, quia tunc sine citatione, & absque aliquo termino defensionis potest Iudex delinquentem condemnare, & punire; Innoc. in d.c. Tua nos, col. 2. num. 5. & ibidem Hostiens. col. 2. Ioan. Andr. in c. vestra, col. 5. eod. tit. & ibidem Ancar. col. 4. nu. 22. quos refert, & sequitur Gomez. sub d. num. 43. vers. quod tamen limita, quæ restrictio optimè deseruit casui nostro in quo dubitari probabiliter poterat de scandalo sequuturo, attento quod dictus Ser Agabitus fuerat verbis ad modū iniuriosis prouocatus a magistro Valentino, propter quæ verba, concurrente odio præcedenti ex vulnere illato per eius fratrem dicti magistri Valentini, occasione cuius etiam litigabatur inter eos, probabiliter credēdum erat dictum Ser Agabitum offensurum fuisse dictum magistrum Valentinum iniuriātem; Vnde videtur, quod ritè fuerit deuentum ad condemnationem dicti Ser Agabiti spretoris præcepti sibi facti ad tollendam occasionem rixę, & scandali imminentis, etiam quod non fuerit citatus, nec aliquis terminus defensionis ei assignatus, cum prius de ipso delicto fuerint assumptæ informationes a quamplurimis Notarijs, & Causidicis, & alijs personis pręsentibus, & ille inscriptis penes acta criminalia redactæ, maximè cum delictum sit commissum in præsentia Iudicis sedentis pro tribunali, quo casu tanquā super delicto merè notorio ipsi Iudici permittitur procedere, postposito penitus omni ordine iudiciario, & nulla etiam habita delicti probatione, vel testium depositione, nec vllo facto processu, neque alia solemnitate seruata: secundum glo. in d.c. Deus Omnipotens, §. quando autem in glo. 1.

glos. 1. & 2. q. 1. Aspectus enim Iudicis inducit sibi euidentem probationem, quoad decisionem causæ l. 2. in fin. ff. de ferijs, l. si irruptione §. ad officium ff. Finium regundorum, & l. minor 25 ann. adito preside, ff. de minor. & ita expressè decidit Gomez. in loco citato nu. 48. vers. Item adde, vbi dat exemplum, quando in aliqua causa ciuili, vel criminali quis delinquit coram Iudice, vt si testis falsum testimonium dicat, vel pars falsos testes, vel probationes producat, vel notarius aliqd falsum subscribat, vel Aduocatus, vel procurator aliquem dolum committat, quia statim Iudex eum punire poterit sine aliqua solennitate processus, vel probatione, et si non fuerit suę iurisdictionis, consulit tamen Iudici, quod semper de delicto recipiat informationes, ne aliquid sibi possit imputari, & maximè cū talis probatio breui tempore poterit fieri; & idē in effectu post multa videtur tenere Paris de Puteo in d. cap. 1. n. 6. & 14. & Boss. in pract. crimin. titulo quomodo proced. in crim. notor. num. 1. 2. 3. 7. & 15. vbi ait, quo in delicto notorio, & maximè commisso coram Iudice sedente pro tribunali, & personis ibi astantibus adeò sine forma, & solemnitate Iuris proceditur, quod ordinem nō seruare suus ordo est, & quod non requiritur probatio delicti, licet bonum sit, quod Iudex inditia assumat ex

12 officio, & ea in scriptis redigi faciat, ne incidat in linguas mordaces, & ne dānū, aut dedecus patiatur in sindicatu, si ob mortem, vel aliquod odium superueniens non posset iustificare delictum, & eius notorietatem: a quibus non dissentit Clar. d. q. sub nu. 5. vers. Item quæro nunquid in notorijs requiretur probatio delicti, & cum prędictis conuenit Ludouic. Carer. in pract. crim. §. secundus erit casus num. 22. cum seq. versic. & qualiter procedatur, & infra, fol. 7. vbi latè insistit. ostendens in commissis coram Iudice sedente pro tribunali statim ad punitionem deueniri posse, absque alia probatione, & testium examinatione, nullo dato termino ad faciendum defensiones, & nullo Iuris ordine omnino seruato, licet tutius Iudicē facturū dicat, si testes examinet, & dat exemplū in terminis nostris in partibus inuicem coram eo altercantibus, dum ius redderet, multaque in hoc proposito scitu digna subijcit, ad quę Lectorem remittere satis esse putaui; Vltra quod id, quod de citatione, & termino defensionis dictum est, intelligitur vbi delictum ipsum notorium posset quoquo modo, etiam per occultas circumstantias, esse excusabile, vel aliqua defensio competere, secus autem quando certum est nullam competere excusationem, nec aliquam fieri posse defensionem, quia tunc ea omissa, & nulla ad defendendum dilatione concessa ad condemnationem deueniri potest, nec id hoc casu negat Boss. & apertius id ipsum tradit in eodem tractatu titulo de sent. num. 58. vers. Item nota, quod ex notorijs, & ita etiam tradit Clar. d. q. 9. sub nu. 4. post vers. quęro nunquid in notorijs requiratur citatio, & est communis, & vera Doct. sententia, vt dicunt Collegium Florentinū inter consilia Curtij senioris consilio 21. num. 15. versiculo, & licet in hac materia, & Hyeron. Tort. inter cons. Anton. de Butr. cons. vlt. num. 30. vers. sed quæro quando Iudex, & post eos Ludouic. Carer. in pract. crimin. §. secundus erit casus, nu. 37. & seq. vers. an in notorijs requiratur partis citatio, fol. 8. vbi etiam alios idem tenentes citat, quod propriè euenit in præsenti casu, in quo nō potest Ser Agabitus delictum commissum aliquo modo, etiam coloratè celare, vel ab eo se defendere, nec quidem mirum est, nam, & reo compertto in flagranti crimine vt vix, quę fecit, negare ipse audeat, danda est defensio, vt dixerunt Marsil. in repet. l. vnicę, C. de rapt. virg. nu. 117. vers. item scias, quod licet defensio, & Nouel. in pract. crim. in tractatu ad defensam, in §. an inditia pro Reo danda sint, num. 6. fol. 77. Marsil. in d. §. secundus erit casus, num. 15. fol. 6. nullus que in eo condemnando exigitur processus, vt per Marsil. vbi supra nu. 120. & per alios ab eo citatos, & dicit generalius Nouel. in loco citato num. 7. quod in criminibus notorijs nulla prorsus cadit defensio, nec obstant aliqua, quæ dici possent ex statutis, vel aliter circa modum obseruandum per Iudicem in procedendo, & iudicando in causis, quia vt ex pręmissis apparere potest, non procedunt in terminis nostris, in quibus debitus Iudiciorū ordo non est seruandus, & eo magis, quia ex ipsismet statutis sub Rubrica de Iuramento D. Commissarij in ver. in causis verò criminalibus, datum est arbitrium Iudici pro sedendis rumoribus inter rixātes pro fideiussionibus de non offendendo, & pro alijs pacem, & vnionem concernentibus imponēdi pęnam librarum ducentarum, & sic maiorem, quam sit imposita Ser Agabito, quæ facultas aucta, ne dum confirmata videtur ex eisdem statutis, sub Rubrica, quod Curia cogat rixantes fideiuss. pręst. de non offend. quibus cautum est, Iudicem teneri rixantes ad pacem reducere, sin autem cogere ad fideiubendum de non offendendo sub pęna ipsi Iudici arbitraria; Nec idem Ser Agabitus volens a tali condemnatione appellare audiendus est, quia ex regula generali traditum est in factis notorijs non dari appellationem, eaque non obstā-

13 te, sententiam esse exequendam, vt consulendo resoluunt Oldrad. cons. 18. in 3. dubio, per totum nu. 3. Roman. cons. 324. num. 1. in fin. & nu. seq. Marant. in tract. de ordin. Iudic. in 6. part. princip. tit. de appellat. num. 175. & seq. vers. octauo limita, per Gomez. d. cap. 1. num. 47. vers. postremò etiam per Clar. in pract. crimin. q. 94. num. 2. ver. solet etiam vbi testimonio Ioan. de Anan. dicit ita communiter teneri, & per Carer. in pract. crim. in §. secundus erit casus num. 1. & seq. folio mihi 5. & 6. ac per Paridem de Puteo d. cap. 1. numero 10. vers. & vbi, & est text. in cap. cum sit Romana §. si. extra de appell. in illis verbis, nisi fortè manifestus raptor, vel fornicator existat, quod absque dubio procedit, quando non deducitur expressa, & probabilis cau-

14 sa grauaminis in appellatione, prout opus esset ad differendam exequtionem a sententia in casu, prout est iste appellationis prohibitæ, vt ex multis ostendit Roman. d. cons. 324. sub nu. 4. & seq. vers. verumtamen, & concordat Ludouic. Carer. in pract. crim. in princ. & n. 56. & seq. versic. limita nono, & infra, col. mihi 4. & 5. & in §. secundus erit casus num. 18. versiculo intellige tamen fol. 6. Hinc voluit Oldrad. d. consilio 18. dicto 3. dubio, sub num. 3. ad fin. versic. & per hoc patet, quod sententia super notorio lata potest statim executioni mandari, non expectato decennio, ex quo illud tempus datum est ad deliberandum, vtrum quis velit appellare vel non, & cum certum sit appellari non posse, frustra esset expectare, quod expectatum non prodesset, pro quo facit Marsil. in repetit. l. vnic. C. de rapt. virg. num. 119. vers. & scias, vbi vult, quod repertus in flagranti

15 crimine condemnatus non appellat, & contra eum incipi potest ab exequutione; sequitur Care. in d. §. secūdus erit casus num. 14. & 15. vers. idem dicas, si in flagranti crimine inuentus sit. Ex quibus facile constare potest Ser Agabitum potuisse, vt supra condemnari,

& contra eum exequutionem è ommitti, ex benignitate tamen non retardata exequutione, vel saltem facto deposito reali de dictis scutis decem in manibus D. Procuratoris fiscalis, recursum ad Principem ei posse concedi, Anno 1575. Ferentilli.

EPITOME.

Quod Magister grammaticæ percutiens discipulum, in capite cum paruo baculo, & illum vulnerans in actu ipsum docendi, non puniatur, tanquam id correctionis causa, & non animo iniuriandi fecerit, & quid ad hoc docendum probari oporteat, quid testes deponere habeant, & quomodo causam scientiæ reddere debeant, & an in his, & similibus, in quibus per sensum corporis, quod deponitur percipi non potest per testes, sufficiat redditio causæ præsumptiuæ, vel credulitatis ad probationem defensionis Rei resultantis ex actibus per ipsos testes visis.

SVMMARIA.

1 *Magister potest corrigere discipulum impunè, quamuis ex tali correctione discipulus remaneret vulneratus.*

2 *Correctio Magistri erga discipulū quib. ex causis licita sit.*

Magister quicquid erga discipulum facit causa correctionis facere censetur, ibidem, & infra num. 3.

3 *Magister, qualiter probetur, quod causa disciplinæ, & non aliter percusserit discipulum, & num. 4.*

4 *Lusor, quod facit in ludo, causa ludi facere censetur, ita, & magister, quod in discipulum fecit, dicitur fecisse causa docendi.*

5 *Testis ad defensam Magistri, non reddens aliam causam scientiæ, probat, dicendo, quod vidit Magistrum cum virga solita verberare discipulum suum.*

6 *Iuramentum purgationis datur Magistro contra discipulū, quod illum causa corrigendi percusserit, & non animo iniuriandi.*

7 *Defensionum fauor in criminalibus facit, ne dicta testium sint scrupulosè intelligenda, sed adiuuanda, & probationes non sint difficultandæ, sed facilitandæ.*

8 *Confessus fecisse ad suam necessariam defensam, eam probasse dicitur per testes de ea simpliciter deponentes, adiecta causa, quia viderunt.*

Testis regulariter non probat, nisi deponat de ijs, quæ vidit, vel sensu percepit, secus in ijs, quæ percipi non possunt, nisi per causas valde remotas, vt in probando dominio, tunc est necesse, quod testes dicant vidisse acquirere, & possidere longo tempore, ibid.

9 *Quædam sunt, quæ percipiuntur sensu per causas propinquas, & immediatas, quædam vero per causas mediatas, hic traduntur exempla.*

10 *Testis, qui dixit talem fecisse ad suam defensionem reddendo causam sui dicti, quia vidit, concludenter probat.*

11 *Testes deponentes de credulitate probant ad defensam, & vide sub nu. 12.*

Animus ex actibus præcedentibus potest coniecturari, qualis fuerit, ex facto subsequuto, ibid.

12 *Testimonium de credulitate valet, quando ea, quæ testes viderunt, fuere sufficientia ad inducendum eos ad sic credendum, & ibi datur exemplum.*

13 *Testis de credulitate probat in materia de sui natura certitudinaliter non cognoscibili.*

14 *Correctio permissa Magistro erga discipulum debet esse quasi paterna, & moderata, alioquin ob nimiam sæuitiam puniretur, & qualis, ac quomodo dicatur licita esse correctio.*

15 *Magister, qui habet discipulum parum bene discentem, & vltra modum illum percussit, tenetur lege Aquilia.*

Et licet non animo iniuriandi fecerit.

16 *Magister tenetur de excessu in corrigendo discipulum, non tamquam dolosus, sed vti culposus, & punitur arbitrio Iudicis.*

Excessus in corrigendo cognoscitur ex qualitate instrumenti, cum quo quis percussit, ibid.

CASVS CC. LXIII.

1 QVoniam licita est Magistri correctio in discipulum, ita vt si ex tali correctione discipulus remanserit vulneratus, Magister puniri non debeat, l. sed, & si quemcunque §. fin. ff. ad lege Aquil. leg. aut facta, §. Causa, ff. de pœn. lege item quæritur §. Item Iulianus, ff. locati, & c. nullus 17. quæst. 4. cum vbique notatis per Doctores; & tradit Marsil. in pract. crimin. §. aggredior, num. 80. vers. & idem dici potest in Magistro quoad discipulum, Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. Centur. 4. casu 364. numero 10. Dubitatum fuit, quid probandum sit ad defensionem Magistri, vt correctionis causa vulnus factum dicatur; circa quod, pri-
2 mo sciendum est, quod corrigi dicitur quis, quandoque occasione delicti per eum commissi, vt in l. vnica C. de emendatio propinq; quandoque vt scientia, bonisque moribus informetur, licet nullum præcedat delictum, vt in c. cum voluntate §. fin. in fin. extra de sent. excommunic. adeò quod correctionis causa factum dicitur, quod Magister facit in discipulum, etiam si nihil mali fecerit, si causa eum disciplinandi, & informandi fecerit, & ita ex prædictis iuribus concludit Bar. cons. 104. sub n. 1. & 2. lib. 1. quod incipit visis testibus, & de quo meminit Mars. supra citatus.

3 Secundo sciendum est, quod satis probata dicitur causa disciplinę, si probetur, quod eo tēpore illati vulneris Magister habebat curam, & sollicitudinem de vulnerato, vt de eius discipulo, & docebat eum, etiam si testes super hoc inducti, & ita testificantes, in causa sciētiæ simpliciter dicant, quia viderunt, nā licet hoc, quod scilicet causa docendi, & monendi fecerit Magister, non possent videre aliquo sensu corporeo, tamen potuerunt videre, quod eo tempore, quo percussit eū, vti discipulum docebat, & monebat, & illud est, quod dixerunt vidisse, & ex hoc sciebant, quod animo docendi, & corrigendi faciebat, quod sufficere videtur,
4 quia sicut illud, quod quis facit, quando ludit, presumitur facere causa ludi, l. 3. cum ibi notat. ff. de iniur. ita illud, quod facit, quando docet, presumitur facere causa docendi, vnde satis esse videtur, quod factum sit in disciplinam, hoc est tempore, quo quis alium docet, vt non presumatur animo iniuriandi factum: iuxta d. l. sed & si quemcunque d. §. final. ff. ad leg. Aquil. & d. l. item quæritur d. §. item Iulianus ff. locat. prout resoluit Bar. d. cons. 104. num. 3. & 4. Subdens, quod etiam si testes
5 nihil de causa dixissent, nec de ea articulatum fuisset, adhuc defensio Magistri probata diceretur, probato, quod percutiens erat Magister, & vulneratus eius discipulus in grammatica, quia ex qualitate personę percutientis, quia erat Magister, & ex qualitate percussio, nis illatę cum paruo baculo, seu virga, qua consueuerat alios discipulos corrigere, licet in capite, in actu docendi magis ad correctionem, quam ad iniuriam factū præsumitur l. 1. C. ad leg. Cornel. de sicar. & lege eum qui eod. tit. & vtrobique glos. & Doctores; quo fit, vt cum ex qualitate personæ percutientis, & percussionis hoc

hoc præsumatur, necesse non sit id aliter probari; vt
6 ibi per Bart. concludentem tales probationes sufficere ad absolutionem Magistri, saltem sibi præstito iuramento purgationis: ex notat. per glos. in d.l. 1. C. ad leg. Cornel. de Sicar. & hoc Bart. consilium, & rationes in eo expressas in hoc proposito probationis. quod monendi, & docendi causa, & non animo iniuriandi Magister discipulum percusserit, refert, & sequitur Florian. de Sancto Petro in d. l. sed & si quecunque §. si Magister, num. 6. versic. item pro practica ff. ad leg.
7 Aquil. Iis non incongruè addi potest, quod ad probandum defensionem accusati, vel inquisiti de aliquo maleficio dicta testium non sunt scrupulosè intelligenda, sed adiuuanda, & probationes non difficultandæ, sed facilitandæ, vbi qualitas causæ aliud Iudici non suaderet, & propterea videmus, quod imputatus de malefi-
8 cio, quod confessus est ad suam defensionem fecisse dicitur eam probasse per testes de ea simpliciter deponentes, adiecta causa, quia viderunt: Nam & si testis debet deponere de his, quæ vidit, vel sensu percepit, & quid fieri ad defensionem nō percipitur sensu corporeo, sed magis iudicio intellectus, & propterea redditio causæ per visum non videatur bona ratio, & testis non probet; vt per Innoc. in c. causam, extra de testib. tamen secus est in hoc casu, quia quædam sunt, quæ non possunt percipi sensu, nisi per causas valde remotas, vt puta, quod aliquis sit dominus, quia tunc est necesse, quod testis viderit eum acquirere dominium titulo, & longo tempore possidere, & similia, & in his est necesse, quod reddatur causa de his, quæ percipiuntur sensu expressè, & limitatè; vt notat Innoc. in d. c.
9 causam. Quædam sunt, quæ percipiuntur sensu per causas propinquas, & immediatas, & in his sufficit, quod testis reddat causa n per sensum, licet particulariter non exprimat ea, quæ percipit per sensum, vt puta, si testis vult probare vinū esse boni saporis, sufficit, quod reddendo causam dicat, quia gustauit, secūdum Innoc. in d. c. causam, & tamen certum est, quod bonitas, & malitia saporis cognoscitur ex iudicio intellectus, nihilominus, quia gustus est causa proxima illius iudicij, quia gustauit, dicimus talem testem plenè probare; sic & in proposito, licet aliquem facere ad sui defensionem sit aliquid, quod percipitur iudicio intellectus tamen visus est proxima causa ipsius iudicij, quia ex eo, quod fieri vidit in rixa cognouit, an fecerit ad sui defensionem, vel non, & ideo sufficere videtur, quod testis, qui dixit, quem fecisse ad sui defensionem, reddat
10 causam sui dicti, quia vidit; vt consuluit Bartol. consil. 110. per totum, lib. 1. quod incipit, quidam Mafiolus, & sequitur Alex. consil. 109. sub nu. 7. post versic. vnde dato, & sub num. 8. versic. nec obstat, quod ratio, lib. 1. & post eum Dec. consil. 459. num. 6. & 7. versic. ad maiorem tamen cautelam, & consil. 469. num. 5. & 6. versic. & pro clara. Cornel. consil. 134. num. 5. vers. vltimo præmitto, lib. 3. vnde idem Bart. consil. 15. Va-
11 nutius Petri. num. 6. versic. nec obstat. lib. 2. censuit, testes deponentes de credulitate sufficere ad probandum pro Reo, quod ad sui defensionem fecerit, & nisi fecisset, quod ab aduersario occisus fuisset, quia vtrum aduersarius voluerit occidere, vel non, non potest videri per testes, sed ex actibus visis benè possunt teste dicere hoc credere: vt in l. 1. §. 1. ff. de vetr. inspic. & in c. quoties, iuncta glo. fin. extra de testib. Vnde ex præcedentibus actibus factis per aduersarium, quæ vidisse testes dixerunt, rectè potuerunt comprehendere, quod volebat eum interficere, nec hoc eorum dictum vitiatur, tanquam testimonium de credulitate,
12 quod non admittitur, l. testium, C. de testib. cum ibi notat. quia non potuerunt de hoc deponere, nisi per credulitatem, & satis est, quod ea, quæ viderunt, fuerint sufficientia ad inducendum eos ad sic credendum, vt si vidissent aduersarium venire cum telo contra eum, pro quo deposuerunt, vel illum primo percutere, aut in terram proijcere, vel aliud contra eum facere, ex quo appareat, quod erat in vitæ discrimine constitutus, ita vt quod fecerit, factum ad sui defensionem arguatur per ea, quæ leguntur, & notantur in l. is qui aggressorem, & in l. si quis percussorem, C. ad leg. Cornel. de Sicar. quia tunc credulitas testis probat tanquam munita rationibus concludentibus ad veritatem eius dicti; vt per Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste. §. 1. num. 58. super versic. Item quod deposuit de credulitate. Sequitur Felyn. in c. quoties, num. 10. versic. limita tertio, nisi testis, extra de testib. vbi pulchrè loquitur, & meminit de d. consil. 15. Bart. supra relato, & ita etiam sequendo Bart. d. consil. 15. tenuit Alex. consil. 76. num. 5. vers. nec infringitur, & consil. 109. num. 8. versic. præterea lib. 1. & Iason in l. vt vim, num. 4. versic. illud probo. ff. de iustit. & iur. Marsil. singul. 19. tu scis, post princ. versic. teneas tamen perpetuo menti, vt in rubr. C. de probation. nu. 13. & 14. vers. Item pro hac mea limitatione. Dec. consil. 459. sub num. 8. vers. similiter in probando innocentiam, & consil. 469. num. itidem 8. & vers. similiter Cornel. consil. 134. sub num. 3. post vers. his tamen non obstantibus, & num. 6. vers. & licet aliqui depo-
13 nant per verbum credit. lib. 3. & est conclusio à Doctoribus approbata, quod testis de credulitate probat in materia de sui natura certitudinaliter, non cognoscibili; secundum Cyn. & Bald. in l. testium, C. de testibus, quos sequuti sunt Felyn. d. c. quoties num. 10. vers. limita tertio, de testib. & Marsil. dict. singul. 19 ante fin. versic. Item pro prædictis facit, & in d. rubr. C. de probat. num. 14. vers. tamen hoc fallit. Sanè & si Magistro corrigendi discipulos data sit facultas a lege, vt quem ad adipiscendas virtutes, nec Magistri monitiones, & labores, nec decora domesticæ laudis exempla prouocant, saltem correctionis medicina compellat, non tamen potestas hæc in immensum extendenda est, sed iure quodammodo patrio, id est cum pietate,
14 & non cum atrocitate, exercenda est, quod si secus fiat, & correctionis debitæ modū excedat Magister, vtique punitur pro motu Iudicis: ita est text. in d. l. vnica. cum glos. in verbo, iure patrio, & in verbo, atrocitas, C. de emend. propinquor. & est similis textus in l. vnica. C. de emendat. seruor. Vbi virgis, aut loris licet Domino seruum modicè affligere emendando, immoderatè autem non licet impunè: & probatur etiam in l. sed & si quecunque §. si Magister. in fine. cum l. sequ. ff. ad leg. Aquil. in illis verbis, quia leuis duntaxat castigatio concessa est docenti, præceptoris enim nimia seuitia culpæ assignatur, & proinde, qui parum
15 benè discentem vltra modum percussit leg. Aquil tenetur. licet non animo iniuriandi, sed docendi causa fecerit, vbi dicitur, & in l. item quæritur §. item Iulianus, vbi est consimilis textus. ff. locat. & tradit Clar. in pract. crimin. q. 56. num. 2. ad finem vers. quò vero ad Magistrum, dicens ita colligi ex textu in dict. §. item Iulianus, & ita communiter teneri, vt attestatur Ioan. de Anan. in rubr. de Magistris, nu. 3. & propterea dicit

Salycet.

Salycet. in d. l. item quæritur d. §. item Iulianus ff. locati, quod per illum textum, & per dictam l. sed & si quemcunque ff. ad l. Aquil. fuit decapitatus Magister. Fantiuus de Padua Magister in Grammatica, ex cuius percussionibus puer obijt. Bald. etiam in d. l. sed & si quemcunque §. si Magister ff. ad leg. Aquil. dicit, quod Magister, vel præceptor inobedientem discipulum po-
26 test corrigere correctione moderata, si autem excedit modum, tenetur non tanquam dolosus, quia non præsumitur in eo dolus, sed tanquam culpabilis, nisi ex genere instrumenti præsumeretur dolus, vt si percussit ferro; & idè tenuit in eodem §. si Magister Florian. de Santo Petro in princ. & num. 2. & Alexand. consil. 75. num. 5. vers. pro hoc lib. 3. & colligitur ex Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. Cent. 4. casu 364. num. 12. & seq. versic. quod intelligitur, & tradit Neuiz. consil. 75. num. 5. & 6. vers. quia respondetur, volens, magistrum immoderatè percutientem discipulum puniri propter excessum correctionis arbitrio Iudicis, secundum qualitatem excessus; quia licita est ei leuis castigatio tantum, non autem immoderata, ita vt decapitandus fit Magister scolarum, qui tantum verberat discipulum, quod moriatur, & subdit, quod iste excessu satis arguitur ex qualitate instrumenti, cum quo percussit, puta eum baculo, quia tunc non dicitur fortè in totum carere dolo, ex quo discipuli sunt castigandi cum virga, non cum baculo, & saltem fuit in culpa, quæ puniri debet.

EPITOME.

Si filius familias commisit delictum ex quo bona publicari debeant vigore statuti, & deinde moriatur pater, superstite dicto delinquente bannito, nullo facto testamento, vel cum testamento, ipso filio præterito, vel exhæredato, & alio hærede instituto, an fiscus aliquod ius prætendere possit in bonis dicti patris defuncti ex persona filij banniti, saltem respectu legitimæ filio debitæ in bonis paternis, & contra fiscum concluditur, tam ab intestato, quam ex testamento, etiam in legitima, quando cum publicatione bonorum concurrit condemnatio in pœnam vitæ, & quid in alijs casibus, in quibus minor imponitur pœna, quidue quando bannitus est capax successionis, & quando dicatur incapax vel capax, tàm de iure communi, quàm de iure municipali, & de pluribus alijs in hac materia quotidianis.

SVMMARIA.

1 *Patre mortuo ab intestato post bannum filij familias condemnati in confiscatione bonorum, an fiscus possit loco dicti filij aliquid consequi in dictis bonis, saltem quoad legitimam.*

2 *Fiscus in bonis delinquentis, & in illius iuribus etiam conditionalibus succedit.*

Legitima an in vita patris debeatur filio familias, vt fiscus eam consequi valeat ob delictum dicti filij familias, ibid. & sub num 7. & 8.

3 *Fiscus in bonis patris delinquentis, patre ab intestato post bannum filij mortuo, an excludat nepotem ex filio, quoad prætensam legitimam.*

Filij delatam hæreditatem, & non aditam, non transmittunt ad extraneos, ibid.

Fiscus est loco hæredis extranei.

4 *Bannitus si nulla bona reliquit in Ciuitate, sed nudus exulat, & Castrense Peculium ad patrem deuenit, fiscus non habet quidquam, quia Castrense peculium est proprium patris, vide num. 7. & num. 26.*

Ius conditionale in vltima voluntate non transmittitur, secus in contractibus, ibid.

5 *Banniti nostri temporis, an æquiparentur deportatis, et an succedere possint, vide infra num. 27. et seq.*

6 *Filius deportatus habetur pro mortuo, & ideò nepos ex eo succedit, & non fiscus.*

Filio bannito capitaliter, & in confiscatione bonorum, legitima eius non debetur fisco, ibid.

7 *Qui exulat, & nulla bona in ciuitate reliquit, ibi successorem non habet.*

Filius in vita patris nullum ius habet in legitima, vnde si fuerit deportatus, erit ac si ante patrem mortuus esset, & fiscus non potest eius loco in legitima succedere, ibid.

8 *Fiscus ob personam delinquentis non occupat eius de futuro competens eidem delinquenti.*

9 *Confiscatio bonorum comprehendit tantum bona, & iura præsentia, non autem futura.*

10 *Filio capitaliter damnato cum confiscatione bonorum, pater non cogitur ad dandam legitimam fisco, etiam quod statutum vellet patrem teneri ad soluendam condemnationem filij.*

Amplia etiam in crimine læsæ Maiestatis.

11 *Fiscus ob confiscationem bonorum in bonis patris nil hæreditatis paternæ consequi potest, siue patre viuente, siue postea mortuo.*

12 *Hæreditate delata filio ante delictum, dummodo in ea non se immiscuerit, vel non adiuerit, fiscus illam prætendere non potest.*

Ius immiscendi, seù adeundi non transfertur in fiscum.

13 *Filius, qui viuente patre deliquit, & mortuo patre formetur inquisitio, et renuntiet hæreditati paternæ vna cum illo, ad quē dicta hæreditas deuolutur fiscū excludit ab ea.*

Nota bonam cautelam ad excludendum fiscum ab hæreditate deuoluta ad eum, qui deliquit, et condemnatus fuit, ibidem.

14 *Bannitus, qui succedere non potest, vti incapax hæreditatis paternæ ab intestato, ita nec fiscus, sed succedunt venientes ab intestato.*

15 *Hæreditas, in qua filius succedere non potest, tanquam incapax ratione banni, si ab alio occupata non esset, fiscus nō priuilegio fisci, sed tanquam priuatus illam occupare, et suam facere posset.*

16 *Bannitus, qui potest impunè in rem, et in personam offendi, et positus extra protectionem Communis, nihilominus potest acquirere bona futura sibi delata.*

Fisco permittitur prædare, et occupare bonā banniti, post bannum delata, sicuti alicui alij priuato permitteretur, et melior erit causa præoccupantis, ibid.

17 *Bannitus, vt supra occupando bona, quæ erant ei post bannum delata, et à nemine possessa, illa ipsius remanent.*

Bona delinquentis in Ducatu Mediolani sunt obligata à die commissi delicti; sed an ea quæ post confiscationem deferuntur eisdem iuris esse censeantur habetur, ibid.

18 *Bona post bannum, vel publicationem quæsita non transferunt in fiscum, vide sub num. 42.*

Confiscatio bonorum non retrotrahitur ad ea, quę non fuere radicata in persona delinquentis tempore ipsius delicti, vel condemnationis, ibid.

19 *Bonis confiscatis, quicquid postea acquiritur non sequitur fiscum.*

20 *Hæreditas delata bannito post mortem patris ab intestato, non acquiritur Fisco de iure cōmuni, veluti post bannum delata, sed ipsi bannito capaci.*

31 Bannitus, quando dicatur capax, vel incapax successionis, tàm ab intestato, quàm ex testamento, et tàm ante, quàm post bannum remissum, vide num. 27. et seq.

32 Hæreditas ex testamento si ante delictum, vel condemnationem deferatur nondum adita, fisco non acquiritur, si verò deferatur post delictum, & bannum tunc si bannitus est incapax, nec ad fiscum pertinet, si verò sit capax, eo mortuo, spectat ad fiscum.

Idem procedit in legato eum dicta distinctione.

Limita nisi à statuto permissa sit depredatio, quia bona fierent occupantium.

23 Bannitus si sit à patre in testamento præteritus, & superuiuat patri, filius nomine banniti non potest dicere testamentum nullum ob præteritionem filij banniti.

Amplia num. 25.

Bannum morti comparatur, & mortuus non dicitur præteritus.

24 Legitima non debetur filio bannito capitaliter, ex quo bannitus non reputatur esse in rerum natura.

25 Filius si tempore testamenti patris erat capax hæreditatis, & præteritus fuerit deinde adhuc viuo patre sit capitaliter bannitus, tamen fiscus mortuo patre non poterit dicere testamentum nullum.

Fiscus ex persona banniti non potest dicere testamentum nullum ex causa præteritionis, quando nec filio competeret ius dicendi nullum, ibid.

26 Exceptio doli quæ obstat condemnato, seu bannito, vtique obstare dicitur fisco.

Filius quemadmodum tenetur parere conditioni testamentariæ patris, ita & fiscus succedens in loco filij banniti, vnde quod non potest filius, nec fiscus, ibid.

Pater, qui aliquid minimum reliquit in testamento filio bannito, & prohibuit aliud petere, fiscus ex persona filij banniti ad legitimæ supplementum agere non potest dict. numero 26.

27 Banniti nostri temporis an æquiparentur deportatis, vel relegatis, multi hinc inde scripserunt, & per distinctionem, de qua num. 28 resoluuntur contraria.

28 Banniti capitaliter si ex statuto, vel alia lege impunè offendi possint, et offendentibus præmia conceduntur, hoc in casu æquiparantur deportatis, et amittunt, nedum beneficia statutorū, sed etiam iuris communis quoad bona in territorio bannientium, vide infra num. 40.

29 Banniti, qui impunè offendi, et occidi possunt, habentur pro hostibus Ciuitatis, et pro mortuis reputantur.

Banniti prædicti non possunt succedere etiam secundum ius commune in illo territorio, à quo sunt banniti, et faciunt locum cohæredibus, seù substitutis ex testamento, et proximioribus ab intestato, exclusio fisco, ibidem vide infra sub num. 30.

30 Banniti non capitaliter æquiparantur tantum relegatis, qui amittunt tantummodo iura sua Ciuitatis, non autem iura communia qua de re secundum ius commune sunt capaces successionum, secus secundum ius municipale, vide sub num. 36. et declara, vt num. 37.

31 Banniti capitaliter, vel quouis alio modo esto quod sint incapaces succedendi ab intestato, vel ex testamento, tàm de iure communi, quam municipali, tamen sunt capaces successionum, quæ eis obueniunt extra prouinciam bannientium.

32 Banniti quamuis capitaliter damnati, dummodo offendi non possint impunè, non amittunt iura communia, nec municipalia, et sunt capaces quarumcunque successionum, etiam quod fuissent condemnati in confiscatione bonorum.

33 Confiscatio bonorum non reddit condemnatum incapacem succedendi, nisi fuerit bannitus capitaliter, Amplia vt supra.

Banniti capitaliter, quando impunè offendi possunt, etiam quod non fuerint condemnati in confiscatione bonorum, amittunt iura municipalia, & communia intellige, vt supra num. 31. & seq. ibid vers. sanè.

34 Banniti ex eo, quod impunè offendi possunt, videtur eis indictum bellum, tàm per officiales publicos, quàm per homines priuatos, & tanquam hostes amittunt iura patriæ.

Qui ob aliquod delictum vigore statuti impunè offendi potest, amittit iura, quæ sunt loci statuentium, ibid.

35 Statuto stante quod ille, qui declinauerit iurisdictionem Potestatis, vel Capitanei possit impunè offendi, hæc censetur pœna capitalis.

36 Banniti, qui non sunt pœna mortis, sed alia mitiori pœna, etiam cum bonorum confiscatione non amittunt iura municipalia.

37 Banniti qui perdunt iura tantum municipalia, & non iura communia, vt supra num. 30. et seq. si à statuto expresśè priuarentur quoque à iure communi, vtique, et iura communia amittunt.

38 Banniti ob conspirationem contra dominum suum dicuntur proditores patriæ, et ab omni successione penitus excluduntur, vide infra num 41.

39 Qui nullo iure succedere possunt, non possunt, venire contra dispositа, ex quo sunt omni iure priuati, et habentur pro mortuis.

40 Bannitus capitaliter cum publicatione bonorum, etiam si ante statuto, quod impunè offendi possit, et postea sit extra protectionem communis, tamen videtur capax successionis sibi delatæ de iure communi, vide supra num. 38. et sequent.

41 Banniti ob conspirationes contra Dominum, non possunt exhæredari, sed saltem legitima est relinquenda. In contrarium est aliorum opinio.

42 Bona post delictum quæsita non veniunt in confiscatione, et pater non tenetur assignare legitimam fisco pro delicto filij.

43 Pater instituendo filios bannito, vel aliquid eis legando post bannum, talis hæreditas, seu legitima, aut legatum non aufertur ab eis per fiscum vllo modo de iure communi, circumscriptis statutis.

44 Hæredem habere non potest, qui bonis proscriptis damnatus est, et an fiscus succedat.

45 Bannitum damnatum ad mortem hæredem habere non posse, etiam si ex testamento ad pias causas.

Patri qualiter consulatur pro filio bannito successionis eius incapaci ob pœnam capitalem, ibid. et sub num. 50. vers. quod banniti.

46 Pœna læsæ Maiestatis non habet eundem locum contra subditos conspirantes aduersus Dominum suum recognoscentem superiorem sicuti haberet, si dominus esset absolutus, et superiorem non recognosceret.

47 Filij banniti ob conspirationem contra Dominum recognoscentem superiorem remanent in potestate patris, et possunt impugnare testamentum ratione præteritionis, vel querelare illud, et testamentum ipso iure non tenet, nisi ipse tale testamentum approbauerint expresśè, vel tacitè.

48 Testamentum paternum post lapsum 30. annorum non potest amplius à filio sciente, et tacente quouis prætextu impugnari.

Ius immiscendi se in hæreditate paterna spatio 30. annorum tollitur.

49 Nepotes ex filio bannito, vbi ab Auo instituti essent hæredes validarent testamentum, quod alias esset nullum ob præteri-

ob præteritionem, vel inofficiosum, si approbaretur ab ipso filio bannito.

30 *Fiscus contra nepotes hæredes ab Auo institutos quidquam attentare non posset ex persona eorum patris banniti sub pretextu nullitatis testamenti approbati à filio bannito.*

Cautela, qua parentes possunt prospicere in testamento filijs incapacibus ob delictum, ibidem vers. quod si banniti, & vers. posset.

Instituere filios bannitorum incapacium succedendi licet, cum hac conditione, quod si eorum pater in gratiam Domini redierit, bona restituantur, ibid.

CASVS CC. LXIV.

DIsputari sæpissimè contingit, an filio familias committente delictum, propter quod bannitus fuit, & condemnatus in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum ex forma statuti, & moriente deinde patre ab intestato, vel condito testamento, in quo dictum filium bannitum præteriuit, & alium hæredem instituit, fiscus ex persona dicti banniti possit aliquid prætendere in bonis dicti patris vt supra mortui, saltem respectu legitimæ dicto filio bannito debitæ, quã difficultatem veluti quotidianam, & vtilem ita clarè, & distinctè resoluere statui, vt citra eam nullus dubitandi locus de cætero relinquatur, tractando primum de successione ab intestato, mox verò ex testamento.

1 Capiendo itaque primum disputationis caput successionis ab intestato, dico, quod quæstionem hanc in terminis posuit Alberic. de Rosate in l. si qua pœna num. 3. & 4. versic. & facit. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. vbi ponit quæstionem, quam dicit vidisse de facto de filiofamilias, qui commisit delictum, ex quo bona publicari debebant ex statuto, & habebat filios, deinde mortuus est pater: Commune dicebat habere debere saltem legitimam contingentem isti filio in bonis patris, Nepotes dicebant, quod nihil habere debebat, pro communi allegabatur, quod fiscus succedit
2 in omni iure damnati, etiã conditionali, & legitima est debita filio saltem sub conditione si præmoriatur pater, & dicitur filius quodammodo dominus substantiæ paternæ, in qua ex eius persona videtur succedere fi-
3 scus. In contrarium pro nepotibus allegabatur, quod ipsi loco filij succedere debent, & propterea excludunt fiscum, nec filius modo aptus est habere bona patris, quia deliquit, & ideò fiscus nihil habet. Item quod filij etiam delatam hæreditatem, & non aditam non transmittunt ad extraneos, & sic ad fiscum, sed solum ad suos, quorum loco non est fiscus. Vlterius quod
4 bannitus nulla bona relinquit in Ciuitate, sed nudus exulat, & amplius quod castrense peculium deuenit ad patrem, & non ad fiscum, qui multo minus debet posse consequi, quod proprium est patris & ad allegata in contrarium pro Communi respondet, quod ius conditionale non transmittitur in vltima voluntate, sed benè in contractu, & quod fiscus habetur loco hæredis in his, quæ spectant ad bannitum, non in his, quæ pertinent ad alium, & possent pro communi deducta procedere, quando pater primo decessisset, & filius adiuisset, non autem quando primo decessit filius ciuiliter, tanquam deportatus, & postea pater, & tandem ad exclusionem fisci adducit textum in l. certa forma C. de iure fisci lib. 10. vbi hoc inquit expressum videri. Eandem quæstionem ponit idem Alberic. in tract. de statut. lib. 3. quæst. 24. habui talem quæstionem per totam, vbi in vtranque partem eodem modo arguit, sed nihil resoluit, inquiens quæstionem hãc
5 dependere ab alia, an scilicet banniti nostris temporis æquiparentur deportatis, & an possit succedere, de qua ait se dixisse plenissimè in eodem tractatu lib. 4. prout verè dixit quæst. 13. Item quæro quæstionem antiquã, & rotatam per Doctores antiquos, vbi diuersas Doctorum opiniones recenset, nec satis clarè, in qua residat, aperit, licet postea eodem lib. 13. quæst. 27. videatur adhærere opinioni contra fiscum per rationes supra relatas, Bald. in eadem l. si qua pœna, in prima lectura, postquam in principio dixit, quod filius
6 deportatus habetur pro mortuo, & ideò nepos ex eo succedit loco eius in primo gradu per d. l. si qua pęna, per l. 1. §. fin. ff. de bon. possession. contra tab. & per l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. quærit num. 3. an filio bannito banno capitali cum bonorum publicatione debeatur legitima fisco, & dicit, quod non, quia persona banniti non reputatur esse in rerum natura, cum alter in eius locum successerit per l. actione. §. publicatione. ff. pro socio, ex quo sequitur, quod fiscus nomine eius non potest legitimam petere, vt in l. certa forma. C. de iure fisci, lib. 10. eo magis,
7 quia si nulla bona in Ciuitate relinquit, successorem non habet, vt in l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pupill. substitut. Idem sequitur ipse Bald. in 2. lect. num. 1. & 2. inquiens ex ea lege colligi, quod si filius commiserit delictum, vnde bona publicentur, & fuerit damnatus, fiscus non poterit petere legitimam, quæ sibi in bonis paternis debebatur, quia iste filius reputatur mortuus ante patrem, vnde nihil transmittit ad fiscum, & quia si non transmittit peculium, quod habet l. si filius, C. de bonis proscriptor. multo minus transmittit legitimã, quam non habet, nec sperat habere, vti mortuus, cum patre viuente nullum ius habeat filius in legitima, vt notatur in authen. de hæred. & Falcid. §. si quis autem non implens, & in l. fin. ff. de liber. agnosc. vltra quod est ius de futuro, quod fiscus non occupat, argum. leg.
8 quoties ff. de nouationib. idem tenet per easdem rationes Paul. de Castro cons. 212. omisso ordine suprascripto col. 1. per totam, num. 1. & seq. lib. 2. Ludoc. Catus inter consil. criminal. diuers. cons. 103. num. 1. 3. & 6. Plot. consil. 130. num. 55. vers. 17. & num. 59. versic. & quod confiscatio tom. 1. in vltimo loco impressis in magna forma. Ioseph. de Ludouic. decis. Perusina 11. in secundo dubio, & cum hac sententia transit Alexan. consil. 75. in 1. dub. sub num. 9. & seq. vers. confirmo prædicta, & infra lib. 1. & post eum Dec. consil. 438. in 2. dub. num. 5. vers. 2. conclusio. Curt. Iun. cons. 182. num. 7. & sequent. vers. præmissis tamen non obstantibus. Curt. Sen. consil. 59. in 2. & 3. dubijs, sub num. 13. in fine. versic. adeo quod Gigas in tract. de crim. læsæ Maiest. titul. de pœnis committentium crimen læsæ Maiest. quæst. 9. num. 1. & 2. Peregr. in tract. de iure & priuil. fisci. lib. 5. tit. 1. de publicat. bonor. num. 133. vers. & idem est in public. bonorum, & nouissimè Farin. in pract. crimin. tit. de delict. & pœnis. q. 24. num. 19. & 20. versic. amplia secundo, & titul. de varijs, & diuers. quæstionibus, quęst. 102. num. 110. in fin. vers. sed quid, & antea num. 22. vers. quamuis, vbi plures alios idem tenentes refert, & ratio in promptu est, quia vt præfati Doctores dicunt, in vita patris filio legitima non debetur, nisi conditionaliter in euentum futuræ mortis patris ante ipsum, quæ iura conditionalia in materia successionis non transmittuntur, vt dictum
9 est, nec confiscatio trahitur ad iura futura, sed præ-

sentia

ſentia tantum compræhendit, vt ipſi dicunt, & tra-
dunt etiam Nell. in d. tract. de bannit. in prima parte
ſecundi temporis, q. 18. dicens, hoc eſſe commune di-
ctum, Gigas in d. tit. de pœn. committent. crimen læſæ
Maieſtat. quæſt. 7. num. 1. & 2. Curt. Sen. d. conſ. 59. in
2. & 3. dubijs, num. 12. verſic. ex quibus, Alexan. conſ.
75. num. 12. verſic. in quantum autem libr. 1. Decin.
conſil. 438. num. 5. & ſequent. verſ. & vlterius iſta con-
cluſio confirmatur, conſil. 442. num. 17. & ſequent.
verſic. & in caſu iſto, & conſil. 445. num. 65. & ſequent.
verſ. & vlterius conſiderandum eſt, Clar. in pract. cri-
min. quæſt. 78. num. 24. verſic. vlterius quæro, dicens
eſſe communem opinionem Gomez. lib. variar. reſo-
lution. tom. 3. de delict. cap. 14. num. 1. & ſeq. Peregr.
in tract. de iurib. & priuil. fiſci lib. 5. tit. 1. de bonor.
publicat. num. 132. & ſequent. & facit alia concluſio
Doctorum, quod filio capitaliter damnato cum publi-
10 catione bonorum non cogitur pater ad dandam legi-
timam fiſco, etiam quod ſtatutum illum vellet teneri
ad ſoluendum condemnationem filij, vt voluerunt
Bald. in l. ſi qua pœna, in prima lect. num. 3. in ſecun-
da lect. num. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. &
in l. 1. num. 20. verſ. Item dubitatur, nunquid. C. ne filius
pro patre, nec pater pro filio teneat. & conſ. 257. quæ-
ritur vtrum num. 1. & 2. lib. 3. Nell. in d. prima parte
ſecundi tempor. quæſt. 33. Deci. conſil. 438. num. 5. 9.
10. Cotta in lib. memor. in verb. Pater obligatus poſt
principium, verſ. ſed quid erit. Marſil. in l. infans, nu.
35. verſ. circa octauum, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. &
nouiſſimè Farinac. d. q. 24. num. 15. & ſeq. verſ. amplia
quarto eandem primam principalem ampliationem,
& infra, quod & in crimine læſæ Maieſtatis procede-
re vult Gigas titul. allegato q. 9. in princ. & ſequitur
Farinac. d. q. 24. num. 18.

11 Et ſicuti non poteſt fiſcus conſequi legitimam filij
banniti cum publicatione bonorum in bonis paternis,
nedum ipſo patre viuente, ſed nec poſtea eo ab inte-
ſtato moriente, ita nec hæreditatem paternam poſt
patris mortem conſequi poteſt: quia, vt ſupra dictum
fuit, filius habetur pro mortuo antequam pater mo-
riatur, vnde illi ex perſona filij ſuccedere non poteſt
fiſcus, in tantum quod ſi ante delictum delata eſſe filio
12 paterna hæreditas, & tempore condemnationis ad-
huc illi ſe non immiſcuiſſet, ſeu eam non adiuiſſet, fi-
ſcus illam prætendere non poſſet, ex quo tempore de-
licti, vel ſententiæ confiſcationis bonorum nullum do-
minium acquiſitum erat filio in paterna hæreditate, ſed
tantummodo ius ſe imiſcendi, ſeu adeundi quod ius in
fiſcum non transfertur, quia agitur de iure quærendo,
non autem de iure quæſito, & tale ius non dicitur eſſe
in bonis hæredis, qui ante aditionem repræſentat per-
ſonam defuncti, nec bona dicuntur eſſe hæredis, &
propterea tanquam eius bona confiſcari non poſſunt:
vt punctualiter ex prædictis, & pluribus alijs rationi-
bus concludunt Caſtrenſ. d. conſ. 212. col. 1. num. 1. &
ſequent. lib. 2. Nell. in d. tract. in d. prima parte ſecundi
tempor. q. 30. dicens, vidiſſe iſtam quæſtionem de fa-
cto, quæ fuit terminata hoc modo, & Nell. ſequuti
ſunt Cotta memoral. in verbo teſtamentum, in quo
pater præterijt filium bannitum, circa finem, verſ. ſed
quid ſi filius, teſtans ita fuiſſe iudicatum, & ſententiam
pro hac parte latam fuiſſe confirmatam per Iudices,
& Miniſtros fiſci: Gigas d. tit. de pœnis committent.
crimen læſæ Maieſtatis quæſt. 8. per totam, Decian.
conſ. 438. num. 5. & ſequent. verſic. & vlterius iſta con-
cluſio confirmatur, conſ. 442. num. 17. & ſeq. verſic.
& in caſu iſto, & conſ. 445. num. 65. & ſeq. verſic. & vl-
terius conſiderandum, Clar. d. q. 78. ſub num. 25. verſ.
ſæpè contingit, & Farin. alios referens in pract. crim.
tit. de delict. & pœn. quæſt. 25. num. 141. verſic. am-
plia rurſus, vbi propterea dicit, quod ſi viuente patre
13 filius deliquit, & eo mortuo formetur inquiſitio, & ſe-
quatur condemnatio cum confiſcatione bonorum, ta-
lis paterna hæreditas non adita per filium, licet ante
condemnationem delata, nullo pacto tranſit in fiſcum
prout ante eum dixit Cotta in d. memoral. in verbo, te-
ſtamentum, d. verſic. ſed quid ſi filius, qui nihilominus
dicit poſt Nellum d. quæſt. 30. in fin. tutius eſſe, quod
talis bannitus repudiet hæreditatem in cōcordia cum
illo, ad quem deuoluitur, nec de hoc fiſcus conquæri
poterit: per l. qui autem ff. de his, quæ in fraudem cre-
ditorum, ſequitur Plot. d. conſil. 130. num. 57. & alij
per eos allegati, pro quorum opinione allegari poſ-
ſunt rationes circa legitimam adductæ, & præſertim,
quod confiſcatio non trahitur ad futura, nec debet
compræhendere, niſi bona iam radicata in perſonam
delinquentis, quem non eſt veriſimile, quod voluerit
adire hæreditatem ſibi delatam, ex quo ſe vitæ peri-
culo expoſuit; nec videtur cogitaſſe de acquirendo,
qui vitam quodammodo ſpreuit: vt conſiderant Addē-
tes ad Dec. dict. conſil. 438. in apoſtilla, in verba, non
tranſit. litera B.

14 Et procedunt prædicta data banniti incapacitate,
quia ſcilicet non poſſit patri ab inteſtato ſuccedere,
tunc enim nec fiſcus admittitur ex eius perſona ad di-
ctam hæreditatem paternam, quæ ipſi filio competijſ-
ſet, ſi bannitus non fuiſſet; ſed eo excluſo ad alios ve-
nientes ab inteſtato pertinet, nec fiſcus a dicto filio eā
aufert tanquam ab indigno. l. ſi quis mihi bona. §. ſi
quis planè ff. de acquirend. hæredit. D [illegible] in l. 1. C.
de hæred. inſtituen. Gigas in tract. de crimine læſæ Ma-
ieſt. d. tit. de pœn. committen. crimen læſæ Maieſt. q. 14.
in princ. Curt. Sen, d. conſil. 59. in 4. dub. num. 14. &
ſequent. Curt. Iun. d. conſ. 182. num. 7. & ſeq. verſ. præ-
miſſis tamen non obſtantibus, latè Farin, d. tit. de de-
lict. & pœn. q. 25. num. 139. verſ. amplia primo & illa-
tiuè, & d. tit. de varijs, & diuerſ. quæſtionibus quæſt.
102. num. 110. verſ. quid. Ludouic. Catus d. conſ. 103.
num. 1. 2. 5. & 6. Plot. d. conſil. 130. num. 55. & 59. Io-
ſeph. de Ludouic, d. deciſ. Peruſ. 11. in 2. dub, & ſentit
Clar. d. quæſt. 78. ſub num. 24. poſt verſ. vlterius quæ-
ro, & clarius tradit Nell. in d. prima parte ſecundi tem-
por. quæſt. 39. & notat etiam Peregr. in tract. de iure,
& priuileg. fiſci, lib. 3. tit. 1. de incapacib. num. 2. verſ.
incapaces verò, & lib. 5. titul. 1. de public. bonor. num.
133. verſ. ideò hæreditas patris. Alciat, conſil. 6. num.
14. tomo 1. lib. 2. & ante prædictos probat Caſtrenſ.
dict. conſ. 212. colum. 1, Alexand. conſil. 23. num. 8. &
ſeq. verſic. 8. probatur, licet ſi talis hæreditas ab alio
15 occupata non eſſet, fiſcus non priuilegio fiſci, ſed tan-
quam priuatus illam occupare poſſet, & ſuam facere;
vt notat Alciat. d. conſil. 6. ſub nu. 14. poſt verſ. quam-
uis enim, & ante eum Curt. Senior. dict. conſ. 59. in 4.
dub. num. 14. in fin. & num. 15. in princ. & ad hnem, [illegible]
16 quiens, quod licet bannitus capitaliter cum publica-
tione bonorum ex forma ſtatutorum poſſit impunè of-
fendi in perſona, & bonis, & poſitus ſit extra protectio-
nem Communis, tamen poteſt acquirere bona iure
communi ſibi delata, quæ tanquam futura non veniunt
in publicatione prædicta, nec fiſcus ea auferre poteſt,
vt ab

vt ab indigno, sed bene vt quilibet alius potest ea prę-
dari,& occupare; quia Camera fiscalis non habet ipsa
sola priuilegium deprædandi, occupandi bona talis
banniti, sed & quilibet priuatus; adeò quod si ab alio
possideantur, vel fuerint occupata prius quam a fisco,
detinens potiora iura fouet, & si nullus occupauerit,
17 ipsius, banniti remanent, idem voluit Curt. Iun. dict.
consl. 182.num.7.& seq. vers.pręmissis tamen non ob-
stantibus,& tradit etiam Clar. nihil allegans d. quæst.
78.sub num.24. post vers.vlterius quæro nunquid, in-
quiens in Ducatu Mediolani adesse decretum confi-
scans omnia bona delinquentis ab ipso die commissi
delicti, sed nihilominus seruari quod etiam quæsita
post delictum vsque ad confiscationis sententiam ve-
niunt in ipsa publicatione, ex attestatione Bossij latè
insistentis in pract. crimin.tit.de bonor. publicat.n.80.
vers. prosequendo materiam, sed in ponis post confi-
scationem quæsitis,quomodocunque ea fiscus appræ-
henderit, vel habeat penes se,illa retinet tanquã legiti-
mus, & iustus occupator, ex quo sunt bona banniti:si
verò reperiantur penes alium, credit, quod fortè non
posset fiscus ea petere,sed quod deberēt remanere pri-
us occupanti, in quam sententiam testatur inclinasse
Magistratum extraordinariorum redditũ in causa bo-
norum cuiusdã Capitanei Amandi Teutonici, licet eti-
am ex alijs fundamentis motus fuerit ad iudicandũ cõ-
tra fiscum. Sequitur Ludouic. Catus d.consl.130.sub n.
5.versc.atamē ad finem, & sub nu.6. etiã ad finē vers.
in secundo casu, & verum est data capacitate acquisi-
tionis ex iure communi, quoad bona existētia in terri-
torio bannientis; secus autem data incapacitate, quia
tũc proximiores adimtterētur, ac si bãnitus esset mor-
tuus, vt ibi per catum dicentem esse veriorem, & secu-
riorem opininionem; vnde prædictæ occupationi lo-
cus esset, vbi banniti in territorio bannientis acquire-
18 re possent,& nõ alias; & quidem nõ sine ratione,quia
verissima est traditio, quod bona post bannum, vel pu-
blicationem quæsita in fiscum non transeunt, nec con-
fiscatio trahitur ad ea, quæ non sunt radicata in perso-
na delinquentis tempore ipsius delicti, vel cõfiscatio-
nis: vt in terminis concludunt Alex.consl.15.in fin.nu.
12.post vers.postremò a me quæritur: & cõs.23.nu.2.
vers.& ideo confiscatio.lib.1. Curt.Sen. d.consl.59.in
2.& 3. dubijs, nu.13.vers. ex quibus Curt.Iun.d.consl.
181. num.7. & seq. Clar. d. quæst.78. num.24. versic.
vlterius quæro, Peregr. de iure & priuileg. fisci. lib.5.
tit.1. de publicat.bonor.num.132.& 133. vers. quar-
tus principalis effectus, Cotta memoral. verbo, testa-
mento, in quo pater præterijt filium bannitum, post
principium vers.datur etiam Farin. d.q.25. num.138.
vers.limita octauo, vbi plures alios idem tenentes re-
fert, & est text. clarus in l.si mandauero tibi §. is cuius
bona ibi, quia publicatis bonis, quicquid postea ac-
quiritur, non sequitur fiscum ff. mandati, & in l.eius
19 qui §.1. ibi, bona quoque, quæ tunc habuit, cum con-
demnaretur, publicabuntur, & in c.fælicis, in vers. ve-
rum de præmissis ibi, de postmodum acquisitis repeti-
tio non negetur, de pœnis in 6.
20 Es qua re infertur etiam, quod si bannitus capax es-
set hæreditatis, sibi post patris mortem delatæ de iu-
re communi ab intestato, fiscus eam non consequere-
tur, veluti delatam post bannum, & confiscationem,
imò nec eo casu venientibus ab intestato deberetur,
sed ipsi bannito, & eius hæredibus post eius mortem
acquireretur: vt tradit Farin.d.q.25.num.140. versic.
imò si scimus, & dict.q.102.num.109. versic. sublimi-
ta duodecimo, post Ang. de Malefic. in verbo, & eius
bona publicamus num.25. vers.quæro aliquis est con-
demnatus, & Gomez.lib. variar. resolut. tit. de delict.
cap. 14. de confiscat.bonor. num.1. & sentiunt Curt.
Sen.d.consil.59. in 4.dub.num.14.& 15. & Curt. Iun.
dict.consil.182.num.7.& sequent. hoc sanè intellecto,
quod vbi posset impunè offendi in ęre, & in persona,
& positus esset extra protectionem Cõis, liceret fisco,
tanquam priuato, cuilibet alteri bona sic quæsita post
bannum in territorio bannientium capere, & occupa-
re, & sua facere, vt supra disi, ex ipsis Curt. Sen. Curt.
Iun. Claro, & Ludouic. Cato, & ita intelligendus est
Puteus decis.417. sub num.3. post vers. nec obstat lib.
3. dum vult bona quæsita per bannitum in territorio
bannientis post bannum spectare ad fiscum.
21 Quando autem dicatur bannitus esse capax, vel in-
capax successionis huius ab intestato, vel ex testamen-
to, aut alterius acquisitionis post bannum, seu senten-
siam confiscationis bonorum, tàm in loco bannientiũ,
quàm extra illorũ territorium dicemus infra post pro-
missam alterius capitis huius resolutionis discussionē
circa successionem ex testamento, vbi aptius cadet
veluti omnes propositę quęstionis difficultates com-
plectens.
Veniendum igitur ad secundum hæsitationis caput
successionis ex testamento, dico, quod si hæreditas de-
22 fertur ante delictum, vel condemnationem, nec est
adita, fiscus eã non capit, tanquam ad delinquentem,
vel condemnatum non spectantem, vt supra dictũ fuit
in successiene ab intestato: si verò defertur post delictũ,
& bãnum, eadem adibenda est distinctio, quæ traditur
in successione ab intestato, quod scilicet, si bannitus in-
capax est, hæreditas non defertur fisco, sed cohęredi-
bus, vel substitutis, & si non adsint, venientibus ab inte-
stato, nec fiscus eam aufert, vti ab indigno, vt supra
dictum fuit, & ita in hæreditate delata ex testamento
bannito dicit Farin.d.q.25. num.139. vers.amplia pri-
mo, & illatiuè, & d.q.102.num.110. vers.sed quid, di-
cens idē esse in legato relicto tali bannito incapaci, quod
si alius non est ad illud vocatus, remanet penes hære-
dem. Eandem cõclusionem ante Farin. tenuit expres-
sè Gigas d.tit.de pęn. committent. crimen læsæ Mast.
quæst.14. in princ. & prius Castr. consil. 212. col.1.
lib.2. & Alex. d. cons.23. num.9. & seq. lib.1. Si verò
est capax, ea ad ipsum, & eius hæredes eo mortuo
spectat, nec ad fiscum, aut alios pertinet: vt idem Fa-
rin.dicit d.q.25.nu.140.vers.imò si scimus, & d. q.102.
num.109. vers.sublimita duodecimo, post Angel. de
Malefic.in verbo,& eius bona publicamus num.25.&
Gomez.lib.variar.resolution. tom.3.de delict.cap.14.
tit.de confiscat.bonor. num.1.& 2. nisi ex statuto per-
missa sit deprædatio eius bonorum quo casu ea fierent
occupantium, siue sint officiales fisci, siue priuati, eius
scilicet, qui primo occupauit: vt supra probatum fuit
ex vtroque Curt.Clar.& Ludouic.Cato.
23 Illud tamen ignorandum non est, quod si pater in
testamento præterijt filiũ bannitum in ære, & perso-
na, & postea cum eo testamento moriatur, filio adhuc
bannito existente, fiscus nomine banniti non potest di-
cere testamentũ nullũ quia bannũ morti cõparatur, &
mortuus non dicitur præteritus, & sicut bannitus ille
est Reipublicæ mortuus, ita & patri præmortuus esse
debet: ita in puncto determinat Bald. in l.si qua pœna,
in prima lect. vers.quęro si pater ff.de his, qui sunt sui,
vel alien.

vel alien. iur. quem sequitur Cotta memor. In verbo,
bannitus ex crimine capitali, in princ. & in verbo, te-
stamentú, in quo pater prǽterijt filium bannitū in ǽre,
& persona, in princ. vbi etiam alios idem tenentes re-
fert. Plot. d. cons. 130. num. 56. vers. hinc est, & Farin.
in pract. crim. tit. de varijs, ac diuers. quæstionibus, q.
102. num. 22. versic. quamuis contrarium, qui etiam
cæteros eiusdē sententię citat, prout & tenentes con-
trarium num. 20. & 21. & facit, quia vt idem Bald. di-
cit in d. l. si qua pœna num. 3. vers. quæro, an filio. Le-
24 gitima non debetur filio bannito banno capitali, quo-
niam non reputatur esse in rerum natura; quod etiam
repetit in secunda lect. in princ. Eandem sententiam,
quod testamentum, in quo pater dictum bānitum prę-
terijt, valeat, nec rumpi possit per fiscum, tenet Gigas
tit. allegato, q. 9. num. 4. vers. quinimo filius, in tantum
25 quod si tempore testamenti filius erat in integro sta-
tu, & sic capax successionis, & non bannitus, & tamen
erat a patre præteritus, & postea viuo patre est capita-
liter bannitus, fiscus mortuo patre, testamentū nullū
dicere non possit, quamuis filius, si bannitus non esset,
nullum dicere posset, tanquam prǽteritus; vt notabili-
ter resoluit Bald. in d. l. si qua pœna, in prima lect. sub
nu. 3. vers. sed quæro pone, ea ratione, quia sicut ban-
nitus non potest dicere nullum, ita nec fiscus ex perso-
na bāniti, nam fiscus prætendit causam lucratiuā, vn-
26 de ei obstant exceptio doli ex persona banniti, & est
decisio aurea, & ab omnibus non cognita. Ad quod fa-
cit Curt. Iunior cons. 182. in 3. dub. per totum nu. 4. &
plur. seq. vbi re ad partes disputata concludit, quod si
pater in testamento aliquid minimū relinquit filio bā-
nito, & prohibet eum aliud petere posse, fiscus ex per-
sona talis banniti ad legitimę supplementum agere nō
potest, & seruit optimè Bald. cons. 7. secundum ea lib.
2. tradens, quod si pater facit testamentum, & in eo in-
stituat hæredē filium, qui postea viuo ipso patre exu-
let nudus omnibus bonis ex causa capitali ademptis,
intelligitur talis filius, viuo patre, mortuus; adeò quod
institutio, quæ fuit quasi caduca, iuxta leg. vnicam §.
& cum triplici. C. de caduc. tollend. non spectat ad fi-
scum, mortuo testatore cum eo testamento, quia qua-
si caduca non spectant ad eum, sed ad substitutos, vel
alios, iuxta d. l. vnicam, §. pro secundo.

Superest, vt ad cognoscendam capacitatem, vel in-
capacitatem bāniti successionis, tam ab intestato, quā
ex testamento, discutiamus articulū, de quo supra me-
minimus, à quo resolutio hæc pendere videtur; an sci-
27 licet banniti nostri temporis ęquiparentur deportatis,
vel relegatis: super quo latissimè scripserunt Bart. in q.
incip. Lucanæ Ciuitatis statuto cauetur, quæ est prima,
Alberic. de Rosat. in tract. de statuet. lib. 4. q. 13. q. 68.
& quæst. 80. Alexand. cons. 23. cons. 26. cons. 75. lib. 1.
cons. 116. lib. 2. Curt. Senior cons. 59. sub nu. 18. & seq.
vers. decurramus nunc, & infra Curt. Iunior cons. 182.
num. 7. & seq. vers. præmissis tamen non obstantibus,
Nell. in tract. de bannit. in prima parte secundi tempo-
ris q. 4. & q. 5. Clar. in pract. crim. quæst. 71. num. 12.
vers. dixi autem supra. Peregr. in tract. de iur. & priui-
leg. fisci lib. 3. tit. 7. de bannit. & latissimè omnium Fa-
rinac. in pract. crim. tit. de varijs, & deuers. quæstioni-
bus, q. 102. inspect. 1. per totam, & infiniti alij per eos
congesti: & tanta est Doctorum contrarietas, vt non
faciliè discerni possit, quid sit tenendum pro veritate;
tamen quoad propositū nostrū ego semper distinguē-
dum putaui, quod aut bāniti nostri temporis in ære, &
28 persona, qui ex forma statutorum impunè offendi pos-
sunt, prout ferè statuta hæc in tota Italia extāt, ampli-
usque prçmia occidentibus conceduntur, banniti sunt ex
delicto pœnę capitalis, & tunc æquiparentur depor-
tatis, & propterea amittat non solum beneficia statu-
torum territorio bānientium, sed etiam, iuris cōmunis
quoad bona posita in dominio ipsorum bannientium,
& per consequens sint incapaces cuiuscunque succes-
sionis sibi delatę, non solū ex statutis, sed etiam de iure cō-
muni: ita post alios voluerunt Egid. Boss. in pract. cri-
min. tit. de bonor. confiscat. sub num. 69. post vers. an
bannitus nostri temporis, & Alciat. cons. 6. quęritur de
intellectu statuti, num. 14. post versic. quamuis enim
tomo 1. lib. 2. dicens, ita semper seruari vidisse in sta-
tu Mediolani: quam opinionem tanquam communem
defendi Corn. cons. 55. col. 3. & sequ. lib. 2. Alex. cons.
23. num. 9. & sequent. vers. octauo, probatur, & cons.
75. num. 7. & seq. versic. fortificantur prædicta lib. 1.
cons. 116. num. 3. & seq. lib. 2. Sequitur Ripa in l. ex fa-
cto. §. ex facto col. pen. versic. quid tenendum, ff. ad
Trebell. Duran. in tract. de arte testandi, tit. 1. de his,
qui non hab. faction. testam. caut. 10. excommunicat.
sub num. 3. vers. idemque dicendum est, Ioseph. de Lu-
douic. d. decis. Perusin. 11. in 2. dub. Puteus decis. 417.
num. 3. lib. 3. Simon. de Praet. in tract. de interpret. vl-
tim. volunt. libr. 2. interpret. 2. dubit. 1. solut. 1. sub
numer. 14. post vers. quoniam comprehenditur folio
124. dicens, hanc esse communem, & ab ea non esse
discendendum, Ioseph. de Ludouic. conclus. 3. col. fin.
vers. an autem bannitus, inquens, hanc esse veriorem,
& communiorem sententiam, & ita etiam voluerunt
Paul. de Castro cons. 212. col. 1. num. 1. & sequent. lib.
2. & in l. 1. in fin. num. 4. vers. aduerte tamen C. de hę-
red. instituen. aiens, quod ita ipse pluries consuluit, &
per alios consultum vidit in Ciuitate Florentiæ, Ias. in
eadem l. 1. num. 6. vbi etiam refert Alexan. ita pluries
consuluisse, prout verè consuluit in locis supra relatis
Sozin. in tract. regularum reg. 54. in verbo, Bannitus,
in princ. & consil. 28. sub numer. 14. in fin. lib. 3. Ias.
consil. 166. num. 2. vers. quarto, facit vnum efficax fun-
damentum lib. 2. vbi plures idem tenentes refert, &
hanc esse magis communem opinionem Doctorum, à
qua non sit in iudicando recedendum testatur, & cons.
167. num. 2. vers. quarto, dicitur eod. lib. 2. Ludouic.
Catus inter consilia crimin. diuers. consil. 103. num.
5. tomo 1. in vltimo loco impressis in magna forma;
vbi alios refert de cōmuni testantes, Marcusantonius
Eugen. cons. 69. nu. 15. testans de Communi, & alij re-
lati per Farin. d. q. 102. num. 10. vers. quamuis contra-
rium, & num. 14. ibidem versic. quamuis contrarium,
& hanc opinionem ipse semper sequutus sum, & ser-
29 uari vidi in magno Ducatu Ætruriæ, vbi huiusmodi
banniti habentur pro hostibus Ciuitatis, & pro mor-
tuis, nec possunt acquirere etiam secundum iuris cōis
dispositionem in territorio, à quo sunt banniti, sed fa-
ciunt locū cohæredibus, vel substitutis ex testamento,
& proximioribus ab intestato, excluso fisco; Aut sunt
30 banniti pro alio delicto, pro quo pœna capitalis non
infertur, & tunc non æquiparentur deportatis, sed po-
tius relegatis, & propterea amittant solummodo iura
suæ Ciuitatis, non autem iura communia, & per con-
sequens sint incapaces solummodo successionum ipsis
delatarum vigore statutorum bannientium, non autē
successionis de iure cōi delatę, etiā quoad ea, quæ sunt
in iurisdictione bannientium, imo illius sint capaces;

ita indiuiduo concordando contrarias Doctorum opiniones concludit Curt. Iunior cõsil. 182. sub nu. 8 vers. tamen ego, quem sequutus fuit Simon de Pret. in loco citato nu. 14. vers. ex qua causa, & infra, & Farin. d. qu. 102 nu. 90. & sequ. vers. sublimita quinto, & infra, & in hoc casu procedere posset conclusio communis Doctorũ quod banniti nostri temporis, qui ex statutis impunè offendi possunt, licet non amittãt beneficia iuris communis, amittunt tamen ea, quæ ex iure municipali proueniunt, incapacesque, proterea sunt hæreditatis ipsis delatę, tam ex testamẽto, quàm ab intestato de iure municipali, seu statutario: vt in d. l. 1. C. de hæred. instituend. notant Bertol. sub nu. 3. Alberic. nu. 4. Angel. nu. 1. Salyc. nu. 19. & 20. Castrens. nu. 4. Ias. nu. 5. & Corne. nu. 6. Petr. à Plaza in Epitome delictor. lib. 1. c. 43. nu. 3. Bertazzol. consi. crimin. 489. n. 1. & consi. 510. n. 9. lib. 2. Menoc. in tract. de præsumpt. lib. 5. præsum pt. 45. nu. 5. & seq. Ludouic. Cat. dict. consi. 103. num. 4. versic. aut verò, Peregr. in tract. de iurib. & priuileg. fisci lib. 3. tit. 7. de bannit. num. 9. vers. sed horum opinio, & alij plures congesti per Farin. d. q. 102. nu. 76. & seq. vers. limita decimoquarto, & infra.

31 Sanè quoad ea, quæ sunt extra territorium bannientium, banniti prædicti ex quocunque crimine dãnati sint in ęre, & persona, & impunè offendi possint, nec iura communia, nec statutaria amittunt, & per consequens capaces sunt cuiusuis successionis, tam ex testamento, quàm ab intestato ipsis de iure communi, vel municipali delatæ, extra territorium bannientium: vt voluerunt Cornel. dict. consil. 55. num. 23. lib. 2. Bossi. in practic. criminal. titul. banniti quid amittant, sub num. 14. versic. sed si essent extra territorium, Peregr. dict. tit. 7. num. 27. & 28. & ante eos Imol. in l. ex facto, §. ex facto num. 20. vers. secus si in alio instituatur, ff. ad Trebell. & Castrens. in dict. l. 1. post num. 4. C. de hæred. instituend. quos sequutus est Farinac. dict. quæst. 102. numer. 94. & pluribus, sequent. versic. sublimita sexto, & infra. Ludouic. Cat. dict. consil. 103. num. 5. vers. attamen.

32 Quod si impunè offendi non possent etiam quod in pœnam mortis damnati essent, vtique nec iura communia, nec municipalia proprię eorũ Ciuitatis amitterent, & ideò capaces essent cuiuscũque hæreditatis ipsis delatæ, tàm de iure cõi, quàm ex statuto Ciuitatis, à qua sunt banniti. Castr. in d. l. 1. C. de hæred. instituend. & ibidem Salyc. sub num. 7. in fin. vers. quæro quinto, Alex. sub num. 4. Cornel. sub num. 5. Simon. de Præt. in loco citato num. 22. vers. non omitto. fol. 124. a tergo. col. 4. Peregr. de iur. & priuileg. fisci. lib. 3. titul. 7. de bannitis num. 5. versic. bannitus, qui ex forma banni, & alij quos refert, & sequitur Farinac. d. q. 102. num. 81. & sequ. vers. sublimita tertio, & infra, etiam quod essent banniti cum publicatione bonorum, nam confiscatio bonorum non reddit condemnatũ incapacem

33 quoad iura Ciuitatis, & futuras acquisitiones, cec enim tales banniti censetur hostes Ciuitatis, cuius proeterea iura retinent, cum nec per sententiam, nec per legem sibi sint adempta: vt in indiuiduo ponit Peregr. d. tit. 7. num. 6. vers. amplia etiam, & sub num. 7. in fin. vers. sed contra primam conclusionem, dicens esse communem conclusionem, sequitur Farin. sub d. num. 81. vers. sublimita tertio.

Secus autem si impunè offendi possent tales banniti in pęnam mortis, etiam absque publicatione bonorũ, quia tunc iura suæ Ciuitatis amitterent, & per consequens incapaces essent hæreditatis ipsis ab intestato vel ex testamento delatæ, de iure municipali, licet non de iure cõmuni: vt concludit Peregr. d. tit. 7. de bannitis, sub num. 9. in fine. & num. 10. vers. notandum tamen est, & versic. quo circa dicens rationem esse, quia effectus iste, quod bannitus, qui impunè offendi potest, amittat beneficia loci, à quo bannitus est, non prouenit ex publicatione bonorum, quę non producit incapacitatem, quoad futuras acquisitiones, sed procedit

34 ex eo, quod cum possit impunè offendi, videtur eidem indictum bellum, tam per officiales publicos, quàm per homines priuatos; ideoque, tanquam veluti hostis patrię, iura illius amittere debet: quod dictum sequutus est Farin. d. q. 102. num. 87. & seq. vers. contrarium, quod imò bannitus, & infra, & est de mente Bart. in l. publicorum num. 6. vers. vlterius quæro, ff. de public. iudic. vbi generaliter tradit, quod qui vigore statuti propter aliquod delictũ potest impunè offendi, perdit ea, quæ sunt loci statuentiũ, per l. amissione §. qui deficiunt. ff. de capit. diminut. propter quod ad propositũ

35 suum infert, quod stante statuto, quod si quis declinanerit iurisdictionem potestatis, vel Capitanei, possit impunè offendi, censetur ista pœna capitalis, & talis declinans amittit, quæ sunt illius Ciuitatis, cui non obediuit.

36 Cæterum si banniti non essent damnati in pœnam mortis, sed in aliam mitiorem, etiam cum confiscatione bonorum, non amitterent iura municipalia Ciuitatis, à qua sunt banniti, nedum communia; ideoque capaces essent cuiuscunque hæreditatis, & acquisitionis ex testamento, vel ab intestato ipsis delatæ, nedum de iure communi, sed etiam de iure municipali. Imol. in l. ex facto §. ex facto num. 28. in fine versic. & hoc etiam ff. ad Trebell. Salycet. in d. l. 1. sub num. 17. C. de hæredib. instit. quos sequitur Farinac. d. q. 102. nu. 90. & 91. vers. sublimita quinto, vbi etiam alios idem tenentes refert.

37 Et quæ diximus de non amissione iurium communium, seu beneficiorum iuris communis intelligenda sunt, vbi per statuta non auferantur expressè: ex quo clarum est posse statutum in suo territorio auferre bãnito non solum beneficia loci statuentium, & ipsius statutorum, sed etiam iuris cõis, Bald. dicens hoc pro constanti tenendũ esse in l. si qua pęna, in prima lectura, in final. verbis, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Alex. consi. 75. num. 8. lib. 1. Bossi. tit. de bonor. publicat. sub num. 70. circa medium vers. & ad hoc facit. Clar. in §. testamentũ q. 20. in fine vers. benè verum est, Simon de Præt. in loco relato, sub numer. 14. ad finem vers. & quod ista communis opinio fol. 124. à tergo. col. 3. in princ. & alij relati, per Farinac. d. q. 102. nu. 25. vers. limita primo, Et quoniam in hac materia alias iam annis triginta tribus scripsi, placet quæ tunc in iuuentute dixi hic literaliter inserere, & sunt infrascripti tenoris, videlicet.

SPIRITVS SANCTI GRATIA Illuminet Intellectum meum.

Requisitus vt scribam de modo, tenendo per Bartolomeum Barberium Battulię de Mulaccio, vt sua bona post eius mortẽ non perueniãt ad fiscũ, si moriatur ante Nicolaũ, & Ioannem eius filios legitimos, & naturales capitaliter bannitos cũ publicatione bonorum, tanquam conspiratores contra Illustres Marchiones

chiones Malespinas Mulacij suos dominos, & eorum statum, illum ad alium Dominum dirigere volentes, ipsos etiam dominos occidendo, In primis dico, quod esset videndum, an in loco Mulacij vigeant statuta, aut decreta, quibus possint banniti impunè offendi, vel positi sint extra protectionem iuris communis, vel communis simpliciter, vel aliter contra eos prouideatur; quia tali casu multa cõsiderari possent, quæ in his meis scriptis lector deesse cognoscet; sed quoniam de hoc certior fieri nõ possum, simili dispositione postposita,
38 dico, quod tales banniti vti proditores patriç sint de iure communi insuccessibiles, & non possunt admitti ad aliquam successionem ex testamento, vel ab intestato cuiusuis personæ, iam propinquę, quã extraneę, & pro mortuis habentur, Castren. conf. 212. col. 1. num. 1. 2. 3. lib. 3. Sozin. conf. 22. num. 7. & seq. vers. hęc autem conclusio lib. 1. Hieron. Gigas in tract. crim. læsæ Maiest. quæst. 14. & ante eos Martin. Laudens. in tract. de crim. læsæ Maiest. q. 39. de quo præfati Doctores non meminerunt, & cum non sint successibiles, poterit pater testamentum cõdere, eos prætereundo,
39 & nullam prorsus de eis mentionem faciendo, non secus ac si mortui essent, & valebit testamentum, & hæreditas hæredi scripto, & non fisco deferretur, & si pater non faciet testamentũ, hæreditas spectabit ad alios proximiores venientes ab intestato, & non ad fiscum, perinde ac si dictis filij bãniti esset naturaliter mortui.

Nec in hoc cadit probabile dubium, sed difficultas esset, si dicti banniti essent successibiles, prout regulariter sunt de iure communi, licet non de iure municipali loci bannientis, tàm ex testamento, quàm ab intestato, nedũ quoad bona extra territorium bannientis sita, sed etiã intra ipsum territorium bannientis posita, etiã stantibus statutis, quod posset impunè offendi, vel similibus, Aretin. in §. relegati, quem legit cum §. cum autem, Instit. quib. mod. Ius. patriæ potestat. soluit. sub num. 7. & 8. vers. in ea glos. ibi, sed bannitos, vbi tenet,
40 quod bannitus capitaliter cum publicatione bonorũ, etiam stante statuto, quod possit impunè offendi, & sit positus extra protectionem Communis, capax est successionis sibi delatæ de iure communi, etiam intra territorium bannientis, licet sit incapax successionis sibi delatę de iure municipali loci, à quo est bannitus; & dicit hanc esse cõmunem opinionem, & ab ea non esse recedendum in consulendo, & iudicando; licet fateatur de subtilitate iuris veriorem esse opinionem tenentium talem bannitum perdere etiam iura communia, respectu loci a quo est bannitus, & sic esse insuccessibilem non solum de iure municipali, sed etiam de iure communi intra territorium banientis: in quam opinionem videtur inclinasse Alba conf. 17. sub nu. 21. ibi, dato citra præiudicium, & eam tenet Alex. in l. 1. C. de hæred. instituend. num. 4. vers. extra glos. vbi dicit cõmunem, & fuit opinio Bart. in eadem l. 1. num. 3. vers. vltimo solet quæri, & in disputatione incipiente, statuto Lucanæ Ciuitatis, quam Bartol. sententiam, vti communem sequitur Nell. in tract. de bannit. in prima parte secundi tempor. q. 5. & melius q. 37. & q. 38. in quibus tamen locis loquitur in bannito simpliciter, nulla facta dictorum statutorum mentione, licet sequatur Bartolum de eis loquentem: vnde si dicti ban-
41 niti essent successibiles, & non possent exheredari sub eo prætextu, quod sint Patriæ proditores, vt in terminis tenet Martin. Laudens. dict. q. 39. & saltem eis esset in testamento patris relinquendã legitima titulo honorabili institutionis, iuxta §. aliud quoque capitulum, in authen. vt cum de appellat. cognoscit. cuius tamen contrarium, & in exhæredatione, & in legitima vult Gigas d. tit. de pœn. committen. crimen læsę Maiest. q. 9. fiscus caperet partem relictam in testamento, auferendo eam à dictis filijs, vti ab indignis ę secundum notata per Bart. in d. l. 1. in final. verbis, C. de hæred. instituen. & idem esset, si sine testamento pater decederet, nam ei succederent filij banniti ab intestato, vti proximiores, & fiscus postea hæreditatẽ auferret eis, vti ab indignis iuxta opinionem Bart, vbi supra, & in hoc cõsisteret difficultas ad inueniendam viam excludendi fiscum: vnde posito, quod dicti filij banniti essent successibiles, crederem consuli posse patri contra fiscum; nã
42 bona post delictum quęsita non veniunt in cõfiscationem l. si mandauero tibi §. is cuius bona. ff. mandati Alba d. conf. 17. num. 20. Gomez. tomo 3. variar. resolut. de delict. cap. 14. titul. de confiscat. bonor. num. 1. & 2. Nell. loco allegato q. 30. & 31. in tantum quod nec legitimam pater teneatur assignare fisco filio bãnito cum bonorum publicatione; vt notat idem Nell, vbi supra quæst. 33. & ponunt Doctores in leg. si qua pœna ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. vnde, & si pater institueret in testamento filios bãnitos in legitima,
43 vel alia portione, vel ipsi filij ei ab intestato succederent, non esset ea portio, seu hæreditas ab eis auferenda per fiscum sub prætextu, quod in confiscationẽ veniret; quia tẽpore delicti, vel confiscationis non erat in bonis filiorum; nec etiam ea esset ipsis auferenda per fiscum, vti ab indignis, cum hoc specialiter cautũ non reperiatur in Iure; vt habetur per Nell. loco citato q. 39. quod sine dubio procederet, non extantibus statutis præcitatis permittentibus, bannitos impunè offendi posse, & eos ponentibus extra protectionem Cõmunis; secus autem fortassis esset dictis statutis extantibus, quia tunc possent bona postea quæsita per fiscum ab eis auferri, & etiam ab alijs quibuscunque priuatis occupari; vt notat Alba d. conf. 17. num. 19. & 21. & idẽ velle videtur Nell. d. q. 39. & expressè firmat Alex. in d. l. 1. in fine. C. de hæred. instit. sic saluando, & intelligendo opinionem Bart. ibi. quod scilicet senserit, bãnitos stãtibus memoratis statutis esse incapaces, & insuccessibiles, etiam de iure communi in territorio bannientis, si fiscus velit hæreditatem auferre, aut alius priuatus occupare; quia licet verè succedant de iure cõi tamen vigentibus dictis statutis, poterit hæreditas ab eis auferri per fiscum, & etiam per priuatum occupari; secundum ea, quæ voluerunt Alexan. & Alba supra relatiqua propter, si extarẽt dicta statuta, & bãniti essent successibiles, non esset benè consultũ Patri, siue decederet testatus, siue intestatus quia quocũq; modo, vel titulo caperent filij hæreditatem, ea posset ab eis per fiscum auferri, ac etiam per alium priuatum occupari per prædicta. Vltra quod alia de causa hæreditas illa perueniret ad fiscum, nã & si bona postea quæsita non veniant in confiscationem, & banniti sint suc-
44 cessibiles; tamen cum ille, qui bonis proscripti damnatus est, hęredem haberi non possit, bona illa ipsis bãnitis succedentibus mortuis, peruenirent ad fiscũ, & non ad ipsorum bannitorum hæredes, si credimus Emanuel Suarez, quem nuper his iam diu scriptis reprobatum inueni a Farin. in pract. crim. tit. de delict. & pœn. q. 25. sub n. 140. post vers. Imo si scimus, post medium ibi, & licet, & tit. de varijs, & diuers. quæstionibus quæst. 102. num. 109. versic. sublimita duodecimo, in adducta.

addition.ad Gomez. d.tit. de confiscat. bonor. in prima apostilla.ad id alleganti leg. eius qui §.1.& §.fin.ff. de testam.& l.2. C.de bonis proscript.& alia, de quibus ibi per eum, quibus additur glos.idem tenens in d. l.si mandauero tibi §. is, cuius bona, in verbo, non sequitur fiscum, ibi, Azzo dicit. ff. mandati, & facit
45 Marsil.cons.133.num.1.& 2. volens, bannitum condemnatum ad mortem hæredem habere non posse etiam ex testamento ad pias causas: Vnde remedium esset, quod pater filios bannitos præteriret, vel exhæredaret faciendo testamentum, & alios instituendo hęredes, vel filios, si adessent, masculos ipsorum bannitorũ, dotando eorumdem filias fœminas, quia licet filij condemnatorum in crimine læsæ Maiest. sint insuccessibiles, & ex testamento, & ab intestato quicquam ab aliquo percipere non possint l.quisquis §.filijs, C.ad l.Iul. Maiest.Alex.in d.l.1.n.3. vers.tangit etiã C. de hæred.
46 instit. tamen hæc pœna non extenditur ad casum, in quo crimen læsæ Maiest. commissum est, contra Dominos recognoscẽtes alium in superiorem, prout sunt Marchiones Malespine recognoscentes Imperatorẽ; vt tradit Martin.Laudens.in d.tract.de crim.læsæ Maiest.quæst.1. & colligitur ex Bossio in pract. crim. tit. de crimin.læsæ Maiest.num.52. & 53. vers.& quod in inferiore habeat locum, & licet tales banniti remane-
37 ant in potestate patris, ob idque testamentum, in quo sint præteriti, vel non legitimè exhæredati, sit omni iure nullum, etiam ab initio, & absque eo, quod filij illud nullum dicant, aut querelam proponant, secundũ cõmunes Doctores sententias, vt latè habetur p Imol. in l.filio præterito, sub num.8.vers.in ea gl.in fine.sub num.30.& 31.vers.alia est opinio communis, sub nu. 41.& 42. vers.in ea glossa. ibi, si ipse velit. & sub nu.44. & seq. vers. pro declaranda tamen ista materia. ff. de iniust.rupt. & irrit. facto testamen. tamen testamentũ tale posset validum fieri, & reconualescere, ac tueri ipsis filijs prȩteritis, aut non legitimè exhæredatis approbantibus testamentũ ipsum tacitè, abstinendo se ab hæreditate paterna, exprimendo, & declarando abstinentiam, quæ in suo est idem, quod in extraneo repudiatio, vel etiam expresè approbando testamentum, dicendo, & declarando, quod illud approbant: iuxta notata per Imol. in d.l.filio præterito, per illum textum sub num.47.48.& 49. vers.circa secundum, & infra, aut etiam tacendo per annos triginta, quia tunc
48 quoque per tantum tempus tacendo, & nullum actum faciendo, per quem tacitè, vel expresè videatur impugnari, vel approbari testamentum patris, viderentur illud tacitè approbare ex lapsu dicti temporis: cũ tanto tempore tollatur ius se immiscendi in hȩreditate paterna, sicque ius dicendi nullum testamentum paternum, secundum communem Doctorum sententiã, de qua testatur Imol.in d.l.filio præterito, post glos. ibi per illum textum, sub num.50. & seq. vers. interdum verò filius omnino tacet, & vbi nepotes ex filijs banni-
49 tis instituti essent hæredes, validaretur testamentũ ex approbatione per filios facienda, nedum quo ad legata, sed etiam quoad institutiones, cum nulli alij, quam ipsis filijs, quos solos habet testator, sit futura aperta via nullitatis testamenti, ex tradit. per Imol. loco citato, nu.66.& seq. vers.ex prædictis glos. Nec hoc casu
50 posset fiscus quicquam tentare, cõtra filios bannitorũ hæredes in testamento Aui institutos, agendo ad nullitatem testamenti ratione præteritionis, aut non legitimæ exhæredationis bannitorum, quia illud ius vt nõ quæsitum bannitis tempore delicti, vel sententiæ confiscationis bonorum, sed postea, non potuisset ad fiscũ transmitti, dato quod ad hæredes, quorum loco esset fiscus, transmitti de iure potuisset: vt per Imol. vbi supra num.65. vers. an autem ius dicendi nullum, quod maximè procederet, stante approbationem testamenti per bannitos facta, contra quam venire non posset fiscus, ratione iam allegata, quia scilicet tempore delicti vel confiscationis non habuerint ius in eo, quod postea repudiant, acceptando testamentum.

Quod si banniti incapaces essent successioni, & illis pater prospicere vellet, remediũ est tutissimum, quod pater testatur, & hæredes instituat filios dictorum, bãnitorum, si extent, vel alio, eosque rogent, & grauent, vt restituant hæreditatẽ dictis bannitis, cum redierint in gratiã, & restituti fuerint per Dominos, ita q capere, & retinere liberè possent dictã hȩreditatem, & eam possidere absque aliquo timore, q in ea fisco, vel ab alio molestentur, vel inquietentur, prætextu delicti per eos cõmissi: ita probat text.in l.in tẽpus ff.de hȩred.instituen.& ibi notant scribentes, Durans de arte testan. & cautel.vltim.volunt.tit.1.de his, qui non habent factionẽ testamenti, caut.10. Excõmunicati, in fine, sub n.3.vers.sed si quis velit quam appobat Lud.Cat.inter. cons.crim.diuers.cons.103.n.8.& vers.ideo consilium to.1.in vltimo loco impressis in magna forma, & nunc addo Riminald.Iunior.cons.397. n.48.& seq.lib.4. Simonem de Prȩt.in tract. de interprȩter. vltim.volunt. lib.2.interpræt.2.dubit.1. solut.1. num.29.fol.125. & Farin.d. quæst.102. inspection.1. num.108. vers.alia cautela est.

Posset etiam pater tales filios bannitos instituere sub conditione scilicet, si & quãdo peruenerint ad gratiam Domini, & fuerint remissi ac restituti. Cępol. in tract.cautelarum, caut.38.in fin. sub nu.3. vers.& ista. Cotta memor.in verbo, testamẽtum, in quo pater prȩterijt filium bannitum, ante medium, vers.datur etiam alia cautela. Curt.Iunior cons.182. nu.10.& seq. vers. circa secundam, & Plot. inter cons. crimin. diuers. cons.130. num.58. vers.sed istud tomo 1. in impressis in vltimo loco in folio, quibus nunc addo Simonem de Pret. in loco citato num.32. in fin. folio 125. atergo, & Farinac.dict.quæst.102. num.107. vers.datur enim cautela, vbi etiam plures alios idem tenentes refert. nec, vt præfati Doctores dicunt, hoc casu ius aliquod prætendere poterit fiscus in tali hæreditate paterna, nec ante, nec post purificatam dictam conditionem, ex persona filij banniti, rationibus per eos allegatis, & specialiter per Curt. Iunior. qui benè loquitur, Anno 1574. Pontremuli.

EPITOME.

Quod relegatus, seu confinatus in aliquo loco ad certum tempus, moriens durante relegatione, seu confinio, non potest ante finitum exilium transferri ad locum, a quo relegatus, seu confinatus erat, vt ibi sepeliatur; absque Principis licentia; quod tamen secus est in ossibus talis relegati, seu confinati, quæ ad illum locum conduci possunt, & ibi sepulturæ tradi, nulla Principis obtenta id faciendi gratia, & sine vllius pœnæ incurrendæ metu.

SVMMARIA.

1 *Confinatus in aliqua Ciuitate, & eius Territorio ob delictum commissum in loco originis, vel domicilij, si penden-*

si pendente confinio moriatur, an sepelliri possit extra territorium pro confinio ei assignatum in consulto Principe.

1 *Deportati, vel relegati in Insulam pœna etiam post mortem manet.*

3 *Prohibitus morari in Ciuitate post mortem non potest reduci ad sepulturam, quod & in bannito occiso locum habet.*

4 *Viuus, qui non poterat habitare in certo loco, nec mortuus ibi sepelliri potest.*

5 *Cadauer hominis capitaliter damnati, vel relegati in certo loco, si reperiatur, non poterit sepelliri sine licentia Principis.*

6 *Excommunicatio operatur effectum suum, etiam post mortem excommunicati, adeo quod, etiam post mortem non licet communicari cum excommunicato, nec sepelliri potest in Ecclesia.*

Cui non communicamus viuo, non possumus communicare mortuo, ibid.

7 *Bannitus, inconsulto Principe, non potest sepelliri in loco, à quo est bannitus.*

Ossa illius qui dum viuens non poterat stare in certo loco, possunt ibidem portari, & sepelliri, non sic de toto cadauere, ibidem.

8 *Aliud est cadauer hominis mortui, aliud ossa eius, & ideò si cadauer prohibitum est portari ad aliquem locum, tamen ossa eius non intelliguntur prohibita.*

9 *Cadauer portari ad sepelliendum in certo loco, si Princeps non concederet, tamen ossa impunè sepelliri poterunt.*

CASVS CC. LXV.

1 VIdi aliàs quæri, an confinatus in aliqua Ciuitate, & eius Territorio per certum tempus propter delictum commissum in loco eius originis, & domicilij, si moriatur, pendente confinio, possit eius corpus sepeliri extra territorium assignati confinij, & cōduci ad proprium originis, & domicilij locum, vt ibi sepulturam recipiat, inconsulto Principe, & sine eius gratia particulari; In qua quęstione putaui non posse talis cōdemnati cadauer sepeliri alibi, quàm in loco, in quo confinatus erat, nulloque modo posse sine Principis indulgentia portari ad locum, a quo relegatus erat, mortuus; ita enim videtur probare text. in l. 2. ff. de Cadauer. punitor. cuius verba, referre placet, si quis in in-
2 sulam deportatus, vel relegatus fuerit, pęna etiam post mortē manet, nec licet eum inde transferre alicubi, & sepelire, inconsulto Principe, vt sæpissimè Verus, & Antonius rescripserunt, & multis petentibus hoc ipsum indulserunt, & ibi hoc notat scribentes, & præsertim Bart. inquiens, quod ille, qui in vita non potest mo-
3 rari in Ciuitate, post mortem non potest reduci ad sepulturā, & Alberic. de Rosat. aiens ibi esse argumentū contra mortuos in banno, vel in confinibus, vt disit supra in l. prosima, vbi in finalib. verbis notat, non licere sepelire, nec adducere ad Ciuitatem bannitum occisum. Idem tradit Marsil. in l. final. num. 46. vers. item prędictis etiam adde. ff. de quęstion. vbi formaliter ait, quod, qui nō potest viuus stare in Ciuitate, non poterit ibi mortuus sepeliri, quia mors non finit delictum seu odium, quod habebat illic; & idem postea voluit in tract. de bannit. in verbo, mortui. nu. 71. vers. sed contra prędicta, & ita etiam tenet Anton. Gomez. tomo 3. variar. resol. de delict. cap. 14. de confiscat. bonor. sub num. 8. ad fin. versic. item adde, quod si propter delictum, vbi, propriè loquendo in terminis nostris, vult, quod si quis propter delictum est relegatus ab aliquo loco, vel Ciuitate, & pendente tempore exilij, moriatur, non potest corpus eius trahi ad sepeliendum in
4 illo loco, vel Ciuitate, à qua in vita fuit relegatus, donec tempus exilii sit finitum; quia sicut viuus nō poterat ibi habitare, ita post mortē nō potest ibi sepeliri, & ante ipsos Marsil. & Gomez. idem voluit Florian de quo non meminerunt, in l. 2. quam legit cum l. 1. in principio, sub num. 5. vers. & si reperiatur ff. de religios. & sunt. funer. notans, quod si reperiatur cadauer
5 hominis capitaliter damnati, vel in certum lucum relegati, tunc requiritur licentia Principis, vt possit in eo loco sepeliri, subdens idem esse, si ille mortuus fuisset proditor patriæ, vel aliter nō lugendus, pro qua con-
6 clusione facit, quia & escommunicatio operatur effectum suum contra excommunicatū etiam post mortē illius, ideoque cōmunicans cum excommunicato mortuo cadit in excommunicationē, sicuti si cum viuo cōmunicasset, quia cui non cōmunicamus, viuo, non possumus communicare mortuo; vt probat Marsil. in d. l. fin. num. 43. vers. 1. enim mors, ff. de quæstion. & antea Alex. ad Bart. in d. l. 2. ff. de cadauer. punit. per quam rationem etiam excommunicatus, cui non communicant fideles in vita, non potest post mortem sepeliri in ecclesiastica sepultura: vt in clement. 1. de sepultur. & considerat. ad propositum nostrum Gomez. in loco citato, qui etiam alia iura ad hoc adducit, prout Marsil. alia exempla in d. l. fin. num. 44. 45. & 46. & in d. verbo, mortui, sub numer. 71. quæ hic transcribenda non duxi, & feruit, quod alias dixi in prioribus, resolution. crim. cent. 1. casu 83. in 1. dub. vbi tenui, quod ca-
7 dauer banniti sepeliri non possit in loco, a quo bannitus erat per multa, quæ ibi dixi, quæ minimè sunt hoc loco repetenda.

Illud sanè sciendum est, quod & si qui viuus stare nō poterat in Ciuitate, non possit ibi mortuus sepeliri, tamen poterunt ad eam portari ossa illius mortui; quia aliud est corpus, seu cadauer mortui, aliud ossa: vt determinat Mars. in d. l. fin. n. 47. ver. teneas tamen menti. per l. 2. §. præptor ait. & l. ossa. l. liberum ff. de Religios. & sumptib. funer. subdens, ita dixisse Ioan. de Anan. in c. 2. extra de furt. & Florian. in eis per eum allegato, quem non inueni, sed benè hoc dicit ipse Florian. in d. l. 2. quam legit cum l. 1. incip. qui propter fu-nus, §. prætor ait. num. 1. & 2. ff. de Religios. & sum-
8 pt. funer. notans, quod aliud est homo mortuus, seu corpus mortuum, aliud ossa hominis mortui, ideoque quod si prohibetur, quis venire ad Ciuitatem, vel eius corpus introduci, non prohibentur propterea eius ossa inferri. Idem expressè reperio tenuisse Alex. in addition. ad Bart. in l. 1. ff. de cadauer punitor. in addion, in verbo, quæ negationes, in fine, dum notat, quod cadauer. & ossa idem non sunt, sed diuersa, quod verissimum est, & probatur apertè in d. §. prætor ait. in d. l. ossa. & in d. l. liberum, & illud est notandum, quia posset in facto accidere, vbi quis mortuus esset in cōfinio quod adhuc per multum tēpus durabat, quia si a Principe haberi nō posset gratia exportandi corpus ad lo-
9 cum, a quo relegatus erat mortuus expectanda esset consumptio carnis cadaueris, vt postea ossa esportari possent ad illum locū, & ibi sepeliri absque alio Principis beneplacito, & sine metu alicuius pęnæ, ob id incurrēdę, quę alias imponi posset arbitrio iudicis, tāquā à lege non determinata; ex regula leg. 1. §. expilatores, ff.

res, ff. de efractorib. & expilatorib. & ex alijs per me adductis d. casu 83. in 2. dub.

EPITOME.

An fiscus, qui, loco hæredis delinquentis condemnati in pœnam confiscationis bonorum habetur, & eius creditoribus satisfacere tenetur, (quatenus tamen vires bonorum suppetunt) possit dare in solutum dictis creditoribus nomina debitorum confiscati, & quomodo teneatur dictis creditoribus, si sint diuersi territorij, & in vtroque condemnatus habebat bona, siue confiscatio ea omnia compræhendat, siue existentia intra confiscantis territorium tantum, & nunquid creditores vnius territorij possint satisferi in bonis in altero territorio sitis, an verò quodlibet territorium teneatur sui creditoribus soluere.

SVMMARIA.

1 *Fiscus bona delinquentis confiscata capit, & est loco hæredis.*

2 *Fiscus de bonis cõfiscatis tenetur creditoribus satisfacere.*

3 *Fiscus licet inuentarium non fecerit, non tenetur vltra vires hæreditarias.*

4 *Fiscus tenetur creditoribus delinquentis, pro mensura bonorum confiscatorum, vti bonorum possessor.*

5 *Fiscus, an possit satisfacere creditoribus in nominibus debitorum delinquentis, & ea in solutum dare.*

6 *Debitor creditori suo vnum pro alio soluere non potest, eo inuito, nisi aliter statuto caueatur, vt Florentiæ, vide numero 13.*

7 *Fiscus tenetur satisfacere creditoribus in loco factæ confiscationis, & non potest eos remmittere extra iurisdictionem pro consequendis eorum creditis.*

Creditores habentes generalem hypothecam in bonis debitoris, habent electionem in qua re velint sibi satisfieri, ibid. & infra num. 8.

8 *Bona in diuersis territorijs confiscata quilibet fiscus capit in suo territorio, & quilibet tenetur satisfacere creditoribus sui territorij tantum, vide num. 12.*

9 *Bona delinquentis confiscata, & occupata à duabus Ciuitatibus, quælibet Ciuitas agit, & conuenitur ad credita, & debita sui territorij tantum, quia illæ non sunt cohæredes.*

10 *Bona confiscata vnius territorij si non sufficerent ad satisfaciendum creditoribus dicti sui territorij, in subsidium possunt creditores satisfieri ex bonis confiscatis existentibus in alio territorio, vide num. 12.*

11 *Fiscus quilibet de bonis confiscatis in eius territorio existentibus tenetur respectiuè pro rata satisfacere creditoribus eiusdem Territorij.*

12 *Fiscus quilibet capit bona ob confiscationem existentia in suo territorio, & æs alienum diuiditur inter eos non pro modo territorij, nec pro virili, sed pro rata bonorum ad quemlibet fiscum pertinentium.*

13 *Creditores delinquentium non possunt in statu Florentino consequi eorum credita contra fiscum in bonis confiscatis, nisi prius facta excussione super alijs bonis, si quæ habeat condemnatus in alio territorio.*

14 *Cautela qua creditores agere valeant contra fiscum est, vt articulent, quod bannitus non possidebat bona in aliena territorio.*

CASVS CC. LXVI.

1 EX quo clarissimum est, fiscum bona delinquentis confiscata capientem, cum loco hæredis, habeatur Alex. consil. 89. num. 1. lib. 4. Sozin. cons. 121. n. 17. lib. 4. Rouin. cons. 24. num. 12. lib. 5. Dec. cons. 442. n. 28. Crauet. dicens esse communem opinionem cons. 265. nu. 7. Roland. testans pariter de cõmuni cons. 78. nu. 15. & cons. 98. num. 16. lib. 2. & cons. 29. num. 19. lib. 3. Boss. in pract. crimin. tit. de bonor. public. num. 11. 13. & 21. & titul. de fisco, & eius priuileg. num. 68. Banienten. decis. Bonon. 91. num. 2. & alij congesti per Farinac. in pract. crim. tit. de delict. & pœn. q. 25. num. 169. vers. limita decimotertio, teneri de bonis
2 incorporatis satisfacere creditoribus ipsius delinquẽtis, & quæcunque onera hæreditaria sustinere, ad quę delinquens tenebatur, Corn. cons. 190. num. 19. lib. 1. Roland. consil. 31. num. 33. & sequent. lib. 1. Plot. inter cons. crim. diuers. consil. 130. num. 84. tom. 1. in vltimo loco impressis in magna forma, Boss. d. titul. de bonor. publicat. num. 11. Ancar. Regiens. q. 25. num. 1. in 2. part. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 6. sub num.
3 8. Clar. in pract. crim. q. 78. num. 29. versic. sed an teneatur fiscus, & Farinac. d. quæst. 25. nu. 170. Vidi in facto dubitari, ex quo non tenetur fiscus vltra vires hæreditarias, etiam si nullum confecerit inuentarium, secundum communem opinionem, de qua testatur Ias. in l. scimus, in princ. num. 1. C. de iur. delib. Sequuntur Clar. dict. quæst. 78. num. 30. vers. vnum scias, Peregr. in tract. de iur. & priuileg. fisci lib. 5. titul. 1. de public. bonor. num. 64. versic. quarto, hæres tenetur, dicens
4 hanc esse rationem, quia a creditoribus conuenitur, vti bonorum possessor, vnde pro eorum mensura teneri debet, & non vltra Farin. dict. q. 25. num. 183. & seq. versic. sub limita primo, & Carpan. in §. omnium, num. 543. versic. ampliando. An ipse fiscus possit de bonis confiscatis satisfacere creditoribus dicti cõdem-
5 nati in nominibus debitorum, quæ fuerant dicti debitoris, & de eis dare in solutum pro concurrenti quantitate debiti; & negatiua opinio videtur de iure amplectenda, quia cum fiscus succedat in locum debitoris, sicuti debitor ipse non potuisset creditori suo debitoris sui nomen in solutum assignare, vt in l. eum à quo, & ibi Bal. & Salyc. C. de solut. ita nec posse, debet fiscus; vt in terminis concludit Anchar. Regiens q. 25. sub n. 6. & seq. vsque ad finem part. 2. quem sequutus est Farin. d. q. 25. num. 174. vers. amplia tertio, vbi num. 175.
6 comprobat ex communi, & generali regula, quod debitor creditori suo inuito vnum pro alio soluere non potest, de qua in l. 2. §. mutui datio, cum ibi notat per Doctores ff. si certum petat. & in alijs locis vulgaribus, & ista videtur veritas, vbi statuta aliter non prouidet, put in dominio Florentino, in qua ex prouisionib. anni 1555. potest fiscus dare creditori in solutum nomina debitorum confiscati, vbi id Iudici æquum videatur; & loquitur Anchar. in casu, in quo bona debitoris cõfiscata, tam immobilia, quam iura in parte existebant in aliena iurisdictione, volens fiscum teneri satisfacere
7 creditoribus in loco factæ confiscationis, & non posse remittere eos extra iurisdictionem pro consequendis eorum creditis; maximè verò si creditores habeãt generalem hypothecam in bonis debitoris, cuius vigore possunt eligere, in qua re velint sibi satisfieri; & adhuc fortius, si debitum contractum sit in loco confiscationis, & debitor ibi soluere promiserit: quod etiam voluit Vulpell. respons. crim. 43. in fine num. 13. vers. sed non ab re dubitandum, & ista est quæstio pulchra, in qua & si Farin. d. q. 25. num. 172. vers. amplia secundo, videatur sequi determinationem Ancharani, tamen

postea

postea num. 173. eam declarat, vt hoc modo procedat, videlicet, quod cum confiscata sint omnia debito-
8 ris bona in diuersis territorijs existentia, sicut quilibet fiscus capit ea, quæ in suo sunt territorio, ita tenetur satisfacere creditoribus sui territorij, non autem creditoribus alterius territorij, vbi alia bona confiscata sunt; quia licet creditor, habens præcipuè hypothecata bona sui debitoris, possit contra illa agere vbicúque sint, & sic etiam, quod existant in alio territorio, cum possit eligere in qua re velit sibi satisfieri, per text. in l. creditoribus ff. de distract. pignor. tamen vbi bona sunt confiscata in diuersis territorijs, facilè esset fraudare fiscum vnius territorij, illúque omnibus bonis confiscatis priuare, altero fisco illæso remanente; ideò ad euitandam hanc fraudem æquum est, vt quilibet fiscus debita sui territorij soluat, & non vltra: secundum opinionem Bal. num. 10. vers. deinde, & Ang. num. 2. vers. non idem in l. ex facto la seconda 35. ff. de hæred. insti-
9 tuen. ea ratione secundum Ang. quia duæ Ciuitates occupantes bona delinquentis confiscata in earum territorijs existentia non sunt cohæredes, nec loco cohæredum habentur, & ideò quælibet Ciuitas agit, & conuenitur ad credita, & debita sui territorij: quam opinionem communem dicit Augustin. de Arimin. in addition. ad Angel. de Malefic. in verbu, & eius bona publicamus num. 9. ver. & inquantum, quam sequuti sunt Clar. d. q. 78. num. 28. vers. sed quæro, an hoc casu, Peregr. d. tit. 1. de publicat. bonor. num. 143. vers. alia est quæstio, Roland. testans de communi cons. 78. nu. 15. vers. idem voluit, lib. 2. & Carpan. in comment. §. omnium, in constitutionibus dominij Mediolani, titul. de iure, & priuileg. fisci, in verbo fisco, num. 546. & sequ. vers. verum hæc limitatio, & rursus num. 539. & seqq. versic. vbi autem damnatus, dicens communem, subdit tamen Clar. & post eum Farin. sub d. num. 173. quod si bona vnius territorij non sufficerent ad satisfactionem
10 creditorum dicti sui territorij, eo casu, ne creditoribus iura sua perirent, & ne in totum eorum credito priuati remanerent, esset eis satisfaciendum ex bitis in alio territorio: prout plures conclusum fuisse, & seruatum Mediolani in Magistratu extraordinariorum introitu, testatur Clar. illius Magistratus Præses, quem sequitur Carpanus vbi supra num. 548. versic. nisi in subsidium, & ita etiam voluit Augustin. de Arimin. in addition. ad Angel. de Malefic. in d. verbo, & eius bona publicamus sub num 9. versic. & in quantum, in fine, vbi loquens in eo, qui habebat bona Ferrariæ, & Venetijs, & bona Ferrariæ fuerunt confiscata, postquam dixit, fiscum Ferrariæ non teneri, nisi ad creditores sui territorij, ne in fraudem fisci venirent omnes creditores Veneti contra fiscum Ferrariæ, vbi erant tantum illa bona confiscata, & saluarent bona, quæ Venetijs erant, ipsi condemnato in præiudicium fisci Ferrariæ, reprobando Imolam aliter tenentem in d. l. ex facto, inquit saluari posse opinionem ipsius Imolæ, quando bona, quæ erant Venetijs, non satisfacerent creditoribus, quia tunc ad bona confiscata Ferrariæ possent habere recursum; ne ex facto debitoris in totum fieret præiudicium creditoris per regulam capituli Non debet, de regul. iur. in 6. subiungitque ex sententia Gulielmi de Cuneo in l. 2. ff. de capt. diminut. quod id, quod dicitur, vt
11 quilibet fiscus teneatur creditoribus suis pro bonis in eo territorio existentibus, intelligitur pro rata bonorum, id est prout quisque habet bona, & non pro virili portione. Idem tenet Carpan. in loco citato num. 559. & seq. vers. vbi autem damnatus, & confiscatus, & Io. Bapt. Baiard. in addition. ad Clar. d. q. 78. sub nu. 153. in apostill. ad vers. sed quæro, an hoc casu, dicentes expressè, quod quado propter publicationem bonorum existentium in diuersis territorijs quilibet fiscus capit
12 bona sui territorii, æs alienum diuiditur inter eos, non pro modo territorii, nec pro virili, sed pro rata bonorum ad quemlibet fiscum pertinentium, & adducunt Alex. cons. 31. sub num. 9. vers. vnde reperio, lib. 1. sequentem Guliel. de Cuneo, idem tenet Farin. sub d. nu. 172. in fine, vers. addo, & ita etiam expressè voluit Alberic. de Rosate in d. l. 2. num. 3. vers. ex prædictis ff. de capit. dimin. Et procedit hæc conclusio, siue confiscatio comprehendat bona extra territorium confiscantis existentia, siue posita tantum in iurisdictione ipsius confiscantis, quia vtroque casu creditores, etiam hypothecarii, vnius territorii non possunt satisfieri in bonis alterius territorii, nisi quando in territorio ipsorum non adessent bona sufficientia ad satisfactionem, vt ex prædictis apparet: cum quibus quoad principale dictu conuenit Imol. cons. 35. in casu præmisso, num. 19. & seqq. vers. restat nunc videre, & iterum num. 24. & sequent. ver. his præmissis, quem sequuti sunt, se ad illum remittendo, Boss. in pract. crim. titul. de fisco, & priuileg. eius num. 71. & Baiard. sub d. nu. 153. in fin. licet ipse Imol. in alijs dissentiat, prout, & in d. l. ex facto nu. 16. & seq. versiculo vltimo inducitur iste textus ff. de hæreditat. instituend. & tradit in individuo Carpan. in loco citato num. 546. & seq. versic. verum hæc limitatio, vbi etiam num. 541. & seq. vers. non etiam liberaretur, meminit de Imol. in dictis locis, illúmque reprehendit, tenendo
13 contra eum, vt supra dixi, Non omitto tamen, quod in statu Florentino ex leg. anni 1555. neque creditores eiusdem territorii factæ confiscationis possunt eorum credita consequi contra fiscum in bonis confiscatis, nisi prius facta excussione super alijs bonis condemnati in alieno territorio existentibus, vnde inoleuit practica, quod fiat articulus, quod ille bannitus non possidе-
14 bat bona in statu alieno, & super eo examinentur testes probantes, quando autem confiscatio bonorum extendatur ad bona in alieno territorio posita, vel restringatur ad posita tantum intra ipsum confiscantis territorium, quia non est hic locus huic discussioni, sufficiat remittere Lectorem ad notata per Angel. in tractatu de Malefic. in verbo, & eius bona publicamus nu. 5. versiculo quæro bona per Augustin. de Arim. in addition. num. 6. & seq. per Clar. in pract crim. q. 78. sub num. 27. vers. sed hic quæro, per Carpan. in Comenta. ad §. omnium, in Constitutionibus Dominij Mediolani titul. de iure, & priuileg. fisci, in verbo, vbique sita, nu. 456. & multis seq. & per alios quamplures per me relatos in prioribus resolution. crim. cent. 2. casu 138. vbi plenissimè de hoc egi.

EPITOME.

An pœnæ, & condemnationes pecuniariæ prouenientes ex delictis commissis in vita feudatarii, declaratæ tamen tempore domini directi, ad quem reuersum est feudum ob mortem dicti feudatarii, spectent ad fiscum dicti Domini directi, an vero ad hæredes dicti feudatarii; in qua quæstione multa non spernenda deducuntur, quæ, & propositam quæstionem, & alias consimiles resoluunt iuribus, rationibus, & authoritatibus.

SVM-

SVMMARIA.

1 Pœna, & condemnationes an sint feudatarij, seu eius hæredis, eo mortuo, & feudo ad directum Dominum reuerso, an vero efficiatur Domini directi, quamuis delicta fuerint patrata in vita feudatarij, vide num. 13. & seq. & sub nu. 18. versic. & in istis terminis.

2 Multæ, bonorum confiscationes, & aliæ pœnæ dicuntur fructus iurisdictionales, ex quo quotidie renascuntur saltem in genere, & iurisdictio est eorum productiua.

3 Fructus iurisdictionales sequi videntur Dominum proprietatis, & ad illum spectant, ad quem proprietas pertinebat.

4 Fructus iurisdictionales an spectent ad Dominum possidentem feudum tempore delicti, an vero ad alium Dominum possidentem feudum tempore condemnationis.

Quid in locatore, & conductore iurisdictionum, & sub n. 11.

5 Pœna ante sententiam non dicitur debita fisco, nec habenti causam ab eo, & vide infra sub nu. 13. vers. cum ante, & sub num. 18.

6 Delictum si commissum fuerit in vno territorio ante infeudationem (sed Principis infeudantis territorium erat) et tempore condemnationis feudum sit infeudatum pœna delicti spectat ad feudatarium, non ad Principem.

Limita nisi ante infeudationem fuerit formata inquisitio.

7 Fructus iurisdictionales pendentes, et non exacti spectant ad feudatarium.

8 Fructus iurisdictionales statim post delictum videntur effecti Domini, tunc possidentis, secundum opinionem aliquorum.

9 Tempus perpetrati delicti an spectandum sit, an potius tempus sententiæ.

10 Confiscatio facta tempore possessionis feudi vnius, si delictum sit tempore alterius Domini, spectat ad illum, qui tempore delicti habebat confiscationes.

11 Delictum si commissum fit tempore vnius, et sententia sequuta tempore alterius, pœna debetur emptori, vel conductori, qui possidebat tempore delicti.

12 Sententia condemnatoria potius declarat, quam aliquid noui inducat, et retrotrahitur ad tempus delicti.

13 Confiscatio, seu pœna delicti an debeatur illi Domino, qui tempore delicti possidebat, an vero illi, qui tempore condemnationis reperitur in possessione, sic per distinctiones resoluitur; aut sumus in simplicibus conductoribus, vel emptoribus, et tunc ad eum, qui tempore delicti possidet: aut est data administratio iurisdictionis, et tunc ad eum, qui possidet tempore condemnationis, vt num. 15.

14 Iudex ex statuto debet habere certam partem condemnationis, et vnus condemnat, alter exequitur, condemnatio debetur primo.

15 Condemnationes, quando sumus in his quibus data est administratio iurisdictionis, non pertinent ad primum Dominum possessorem tempore sententiæ; secus in simplicibus conductoribus, seu emptoribus rerum iurisdictionalium, vt supra num. 13.

16 Fiscus cohæret dominio eius, qui Dominus est, habet fiscum, et idem fiscus dicitur, quia non mutatur mutato domino.

17 Vxor, quæ dedit Castrum in dote, non exigit condemnationes sequutas tempore viri.

18 Iurisdictionalia commoda ad tempus concessa, si delictum factum sit in fine temporis, et per successorem lata sit sententia spectant ad hunc Dominum.

19 Fructus iurisdictionales antequam habeantur pro reconditis non spectant ad alium, quam ad Dominum tempore sententiæ, nisi pœna sit indicta ipso iure a statuto.

20 Condemnatio facta tempore primi Domini, et exactio tempore secundi, nihilominus debetur primo, et non secundo Domino.

Idem in Conductore, vel emptore, ibid.

Declara si primus habebat commodum iurisdictionale ex causa onerosa, secus si ex causa lucratiua, ibid.

21 Debitor Ciuitatis tenetur soluere administratori, tunc administranti, non autem antecessori.

22 Statutum, quod Potestas habeat quartam partem condemnationum, quas redigi fecit in Commune, tunc sufficit, quod actiones sint redactæ, licet pœnæ non sint incorporatæ.

23 Princeps concedendo Castrum cum iuribus, et pertinentijs suis, cum mero, et mixto Imperio, omnimoda iurisdictione, et cum fructibus redditibus, et prouentibus, tunc condemnationes, confiscationes, et cætera pœnæ ante concessionem factæ, sed nondum exactæ, spectarent ad feudatarium.

Cautela est, quod Princeps in inuestitura feudi referuet sibi omnes pœnas pecuniarias iam sequutas, et declaratas, nondum tamen exactas, ibid. in fine.

CASVS CC. LXVII.

Reuerso Castro infeudato ad dominum directum ob deficientiam vocatorum in inuestitura eo tempore, quo multa commissa erant delicta per homines dicti Castri, super quibus partim erat deuentum ad inquisitionem, partim incoatus fuerat processus informatiuus, partim nondum ceptum procedi, adeo quod vel nihil erat actum, vel si quid fuerat gestum, processus erant imperfecti, nec aliqua sequuta fuerat declaratio, vel condemnatio, quæ tamen postea per officiales Domini directi facta extitit, prosequuta causa, &
1 perfectis processibus, quæsitum est, an condemnationes, & pœnæ ob prædicta delicta in vita feudatarij commissa, eo tamen mortuo, tempore domini directi declaratæ, spectent ad hæredes dicti feudatarij, an vero ad dictum Dominum directum; pro cuius rei dilucidatione sciendum est in primis, quod mulctæ, & bonorũ confiscationes, ac aliæ pœnæ sunt fructus iurisdictio-
2 nis, dicuntur enim in fructu, eo quia quotidie renascuntur, saltem in genere, & iurisdictio est eorum productiua tot ies quoties expedit, Bart. Bald. & Angel. in l. fin. ff. solut. matrim. idem Bald. in l. 1. num. 15. versic. extra nota, quod nomine fructuum, C. de fructib. & lit. expẽs. Alex. in l. diuortio, §. si vir. num. 10. & ibidem Iason nu. 8. eodem tit. Roman. consil. 70. sub num. 10. versic. secundo quia, Corn. consil. 243. num. 7. vers. deuenio ad secũdum dubium lib. 3. Sozin. consil. 36. num. 17. vers. nono probatur lib. 4. Dec. consil. 4. sub num. 2. versic. ad hoc facit, Tiraquel. alios citans in tract. de retract. conuentional. §. 5. glos. 4. num. 21. versic. quid si sint fructus iurisdictionis, Boss. in pract. crim. tit. de pœnis sub nu. 25. & tit. de regalijs, sub num. 15. Roland. consil. 42. nu. 25. lib. 2. consil. 73. num. 3. lib. 4. Qui quidem fructus viden-
3 tur sequi Dominum proprietatis, & ad illum spectare, ad quem proprietas pertinebat; iuxta l. herennius ff. de euiction. & notata per Gratum consil. 18. num. 2. lib. 1. & latius per Roland. d. consil. 73. num. 3. lib. 4. quo fit, vt cum tempore delicti vnus esset dominus, & tempore sententiæ alter, videndum sit, ad quem ex dictis duobus dominis pertinere debeant, & per consequens, quod tempus attendendum sit, an scilicet delicti, an vero sẽ-
4 tentiæ, Guido Papa decis. 535. videtur decidere quæstionem ad fauorem directi Domini, & sic eius, qui erat dominus Castri tempore sententiæ: ponit enim casum, in

sum, in quo Baro quidam locauit Castrum suum cum iurisdictione, alijs iuribus, & pertinentiis eiusdem Titio per annum, quo pendēte quidam maleficium commisit in territorio dicti Castri, pro quo delicto debuit puniri in centum libris, lite contestata, & processu pendente ante sententiam finitus est annus locationis, quo finito Baro dictum Castrum locauit eodem modo Caio per alium annum, in quo fuit lata sententia condēnatoria in dictis libris centum, applicatis Domino dicti Castri, & cum quæreretur cui adiudicari deberent, an primo, vel secundo conductori, inquit, adiudicādas secundo, commodo cuius remanserunt processus pendentes tempore primi: & ita seruari testatur, Idem tradit Bertrand. consi. 214. part. 2. & sequuntur alij, de quibus meminit Tiraquel. d. §. 5. d. glo. 4. num. 24. versic. sunt tamen, & post eum Vincent. de Franch. decisione Neapolitan. 76. sub num. 3. post versiculo vltimo dicebatur, & Baiard. in addition. ad Clar. in pract. crimin. q. 78. num. 144. versic. item adde, quod si mutaretur Dominus, & ratio est secundum Tiraquel. vbi supra, quia
5 pœna ante sententiam non dicitur debita fisco, nec habenti causam ab eo, & interim est tanquam fructus nondum perceptus, sed tantum seminatus. ideoque sicut fructus pendentes non pertinent ad fructuarium, ita nec ad primum conductorem fructuum, quam sententiam sequi videtur Carpan. in commentar. ad cap. omnium, in constitutionibus Dominij Mediolani tit. de iure, & priuileg. fisci, num. 495. & seq. vers. delictum si fuerit commissum vbi dicit, quod si delictum fuerit commissum in vno territorio eo tempore, quo nō erat
6 infeudatus alicui, sed erat Principis, si deinde tempore confiscationis reperiatur alicui infeudatus, ad eum spectat confiscatio, non ad fiscum Principis, vbi tamen fuerit formata inquisitio post infeudationem, licet si ante infeudationem fuisset formata inquisitio, pertineret ad fiscum Principis, quia ex infeudatione illa nō censetur mutatus fiscus, licet mutatus sit Dominus, ideoque feudatarius potest prosequi, consequi, & retinere omnia iura fiscalia, prout fiscus Principis ante infeudationem poterat, & consequenter poterit pœnas comminatas, & commissas prosequi, & exigere, quia censetur concessum feudum cum omnibus iuribus, & condemnationibus præteritis, præsentibus, & futuris, tanquam fructibus iurisdictionalibus, qui, cum sint pē-
7 dentes, & non exacti, spectant ad feudatarium, quasi seminati, & non collecti, subditque sic multoties seruatū fuisse, maximè verò quando post finitam generationē Sfortiadum, Dominum Mediolani fuit deuolutum ad Sacrum Romanum Imperium, quia Cæsareus fiscus prosequutus fuit, & exegit pœnas incursas, vel comminatas tempore excelsi Ducis Francisci, & in specie in causa Domini Dominici Sauli, qui arguebatur de quibusdam fraudibus commissis circa administrationem tempore præfati Ducis, & fuit exactus tempore inuictissimi Caroli Quinti, non obstāte, quod Illustrissimus Cardinalis Albanus contendere has pœnas ad Cæsareum fiscum non pertinere; vt videre est in eius consi. 5. num. 55. & subdit sic censuisse Senatum in multis casibus, postquam Cæsarea Maiestas de feudo inuestitut Catholicam Maiestatem, cuius fiscus pœnas incursas prosequutus fuit, & exegit.

8 Sanè sunt alij, qui contrarium putant, censentes, quod si delictum esset commissum tempore vnius Domini, & postea feratur sententia tempore alterius Domini, prouentus illi spectant ad primum Dominum, nō autem ad secundum, quia statim commisso delicto ius est quæsitum primo Domino l. quæcunque actiones, ff. de action. & obligation. & l. si is, qui in puteum §. si postea, ff. quod vi, aut clam, & quia tempus criminis
6 perpetrati spectandum est, ad idque finis trahitur, qui necessariam habet consequentiam a principio l. 3. §. scio, ff. de minor, & quia iam à tempore delicti orta est obligatio ad pœnam, l. fin. C. de senten. & ita in puncto in terminis nostris quæstionem resoluit ex prædictis, & alijs rationibus Tiraq. in loco citato, nu. 22. & 23. vers. & sanè, & infra: quem sequuti sunt Vinc. de Franch. dicta decisione 76. num. 12. versic. Item secundum, & Baiard. sub dict. numero 144. ad fin. testantes hanc esse veram, & communem scribentium sententiam, idem sequendo Tiraquel. tenet Carpanus vbi supra numero
10 501. versiculo iurisdictio, dicens, quod si iurisdictio vna sit duorum, & inter eos diuisa per tempora, si tempore vnius commissum sit delictum, & tempore alterius facta confiscatio, ea spectat ad illum, qui tempore delicti habebat confiscationes: & rursus num. 502. & sequentibus versiculo confiscationes, vbi in terminis conductorum, seu emptorum confiscationum alicuius Castri pro diuersis temporibus, vult, si commissū sit delictum tempore vnius, & sequuta confiscatio tem-
11 pore alterius, spectet ad conductorem, seu emptorem, qui erat tempore delicti: & ad allegata in contrarium respondent Tiraq. sub dicto numero 22. Carpan. num. 505. & sequentib. quod non admittitur æquiparatio, quam faciunt de fructuario ad emptorem, vel alium acquisitorem, & sententia, quę postea sequitur, potius declarat, quam aliquid noui inducat, & retrotrahitur
12 ad tempus delicti, quo quis incipit obligari fisco, nec vis facienda est in obseruantia, de qua testati sunt tenentes contrarium, & præsertim Carpan. quia ex eiusdem met dictis sub n. 500. ver. verum anno 1582. patet responsio, ibi enim affirmat, quod anno 1582. die 10. Martij Senatus censuit in causa vertente inter Regium fiscum, & Illustrem Comitem Iacobum Annibalem Altempsum a Regia Maiestate infeudatum de Oppido Gallerati, cum eius territorio, & pertinentijs, confiscationes, ac omnes pœnas, etiam arbitrarias, dependentes a delictis ante infeudationem commissis per subditos dicti oppidi, spectare ad Regium fiscum, & ei applicandas esse; sequuta tamen declaratione, vel condemnatione Iudicis, prout facti exigentia requirebat, etiam quod in nonnullis casibus ante ipsam infeudationem cœptum non esset procedi, & in quibusdam & si cęptum fuerat, imperfecti tamen remanserant processus contra delinquentes, nec sequuta aliqua declaratio, vel condemnatio, mandando dictos processus fieri, & perfici, ac declarationes, & confiscationes per officiales Regios fieri debere, prout iustitia postularet, inquitque, sic resolutum fuisse ad relationem Illustris Senatoris Gambaranæ datis dubijs, & auditis Aduocatis in Senatu.

Vnde in tanta Doctorum varietate, ac manifesta opinionum contrarietate ex dictis Doctorum fideliter relatis, & benè intellectis rem hanc vt infra, distinguēdo decidendam esse existimaui.

13 Aut itaque sumus in simplicibus conductoribus, seu emptoribus fructuum, & tunc vera, & communis opinio Doctorum esse videtur, vt ad primum, cuius tēpore commissum est delictum, pertineant condemnationes, & non ad secundum, cuius tempore sequuta fuit sententia, etiam si tempore primi nulla esset formata

inqui-

inquisitio: secundum Alex. in d. l. diuortio, §. si vir, sub num. 11. vers. postremo, & infra ff. soluto matrimonio quem sequutus est Boss. in pract. crim. tit. de pœn. n. 22. vers. si verò, Idem tenuit ipse Alex. de quo non meminit Boss. cons. 7. num. 5. vers. quarto pro hoc facit, lib. 3. cum qua opinione transit etiam Paris de Puteo in tract. de sindicat. in verbo, prouentus, cap. 1. in prin. & sub num. 2. col. mihi 3. vers. tamen idem Bald. & fuit sententia Baldi in l. fin. num. 15. vers. quoad septimam ff. de iurisd. omnium iudic. & in his terminis procedere possunt authoritates supra adductæ in vers. sanè sũt alij, licet non desint contradictores, & Alexan. in d. §. si vir. sub num. 11. post principio dixerit, quod sibi in puncto iuris sustentabilior videtur opinio contra communem, quod ad primum emptorem non pertineant, cum ante cõdemnationem factam pœna non dicatur debita fisco, nec habenti causam ab eo, & hi fructus non censeantur percepti ante sententiam, sed tantum quodammodo seminati, cum qua sententia concordant Paris de Puteo in d. verbo, Prouentus, cap. 1, nu. 1. & addentes ad Alexand. d. cons. 7. sub num. 5. in addition. in verbo, ad primum, sub litera B, versiculo sed quicquid dicant, contra quos facit, quod si ex statuto Iudex debet habere certam partem cõdemnationum,
14 & vnus condemnauit, alter exegit, emolumentum cõdemnationis debetur primo, qui condemnauit, non secundo, qui exegit, quia ratio habetur initij, & primæ causæ, etiam si, & ipse Iudex exequens condemnauit, veluti Iudex ad quem Bald. in l. fin. sub num. 6. vers. alij dicunt, C. de furt. & lit. expens. Angel. in l. si possessor. §. redactæ ad finem, ff. de petit. hæreditat. Paris de Puteo in loco citato, numero secundo Addentes ad Alexan. d. consil. 7. sub numero 5. in verbo, quod aliquis, lib. 3.

15 Aut sumus in his, quibus data est administratio iurisdictionis, & tunc condemnationes non pertinent ad primum Dominum, cuius tempore factum est maleficium, sed ad secundum, cuius tempore lata est sententia, quia percipiuntur mediante exercitio officij, & opera, & diligentia officialium acquiruntur, Alex. in d. §. si vir. sub d. num. 11. versic. puto tamen, Sequitur Boss. d. tit. de pœn. sub num. 22. vers. si verò ad finem, dicens, quod ista opinio ex diuino iudicio tanti viri proueniens habita fuit in consideratione a Senatu, qui dum dubitaretur, an pœnæ delictorum commissorum ante emptas iurisdictiones in dominio Mediolani essent ipsorum emptorum, an verò fisci, Senatus ordinauit, vt si sub Cæsare erat saltem formata inquisitio, essent fisci Cæsarei, alias verò emptorum; Idem tenuit ipse Boss. tit. de fisco, & priuil. eius nu. 69. & 70. versic. quæro an præsens fiscus, vbi quærit, an reuerso dominio Mediolani ad Cæsarem directum Dominum ob finitam generationem Sfortiadum, fiscus Cæsaris possit prosequi iura fiscalia spectãtia ad fiscum Ducalem, sicut potuisset fiscus Ducis, & cõcludit, quod sic, quia
16 fiscus cohæret dominio, cuius, qui Dominus est, habet fiscum, & dicitur idem fiscus, nec mutatur mutatione Dominorum: vt per Bald. cons. 363. sub num. 2. versic. item non obstat, lib. 1. cum quo concordat Nat. cons. 346. num. 2. & 3. lib. 2. & quod propterea, quando loquimur de fructibus iurisdictionis, si tantummodo est commissum delictum, & ita solum quodammodo seminati fructus, hi pertinent ad sequentem Dominum; & allgat notata per Bartol. & alios in leg. fin. ff. solut. matrim. qui loquentes in vxore, quæ dedit Castrum in
17 dotem viro, volunt, vt pœnæ sequutæ tempore viri sint ipsius, non sequutæ autem vxoris, eandem opinionem tenuit Paris de Puteo in d. verbo, prouentus, cap. 1. sub num. 1. vers. & idem, & fuit opinio Baldi in l. fin. nu. 6. versiculo modo quæro, C. de fructib. & lit. expens. vbi quærit, si Imperator concessit mihi pro certo tempore
18 commoda cuiusdam iurisdictionis, & quidam commisit delictum in fine dicti temporis, ob quod, eo finito, per officiales Principis lata est sententia condemnatoria in quadam quantitate pecuniæ, ego non possum eam petere, quia cum sit fructus iurisdictionis, non dũ reconditus in horreo meo, pertinet ad Principem, & non ad me, & quia in pœnis criminalibus ante sententiam nullum ius quæritur. Et in istis terminis possunt procedere allegata in principio præsentis hæsitationis quæ ex prædictis resoluta apparet, vt scilicet in proposito casu ad Dominum directum, ad quem reuersũ est feudum ob mortem compræhensorum in inuestitura, pertineant confiscationes, & cæteræ pœnæ, & condemnationes pecuniariæ sequutæ post reuersionem feudi, etiam quod processerint ex delictis durãte infeudatione commissis, quod procedere intelligo, etiam si tempore feudatarij cœptum esset procedi, & formata inquisitio, & vlterius etiam processum, dummodo lata non fuerit sententia ex rationibus sæpius dictis, quod ante condemnationem nullum ius quæri-
19 tur fisco, nec hi fructus iurisdictionales, antequam habeantur pro reconditis, spectant ad alium, quã ad Dominum, licet aliqui voluerint, quod si erat processum vsque ad sententiam exclusiuè, fructus isti pertineant ad primum Dominum, quasi quod condemnatio de proximo facienda habeatur pro facta: vt per Bal. in d. l. fin. C. de fructib. lit. expens. num. 6. vers. alij dicunt, de quo meminit Paris de Puteo in d. verbo, prouentus cap. 1. sub num. 1. col. 3. in princ. vers. alij dicunt, Si tamen ex dispositione iuris communis, vel municipalis pœna esset ipso iure commissa a die commissi criminis, vtique tempus delicti attenderetur, & successiuè condemnationes spectarent ad eum, qui tunc fuisset Dominus, & non ad sequentem tempore condemnationis: vt per Tiraquel. in loco citato sub num. 24. in fine, & ita procedit determinatio Senatus Mediolani facta ad relationem Senatoris Gambaranæ, de qua supra memini, vt ex dictis Carpani apparet in loco relato sub num. 500. vers. verum Anno 1582. & iterum numero 501. & numero 506. & ita ipse teneo, vt scilicet hoc casu attendatur tempus delicti, alias vero sententiæ.

20 Cæterum si tempore feudatarij, seu primi Domini facta esset condemnatio, & tempore secundi exactio, vtique ad primum spectare debet, & non ad secundũ; vt decidit Alex. in d. §. si vir. sub nu. 11. ante finem, vers. sed quid, qui idem dicit in conductore, seu emptore commodi iurisdictionis, in quo tamen vult hoc procedere, si primus commodum habebat ex causa onerosa, secus autem si ex causa lucratiua, quia tunc ad secundum pertineret, vt ibi per eum plura adducentem, & præsertim notata per Bart. in l. susceptores noui, C. de suscept. & archa, lib. 10. dicentem, quod debitor Ciui-
21 tatis soluere debet administratori tunc administranti, non autem antecessori, sequitur Tiraq. in loco sæpius citato nu. 26. vers. sed, & illud, & in terminis nostris idẽ tenet Angel. in l. si possessor, §. redactæ, ad finem, ff. de petit. hæredit. volens, quod stante statuto, quod Pote-
22 stas habeat quartam partem condemnationum, quas redigi

redigi fecit in commune, sufficit, quod actiones sint redactæ, licet pœnæ non sint incorporatæ, & habebit quartam, quando effectualiter exigentur, etiam si finito officio exigantur per successorem, quia ista executio trahitur retro, sicut finis trahitur ad principium, quando accessorium consequentiam habet ab eo.

23 Sanè si Princeps concederet alicui Castrum cum iuribus, & pertinentijs suis mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, & cum fructibus, redditibus, & prouentibus, dubium non esset, quin confiscationes, & cæteræ pœnæ, & condemnationes pecuniariæ ante concessionem factæ, sed nondum exactæ, spectarent ad feudatarium, tamquam fructus non separati a solo, sed illi cohærentes, & in concessione venientes: vt eleganter consuluit Bald. cons. 306. consil. 307. & cons. 419. lib. 4. quem sequutus est, Crauet. consil. 128. nu. 5. vers. secundo principaliter dico, & nouissimè Carpan. in d. §. omnium numero 497. vers. ideò dicit Bossius, & memini, quod in contingentia facti ad euitandas difficultates, dum ageretur de infeudatione cuiusdã Castri cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda iurisdictione, & alijs clausulis amplissimis, proposui, quod Princeps infeudans sibi reseruaret omnes pœnas, & cõdemnationes pecuniarias iam sequutas, & declaratas, non dum tamen exactas.

E P I T O M E.

Confiscatis omnibus bonis Mercatoris propter homicidium, si is habeat mobilia, iura, & actiones, ac nomina debitorum extra territorium Iudicis confiscantis, an ea, tanquam spectantia ad delinquentem, pertineãt ad Dominum ipsius loci confiscãtis, an vero secus. Et quid de redditibus emphyteoticis, annuis censibus, aut alijs similibus præstationibus delinquenti debitis ratione bonorum in alio territorio existentium, vbi variæ Doctorum opiniones recensentur, & quid in singulis capitibus de iure resoluendum sit, & in practica tenendum cum distinctione resoluitur.

S V M M A R I A.

1 *Bonis confiscatis, si aliqua mobilia, & nomina debitorum reperiantur extra territorium loci factæ confiscationis, illa non veniunt in confiscatione.*

Bona mobilia non circumscribuntur loco ibid.

2 *Bona mobilia extra territorium existentia de consuetudine non applicantur fisco propter confiscationem bonorum, licet secus sit de iure, cessante consuetudine.*

3 *Bona mobilia existentia extra territorium confiscantis nõ veniunt in confiscatione, quando sunt ibi perpetuò permansura.*

4 *Nomina debitorum delinquentis, quamuis extra territorium confiscantis, tamen veniunt in confiscatione bonorũ.*

5 *Nomina debitorum ex aliquo contractu insurgentia censentur esse de bonis loci contractus, seu vbi contractus fuit celebratus, circumscriptis statutis.*

Nomina debitorum intelliguntur esse in eo loco, in quo reperiuntur scriptura, & libri ea continentes, ita Florentiæ cauetur per legem anni 1555. in materia confiscationis, ibidem.

6 *Bonis publicatis semper nomina debitorum intelliguntur confiscata.*

7 *Census, annuæ præstationes, & redditus, seu intra seu extra territorium confiscantis, quando veniant in confiscatione bonorum distinguitur infra sub num. 10. versic. Tamen in hoc proposito.*

8 *Actio competens ad quid immobile habetur tamquam quid immobile, ita, et competens ad mobile censetur tamquam mobile, quia actio rei naturam sequitur.*

9 *Actio competens ad quid annuum, vel menstruum inter immobilia connumeratur.*

10 *Census præstatio, si est ad magnum tempus, vel in perpetuum, dicitur esse quoddam ius immobile abstractum, et consideratum de per se.*

11 *Census super re seu annua præstatio iudicanda est tamquã fructus illius rei, et ita rem sequitur, et ideo debetur illi, cui fructus deberentur.*

Fructus pendentes, vel futuri tempore confiscationis, censẽtur esse pars ipsius rei, ibid.

12 *Res immobilis sicuti applicatur Domino loci, vbi est sita, et non Domino alterius territorij confiscantis, ita, et illius census, seu annua præstatio applicanda est.*

Limita nisi iam cesserit dies talis annui redditus tempore confiscationis, quia applicatur Domino confiscanti.

13 *Redditus annui, quando præstantur in recognitionem directi dominij, vel superioritatis, vt in emphyteusi, et similibus dicitur debitum reale, vel saltem mixtum, et aliud ius immobile, et applicantur illi Domino, in cuius territorio sita res est, super qua fructus tales debentur.*

14 *Redditus, seu annua præstatio, vel promissio annui redditus facta per hominem vnius loci, quamuis constitutus sit super re in alio territorio existenti, tamen debetur fisco loci, vbi creditor habitat.*

Res ibi dicitur esse, vbi est, vt perpetuo ibi sit, ibid.

15 *Promissio sequitur locum, vbi solutio fienda est, hic casus declaratur, sed contrarium dicitur infra nu. 16.*

16 *Debitum Census, vectigalis, vel pensionis emphyteoticæ, et huiusmodi redditus fundales sequuntur locum rei, ob quam debentur, et cæteri redditus sequuntur personam creditoris.*

C A S V S C C. L X V I I I.

Confiscatis omnibus bonis cuiusdam homicidæ Mercatoris habentis multa mobilia, & nomina debitorum extra territorium loci factæ confiscationis, in controuersiam venit, an illa pertineant ad fiscum dicti loci confiscantis; & quod bona mobilia, cum personam condemnati concernere videantur, nec

1 territorio circumscribantur, Domino Iudicis confiscantis applicantur, etiam si extra illius territorium existant, Oldrad. cons. 17. circa principium, Ales. cons. 16. in 2. dub. num. 2. & seq. & cons. 31. colum. 2. num. 5. vers. pro quo lib. 1. & in addition. ad Bart. in l. cunctos populos, numer. 50. in verbo, impositionem C. de summ. Trinit. & fid. catholic. Afflict. in cap. 1. §. si quis hominem in 10. notabili num. 1. & 2. titul. de pace tenend. in vsib. feudor. & in c. 1. §. his consequenter num. 11. tit. hic finit lex Federic. Cotta lib. memor. in verbo, confiscatio bonorum, Gigas in tract. de crim. læsæ Maiest. lib. 2. tit. de pœn. committen. crimen læsæ Maiest. quæst. 2. in fin. num. 3. Anchar. Regiens, q. 25. numero 9. part. 2. Cassane. in consuet. Burgund. tit. de confiscatione, Rubr. 2. §. 1. in verbo, & appartient le confiscation. num. 13. vers. aduerte. Plot. inter cons. crimin. diuers. cons. 130. num. 55. tomo 1. in impressis in magna forma, August. de Arimin. in addition. ad Ang. de Malefic. in verbo, & eius bona publicamus, num. 7. in fin. vers. item adde, Conrad. in pract. crim. tit. de publicat. bonor. sub num. 16. vers. subdit etiam fol. 438. Lucerna Inquisitorum, in verbo, bona hæreticorum vers. bona,

autem

autem mobilia sub num.7.in fine, & Farin. alios referens, & de communi testans in pract. crim. titulo de delict.& pœn.q.25.num.108.vers.limita eandem sextam conclusionem quibus adduntur Bald.cons.39.sub num.2.lib.4.quod est repetitum cons.341.eod.lib. Alba consil.17. num.17.& 18.Sozin.consil.101.numero 5.versiculo pro hoc lib.1. Vulpell.respons.criminal. 142.in toto, vbi consuluit contra Illustrem Comitem Claudium de Landis pęna capitali cum bonorum publicatione condemnatum in dominio Parmẽsi,& Placentino pro iustitia capturæ bonorum mobilium dicti Comitis in dicto territorio factę per executores Curię dum per illud ducerentur ad quædam loca ipsius Comitis ex Ciuitate Laudæ,vbi tempore delicti, & confiscationis reperiebãtur pro vsu dicti Comitis,qui munere Gubernatoris fungebatur, Carpan.in comment. §.omnium in constitutionibus dominij Mediolani, tit. de iure,& priuil.fisci nu.468.vers.mobilia autem, Tiraq.in tract.de iure primogenior.q.48.num.1.

2 Et quamuis Clar.in pract.crim.q.78.sub n.27. vers. sed hic quæro,in fine,dicat,hanc opinionem nũquam vidisse obseruari in practica, & eum sequantur Pereg. in tract.de iure,& priuileg.fisci lib.5.tit.1, de publication.bonor.num.141.versicu.sed iterum ad fin. & quidam alij, de quibus meminit Farinac.loco citato, tamen a dicta opinione non est recedendum,vbi talis nõ vigeat consuetudo, vt dicit Farinac.& Placentiæ fuit seruata per Consilium Iustitiæ, vt testatur Vulpel. d. respons.142.in fine,& bene,quia est conclusio verissima,& propterea etiam in practica recipienda, & probatur in c.1.§.si Iudex titulo de pace tenend.in vsibus feudor.& in lege Mercatores, C.de commer. & Mercator, quæ tamen non procederet, vbi talia bona re-

3 perirentur extra territorium confiscantis,vt ibi perpetuo essent mansura destinatione Domini, quia tunc censerentur esset de territorio,in quo reperiuntur, vt dicunt Bald.d.cons.39.sub n.2.lib.4. Alex.d.cons.31.n. 15.lib.1.& cons.19.numer.7.lib.7. Aretin.consilio 10. num.2.vers.tertio dico, & est vera, & communis declaratio,secundum Tiraq.in tract.de iur.primogenio. q.48.num.3.& seq.Vulpell.d.respons.142. Carpan.in d.§.omnium num.469.vers.nam si sint.sequitur Peregr.d.titul.1.de publicat.bonor.sub num.141. vers.sed iterum circa medium.

4 Quo vero ad nomina debitorum videtur pariter, quod ea sint fisci loci confiscantis,tamquam sequentia personam creditoris confiscati, etiam quod reperiantur extra territoriũ ipsius loci,Castrens.cons.320.col.1.in 1.dub.lib.1.Alex.cons.31.num.6.& 7.lib.1. Riminal. Sen.consil.244.num.10.lib.2. Socin.consil.36.num. 6.vers.quare cum in bonis lib.1.& latius cons.101.nu. 1.& seq.eod.lib.1. Vincent.de Franch.decis.Neapol. 93.num.4. in 1. parte, Cassane.dict.rubric.2.§.1.numer.14.vers.hinc in dictis consilijs concludit, Tiraq. in d.tractat.de iur.primogen.q.49.num.4.& 5. vers.igitur, & versic.sequenti, Anchar.Regiens.q.25.nume. & 9.part.2. Carpan. in Comment.d.§.omnium num. 470.& seq.vers. nomina autem debitorum, Peregr.d. tit.1.de public.bonor.sub num.142.versiculo contra verò,& alij per eos allegati, & præter illos Alba consil.17.num.17.& 18. Pute.decis.417. in vna causa Amatricis num.2.vers. & quod persona debitoris lib.3. Idem voluit Brunus in tract. quod stantibus masculis fœminæ excludantur,artic.8.num.134 & seq. versic. nomina autem debitorum,& infra,vbi cõcludit, quod nomina debitorum ex aliquo contractu insurgentia censentur esse de bonis loci contractus,seu vbi contractus est celebratus, nisi solutio alibi sit destinata; quia tunc dicerentur esse de loco ipsius destinatæ solutionis,& habetur etiam per Pute.d.decis.417.nu.1.& 2. per Bretin.cons.10.num.4.versiculo tertio dico, per Socin.d.cons.36.nu.6.vers.quare cum in bonis, & d. cons.101.nu.1.& 2.& iterum num.6.ad fin.lib.1.Tiraq.d.quæst.49.num.6.vers.at Lapus Peregr. d.lib.5. d.tit.1.de public.bonor.sub num.142.vers. contra verò Carpan.vbi supra num.473.ver. idem quando Vincent.de Franch.d.decis.93.num.5.6.7.8.9.10.& 11. dicens ita pluries fuisse tantum, & iudicatum per Sacrum Consilium in diuersis causis, & respondet his, quæ in contrarium facere videntur, a qua sententia minimè vnquam recedendum putaui, quando non adsint statuta aliud disponentia,prout Florentię, vbi per legem anni 1555.prouisum est, quod ad hunc effectũ confiscationis intelligantur esse in eo loco, in quo reperiuntur scripturæ,& libri ea continentes.

6 Nec dubium aliquod est,quin publicatis bonis simpliciter confiscata intelligantur dicta nomina debitorum,seu iura,& actiones,l. si ademptis bonis C.de sẽt. pass.l.si constante §.si bona ff.solut.matrim.& l.vxori vsufructus,ff.de vsufr.legat.Alber.de Rosat.in tractat. de statut. lib.3.q.13. in princip.num.1. Socin.consilio 101.num.4.vers.sed his non obstantibus lib.1.Pute.decis.417.sub nu.2.ad finem,vers.isto pręsupposito,libro 3.Vinc.de Franch.decis.93.in princ.num.1.in 1. parte Anchar.Regiens q.25.num.7.in 1.par.Farin.in pract. crim.tit.de delict.& pœn.q.25. num.109. versic.limita quinto,& principaliter.

7 Sed maior esset difficultas circa annuos redditus, seu census,aut alias annuas pręstationes soluendas in loco confiscationis, constitutas tamen super bonis alterius territorij,an scilicet responsiones huiusmodi spectent ad Dominum loci confiscantis,vel nè, & successiuè,an dicantur esse in territorio dicti loci confiscantis, an verò extra.In qua re multa dici possent, sed omissa disputatione concludendum videtur, quod liceat actio competens ad quid immobile,habeatur tamquã quid

8 immobile, sicut cõpetens ad mobile, iudicatur tanquã mobile,Bal.in c.1.in fine principij num.26.ver.quæro quid de nominibus debitorum, de pace tenend.in vsibus feudor. Alberic.de Rosate in tractatu de statut.lib. 3.q.13.sub num.2.Alexan.cons.16.num.4.& cons.31. sub num.6.lib.1.Socin.consilio 101. numero 2. vers.ad idem facit, & num.6. vers.videmus enim lib.1.Brun.in tractatu quod stantibus mascul.fœmin. excludend. artic.8.numer.134.vers.pro inuestigatione, Vincent. de Franch.decis.Neapol.93.num.7.in 1.part. Cassane.d. tit.de confiscatione rub.2.§.1.sub num.14.vers.hinc, Carpanus in dict.§.omnium,num.474. vers.quod habet locum, & licet etiam actio competens ad quid an-

9 nuum,vel menstruum inter immobilia connumeretur, secundum Bald.in d.c.1.sub d.n.26.in fine,& Alberic. de Rosat.q.13.sub nu.4. vers.tertio casu, per text.in l. iubemus nulli,C.de sacrosanct. Eccles. & in l. hac edictali,C.de secund.nupt.& latius trad. Aret. consil.10. sub num.2.vers.his tamen non obstantibus,concludẽs,

10 quod præstatio census, si est ad magnum tempus, vel in perpetuum, dicitur esse quoddam ius immobile abstractum, & consideratum de per se. Tamen in hoc proposito distinguitur,quod aut in loco factæ bonorũ confiscationis illi redditus præstantur alicui ratione

fructuum

fructum rei immobilis existentis in alieno territorio absque eo, quod illius rei dominium aliquod sit penes soluentem, & tunc non applicantur Domino territorij creditoris confiscati, sed imo Domino loci, vbi sita est res ipsa immobilis, si confiscatio ad bona extra territorium existētia traheretur, quia ista annua præstatio
11 debet iudicari, tanquam sit fructus illius rei, cum in effectu soluatur pro fructibus, qui percipiuntur ex re, & succedit loco fructuum, adeo quod debetur illi, cui deberentur fructus; Vnde quemadmodum fructus pendentes, vel futuri tempore confiscationis, censentur esse pars ipsius rei. ita, & dicta prçstatio annua censenda est pars rei immobilis, quæ sicut applicatur Domino
12 loci, vbi est sita, & non Domino alterius territorij cōfiscantis, ita, & ipsa præstatio annua applicari debet: vt punctualiter determinat Cassan. d. tit. de cōfiscatione, rub. 2. §. 1. sub nu. 18. & 19. vers. sed iuxta prædicta quæritur, & infra, subdēs secus esse, si iam cessisset dies talis annui redditus tempore confiscationis, quia tunc nō applicaretur Domino loci, vbi res est sita, sed Domino loci, vbi debetur, quia talis præstatio est annexa personæ, cui debetur, qui retinuit dominium, ideo debet applicari Domino illius loci, vbi est ille, cui ea debetur, & allegat Bald. ita in vtroque membro dicentē in c. 1. in fine principij, nu. 24. & seq. versic. quæro quid de nominibus debitorum, de pace tenen. 1. in vsib. feudor. idem ante Cassane, & per eadem ferè formalia verba tenuit Aretin. consil. 10 col. 1. & 2. sub num. 1. & 2. vers. in qua quæstione videtur primo dicendum, & vers. præterea illa præstatio, Quæ dicta Cassanei sequitur Carpan. in d. §. omnium num. 477. vers. alias si soluitur ratione fructuum.

13 Aut tales annui redditus prçstantur in recognitionē directi Dominij, vel superioritatis, vt in emphyteusi, & similibus, & tunc, tanquam quoddam ius immobile abstractum, & consideratum de per se, & dominium transferens in soluentem, dicitur debitum reale, vel saltem mixtum, & cum habens talem præstationem annuam faciat fructus suos illius præstationis, etiam antequam sint a solo separati, quia habet proprietatem, dicitur quędam pars rei, & aliud ius immobile, & ideo debet applicari Domino illius loci, vbi debetur, & non Domino illius loci, vbi sita est res, super qua debetur: & ex eo etiam quia cum hęc prçstatio annua, seu pro-
14 missio annui redditus sit facta per hominem vnius loci homini eiusdē loci, licet ille annuus redditus sit constitutus super re existente in alio territorio illud immobile videtur esse in loco promissionis debiti, quia res ibi dicitur esse, vbi est, vt perpetuo sit, vnde debetur fisco loci, vbi habitat creditor cōdemnatus, & vbi soluēdus est redditus, licet dominium non applicetur ei: vt in terminis voluit Cassane, in loco citato sub nu. 19. & seq. vers. aut est præstatio census, & infra, quem sequutus est Carpan. vbi supra nu. 475. & 476. vers. non sic, & fuit opinio Aret. de quo non meminit Cassane, iisdem pene verbis vtens, nec recordatus fuit Carpanus in d. consil. 10. sub num. 2. & seq. vers. his tamen non ob-
15 stantibus, & infra, vbi eleganter ex pluribus consuluit, quod condemnato Titio in Ciuitate Ferrariæ de crimine læsæ Maiestatis in pœnam vitę, & confiscationis omnium, & singulorum bonorum, vbique existentium, quidam certus annus redditus dicto Titio condemnato debitus, ratione bonorum immobilium existentium Bononiæ, quæ per ipsum Titium concessa fuerant ad vsum cuidam Ferrariensi, qui promisit Ferrariæ, vbi inuestitus fuit de dicto vsu, soluere ipsi Titio, vel habenti causam ab eo, singulis annis certam quantitatē census, cum pacto renouationis de quinquennio in quinquennium, & cum retentione directi dominii penes eundem Titium, pertinet ad fiscum Ferrarię, & habentem causam ab eo, veluti existens Ferrariæ, vbi celebratus fuit, & soluendus est, & a Ferrariense Ferrariensi debitus, vt ibi per eum, quem sequi videtur Pereg. d. tit. 1. de publication. bonor. numero 142. versiculo quod vero.

Non omiserim tamen, quod a prędicta distinctione dissentire videtur Tiraq. in d. tract. de iure primogen. d. q. 49. num. 9. & 10. vers. res hæc, & vers. cætera aūt, vbi fatēdo obscuritatem quęstionis, in qua non admodum asseueranter loquuti sunt Doctores, & sibi ipsis aduersantur, inquit, eius sententiam esse, vt si debitum
16 tale est, qualis census est, siuè vectigal, aut pensio emphyteutica, & huiusmodi redditus fundales, hi redditus sequuntur locum rei, ob quam debentur, vt qui ei cohæreant, & eius naturam sortiantur, cęteri autē redditus sequantur personam creditoris: de quo dicto mētionem facit Carpan. in d. §. omnium nu. 475. vers. non sic, sed non per hoc recedendum, videtur ab ipsa distinctione, quod si ratione fructuum redditus soluatur, applicetur fisco loci, vbi res sita est, ex qua soluitur, si confiscatio trahitur ad existentia extra territorium, si verò ratione recognitionis directi dominij, vel superioritatis, applicetur fisco creditoris confiscati, licet bona in alio territorio existant, quia fulcita est talis distinctio bonis rationibus, & authoritatibus maiorum Doctorum, a quorum sententia in contingentia facti durum esset recedere.

EPITOME.

An testes pro informatione Curiæ recepti parte non citata, & ante litem contestatam ad finem præparandæ inquisitionis de iure probent, absque eo, quod de nouo reo citato examinentur, vel repetantur, tam ad effectū deueniendi ad torturam, quam ad sententiam diffinitiuam, & quid de stylo, & consuetudine Curiarum, & an hæc consuetudo valeat; quidue circumscripta consuetudine, quando testes confrontati sunt cum Reis, vel per ipsos Reos habiti pro ritè, & rectè examinatis, an scilicet in dictis casibus locus sit ipsorum testium repetitioni ad instantiam Reorum, & maximè super eorum interrogatorijs, & quid in practica seruetur.

SVMMARIA.

1 *Regula est, quod in quolibet actu, in quo quis lædi potest, is citandus est, alioquin actus non valet.*
2 *Testes nequeunt recipi parte non citata ad videndum eos induci, eisque iuramentum deferri, alioquin fidem non faciunt; maximè in criminalibus causis, ibid.*
3 *Testes non citata parte non repetiti, nec confrontati, an probent, vide nu. 9.*
4 *Testes in causis criminalibus ad informandam Curiam recipiuntur parte non citata, ne Rei instruantur ad fugam, neue ipsi testes subornentur.*
5 *Testes examinati, parte non citata, non probant, nisi repetantur, citatis reis, vide n. 8.*
6 *Testes ad informandam Curiam ex officio examinati, vel accusatore instante, absque citatione partis, non probant, tanquam examinati ante litem contestatam.*

7 *Testes ex officio examinati ad informandam Curiam non sunt propriè testes, cum non recipiantur ad probationem, sed ad instructionem.*

8 *Testes sine citatione partis recepti in causa criminali, si moriantur, antequam repetantur non probant.*

Quid in crimine læsæ Maiestatis, &

Quid in crimine assassinij, ibid.

9 *Testes pro simplici informatione examinati sine citatione partis, nec repetiti, possunt valere, stante consuetudine.*

Consuetudo potest facere, vt credatur testibus examinatis, non citata parte, nec ipsis repetitis, nec confrontatis, vt in Ciuitatibus Lombardiæ seruatur, ibid.

10 *In criminalibus, vt plurimum proceditur ex argumentis, & indicijs, quibus casibus testes admittuntur sine citatione partis.*

11 *Lis non contestatur in causa criminali, sed primo examinantur testes, postea proceditur super accusatione, vel inquisitione, & accepto rei constituto, quod est loco contestationis litis proceditur ad torturam, sine publicatione processus.*

Rei constitutum seruit pro litis contestatione, ibid.

12 *Citatio consuetudine tolli potest, in qua non consistit defensio.*

13 *Iudex ex testibus examinatis super inquisitione generali nõ potest procedere ad torturam, nec ad sententiam super particulari inquisitione postea formata.*

14 *Confrontatio testium cum Reis, quando est necessaria fit medio iuramento.*

15 *Confrontatio vim habet noui examinis cum citatione partis, nec alia repetitione opus est, et de practica talis confrõtationis, & repetitionis vide etiam, nu. 17.*

16 *Reus examinatus super informationibus ex officio sumptis negans, debet repetitio testium fieri, vel confrontatio, prout magis expedire videbitur, vide infra nu. 17. 18. & 19.*

17 *Testium depositiones examinatorum in præsentia partis, & In litis, valent absque citatione.*

18 *Testes examinati, parte non citata, an omnino repetendi sint instante reo super eius interrogatorijs in causa criminali, vide nu. 19. vbi secundum varios Curiarum stylos ita vario modo seruatur, & vide num. 20.*

19 *Vbi seruatur, quod reis permittatur repeti facere testes cum eorũ interrogatorijs, vtique fisco permittitur interrogari testes ad defensam super fisci interrogatorijs, si vero non permittatur Reo, vtique nec fisco.*

20 *Repetitio, & confrontatio non est necessaria, quando Reus protestatur habere testes pro ritè, rectèque repetitis, & confrontatis, saluo iure opponendi contra eorum personas, & dicta.*

21 *Renuntiatio facta a Reo circa testium repetitionem, vel confrontationem, quando, & qualiter teneat, vide supra num. 20.*

22 *Repetitio testium non fit, Reo in contumaciã cõdemnato.*

CASVS CC. LXIX.

1 QVoniam regula est omnibus nota, quod in quo-
cumque actu, qui ex eo lædi potest, citandus sit,
alioquin non valeat, l. nam ita diuus, ff. de adoption. l.
de vnoquoque ff. de re iudic. clement. pastoralis, de re
iudic. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, in fin. de constitut.
c. 1. de causa possession. & propriet. cum alijs iurib. al-
legat. per Tiraq. in commen. tit. C. res inter alios actas
non præiudicare, in princ. per Antonium Gabrieliũ tit.
de citation. conclus. 1. etiam in princ. & nouissimè per
Honded. cons. 101. num. 5. lib. 1. quæ potissimum pro-
2 cedit in testibus, qui non possunt recipi parte non ci-
tata ad videndum eos induci, eisque iuramentum de-
ferri, & aliter examinati fidem non faciunt l. si quan-
do, C. de testib. c. 2. extra eod. tit. & vtrobique Docto-
res, glos. in l. iusiurandi, in glos. 1. in fin. C. eod. tit. Ro-
man. consil. 190. sub num. 1. Paris, consil. 107. numero
54. lib. 1. & infiniti alij congesti per Gabriel. d. titul. de
citat. conclus. 1. ampliat. 21. nu. 110. & post eum per
Honded. d. cons. 101. num. 6. maximè vero in causis cri-
minalibus Bart. in l. si maritus num. 3. in fin. & in l. fin.
in fin. num. 9. ff. de quæstion. Abb. in d. cap. 2. numer. 8.
versiculo tertius casus, & ibi etiam Felyn. num. 9. vers.
Tertio limita, de testib. Grammat. voto 30. nu. 7. Mar-
sil. in pract. crim. §. nunc videndum, num. 29. Roland.
cons. 12. num. 34. & seq. lib. 3. Hieron. Gabr. cons. 178.
num. 7. lib. 1. Honded. alios citans, d. cons. 101. numero
11. & præter eum Socin. cons. 253. colu. 2. & lib. 2. &
consil. 98. num. 14. & 15. lib. 3. Ruin. cons. 7. col. 2. nu.
9. & 10. lib. 5. & alij infra citandi. Dubitari sæpius vi-
3 di, an iure probari possit aliquorum tribunalium con-
suetudo fidem præstans testibus, parte non citata, exa-
minatis, non confrontatis cum reo, nec super illos in-
terrogatorijs repetitis, ne dum ad inferendam tortu-
ram sed etiam ad irrogandam pœnam a lege, vel sta-
tuto indictam.
4 Ad cuius quæstionis faciliorem resolutionem sciẽ-
dum est, quod licet testes pro informatione Curiæ re-
cipiantur parte non citata, ne rei ad fugam instruere-
tur, si citarentur, & ne testes ipsi postea cõtrarium di-
cant, fortè subornati ex parte reorum, Clar. in practic.
crim. q. 11. sub nu. 2. post vers. Item quæro, & q. 45. nu.
13. vers. cæterum, & ante eum Salyc. in l. fin. num. 11.
C. de quæstion. Alex. cons. 65. num. 10. lib. 1. cons. 180.
num. 8. lib. 2. Ruin. consilio 7. num. 10. vers. & ideo lib.
5. Honded. consil. 101. num. 21. lib. 1. & est generalis
consuetudo, & practica omnium Curiarum, vt dicit
Blanc. in pract. crim. in princ. num. 34. & seq. versiculo
aduerte, quod stylus, & volunt alij per me citati in prio-
rib. resolut. crim. cent. 2. casu 110. sub num. 36. vers. ta-
men cum de generali consuetudine Farinac. in pract.
crim. tit. de opposit. contra testes q. 72. nu. 103. & seq.
vers. limita secundo, & num. 135. vers. limita decimo-
tertio, & alij plures per eum relati, nihilominus non
5 probant, si postea iterum non examinentur, vel repe-
tantur, reis citatis, Bartol. & alij Doctores in l. final.
ff. de quæst. Castrens. cons. 141. in 3. dub. num. 3. lib. 1.
Blanc. in pract. crim. in princ. num. 30. & plurib. seqq.
Grammat. decis. 11. num. 7. & 8. & 13. & decis. 34. nu.
33. & cons. crimin. 15. num. 2. & 3. Clar. in locis supra
citatis, Angel. de Malefic. in verbo, quod fama publi-
ca num. 10. & 11. versic. quæro qualiter probetur Ber-
taz. cons. crim. 71. num. 14. cons. 95. num. 24. cons. 114.
num. 11. lib. 1. consilio 284. num. 2. lib. 2. Roland. cons.
12. numero 36. lib. 3. Vulpell. respons. crim. 68. num. 7.
Honded. d. consilio 101. numero 23. Farinacc. d. q. 72.
num. 104. & seq. vers. contrarium, & num. 136. versicul.
sublimita, Foller. in pract. crim. in 3. part. 3. part. prin-
cip. in verbo, & si confitebuntur num. 40. & alij per
me relati d. casu 110. num. 36. versic. circa quintam, &
antea cent. 1. casu 55. num. 1. & pulchre ostendit Nat-
ta consil. 394. numero 20. vers. quoad quartum lib. 2.
vbi inter cæteras huius conclusionis, rationem hanc
adducit post Bal. per ipsum relatum in l. 4. §. si tibi nu.
3. in versicul. sed nunquid isti testes ff. de condiction. ob
turp. caus. quod merito testis pro informatione Curiæ
receptus sine citatione partis tanquam examinatus

ante

ante litem contestatam, & ad finem præparandæ inquisitionis de iure non probat, nisi in termino probatorio solemniter repetatur ad finem consequendę victorię, quia illa prima indagatio, quam facit Iudex pro habendo notitiam criminis, non habet formam alicuius processus, ideò nō requirit aliquam citationē, quia Iudex sine ordine iudiciario potest se ipsū certificare, vndę testes sic recepti ad simplicem informationem Curię nō probant postea in processu, qui sequitur, quia non sunt recepti lite contestata, vel quasi, nec aliquo ordine seruato, nec propriè sunt testes, cum nō recipi-
7 antur ad probationem, sed ad instructionem: quam rationem ipse quoque, non viso Natta, deduxi, & authoritatibus comprobaui d. casu 55. in princ. & latissimè omnium, & elegantissimè, ostendit, Corne. conf. 58. col. 2. & 3. vers. profectò ego, lib. 1. Quod procedit etiā
8 si essēt mortui, & propterea repeti nō possint, licet propter mortem quędam veritatis præsumptio insurgat, nam adhuc non probant Natta d. conf. 394. num. 21. & seq. vers. non obstat, Honded. d. conf. 101. num. 12. Farin. d. quæst. 72. num. 133. vers. contra hanc limitationem etiam in crimine læsæ Maiestatis Marsil. in l. 1. num. 4. vers. item intellige, & infra, ff. de quæst. quem sequitur Cacheran. decis. Pedem. 79. sub numero 18. versic. nec etiam, & dixi d. casu 110. sub num. 36. Honded. post Bursat. per eum adductum d. conf. 101. num. 14. & 15. vbi tamen refert alios contrarium censentes & præsertim Foller. in pract. crim. in 3. par. tertiæ par. principal. in verbo, & si confitebuntur num. 43. versic. sublimitatur etiam, cui addo Ignat. Lopez. statim citādum, & facit, quia, & in casu assassinij eodem modo recepti probant, Idem Honded. d. conf. 101. num. 13. post Foller. vbi supra num. 44. vers. & idem dicit, Capic. decis. 155. sub num. 25. vers. quintum, Monticel. in pract. crim. reg. 8. nu. 25. vers. sextum speciale. & alios per eum citatos, quibus addo Diaz. in pract. crim. canonic. capitul. 96. in verba, per assassinos alios interfici mandantes nu. 3. & ibidem latius Ignat. Lopez. in addition. ad eum in prima apostilla sub littera A, quorum tamen sententiæ multi repugnant, vt ex ipsorummet aliter sentientium dictis apparet, & latius habetur per Farin. d. q. 72. num. 121. 122. & 123. vbi relatis opinionibus contrarijs, tam in crimine lęsæ Maiestatis, quam assassinij transit in vtroque cum parte negatiua, quod tales testes non probent: Tamen consuetudine induci potest, vt testes sic pro simplici informatione Curiæ
9 recepti parte non citata, & ante litem contestatam, & ad finem præparandę inquisitionis probēt, absque eo, quod postea parte citata iterum examinentur, vel repetantur in termino probatorio, & sufficiant non solum ad torturam, sed etiam ad condemnationem: ita in puncto resoluunt Blanc. in tract. de indic. ad l. final. ff. de quæst. num. 22. & 23. vers. aduerte, dicens sic seruari in Ciuitatibus Lombardiæ, & consuetudinem hāc & practicam esse seruandam, quia posset, si secus fieret, sequi inconueniens ex variatione, vel contrarietate testis primo vnum dicentis, & postea aliud, & quia nulla potest oriri vtilitas reo ex secunda depositione testis, qui potest se referre ad primam, & petere eā sibi legi, & et quia vt plurimum in criminalibus proceditur ex argumentis, & inditijs, in quibus casibus admittun-
10 tur testes sine citatione partis, subditque propterea, quod inoleuit practica, quod citatio non fiat, cum frequentius procedatur ex inditijs, & ita quotidie seruatur, & ex consuetudine lis non contestatur, sed pri-
11 mo examinantur testes, postea proceditur super accusatione, vel inquisitione, & accepto cōstituto rei, quod est loco litis contestationis, ex dictis testium prius examinatorum proceditur ad torturam sine publicatione processus, Idem Blanc. eadem verba repetens in prac. crim. in princ. nu. 34. & seq. vers. aduerte, quod stylus, Clar. in pract. crim. q. 11. nu. 2. vers. item quæro nunquid, quicquid postea subdat ipse Clar. ibidem, & q. 45. num. 13. vers. cæterum si reus Alex. conf. 65. sub n. 9. vers. & dato, lib. 1. Dec. in c. 2. num. 50 versic. item postremò, extra de testibus Farinac. in pract. crim. tit. de inquisi. q. 11. nu. 105. vers. sed hic incidenter quæro, & titul. de opposit. contra examen test. d. q. 72. numero 106. versic. verum contra, & Honded. conf. 101. num. 19. quia consuetudine tolli potest citatio, in qua
12 non consistit defensio: vt in terminis nostris in examine testium dicunt Alex. d. conf. 65. n. 10. vers. & statutum, vel stylus, vel consuetudo, lib. 1. Grammat. decis. 34. num. 32. Boss. in pract. crim. titulo de opposit. contra testes numero 35. vers. valet statutum, vel consuetudo, & tit. de indic. & consider. ante tortur. num. 128. vers. non sufficeret, & Honded. d. consil. 101. numero 20. & latè, Dec. in d. c. 2. num. 35 & seq. vers. sed aduertendum, extra de testib. & ante istos omnes, ita in puncto tenere reperio Angel. de quo nullus eorum meminit consilio 367. in quæstione vertente inter Illustres Principes num. 10. versicul. sed quia reuocatur in dubium, vbi etiam dicit non sapere iniquitatem stare testibus, parte non citata, examinatis, cum possit opponi contra eorum personas, & dicta per ipsam partē in examine non vocatam; Vnde dixit Blanc. in d. practic. crim. in princ. num. 33. vers. quæritur etiam, quod li-
13 cet de iure communi ex testibus examinatis super generali Inquisitione Iudex non possit procedere ad torturam, nec ad sententiam super particulari inquisitione postea formata, tamen hodie seruatur contrarium de consuetudine; & ideo pro defendendo Reo non est super hac iuris dispositione insistendum, & secundum hāc practicam millies seruari vidi, & ipse etiam seruatui in Magno Ducatu Æthruriæ, pręsertim coram Magistratibus, in quibus vt plurimum non formantur inquisitiones reis comparentibus, sed proceditur per constituta, & deuenitur ad torturam, & sententiam diffinitiuam ex testibus pro informatione Curię receptis, illis aliter non examinatis, nec repetitis: Benè verum est, quod
14 vbi opus est confrontatione talium testium cum reis, ad eam deuenitur medio iuramento, & seruatis in ea de iure seruandis, de quibus latè tractat Foller. in pract. crim. in 2. parte secundæ parte principal. in verbo, & demum repetantur testes Curiæ, nu. n. 1. & sequent. vsque ad finem, de quo mentionem facit Honded. d. conf. 101. num. 30. versic. præterea confrontatio, quæ
15 confrontatio vim habet noui examinis cum citatione partis, nec alia repetitione opus est, vt tradit Afflict. in constitution. Regni lib. 2. rubr. 10. de his, qui fideiussores dare possunt, ne carcerentur, vt in constitut. capit. humanitate, num. 15. vers. item quæro vtrum testes, ad finem, dicens, quod si Iudex repetit in pręsentia inculpati testes, quos examinauit parte non citata, faciendo affrōtatione cu eo, & illi affirmāt ea, quæ antea dixerut, illi testes nō dicūtur recepti, parte non vocata, sed vocata, & benè probāt, quia habito effectu, nō curamus de modo, idem antea voluit idem Afflict. in eidē cōst. lib. 1. rub. 27. de homic. clād. in cōst. si dāna clādestina ī 9. notab. sub num. 36. & 37. vers. si autem iste criminosus, &

sus, & infra, inquiens, quod si reus interrogatus supe
crimine negauerit, & ex processu informatiuo adsunt
16 testes contra eum de veritate facti, vel super inditijs,
non debet Iudex deuenire ad sententiam, vel torturã,
sed ad examen testium, ipso reo citato, vel ad confrõ-
tationem eorum, qui si in pręsentia criminosi testifica
buntur, vt antea, hoc operabitur plus contra eum quã
si fuisset citatus ad videndum iuramenta testium, quia
habito effectu, non curamus de modo, & quia valent
17 depositiones testium, quando in præsentia partis, &
Iudicis deponunt, & Afflict. sequutus est Clar. in pract.
crim. quęst. 45. nu. 14. vers. sed in proposito quæro, &
post eum Honded. d. consil. 101. num. 1. & nouissimè
Farinac. d. quæst. 72. num. 139. versic. limita decimo-
quinto. Idem, quod confrontatio legitimè facta ser-
uiat pro repetitione test um, sentit Bertaz. inter consil.
crim. diuers. consil. 70. nu. 30. versic. præterea in fine,
tomo secundo, in vltimo impressis in magna forma:
Nec hoc casu ab hac opinione dissentire audet Hon-
ded. d. cons. 101. nu. 29. & seq. versic. primo quia, licet
postea ante num. 33. vers. secundo dicitur, iunctis an-
tea dictis num. 25. & seq. versiculo, & licet conetur o-
stendere, quod adhuc testes parte instante repetendi
sint super interrogatorijs partis per l. si postulauerit. §.
18 quæstion. ff. de adulterijs, & per notata per Salyc. in l.
fin. in fine, C. de quæstion. per Angel. de Aret. in tract.
de Malefic. in verbo, quod fama publica præcedente
num. 11. post versic. quæro qualiter, in fine, per Blanc.
in d. tract. de indic. num. 21. versiculo tertio pręmitto,
per Bertaz. cons. crim. 1. nu. 26. lib. 1. per Bursatt. cons.
20. num. 65. lib. 1. consil. 201. num. 145. lib. 2. consilio
311. numero 4. & seq. libro 3. quibus addo Blanc. in
pract. crim. in princ. num. 32. versic. imo plus dicit, &
subiat idem Honded. in fine consilij fuisse in ea causa
repetitos testes Curiæ super interrogatorijs eorum ex
mandato Locumtenentis in Criminalibus Reueren-
dissimi Domini Gubernatoris Perusii, & cum Honde.
videatur transire Farin. d. q. 72. numero 144. versiculo
sublimita secundo, tamen difficile obtineretur a Iudi-
cibus, nec memini vnquã sic practicari vidisse, & pro-
pterea dixit Foller. in pract. crimin. in 2. part. secundæ
part. princip. in verbo, recipiantur defensiones reorũ,
quod hodie de stylo omnium Curiarum non dantur in
terrogatoria per inquisitũ facienda testibus per Curiã
examinatis contra eum, licet dentur per fiscum testi-
bus examinandis pro reo, ea ratione, quia reus publi-
cato processu potest probare quicquid vult cõtra per-
sonas, & dicta testium, cum ei detur terminus ad repul-
sam, fiscus aũt non habeat repulsam, nec soleat proba
re contra defensiones. Sequitur Clar. in pract. crim. q.
23. n. 3. vers. Item quæro, & meminit Honded. d. cons.
101. num. 4. vers. tertio consideratur, nec Farin. in loco
citato firmat pedes, imo postquam nu. 145. fecit quã-
dam distinctionem, quam referre non curo num. 146.
& 147. dicit, quod, & si de iure facienda esset repetitio
indistinctè, tamen de facto vidit sępissimè eam dene-
gari, & ita ipse semper seruaui, & per alios seruari vidi
in casu factæ testium confrontationis cum reo, vt su-
pra dixi. Cæterum cessante confrontatione, licet vt
plurimum viderim obseruari, quod testibus pro infor-
19 matione Curia examinatis ad instantiam Rei repeten-
tis non dentur interrogatoria per ipsum reum, tamen
quandoque vidi contrarium seruari ipsaque interroga
toria dari, & super eis testes examinatos pro fisco in-
terrogari, nec vniuersalis est omnium Curiarũ consue-
tudo attestata per Foller. & Clar. sed aliquarum tantũ;
vt aduertit Honded. d. cons. 101. nu. 37. & 38. vers. ter-
tium remouetur, & ipsemet Foller. fatetur stylum esse
aliquarum Curiarum quod etiam per inquisitum den-
tur interrogatoria, & ita seruari vidisse tempore suo in
quadam Baronia, quod facilius admitteretur, quan-
do ex parte rei, dum petitur copia indiciorum cum
termino ad ea purgandum ciuiliter, fieret protestatio,
20 quod testes pro informatione Curiæ recepti habean-
tur pro ritè, & rectè examinatis, saluo iure opponendi
contra eorum personas, & dicta, & eos repetendi su-
per eius interrogatorijs, quia tunc cõcessa copia per
Iudicem iuxta petita, denegari non posset repetitio su
per dictis interrogatorijs, vt ex pluribus tradit Hõded.
d. consilio 101. num. 34. & seq. versic. secundo quia, &
est in hoc casu verissima conclusio, ex quo reus non
simpliciter voluit habere testes pro legitimè receptis,
sed cum reseruatione repetitionis super ipsius interro
gatorijs, si tamen absque dicta reseruatione habuisset
reus testes per Curiam examinatos pro legitimè rece-
ptis, frustra de eorum repetitione super ipsius interro-
gatorijs ageret, quia illi renuntiasse censeretur, nec de
nouo examine tractandum esset, quicquid senserit Hõ-
ded. d. cons. 101. num. 36. post Simancham per eum ci-
tatum, quem reprehendit Hieron. Gabr. cons. 178. nu.
18. & 19. versiculo secundo quia lib. 1. & colligitur ex
Vulpello respons. criminal. 32. in princip. numer. 1. &
in fin. num. 6. & antea respons. 12. ad fin. sub num. 18.
& respons. 29. sub num. 1. de quibus mentionem fecit
Honded. d. cons. 101. num. 3. vers. nihilominus, Sed re-
21 nuntiatio hęc debet esse clara, & per verba affirmati-
ua, & de pręsenti, ita vt non sufficiat, si reus petendo
inditiorum copiam dixerit pro celeriori expeditione
causæ, se esse paratum habere testes pro legitimè exa-
minatis, quia sunt verba respicientia tempus futurum,
& habent vim oblationis, & non facti, vnde non ha-
buit testes pro legitimè examinatis, sed obtulit se ha-
biturum: vt per Gabr. d. cons. 178. sub num. 14. & seqq.
versic. demum lib. 1. quem sequutus est Honded. dicto
cons. 101. num. 33. vers. primo quia, & clarius, & latius
Farinac. d. q. 72. num. 155. vers. sublimita quinto, qui
amplius voluerunt non sufficere, quod Iudex habuerit
testes pro ritè, & rectè examinatis, & cum hac decla-
ratione indiciorum copiam decreuerit, nisi reus ipse
ita expressè dixerit, & eos sic haberi voluerit: vt etiam
tenuerunt Vulpell. d. respons. crimin. 12. num. 18. vers. &
licet, & responso 32. n. 6. vers. nec quoad rixas, & Car-
tar. in pract. interrogand. reor. lib. 3. cap. 3. nu. 63. ver.
& animaduertant Iudices.
22 Procedunt autem prædicta omnia de repetitione
testium parte citata facienda reo capto, vel comparẽ-
te, secus autem eo contumace existente, quia tunc exa
minati pro informatione Curiæ simpliciter probãt,
absque alio examine, vel repetitione, etiam quod reus
restitutus, vel admissus esset, ad nouas defensiones, seu
ad se iustificandum: vt latissimè probaui in allegato
casu 101. in 5. dub. n. 36. & 37. ad quę dicta me remitto.

E P I T O M E.

De recognitione personæ banniti capitaliter in contu-
maciam, quando negat se esse illum de quo loquitur
sententia condemnatoria, sed dicit esse alium, quomo-
do ea facienda sit, & per quos testes, & quod identitate
personæ probata exequitur sententia, non obstante, quod
idem bannitus perseueret semper in eadem negatiua.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Bannito capitaliter capto antequam sententia exequatur, fit recognitio personæ, & si ille interrogatus neget se esse illum, de quo quæritur, quid agendum sit, latè hic disseritur.*

2 *Bannitus captus, si neget se esse illum, de quo quæritur, tunc deuenitur ad examen testium loci expressi in sententia, & sumuntur informationes a notis, & vicinis super identitate personæ.*

3 *Sententia contra bannitum captum, quando sit exequenda, & quid si neget se esse talem, an præstetur fides testibus asserentibus illummet esse bannitum, de quo quæritur.*

4 *Recognitio personæ banniti qualiter facienda sit.*

5 *Recognitio banniti, & eius personæ qualiter legitimè facta esse dicatur.*

6 *Testes dicentes se recognoscere bannitum eis ostensum, & rationem adducentes, quia viderunt, & inspexerunt eius faciem, probant, secus si dixerint, quod non potuerunt bene discernere eum in facie, quia hoc in casu non probant, etiam si eorum iudicio dixerint illum esse.*

7 *Cadauer hominis, quando facies esset deuastata, vt ferè sine effigie repertum esset, qualiter recognosci possit.*

Signa exteriora, ac etiam remota ostendunt quandoque cuius res sit, vel quæ sit illa persona mortua, quæ ob carentiã effigiei non potest benè recognosci.

CASVS CC. LXVII.

1 CApto per familiam Curiæ bannito, & condemnato ad pœnam furcarum, cum Iudex, vt sententiam exequutioni mandare posset, pro recognitione personæ ipsius banniti, & condemnati per eius confessionem habenda, illum interrogaret, an esset eiusdem nominis, & cognominis, prout est ille nominatus in sententia, & ille idem, qui de maleficio in sententia descripto est imputatus, & bannitus, & condemnatus prout fieri debet de iure, & ex practica antiquis, & modernis temporibus obseruata, vt tradunt Bart. in l. diuus num. 5. ff. de custod. reor. Bald. in c. 1. num. 2. vers. & ideo quando capiuntur banniti, tit. de feud. sine caus. non amitten. Angel. in lege inter stipulantem, §. 1. num. 4. ff. de verbor. obligatio. Salyc. in l. quicunque, sub nu. 2. C. de requiren. reis, Nell. in tractat. de bannit. in 2. part. secundi temporis, q. 34. Angel. in tract. de Malefic. in verbo, Caium Sempronij, num. 3. vers. & dicit, & ibi etiam August. de Arimin. in addition. & in verbo, & ibi caput a spatulis amputetur num. 17. versic. & quod hic dicitur, Marsil. singul. 72. per totam ferè Italiam, post principium, Cirill. Fulgion. in summa crimin. tit. si reus in ius vocatus non ierit, §. 2. in vltim. col. versic. comperto autem, in prima particula. fol. mihi 54. Boss. in pract. crim. titul. de reis requir. sub num. 2. & tit. banniti quid amittant. nu. 18. Grammat. seu Bartolom. Vinciguerra super constitution. Regni lib. 2. rubr. de redimen. captiu. in constitutione clementiæ, num. 8. vers. Item in practica fol. mihi 54. a tergo col. 2. Foller. in pract. crim. in 1. par. secundæ partis princip. in verbo, captis foriudicatis recognoscantur num. 1. Clar. in pract. crim. q. 96. nu. 3. vers. quæro nunquid Bonacoss. lib. 1. commun. opin. crim. in verbo, bannitus in contumaciam si captus sit, col. 4. vers. 1. Roland. a Valle cons. 63. numer. 26. & seq. lib. 2. & Laurent. a Bocca inter cons. crimin. diuers. cons. 60. num. 1. tomo 2. in impressis in magna forma, & nouissimè Cartar. in tract. de exequut. sent. contumac. capt. bannit. c. 3. num. 1. & 2. & Farinac. in pract. crim. tit. de inquisit. q. 11. num. 21. versiculo limita tertio, & talis captus negaret, se esse illũ, de quo
2 sententia loquebatur, & in hac negatione semper perseueraret pluries coram Iudice adductus, & se aliũ assereret diuersi nominis, & cognominis, & de alia regione admodum remota, ex qua de facili non poterat haberi informatio huius hominis, dixi deueniẽdũ esse ad examen testium loci expressi in sententia, & de quo dicebatur esse condemnatus, vocandosque esse vicinos, & coniunctos dicti condemnati, vt viso capto recognoscerent, an ille esset ille idem, qui fuerat imputatus & condemnatus de delicto in sententia nominato, iuxta notat. per Bar. in tract. de testib. nu. 46. per Bald. in c. cum causam, num. 53. extra de test. per Angel. in l. 1. num. 2. ff. si ex noxal. caus. agatur, per Carthar. in trac. de interrog. reis lib. 3. cap. 3. num. 29. & 30. vers. & si testis, per Foller. in pract. crim. in 2. part. in princ. num. 36. vers. quod si sunt aliqui testes, & melius in terminis nostris per eundem Foller. in eadem pract. crimin. in d. verbo, captis foriudicatis, sub nu. 1. post medium, per Carthar. d. c. 2. num. 34. & seq. vers. vel habeat Iudex, & infra, & per Farin. d. q. 11. num. 25. vers. amplia quarto. Quo facto, & per dictos vicinos, & coniũctos,
3 & plures alios de eodem loco viso dicto capto, & per eos recognito pro illamet persona, quæ nominabatur in sententia, & quæ fuerat imputata, & condemnata de delicto, de quo in ipsa sententia ipsis lecta tractabatur, fuit talis captus morti traditus in exequutionem dictæ sententiæ, veluti legitimè conuictus de identitate ipsius personæ cũ persona condemnata, ac si de ea fuisset confessus, vt in istis terminis dicunt Carthar. d. c. 2. num. 6. 7. & 8. vers. prout etiam, & infra, & Farinacc. d. q. 11. sub num. 25. in d. 4. ampliat. ad finem, versic. facta autem recognitione per testes. Quod magis animose, & sine scrupulo factum fuit, ex quo prædicti testes
4 separatim, ostenso sibi dicto capto, non quidẽ solo, sed inter plures alios homines eiusdem ferè ætatis, & staturæ, & interrogati, an inter illos adsit ille talis, quẽ in eorum examine dixerunt recognoscere, dixerũt adesse, & interrogati, vt si adsit, illum demonstrẽt particulariter, statim ostenderunt, & tetigerunt dictum captũ
5 quo casu legitima, concludens, & omnino subsistens dicitur recognitio, & per consequens attendẽda, iuxta ea, quæ in hoc proposito dicunt Foller. in pract. crim. in 2. part. in princ. in verbo, capiat informationem nu. 34. vers. & si petierint, Clar. in pract. crim. q. 45. num. 14. versic. sed in proposito quæro, in fine, Carthar. in tract. de interrog. reis lib. 3. cap. 3. num. 33. & 34. vers. secundo ne materia, & in tract. de execut. senten. contumac. capto bannito, cap. 2. num. 39. vers. animaduertendum est, & Farin. d. q. 11. sub nu. 25. in d. 4. ampliat. vers. nec recognoscendus.
6 Recognoscitur autem homo ex facie, l. cũ in diuersis, ff. de religios. & sumptib. funer. ideo sufficit, quãdo de eo recognoscendo agitur, quod testes dicant, se illũ recognoscere, quia viderunt, & inspexerunt faciẽ, Bar. in l. stigmata, C. de fabricẽsib. lib. 11. sequitur Cepol. consilio crimin. 32. num. 14. subiungens, quod propterea si dicerent, quod non potuerunt benè discernere eũ in facie, non probant, licet subiungerent, quod eorum iudicio esset ille, de quo ageretur; Qua ratione
7 si homo mortuus esset, & eius facies taliter deuastata,

quod ex ea cognosci non posset, recurrendum est ad aliqua signa corporis, vt puta ad cicatricem, quæ haberet in aliqua parte corporis, per quam recognitio legitime facta diceretur, si de ea testes deponeret, vt dicit Bartol. in d.l. stigmata, quem sequitur Cepol. in l. 1. §. si intelligatur, in 3. notab. num. 2. & 3. ff. de ædilit. edict. Idem notat Felyn. in cap. auditis, sub num. 27. ver. Item in quantum Abbas solemniter, & vers. item limit. extra de præscriptionibus.

EPITOME.

Quod statutum, seu decretum contra componentes, dictantes, scribentes, vel affigentes libellum, literas, cartellum, aut aliam scripturam in iniuriam, infamiam, vel ignominiam alterius, non habet locum contra eũ, qui Principi porrigit preces, seu supplicem libellum in iniuriam, infamiam, vel ignominiam alterius, vt ille puniatur, quod tamen talis supplicans actione iniuriarum tenetur, si narrata in præcibus vera non probet, ex iuris communis dispositione, nisi ex aliqua iusta causa excusatione dignus iudicetur.

SVMMARIA.

1 *Statutum de dictante, scribente, vel affigente libellum famosum, an habeat locum si quis in precibus narrauit Principi aliquid quod tendat ad iniuriam, vel infamiam aduersarij.*

2 *Libellum supplicem infamatorium porrigens Principi tenetur actione iniuriarum de iure communi, circumscripto statuto, & nu. 8.*

3 *Statutum prædictum non videtur se extendere, in supplicationibus, & precibus porrectis Principi, ne prohiberi videatur subditis recursus ad Principem.*

4 *Reipublicæ interest, quod delicta non remaneant impunita, sed vt manifestentur ad hoc, vt puniantur, & prouincia malis hominibus spolietur.*

5 *Statutum contra scribentes libellos ad iniuriam, & infamiam alterius, grauem pœnam imponens, videtur factum causa prohibendi extra iudiciales propalationes, ob quas scandala oriri solent, vide nu. 6.*
Scandalis est obuiandum, ibid.

6 *Diffamatio extraiudicialiter facta pœna capitali punibilis est, secus si iudicialiter fiat, dummodo verificetur.*

7 *Casus omissus a statuto remanet sub dispositione iuris communis.*

8 *Supplicans Principi contra aliquem eum diffamando de iure communi, tenetur actione iniuriarum, vbi diffamationem non probet, alias absoluitur.*

9 *Qui in precibus Principi porrectis aliquid in alterius contumeliam dixerit, & non probauerit, tenetur pœna statuti punientis certa pœna quibuscunque verbis iniuriosis alium afficientem.*

CASVS CC. LXXI.

1 Stante statuto, vel decreto, quod componens, dictans, scribens, vel affigens libellum, literas, cartellum, aut aliam scripturam continentem delictum, iniuriam, infamiam, vel ignominiam alicuius, certa graui pœna puniatur, quæsitum est, an qui talia narrauerit in precibus Principi porrectis, sit pęna dicti statuti, seu decreti puniendus, & licet etiam de iure communi, circumscripto statuto, seu decre-
2 to, qui dedit libellum supplicem Principi, & famam alienam insectatus est, actione iniuriarum teneatur lege Item apud Labeonem, §. si quis libello, ff. de iniur. & famos. libellor. Socin. consilio 118. numero 5. vers. sed his non obstantibus lib. 1. Tamen non videtur statuentium mentem voluisse comprehendere hunc casum precum Principi porrectarum, sed procedere,
3 quando conficeretur libellus, seu scriptura continens delictum, infamiam iniuriam, seu ignominiam alicuius & talis libellus famosus, seu scriptura ignominiosa extra iudicium propalaretur, vel in loco publico, vel inter priuatas personas, nec videtur statuentes voluisse prohibere, quin Principi delicta alicuius propalari possent ad effectum, vt delinquẽs de illis puniatur, cũ Rei-
4 publicæ intersit, quod delicta non remaneant impunita, l. ita vulneratus, ff. ad leg. aquil. & propterea manifestentur, l. eum qui, ff. de iniur. & ibi etiam Bar. Oldrad. cons. 53. num. 2. Roman. cons. 96. col. 1. num. 1. & 2. & si aliter diceremus, iam præclusa esset via detegendi inscriptis delicta, ac defectus subditorum Principi impunè, cum nihilominus summopere eius intersit, quod sciantur, vt prouincia malis hominibus spolietur, & delinquentes debitis pœnis afficiantur Vnde di-
5 cendum est, tale statutum, seu decretum voluisse tantummodo prohibere extraiudiciales propalationes, ob quas scandala exoriri possunt, quibus obuiandum est; Ad quod optimè facit lex vnica, C. de famos. libell.
6 per quã prohibetur diffamatio extraiudicialis sub pęna capitali, & tamen si per viam iudicialem defectus alterius manifestentur, propalatori, ne dum non imponitur pœna, sed potius laus cum præmio tribuitur: Ad idem facit Abbas in c. cum te, num. 26. & seq. vsque ad finem, versicul. vltimo hic reuoco in dubium, extra de sentent. & re iudic. & in c. final. num. 5. vers. circa hoc conclude, extra de iniur. & damno dato, volens vtrobique d.l. vnicam, non procedere in diffamatione iudiciali, sed in extraiudiciali tantum, quod etiã sentit Plo. inter cons. crim. diuers. cons. 131. num. 6. vers. & quamuis, tomo 1. in impressis in magna forma, dum, & ipse ostendit omnem diffamationem extraiudicialem prohiberi, sed non ita iudicialem; & in proprijs terminis nostris ita decretum istud procedere in indiuiduo rationibus prædictis consuluit Honded. cons. 112. num. 5. & seq. vers. verum prædictis non obstantibus, & infra, lib. 1. quem sequutus est Farina. in pract. crim. titul. de varijs, & extraord. crimin. q. 105. numer. 240. vers. decima est opinio. Nec obstat, quod etiam de iure communi, circumscripto statuto, seu decreto, qui dedit præces Principi in infamiam alicuius teneatur actione iniuriarum, quia respondetur in proposito nostro satis esse, ꝙ statutum, seu decretum cumprehẽdat tantummodo extraiudiciales propalationes alienorũ criminum, & de iudicialibus non loquatur, nec eas am-
7 plectatur, & propterea casus ille veluti a statuto, seu decreto omissus, remaneat sub dispositione iuris communis, & secundum eius formam decidendus veniat, l. comodissimè, ff. de liber. & posthum. l. si extraneus, ff. de condition. ob caus. Sozin. cons. 74. num. 3. libro 3. Dec. cons. 71. num. 2. Natt. cons. 463. nu. 12. lib. 2. Quo
8 quidem iure communi supplicans Principi contra aliquem eum diffamando, actione iniuriarum tenetur vbi diffamationem non probet, alias absoluitur, vt tradiderunt Felyn. inter cons. crimin. diuers. consil. 46. in toto, tomo 2. in impressis in magna forma. Socin. d. cons. 118. num. 5. vers. sed his non obstantibus, lib. 1. Bertazzol. cons. crim. 214. sub num. 1. in fine, & sequ. lib. 1. & cons. 391. num. 7. & sequ. lib. 2. Claud. in additTion. ad Bertazzol. Paternm cons. crim. 152. in apostil-

la,incipiente, ob hæc, sub litera D, & d. consil. 214. in apostilla prima, sub litera A, & in apostilla secunda sub litera B, dicens in eadem causa sic etiam consuluisse Pafet. consil. 183. & idem tenuisse Purpur. consil. 124. Boss. in pract. crim. tit. de iniur. sub nu. 3. & 4. vers. & hanc conclusionem etiam facit, & infra Conrad. in pract. crim. tit. de iniur. num. 15. in fine vers. & dic. fol. 406. Clar. in §. iniuria, num. 15. versic. item quero, & in pract. crim. q. 53. num. 4. versic. caueant tamen, Baiard. in addition. ad Clar. in §. iniuria. num. 34. versic. item adde, quod supplicans, & iterum, num. 61. & 62. versic. item adde quod ergo. D. Hieron. Magon. decis. Florent. 25. num. 7. & sequent. & Farinac. dict. quæst. 105. sub num. 240. post versic. decima est opinio. & vltra eos Oldrad. consil. 53. consueuit dubitari. num. 2. versic. salua veritate Angel. consil. 250. primo videndum est, an accusatio in 2. dubio, num. 2. & 3. Raphael Cuman. consil. 74. quia superius in primo dubio, per totum, & in eodem casu, Anchar. consil. 325. super primo dubio, per totum, Roman. consil. 96. in princ. sub num. 1. versic. prima autem, & sub num. 2. verso primo casu Sozin. cons. 146. num. 12. versic. sed quando prædicta cessarent lib. 1. vbi meminit de dictis consilijs Oldradi, Ancharani, & Romani, Boerius consil. 4. num. 34. versic. septima opinio. & num. 37. & sequent. vers. quamobrem.

Natta cons. 29. sub num. 12. & sequent. post versic. quod autem dicti fratres, & est communis, & vera sententia, de qua ferè omnes Doctores ex recentioribus supra citatis testantur, ex quorum etiam dictis quandoque ex varijs causis, ex cusationi locu esse constat,

9 Nec omittendum duxi, quod Felin. d. consil. 46. in ea fuit sententia, quod qui in precibus Principi porrectis aliquid in alterius contumeliam dixerit, & non probauerit, tenetur pœna statuti punientis certa pœna quibuscunque verbis iniuriosis alium afficientem, & Fel. sequitur Baiard. in addition. ad Clar. in d. §. iniuria, num. 35. versic. & ibi dicit. ad quod etiam adducit Bursatt. in loco per eum citato, quod dubitatione non caret per ea, quæ dicta sunt in princ. ex Honded. & alijs supra relatis.

EPITOME.

An pace sequuta præcedens cautio de non offendendo inter easdem partes præstita sub pœna dicatur sublata, & extincta, maximè respectu fisci, cui in casu contrauentionis applicata erat pars ipsius pœnæ, si is paci non consenserit, nec iussu iudicis facta fuerit, & quid in mandato Iudicis partibus facto de se non offendendo, an scilicet & illud ex subsequente pace eo inscio facta sublata dicatur.

SVMMARIA.

1 *Mandatum Iudicis factum sub graui pœna duobus de se non offendendo, an intelligatur resolutum, sequuta deinde pace inter eos, iudice ignorante.*

2 *Cautio de non offendendo an sit cassa etiam respectu interesse fisci ob pacem postea sequutam.*

3 *Cautio data ad certum tempus iussu Iudicis, qui postea in longius tempus caueri iussit, ex hoc videtur facta nouatio, & sic prima intelligitur per hanc secundam sublata.*

4 *Cautio de non offendendo durat, quousque discordia viget, & discordia cessat, pace facta, quia pax dicitur finis discordiæ.*

5 *Pax non compatitur cum cautione de non offendendo, quia pax præsupponit inimicitiam finitã, eamque amplius non extare; cautio verò de non offendendo præsupponit inimicitiam extare.*

6 *Obligatio secunda, quando est incompatibilis cum prima, inducit nouationem primæ, etiam quod non sit expressè dictum.*

7 *Inimicitia est causa principalis pristinæ cautionis, & sublata per pacem inimicitia, vtique cautio accessoria cessat: Contraria tamen opinio verior est, & tenenda, num. 11.*

Accessorium sequitur naturam principalis, quo sublato vtique accessorium corruit, ibid.

Cessante causa cessat effectus, ibid.

8 *Ius ex dispositione contrahentium, quando tertio quæritur, quod in spe, & à futuro euentu dependet, tunc illud potest tertio tolli ex contrario partium consensu, etiam ipso tertio non consentiente.*

9 *Ius fisco quæsitum conuentione cauentium de se non offendendo ante sequutam offensionem dicitur ius in spe, & ita eorundem cauentium contrario consensu tolli potest.*

10 *Maximè quando partes in instrumento pacis cassauerunt, & annullauerunt dictã cautionem contrariã n. 20. & 23.*

11 *Cautio de non offendendo de mandato Iudicis non intelligitur cassa, nec annullata, sequuta pace inter ipsas partes, inscio Iudice, & ipso non interloquente.*

12 *Per pacem remissæ videntur causæ antiquæ, non autem nouæ, & pax non prouidet in totum futuris malis.*

13 *Iudex an possit cogi cautionem tollere ob pacem sequutã, quando subest periculum, quod non obstante pace fiant mala, & quid si vna pars id petat, altera verò nõ sed recusat, quam audire debeat.*

14 *Pax quandoque simulatè fit vt peius sequatur, & ideo arbitrarium est Iudici iubere, & prouidere.*

15 *Pax an tollat fideiussiones de non offendendo, etiam quoad partem pœnæ applicatam fisco, si facta sit coram agentibus Curiæ non assentientibus.*

16 *Fideiussiones non auferuntur fisco, cui pœna conuentionalis in totum, vel in parte est applicata in casu contrauentionis, quã in Pretore iubente data sunt, & ipso nõ cõsentiẽte.*

17 *Pax, & fideiussio de non offendendo sunt ad inuicem compatibiles, nec vna repugnat alteri.*

Ius per cautionem quæsitum fisco sine eius consensu tolli non potest, ibid.

18 *Conuentio prima per publicum instrumentum facta non censetur sublata per secundam.*

19 *Præses si in longius tempus caueri faciat eius, quod iam breuiori tempore decreuerat, non est facere actum primo contrarium, sed potius primum confirmare.*

20 *Cautio præcedens per pacem sequentem non tollitur, sed magis confirmatur.*

21 *Argumentum ex regula non procedit, vbi diuersa ratio consideratur.*

22 *Ius acquisitum esse dicitur fisco non solum ex partium conuentione, sed ex iudicis autoritate, sine qua dictum ius à partibus tolli non potest.*

23 *Amplia etiam, quando partes cautionem de non offendendo in instrumento pacis expressè cassauerunt.*

24 *Cautio de non offendendo non potest dici sublata per instrumentum pacis, maximè quando partes de tali cassatione nil dixerunt.*

25 *Paria esse videntur, quod ius acquiratur fisco ex solo partiũ cõsensu, vel Iudice mandãte caueri, imo hoc maius est.*

26 *Cautio de non offendendo extra iudicialiter data, tollitur per pacem sequutam expressè recedendo à tali cautione.*

CASVS

CASVS CC. LXXII.

1 DVbitari aliàs vidi, an mandatum Iudicis factum
duobus de se non offendendo sub grauissima
pœna, quod In Ætruria vulgo nuncupatur, *leuare l'offe-*
se, & est frequentatissimus Curiarum vsus, ne inter eos
oriretur rixa, ex qua multorum quies perturbari pote-
rat, dicatur sublatorum, & extinctum per pacem inter
eos sequutam, Iudice ignorante, & extra eius Curiam,
Bero. consil. 205, numer. 13. sequent. lib. 3. loquens in
cautione de non offendendo, tenet eam cassam. &
2 abolitam censeri per pacem subsequutam, etiam re-
spectu fisci. cui pars pœnæ applicata fuerit in euen-
tum contrauentionis; eandem opinionem sequuti sunt
Marc. Anton. Eugen. consil. 82. num. 9. & 33. Moron.
in tract. de fide, treug. & pace quæst. vltima, vbi etiam
in fine ita de consuetudine seruari attestatur, & Hie-
ron. de Monte Brixiano q. 25. num. 10. & sequen. vers.
quibus tamen non obstantibus, de quibus meminit Fa-
rinac. in pract. crim. titul. de varijs, ac diuers. criminib.
quæst. 107. num. 117. versic. in proposita huius duode-
cimi articuli dubitatione, Mouentur præfati Doctores
3 primo per text. in l. Valerianus ff. de prætor stipula-
tion. vbi probatur ope exceptionis esse inductam no-
uationem, quando prætor primo loco iussit caueri per
aliquod tempus determinatum, & postea in longius
tempus caueri iubet, quod casui nostro deseruire vide-
tur, in quo præcessit cautio ad tempus, & sequuta est
promissio de non offendendo perpetua, ex quo prima
dicitur securitas discordia vigente, & donec concordia
4 sequatur, pax vero est finis discordiæ, vt declarat Bo-
nifat. de Vitalin. in tract. de Malefic. in rubric. de
treug. & pace, in principio, & sequuntur Hieron. de
Monte d. q. 25. num. 11. Vulpell. in tract. de induc. q.
67. num. 2. & in tract. de promission. de non offend. q.
73. num. 3. & in tract. de pace quæst. 1. num. 4. Mo-
ron. d. quæst. vltima num. 1. & num. 15. vers. ita quia.
5 Secundo ex eo, quod pax non compatitur cum cau-
tione de non offendendo, quia pax præsupponit ini-
micitiam finitam, eamque amplius non extare, cautio
autem de non offendendo præsupponit inimicitiam
extare, & minimè finitam esse, vt supra dictum est, &
quando secunda obligatio incompatibilis est cum pri-
6 ma, per secundam inducitur nouatio primæ, etiam
quod non sit expresè dictum, l. omnes, ff. de nouation.
l. qui vsumfructum, ff. de verbor. obligat. Nec enim sta-
re simul posse videntur tanquam ad inuicem sibi con-
tradicentes, cum vna sit temporalis, & altera perpe-
tua, & rursus vna præsupponat inimicitiam extare, al-
tera verò cessare, vt dictum est: vt considerat Moron.
d. q. vltima sub num. 15. vers. item quia.
7 Tertio, quia inimicitia est causa principalis præsti-
tæ cautionis, quę inimicitia per pacem extincta fuit ex
iam dictis, vnde & cautio extincta esse debet, cum pro-
pter inimicitiam data fuerit, sublato enim principali,
accessorium corruit l. cum principalis, ff. de reg. iur. &
c. accessorium, de reg. iur. in 6. & cessante causa, effe-
ctus quoque cessare debet. c. cum cessante. de appellat.
Nec respectu fisci quidquam referre dicunt, quod
ipso inscio, & extra eius Curiam pax facta fuerit quia
quando ex dispositione contrahentium ius aliquod
8 tertio quæritur, quod in spe consistit, & a futuro euen-
tu pendet, tunc illud ius potest ipsi tertio tolli ex con-
trario consensu eorumdem contrahentium a contra-
ctu recedentium, etiam ipso tertio non consentiente,
9 & propterea meritò ius hoc fisco quęsitum cōuentio-
ne cauentium inter se de non offendendo, ante sequu-
tam offensionem, tanquam in spe tantum consistens,
& a futuro euentu dependens, eorumdem cauentium
consensu tolli potuit. Ias. in l. 2. num. 66. versic. in glos.
In verbo, triennij, & num. 267. versic. 2. pro hac par-
te C. de iur. emphyteotic. Alexan. consil. 204. num. 3.
& 4. lib. 7. Hieron. de Monte q. 25. sub num. 12. versic.
igitur istum fuit. & latius num. 26. & seq. versic. quia
respondetur.
10 Quæ opinio facilius procedere videtur, quādo par-
tes expresè in instrumento pacis cassauerunt, & an-
nullauerunt dictam cautionem de non offendendo, in-
ter eos tunc vigentem: Hieron. de Monte d. q. 25. sub
num. 12. & 13. & iterum sub num. 29. & seq. Farinac. d.
q. 107. num. 122. vers. & in pręsentia.
11 Contrarium autem, quod imò cautio de non offen-
dendo sublata non censeatur per subsequentem pa-
cem, nisi interueniente fisci consensu, aut Iudicis de-
creto super illius cassatione tenuit Franc. Hercul. in
tract. de caution. de non offend. cap. 9. num. 9. & seq.
versic. ex quibus, vbi apertè ex pluribus concludit, fa-
cta pace, cautionem prædictam mandato Iudicis esse
abolendam, nisi fortè sibi videretur eam esse tollendā,
quia penitus non cessaret timor scandali, eaque non
cancellata, vt supra ex pace subsequuta non censeri an-
nullatam, hocque casu sequentibus offensionibus pa-
cem hoc operari, vt non ex antiqua causa, sed ex no-
12 ua processisse videantur, ex quo per pacem remissæ
videntur causæ antiquæ, vt etiam dixit Farin. d. quæst.
107. num. 134. versic. secunda fit conclusio. Subditque
13 Hercul. minimè cogi posse iudicem dictam cautionem
tollere, quinimo dicit num. 14. vidisse quandoque du-
bitari, an facta pace, si vna pars petat cancellari cau-
tiones de non offendendo, altera verò recuset, Iudex
debeat recusantem audire, & finaliter resoluit id Iudi-
cis arbitrio relinquendum, quia debet considerare, an
subsit adhuc, vel cesset timor, cum maximè plerum-
14 que eueniat, vt partes faciant pacem potius coacti a
Prelatis ecclesiasticis, vt christianè viuere videantur,
quam ex animo: sequitur Farinac. d. quæst. 107. in 3. &
5. conclusionib. num. 135. & 137. Eandem opinionem
tenuit Vulpell. in d. tract. de pace quæst. 30. per totam,
15 vbi quærit, an pax subsecuta tollat fideiussiones de
non offendendo, etiam quoad partem pœnæ, quæ fi-
sco solet applicari, si facta sit Curiæ agentibus non as-
sentientibus, & primo dicit, quod quidam Doctor mul-
ti nominis in Auditorio Illustrissimi Duci Vrbini ipso
Vulpello contradicente ita asseuerauit, & quod po-
stea ita consultum fuisse vidit à Collegio Maceratensi,
per text. in l. Valerianus ff. de prætor. stipulat. vbi Pre-
ses, qui ante triennium caueri iusserat, si postea in lon-
gum tempus caueri præceperit, à priori stipulatione
recessisse videtur, deinde suam proferendo sententiam
16 dicit putare, fideiussiones non tolli fisco, cui est ius
quæsitum, Prætore (cuius est prouisio) non consenti-
ente, quia priori conuentioni derogatum non videtur,
nisi expresè hoc fuerit dictum, l. final C. de nouation.
17 & ibi Doctores, & maximè ex eo, quia pax, & fideius-
sio de non offendendo sunt ad inuicem compatibiles
nec vna repugnat alteri; Dicit tamen, se in hoc non
habere socium, proptereaque sibi obijci posse, quod
nemo solus satis sapit, si tamen Herculanum vidisset,
non ita dixisset, sed magis audacter, suam opinionem
defendisset, pro qua valdè stringit, quod ipse Vulpell.
tetigit

tetigit videlicet, quod cum per præstitam cautionem ius fisco quæsitum sit, meritò sine eius consensu illud sibi tolli non potuit, per regulam l. id quod nostrum est ff. de reg. iur. & per notata per Alexan. Aretin. Socin. & Iason. in l. qui Romæ, §. flauius. ff. de verbor. obligation. quos in his terminis adducit Heron. de Monte d. quæst. 25. num. 4. vers. & à fideiussionibus, licet ipse postea contrarium teneat, vt supra retuli Satis enim vrget aliud fundamentum non factę nouationis ex l. fi. C. de nouation. adductum per eundem Vulpell. quoniam per secundam conuentionem nunquam censetur
18 derogatum primæ apparenti per publicum instrumētum, nisi expresse caueatur, Dec. consil. 97. num. 5. & est communis opinio. Alexan. cons. 13. num. 2. & plurib. sequent. lib. 2. Socin. consil. 21. num. 3. & sequent. lib. 1. Hieron. de Monte dict. quæst. 25. sub num. 6. & 7. versic. & nouatio. & hanc opinionem Herculani, & Vulpelli sequutus est tanquam veriorem Farinac. d. quæst. 107. num. 123. & seq. vers. contraria fuit opinio. dicens rationes numeris præcedentibus relatas licet pauciores magis de iure stringere, & se de facto hanc partem substinuisse, & pro fisco pronuntiauisse, quam etiam ego sequor, & verissimam credo ex rationibus supra deductis, quæ vrgentiores apparebunt ex infra dicendis.

Et hanc secundum opinionem tenendo ad allegata in contrarium pro prima respondetur, quod textus in d. l. Valerianus, nihil facit, quia, quod Præses in lon-
19 gius tempus caueri faciat, non est facere actum primo contrarium, nec illi derogare, sed potius primum confirmare, & prouisionem ampliare. Vulpell. dict. q. 30. sub num. 1. ante finem, vltra quod ibi vtraque cautio fuit præstita iussu Iudicis, quod non est in casu nostro, in quo pax fuit facta à partibus sine Iudice, cuius iussu tamen pręcedens cautio præstita fuerat, vt considerat Farin. d. q. 107. num. 129.

Et ad secundam fundamentum respondetur, nullam esse incompatibilitatem inter cautionem præcedentem, & pacem subsequentem, imò potius compa-
20 tibilitatem, quia per pacem magis confirmatur, & ampliatur præcedens cautio, vt considerat Vulpell. d. quæst. 30. sub num. 1. in fine. & rursus num. 3. & post eum Farinac. dict. quæst. 107. num. 130. & colligitur ex Hercul. dict. cap. 9. num. 14. versic. vidi quandoque dubitari.

21 Ad tertium dicitur, quod argumentum ex regulis ibi citatis sumptum non procedit, quando consideratur diuersa ratio, prout euenit in præsenti casu, ex quo prima cautio fuit præstita iussu Iudicis, pax autem subsequuta ex ipso Iudice ignorante, cuius factum non potuit sola partium conuentione tolli, nec fisco ius quæsitum auferri sine illius consensu, vt supra dictum fuit, & considerat Vulpell. d. q. 30. sub num. 3. & post eum Farin. d. q. 107. num. 131. etiam quod, vt ipse addo ius illud ipsi fisco quæsitum fuerit, mediante facto earundem partium: vt est text. in l. fin. ff. de pact.

22 Et ad quartum responderi potest, quod in hoc casu acquisitum est ius fisco per cautionem de non offendendo, non ex sola voluntate, & conuentione partium, sed ex Iudicis authoritate, & iussu, sine quo partes non cauissent, vnde tolli non potuit sine eadem authoritate, & iussu, maximè quia etiam sequuta pace est in facultate Iudicis non cassare dictam cautionem, si prorsus timor offensionis non cessat, vt dictum fuit supra, & ita huic contrario respondet Farin. d. q. 107. n. 132.

Stat itaque firma, & inconcussa conclusio, quod per solam pacem extraiudicialiter, absque iussu, vel consensu Iudicis sequutam, præcedens præstita cautio de non offendendo sublata non censeatur, vt concludunt Hercul. Vulpell. & Farin. in locis supra citatis.

23 Et procedit non solum quando in contractu pacis partes expresse non cassauerunt præcedentem cautionem de non offendendo, sed etiam quando expressè in ipsa pace fuerit dictæ cautioni derogatum, quia partes per earum priuatas conuentiones iuribus fisci præiudicare non possunt, vt in specie voluit Vulpell. d. quæst. 30. num. 3. quem sequutus est Farin. d. q. 107. num. 127. quicquid in contrarium senserit Heron. de Monte, de quo supra memini post argumenta pro prima sententia facta, in vers. quę opinio facilius procedere videtur, quamuis negari non possit, quin magis de plano dicta opinio procedat, quando in pace par-
24 tes nihil dixerūt de cassatione præcedentis cautionis, quasi quod eo in casu illam in suo robore permanere voluerint, cum si voluissent, id exprimere potuissent, vt dicit Farinac. d. quæst. 107. num. 126. per text. in l. 1. §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. & in c. ad audientiam, in fin. de decim. quod vltra eum expressè notauit Hieron. de Monte d. quæst. 25. sub num. 8. ante finem, versic & pro hac opinione facit, & optimè colligitur ex traditis per Hercul. d. c. 9. num. 9. & plurib. sequent. versic. ex quibus notari potest, & infra. Quæ conclusio cum procedat in terminis cautionis de
25 non offendendo iussu Iudicis præstitæ per partes, eadē ratione, si non fortiori, locū habere debet in mandato à sola Iudicis authoritate procedēte, ne partes se ad inuicē offendant sub pœna in ipso mandato apposita, absque aliquo prorsus ipsarū partiū facto, nullaq; ipsarum promissione interueniente, valdè enim absurdum esset, quod factum Iudicis eo inscio posset tolli a partibus, quæ etiam colludere possent simul, & fictam pacem inire, vt sublata per eam securitate pœnali ex mandato Iudicis orta, ad rixas, & arma deuenire possent absque timore cominatam pœnam incurrendi, & ita ipse in hoc puncto sensi.

26 Sanè non negauerim in cautione de non offendendo primam opinionem Beroij, Eugeni, Hieronymi de Monte, & Nicolai Moroni admitti posse, quando pręstita esset non iussu Iudicis, nec in Curia, sed sola ipsarum partium voluntate, quia tunc illemet partes postea pacem faciendo, & a prima cautione expressè recedendo, & aliam perpetuam cautionem præstando, possent ipsam primam cautionem cancellare, & in secunda solummodo persistere, & hoc casu militarent rationes, & argumenta pro dicta opinione adducta, vt aduertit Farinac. d. quæst. 107. sub num. 129. versic. textus enim, in fine, vbi etiam dicit, quod idem esset, si secunda cautio, pax scilicet, & perpetua securitas inita fuisset Iudicis iussu: quia & tunc intrarent rationes, & argumenta, quibus innuitur a prima cautione fuisse recessum per secundam.

E P I T O M E.

De pęna subtrahentis testes, & eos à loco iudicij recedere facientis, ne examinentur ad fauorem fisci contra imputatum de homicidio, & quod non sit capitalis, etiam quod hoc modo dicatur præstitum auxilium homicidæ, nec falsi, sed extraordinaria pro motu Iudicis.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Pœna subtrahentis testes, aut fugere, vel latitari facientis ne deponant ad fauorem fisci, quæ sit.*
2 *Pœna subtrahentis testes, ne dicant testimonium contra accusatum, est arbitraria Iudici, ex quo is dicitur hoc modo auxilium præstare delinquenti post delictum, & num. 7.*
3 *Auxilium post delictum præstans delinquenti non dicitur verè, nec propriè præstare auxilium maleficio.*
4 *Qui subtrahit testes à testificando contra homicidam non punitur eadem pœna, nec tenetur pœna falsi testis, sed arbitraria.*
5 *Qui subtrahit testes à testificando contra accusatum, nedum non dicitur præstare auxilium delicto, sed nec pro certo scit, an ipsi testes factum contra inculpatum probassent ad fauorem Curiæ, ideo nec pœna falsi testis ordinaria, sed extraordinaria teneretur.*
6 *In dubio semper in mitiorem partem inclinare tutius est, vnde vbi cadere potest maius, vel minus delictum, semper minus accipitur.*
7 *Subtrahens testem, ne examinetur ad fauorem fisci contra accusatum, tenetur ad interesse partis.*

CASVS CC. LXXIII.

DVm ageretur de puniendo subtrahẽtem quosdã testes, & eos à loco iudicij recedere, seu fugere facientẽ ne ad fauorem fisci contra quẽdam imputatum de homicidio examinerẽtur, & à quibus facti ve-
1 ritas sciri per Curiam prætendebatur, orta est dubitatio circa pœnam tali subtrahenti imponendã, & quidem eum is fisco subtraxerit probationes, ne homicidium cõtra inculpatũ probetur, & testes à iurisdictione Iudicis recedere fecerit, dubium non est, quin delinquenti auxilium præstasse dicatur; quia tamen non ipsi maleficio, sed post illud commissum dictum auxiliũ
2 præstiterit, non videtur quod pœna mortis pro homicidio imposita puniri debeat, sed alia mitiori arbitrio Iudicis Marsil. in l. rixa num. 33. vers. limitat etiam ff. ad l. Cornel. de sicar. & in l. vnica. num. 105. vers. non tamen, C. de raptu virginum, Petr. à Plaza in Epitome delictor. lib. 1. cap. 16. num. 5. vers. tertius subijcitur casus, vbi plures alios idem tenentes refert, & de frequentiori calculo recepta sententia testatur, & post eum Clar. in pract. crim. quæst. 90. sub num. 2. versic. aut verò non præcessit aliquis tractatus, & nouissimè Farin. consil. crim. 101. num. 30. & pluribus seq. vers. impedimentum ergo, & infra.
3 Quæ sententia ea potissimũ ratione probatur, quod qui post delictum commissum delinquenti auxilium præstat, non dicitur verè auxiliator, nec propriè potest dici præstare opem maleficio, secundum Bart. in l. 3. §. si quisquam, ff. ad Senat. Consult. Sillanian. & in l. in furti. §. ope. num. 4. ff. de furt. & tradunt Angel. Aretin. in tract. de Malefic. in verbo, & Andream Marci Lanificem, num. 5. vers. quæro quot modis, in fine, & ibi latius Augustin. de Arimin. in addition. ad Clar. dict. quæst. 90. sub num. 2. post dictum versic. aut verò non præcessit aliquis tractatus, & alij, qui consulto
4 omittuntur: Vnde merito homicidij pœna teneri non potest, cum illi auxilium, aut opem non præstiterit, vt præfati Doctores initio allegati ostendunt.

Nec etiam pęna falsi talis subtrahens teneri debet, quia hoc iure cautum non reperitur, sed alia mitiori extraordinaria pro motu Iudicis tenetur, vt dicit Bat. in cap. peruenit, il primo sub num. 1. vers. sed nunquid, extra de testibus cogendis, quem sequuti sunt ibi Henric. Boich. sub num. 3. ad fin. Bellamer. num. 4. & Felyn. sub num. 3. versic. & adde Bald. hic dicentem, Abbas in c. cum causam num. 18. in versic. ego dicerem, extra de testibus, Felyn. in c. accepimus, sub num. 14. vers. & de occultante testem, extra de fide instrument. dum se remittit ad dicta per ipsum in dict. cap. peruenit Boer. decis. 292. sub num. 9. ad finem, versic. aut ostendit, quicquid dicant aliqui antea per eum relati num. 5. Boss. in pract. crim. tit. de fals. nu. 164. vers. & quid de eo, & Farin. in pract. crim. tit. de opposit. contra dicta testam. quæst. 67. num. 251. versic. amplia quinto regulam, & melius, & expressius tit. de opposit. contra examen testium q. 78. num. 138. vers. quæro etiam hinc incidenter, & consil. crim. 101. sub num. 30. versic. impedimentum ergo, & ipse dixi in prioribus resolut. crim. cent. 1. casu 43. per totum.
5 Quod facilius admittendum putaui, vt scilicet, nec homicidij, ne falsi pœna teneatur, sed arbitraria tantum, quia & si subtraxerit testes, ne examinarentur, & præsumi possit per Curiam, quod illi contra inculpatum deposuissent, quia alias, eos recedere a Territorio Ius dicentiũ non fecisset; tamen nõ potest dici pro certo, quod si examinati fuissent, factũ probassent ad fauorẽ Curię contra imputatũ, quia esse potuisset, quod eorum attestationes non fuissent sufficientes ad conuincendum inculpatum, nec fortè etiam ad eum indi-
6 tiandum ad torturam, in quo dubio melius est in partem mitiorem inclinare, minorem pœnam capiendo, & maiorem fugiendo, cum & vbi cadere possit delictum maius, & minus, semper minus accipiatur ex pulchrè traditis per Crauet. consil. 6. num. 69. versic. eodem modo, post plures per eum adductos, & probatur in l. hæc enim, ff. de suspect. tutor. & in l. quoties nihil ff. de regul. iur.
7 Tenetur tamen dictus subtrahens testes, ne examinentur ad interesse parti læsæ actione de dolo, vt punctualiter dicit Bartol. in l. si filius 33. in fine. num. 2. vers. vltimo nota, ff. de dolo malo, quem sequitur Farin. d. quæst. 67. nu. 251. vers. amplia quinto regulam, &c.

EPITOME.

De statuto, quod bannitus impunè occidi possit, premio etiam occisori concesso an locum habeat in occidente bannitum, quem nesciebat esse bannitum, tam quoad obtinendam impunitatem, quam quoad consequendum præmium, & quid in scienter occidente bannitum, non zelo iustitiæ, nec fauore vtilitatis publicę, sed proprio odio, & animo propriam iniuriam vlciscendi, & se vindicandi, vel etiam se ipsum defendendi, tam respectu euitandæ pœnæ, quam præmij consequendi.

SVMMARIA.

1 *Bannitũ ignoranter occidens gaudet nihilominus beneficio impunitatis concessæ occidentibus banitos.*
2 *Veritas, & non opinio attenditur ad pœnam euitandam.*
3 *Bannitum ignoranter occidens, licet impunè fecerit virtute statuti, tamen præmium non consequitur, licet de consuetudine contrarium seruetur, num. 11.*
4 *Statutum concedens centum præsentanti bannitum, illo, qui ignoranter illum cœpit, & præsentauit, non gaudebit beneficio dicti statuti.*
5 *Potestatiua conditio, vt acquiratur, opus est, quod ex certa scientia, & non facto solum impleatur.*

6 Contra-

6 *Contrarium alij tenuere, sed malè.*

7 *Statutum Pisanum, quod quicunque duxerit ex bannitum in persona habeat quinquaginta à Commune, an procedat, quando quis est captus pro fure, & non pro bannito, licet pro alys delictis repertus fuerit bannitus.*

8 *Scientia præsumitur, quando quis est publicè bannitus, & in locis publicis, vt moris est, preconizzatus, & in consilio populi condemnatus.*

Quod omnes communiter sciunt, singuli scire præsumuntur ibidem.

9 *Banni ignorantiam, vel scientiam occisoris iuramento probari.*

Contrariorum est eadem disciplina, ibid.

10 *Conditio potestatiua, vt sortiatur effectum debet impleri à sciente, & non sufficit, si ab ignorante impleatur facto.*

11 *Præmium de consuetudine consequitur etiam ille, qui occidit aliquem nesciens fuisse bannitum, & sub num. 15. vers. sed quicquid sit de iure.*

12 *Præmium de iure non consequitur, qui bannitum ignoranter occidit, vel odio particulari, & ad vindictam, vel se defendendo occidit.*

13 *Statutum concedens præmium occidenti, vel capienti bannitum, non prodest ei, qui casu, vel se defendendo occidit, quia non fecit causa consequendi præmium principaliter, numero 15.*

14 *Actum faciens per quem promittitur à statuto præmium, illud non consequitur si alia ratione, quam præmij faciat.*

Præmium non consequitur socius criminis, qui pro se exculpando manifestat conscium suum, ibid.

15 *Præmium, quod conceditur capienti bannitum non debetur ei qui casu, & non sponte capit bannitum.*

Præmium datur ei, qui vltrò se offert ad faciendum, id, quod est causa præmij, ibid.

15 *Contrarium seruatur in magno statu Aetruriæ, sufficit enim, quod bannitus sit captus, vel occisus quacunque causa id fiat, sed contraria opinio de iure est verior.*

17 *Bannitum capiens, vel interficiens causa vindictæ excusatur à pœna delicti, stante statuto impunitatem promittente, secus à pœna in foro conscientiæ.*

18 *Inimico cõtra alterum inimicum an liceat pro curari banniri eius inimicum, vt eo bannito illum impunè occidere possit, & præmium consequi.*

19 *Beneficium concessum à lege, vel statuto facienti aliquem actum prodest etiam facienti ignoranter.*

Aliud ast ignorare occisum esse bannitum, aliud ignorare statutum præmians occidentem bannitum, ibid. in fine.

CASVS CC. LXXIV.

1 QVamquam occidens bannitum, qui ex forma statutorum impunè offendi poterat, ignorans eum esse bannitum, beneficio statuti in hoc gaudeat, quod puniri non potest; Bartol. in l. inter omnes, §. rectè. num. 4. ff. de furt. in l. genero. sub num. 2. ff. de his qui notant. infam. & in l. si is, qui in 2. lectura. §. quod si seruus, ff. de acquir. rer. domin. Angel. in d. §. rectè, num. 1. & 2. Crauet. cons. 2. num. 8. versic. quia attendi debet, & infra. Marsil. in l. 1. in princ. num. 69. versic. & scias, ff. ad l. Cornel. de sicar. & in pract. crim. §. aggrediur. n. 3. vers. & scias quod, Vulpell. respons. crim. 59. num. 5. & seq. versic. sic & secunda sub mouetur. inquiens esse receptissimam sententiam, Cepol. consil. crimin. 7. num. 6. versic. præterea hoc probatur Petr. à Plaza in Epitome delictorum, lib. 1. cap. 36. num. 7. versic. 2. eodem pacto Ioan. de Arnono Epitom. 63. amplia dictam constitutionem, fol. mihi 95. Moron. in tract. de fide, treug. & pace, quæst. 107. num. 19. & 30. versic. & benè. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. q. 90. num. 20. & seq. vers. extenditur tertio Tobias Noni, consil. vltim. num. 15. Farin. in pract. crim. titul. de var. ac diuers. quæstionibus, quæst. 103. ampliat. 11. num. 30. & 31. vbi testatur de communi, à qua non sit recedendum, Nell. in tract. de bannit. in 2. parte secundi tempor. qu. 25. dicens ita communiter teneri, Castrens. in l. quæ sub conditione. §. de hoc iureiurando. num. 4. ff. de conditione. institut. Ias. in l. omnes populi. num. 49. ff. de instit. & iure, & ibidem Crot. in repetit. num. 129. Alex. consil. 114. num. 4. lib. 1. Cornel. cons. 122. num. 8. lib. 4. Dec. cons. 327. num. 4. versic. & ideo. Clar. in §. homicidium, num. 67. vers. fuit etia aliquando dubitatum, & nouissimè Farin. consil. crim. 101. num. 23. versic. Tertio quia, qui tamen in re clara paucioribus authoritatibus fuit contentus, quia ad
2 pœnam euitandam potius attenditur veritas, quam
opinio. §. si quis rem. Instit. de legat. §. placuit. in fine
Instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt. & l. fin. de crimin.
ex pilat. hæredit. vt dicit Bartol. in d. §. rectè in fine.
nu. 5. & in d. l. genero, sub n. 2. Angel. Crauet. Vulpel.
Cepol. & alij supra relati Doctores. Tamen si
3 vltra impunitatem statutum concedit præmium huiusmodi
occisoribus bannitorum; qui ignoranter illum
occidit, quia nescit illum esse bannitum, non sequitur
tale præmium: ita determinat Bartol. in d. l. genero,
sub num. 2. ad finem, vers. quandoque allegatur ignorantia
ad commodum, dicens punctualiter, quod si
4 statutum concedat centum præsentanti bannitum, &
cœpisti, & præsentauisti quendam, qui erat bannitus,
sed tu ignorabas illum esse ex bannitum, non debes habere
præmium, quia non sufficit ad acquirendum po-
5 testatiuam conditionem impleri facto, sed opus est,
quod ex certa scientia adimpleatur: Idem tenet ipse
Bart. in l. 3. §. verum, num. 3. ff. ad Senatuscons. Syllan.
quem sequuti sunt Cepol. d. cons. 7. num. 2. versic.
sicut non debet gaudere. Dec. d. cons. 317. num. 5. ad
fin. vers. ergo non obstant. Clar. in d. §. homicidium,
sub num. 67. versic. fuit etiam aliquando dubitatum,
aiens ita communiter teneri. Menoch. de arbitrar. iudic.
lib. 1. q. 90. nu. 22. vers. non me fugit. Nell. in tract.
de bannit. in 2. part. secundi tempor. qu. 22. in fine.
versic. 4. quia, Farinac. de magis communiter recepta
opinione testans d. q. 103. ampliat. 11. num. 33. in vers.
& licet. Moron. in tract. de fide, treuga, & pace. quæst.
107. num. 13. & seq. versic. secunda ratio. & dicit Angel.
in d. §. rectè sub num. 2. quod ita vidit iudicari Perusij
contra quendam, qui cœpit rebellem, & non credebat
eum esse rebellem, quia non fuit admissus ad
præmium, licet quidam dicerent contrarium, eo quod
6 erat valde difficile implere illam conditionem, sub
qua debetur premium, vnde sufficiebat, qualitercunque
esset impleta: Quod si esset verum, etiam si balistarius
in concertatione multorum occideret Rebellem
incognitum, præmio gauderet, quod non admittitur,
vt ibi per ipsum Angel. ita etiam notauit Bart. in l. si is
qui, in 2. lectura. §. quod si seruus, ff. de acquir. rer.
domin. vbi ait, quod dum esset officialis Pisis, vbi erat
7 statutum, quod quicunque duxerit ex bannitum in persona,
habeat quinquaginta a Communi, quidam Potestas
de Comitatu duxit quendam, qui fuerat furatus
vnam bindam paruam, sed postea fuerunt reperta plura
furta in eo, & cum ille fuerit repertus ex bannitus,
petebat quinquaginta libras, & ipse Bartol. dicebat,
quod

quod non debebat habere, quia non principaliter duxerat, tanquam ex bannitum, sed tanquam furem, vnde præmium non debebat consequi: Qui videtur exigi, quod vt talem illum exhibuerit per illum textum, & per alia iura per eum allegata, sequitur Baiar. ad Clar. in §. homicidium, num. 208. & 209. Idem consulendo tenuit Bald. cons. 434. præmittendum ad euidentiam,
8 num. 1. & 2. lib. 5. subdens num. 3. quod scientia præsumitur quando quis est publicè bannitus, & in locis publicis præconizatus, & in consilio populi condemnatus, quia quod sciunt communiter omnes, præsumuntur singuli scire, & quod etiam probatur per pro-
9 prium iuramentum occidentis, non secus ac probetur ignorantia, cum contrariorum eadem sit disciplina. Et cum his cōcordāt Bal. in l. si quis hæredē, vers. extra quæritur, n. 7. C. de instit. & substit. & post plures alios per eum citatos Petr. Philippus Corne. d. cons. 122. sub num. 8. vers. licet enim, lib. 4. quicquid in contrarium ex pluribus tentauerit Baldus in d. l. genero. aduersus Bart. ibi, & in alijs locis supra adductis; Et post ipsum Baldum Roman. in d. §. vtrum, sub num. 2. dictæ l. 3. ff. ad Senatusconsul. Sillanian. & alij relati per Farin. d. q. 103. num. 34. versic. contrarium tamen. Et est verissima opinio de iure, & optimè probatur ex dictis per Bart. in l. 2. sub num. 3. versic. item debet. ff. de cōdit. & demonstrat. vbi ex mente Dyn. in l. cum seruus, ff. de verbor. obligation. tradit, quod conditio potesta-
10 tiua debet impleri à sciente, & non sufficit, si facto tātum adimpleatur quantum ad obligationem acquirendam, licet secus quantum ad pœnam euitandam, quod latius prosequitur ipse Bart. in dict. l. cum seruus. Sed
11 quicquid sit de iure propter publicam vtilitatem, & pro faciliori bannitorū extirpatione, contrarium seruatur de consuetudine in Vrbe, vt testatur Farinac. d. q. 103. num. 34. versic. contrarium tamen, & ipse verè nunquam vidi in Magno Ducatu Ætruriæ sub hoc prætextu denegari præmium occisoribus bannitorum, quasi quod sufficiat bannitum fuisse interfectum, qualitercunque id fuerit sequutum.

Nec quidem mirum est, quod hoc casu præmium non consequatur occidens bannitum ignoranter ex iuris communis dispositione, prout statutum permittit, quia nec qui ex particulari odio, & ad propriam
12 vindictam, & vltionem, & non zelo iustitiæ, vel etiam se ipsum defendendo, bannitum occidit, præmium a statuto concessum consequitur. Andr. Barbat. in addit. ad Baldum in d. l. si quis hæredem, in addit. in verbo, extra quæritur, sub num. 7. C. de instit. & substitution. Sequitur Moron. in tract. de fide treug. & pace. dict. q. 107. num. 9. & sequent. versic. sed hæc omnia, & infra, Farinac. d. q. 103. num. 201. versic sic & occidentem, & num. 127. versic. verum licet, & fuit opinio Bart. in l. nulla. num. 2. per illum textum, C. de delato-
13 rib. lib. 10. vbi dicit, quod si statutum concedit præmiū occidenti hostem, vel rebellem, & aliquis eum occiderit se defendendo, non debet habere præmium, quia præmium datur illi, qui se vltro, & spontè offert ad faciendum illud, quod est causa præmij, secus si fortuna coactus, vel ex alia causa faciat, quia non debet mereri præmium, qui nescit quid faciat: Et licet Alex. ibi videatur, tenere contrarium in addition. tamen cum Bart. tenet Roman. in d. l. 3. §. vtrum, num. 3. versic. inducc. ff. ad Syllanian. & Ioan. de Platea in d. l. nulla num. 2. vers. sic ergo faciens, C. de delatorib. lib. 10. inquiens generaliter, quod faciens actum certa ratione,
14 vel causa præmiatiua à lege, vel statuto, si alia ratione faciat, non consequitur præmium, & quod ideo si statutum, vel bannimentum dicit, quod si quis manifestauerit talem delinquentem, habebit tantum præmiū, & aliquis inculpatus de illo crimine pro se exculpando manifestet delinquentem, non habebit præmium quia non spontè facit causa præmij consequendi, sed neces-
15 sitate pro sua excusatione ne puniatur: Et magis in specie nostra subdit, quod similiter, si statutum dat præmium capienti bannitum, non debetur ei, qui casu & non spontè caperet. Idem censuit Angel. in eadem leg. nulla. notans ex ea lege, quod si statutum dicit, quod nominans, seu manifestans aliquem bānitum habeat præmium, & aliquis, qui inculpabatur, ad sui defensionem delinquentem demonstrauerit, vel manifestauerit, non debet habere præmium: Quod putat verum, quia præmium datur ei, qui vltro se offert ad faciendum id, quod est causa præmij, secus si casu vel fortuna.
16 Sed quicquid sit de iure, vidi ipse seruari in Magno Ducatu Æturiæ, quod detur præmium ei, qui bannitum occidit non zelo iustitiæ, sed causa vindictæ, tanquam proprium, & particularem inimicum, vel etiam se defendendo, quasi quod menti statuentium satisfactum sit per occisionem banniti, quacunque causa occidatur, ita vt cogitatum, & consideratum fuerit solummodo factum, nec habita fuerit ratio causæ. Quod etiam seruandum esse testantur Crauet. & Baiard. relati per Farinac. d. q. 103. num. 205. vers. & pariter, & num. 128. versic. contrariam opinionem, qui amplius conantur ostendere hoc esse de iure communi. Quapropter quicquid dicant Petr. à Piaza in Epitome delictor. lib. 1. cap. 36. num. 21. versic. 3. ex his liquet. & Menoch. d. q. 90. num. 48. versic. declaratur tertio, & alij relati per Farinac. d. q. 103. num. 199. versic. limita secundo, dicentes, quod talis occidens ad propriæ iniuriæ vltionem, & ob priuatam inimicitiam, & particulare odium nedum se defendendo, non poterit vigore dicti statuti puniri, vt post antiquiores tradunt Clar. in §. homicidium, sub num. 54. versic. sed numquid stante hoc statuto, in fine, & ibi dicit, quod in foro contentioso excusatur a pœna, qui bannitum causa
17 vindictæ interficit: Et quod ita obseruari attestatur Bossi. in pract. crim. tit. banniti quid admittant. num. 1. in fine. Vulpell. responso crim. 59. num. 9. vbi quod ista est communis conclusio, quia attenditur statuentium intentio, quæ est, vt Prouincia facinorosis hominibus expurgetur, nulla habita ratione intentionis occidentis, quod vindicandi animo, & non ob publicam vtilitatem interfecerit. Farinac. d. cons. crim. 101. num. 21. versic. 1. quia, & latius d. q. 103. nu. 126. versic. amplia 24. & num. 203. versic. contrarium primo, & alij per eos allegati. quicquid sit in foro conscientiæ, de quo dixi in prioribus resolut. crimin. cent. 1. casu 61. num. 6. & sequent. vers. in tantum quod, ipse etiam teneo, quod præmium ex dicta occisione consequetur secundum obseruantiam supra relatam, de
18 qua nō solum verè attestari possum, sed amplius, quod non semel vidi per vnum inimicum contra alterum, iustitia mediante, procurari banno, vt postea eo bannito ad illius occisione impunè venire possit, & præmia etiam consequi, prout in facto euenisse scio, & interfectorem impunitatem, & præmium obtinuisse. Licet enim hoc casu secus sit de iure, & talis procurans non deberet gaudere beneficio statuti, vt per Farinac. d. q. 103.

d.q.123.limit.10. num.321. tamen hoc non recipitur
in practica, vt subdit Farinac.nu.322.pro qua consue-
tudine seruiunt notata per Menoch.in tract.de arbitr.
Iudic.lib.2.cent.2.casu 185.num.43.& plurib.seq. vs-
que ad finem,vers.contra tamen, & infra, vbi etiam in
his terminis nostris concludit,quod beneficium a lege,
19 vel statuto concessum aliquid facienti prodest, etiam
quod illud faciens tale beneficium ignorauerit, quia
satis est, quod actum fecerit, ex quo dignus sit præ-
mio,etiam quod ab illo inuitatus non fecerit, ad quod
plura adducit Menoch.& cum Menoch.conuenit Fa-
rinac.d.q.103.num.35. versicul. imo prædictum præ-
mium,Quæ cum videri possint penes ipsum,huc tran-
sportanda non censui,Et cum Menoch. conuenit Fa-
rin.d.q.103.nu.35.vers.imo prædictum,præmium. Et
ita etiam colligitur ex Nello in d. 2.part.secundi tem-
por.q.24.& differt resolutio hæc ab altera supra rela-
ta de ignorante occisum esse bannitum,in qua contra-
rium diximus,quia aliud est ignorare occisum esse bá-
nitum,& aliud ignorare statutum præmians occiden-
tem bannitum,vt præcisè dicit Nellus.

E P I T O M E.

An stante statuto,quod bannitus impunè offendi possit,si quis offendat bannitum,cum quo ante bannum pacē, treugam, vel cautionem de non offendendo habebat sub certa pœna,dicatur eam rumpere,& in pœnam in illa contentam incidere: Et quid quando cum iam bannito sit pax, treuga, vel cautio de non offendendo, an scilicet, & tunc licitum sit eum sine metu pœnæ conuentionalis offendere; Et quid si vtroque casu adsit iuramentum.

S V M M A R I A.

1 *Bannitum occidens cum quo ante bannum pacem, treugam, vel promissionem de non offendendo sub pęna habebat,an inciderit in pęnam cōuentionalem: Et dicitur, quod non,immo quod gaudeat beneficio statuti præmium concedentis occidenti bannitum.*

2 *Bannitus non comprehenditur in cautione prędicta, nec actiuè,nec passiuè,quia cautio intelligitur durare,rebus sic stantibus.*

3. *Status mutatio facit recedere a pęna conuentionali ex causa criminali promissa: Prout videre est in eo,qui postea fuit bannitus: Nam impunè,stante statuto,offendi potest,limita num.15.*

4 *Lex non solum communis,sed etiam priuata tollitur propter legis authoritatem superuenientem ob causam delicti*

5 *Limita,quod num. 3.dictum est,quando bannum est sequutum ex alia causa,quam ex ea,propter quam pœna fuerat promissa.*

6 *Cautio pœnalis ob delicta,etiam cum iuramento pręstita, tollitur,quando promittens ex delicto bannitus postea capitaliter fuit, & impunè offendi potest,stante statuto.*

7 *Iuramentum intelligendum est secundum naturam contractus.*

8 *Pax,aut treuga,vel promissio facta cum bannito de eum non offendendo, non tenent contra dispositionem statuti permittentis bannitos offendi posse.*

Publica vindicta pacto priuatorum tolli non potest,ibidem, & declara vt hic nu.9.

Statuto in odium bannitorum, pacto priuatorum derogari non potest,ibid.

9 *An procedat in bannitis ex crimine lęsæ Maiestatis tantum, vt quo ad alios offendens, debeat puniri ratione inhonestitis, & contrauentionis.*

10 *Pacem cum bannito faciens, et promittens illum non offendere sub pœna, si offendit,pœnam non incurrit stante statuto concedente impunitatem, Amplia nu. 11.*

11 *Amplia primo etiam,si promissio facta cum bannito fuerit iuramento firmata.*

Iuramentum,intelligitur enim rebus sic stantibus, ibidem.

12 *Amplia secundo secundum aliquos,etiam si promissio facta fuisset de non offendendo cum eo, qui de proximo esset banniendus ob delictum,quod esset notorium.*

13 *Extende tertio,etiam quod talis bannitus non fuisset bannitus per sententiam Iudicis,sed ex alio statuto haberetur quodammodo pro bannito,vt si ipso iure,et facto a die cōmissi delicti delinquens incursus esset pœnam,licet non sit bannitus,declara vt ibi.*

14 *Lex municipalis Florentina de non puniendo non solum eos,qui homicidas interfecerint,sed etiam de dando eis pręmium,declaratur.*

Banniendus de proximo, quando est notorium delictum, et transacti sunt omnes termini defensionum, ac tempora ad comparendum sunt expirata,et causa est in calculo ferendę sententię,et sublata sunt remedia appellandi, tūc habetur pro bannito,et Statutum de bannitum offendendo impunè verificari potest, ibid.

C A S V S C C. L X X V.

1 STante statuto,seu decreto, quod bannitus impunè
offendi possit, dubitari in facto vidi, an is, qui
occidit bannitum, cum quo ante bannum pacem, tre-
guam, vel promissionem de non offendendo sub
pœna habebat, in pœnam fractæ pacis, treugæ,
vel promissionis de non offendendo inciderit, in eam-
que puniri possit: Et quod non puniatur talis occi-
dens, sed statuti beneficio gaudeat, facit ea Do-
ctorum satis trita conclusio, quod bannitus non
comprehenditur in tali cautione, neque actiuè, ne-
2 que passiuè, Bero.cons.196.nu.27.lib.3. Thob. Noni.
cons.vlt.quasi per totum,Hercul.in tractat.de caut.de
non offenden.cap.23.num.30.Moron.in tract.de fide
treug.& pace,q.108.ferè in tota, & Farin.in practica
crim.tit.de varijs,ac diuersis quæstionibus, q. 103.nu.
54.vers.sic,& pariter nunquam. Nec refert,quod ban-
num superuenerit post factam promissionem, quia ea
intelligitur,rebus sic stantibus, & nisi aliud de nouo e-
mergat,c.cum inter.de renuntiat,l.fin.ff.qui satisd.co-
gant.l.continuus,§.cum quis,ff.de verbo.oblig.l. quod
seruus,ff.de condit.ob causam,lege.quæro,§. inter lo-
3 catorem, ff.locati, vnde non procedit mutata qualita-
te, & conditione comprehensorum in ea, qui cum
statum mutauerint, & banniti effecti fuerint, merito
tali securitate non obstante offendi ex statuto impunè
4 poterunt: Quia propter legis authoritatem superue-
nientem a delicto causatam, non solum tollitur lex
communis,sed etiam priuata conuentionalis,leg.quid
ergo,§.si hęres,ff.de legat.1.& videntur diuersi homi-
nes ab illis,qui erant tempore promissionis,l.ex facto,
§.ex facto,ff.ad.Senatusconsul.Trebellian. & ita in in-
diuiduo determinant Bart.in l.2.nu.1.& seq.C. Quan-
do liceat vnicuique sine iudic. se vindicar. & ibi Bald.
in l.1.num.1. & idem Bald.in l.1.§. non fuit, in finali-
bus verbis,ff.de dolo, Bart.in l. qui seruum 96. & ibi-
dem Ioan.de Imola col.fin.ante finem ff.de verbo.ob
ligat.Castrens.circa finem,versic.per istam legem, A-
lex.legens eam cum l.qui insulam 95.num.3.attestans
esse communem opinionem,& Iason.col.penultim. &

finali, num. 5. vers. per istum textum, vbi re, ad partes disputata, firmant hanc opinionem, quam dicit esse communem, & defendit ab impugnantibus illam, eorum fundamentis respondendo, Imol. qui tamen in treuga dissentire videtur, & malè in l. si ex legati causa 23. nu. 4. eod. tit. de verbor. obligat. Corn. cons. 104. col. 2. sub num. 1. & 2. & cons. 175. per totum, & cons. 217. col. fin. in fine vers. insuper. lib. 1. Marsil. in l. 1. §. si quis vltro. num. 25. ff. de quęstionib. & in rubric. ff. de fideiussor. quęst. 19. nu. 174. Vulpell. respons. crim. 77. nu. 16. & latius in tract. de pace quęst. 36. in princ. inquiens esse crebriorem sententiam. Moron. in tract. de fide, treug. & pace. quęst. 107. num. 2. & plurib. seq. Herculan. in tract. de caution. de non offend. cap. 23. nu. 5. & sequ. Farinac. d. quęst. 103. in decimatertia ampliat. num. 46. & sequ. vbi dicit communem. Dec. cons. 352. num. 9. vers. secunda ratio. Bart. in quęst. 1. incipiente, Lucanę Ciuitatis, n. 12. vers. secundo probatur. Nell. in tract. de bannit. in 3. parte secundi temporis. quęst. 52. vbi dicit ita seruari. & eum sequitur Clar. §. homici-
5 dium. num. 60. vers. Quęro aliquis fecit pacem & ibi Baiard. in addit. num. 231. Clar. tamen videtur hoc restringere, quando bannum est sequūtum ex alia causa, quam ex ea, propter quam facta fuit promissio, quod aliter non probat, & alij non tangunt, & eorū rationibus contradicit, quę etiam militant, vbi ex eadem causa sequatur bannum. Vnde merito hoc non placet Carauit de quo meminit Farinacc. his scriptis visus, d. qu. 103. num. 48. vers. & licet. Et procedit conclusio præ-
6 missa, etiam iuramento interueniente, vt post antiquiores ex recepta scribētium sententia dicunt Vulp. d. q. 36. num. 2. & 3. Moron. d. q. 107. nu. 4. Hercul. d. c. 23. nu. 8. vers. & ampliatur, Baiard. ad Clar. in loco citato, Farin. d. q. 103. num. 46. vers. amplia decimo tertio in princ. Et secundum hanc opinionem alias in contingentia facti votaui in promissione de non offenden-
7 do sub pœna mille aureorum, non obstante iuramento, cum illud intelligatur secundum naturam contractus, & ad illam restringatur, leg. fin. C. de non numer. pecunia, & recipiat tacitam conditionem, nisi iusta causa superuenerit, l. si. ff. qui satisdat. cogant. & c. cum inter. de renun. Quinimmo dicunt Doctores, quod etiam
8 si facta esset pax, treuga, vel promissio de non offendendo cum bannito, adhuc, ea non obstante, posset offendi impunè, & spreta conuentionali pœna ob dictum statutum, quia publica vindicta non potuit tolli pacto priuatorum, & quia cum statutum hoc inductū sit in odium bannitorum, non potuit ei derogari per conuentionem partium; vt per Imol. Castrens. Alexand. & Iason. in d. l. qui seruum, per Corne. d. consilio 104. sub num. 1. & 2. d. cons. 175. per totum, & d. cons. 217. col. fin. in fine, versic. insuper, lib. 1. per Nell. latè insistentem in d. 3. parte secundi tempor. q. 51. & 52. in fine, Bartol. in d. disputatione prima incip. Lucanæ Ciuitatis, in 3. parte, incip. solutio, numero primo, & seq. vsque ad finem, & per eundem Bart. in l. 1. §. non fuit nu. 2. ff. de dolo, & ibidem notat Bal. num. 3. & seq. vers. deinde inducitur, dicens hanc opinionem esse ve-
9 riorem, & secundum eam vidisse pronuntiari Florentię & Angel. sub nu. 3. vers. quid autem licet videatur hoc restringere, quando talis bannitus, vt hostis veniebat contra patriam eo tempore, quo occisus fuit, alias procedat contraria opinio, quod puniatur ratione inhonestatis, & tanquam proditor veniens contra propriam
10 promissionem, Gozadin. cons. 61. num. 13. versic. sexto adduco, inquiens, quod faciens pacem cum bannito & promittens eum non offendere sub pœna, si offendit, non incurrit pœnam delicti, nec conuentionalem, quia stante statuto, quod possit impunè offendi, tale pactum non valet, tanquam contra publicam vtilitatem, & contra communem suæ Ciuitatis quietem, Baiard. in addition. ad Clar. in d. §. homicidium, num. 231. dicens esse magis communem sententiam Doctorum, Marsil. singular. 352. sæpius vidi, & nouissimè Prosp. Farin. d. q. 103. num. 57. vers. contra quod imò, quicquid aliqui dicant in contrarium; de quibus meminit Idem Farin. antea num. 55. nec ab hac sententia discendendum esset, si casus eueniret, quem tamen nunquam habui in facto, & si per annos quadraginta, & vltra post adeptam doctoratus lauream in iure reddēdo fuerim versatus.
11 Conclusio tamen in se vera est, & procedit etiamsi promissio facta bannito fuerit iuramēto firmata Thobi. Noni. d. cons. vlt. ad fin. nu. 24. vers. præterea licet, Vulp. d. q. 36. n. 2. & 3. Marsil. d. sing. 352. post principium, Baiard. alios referens in addit. ad Clar. in d. §. homicidium, num. 231. & præter illos Farin. d. q. 103. nu. 57. versic. contra quod imo, Nec mirum, quia, & iuramentum intelligitur, rebus sic stantibus, nec trahitur ad ius superueniens de futuro, vt tradit Natta consilio 50. nu. 2. lib. 1. & ponit etiam Dec. cons. 335. nu. 3.
12 Nec desunt, qui velint prædicta procedere nō solum in iam bannito, sed etiam in banniendo de proximo, vbi eius delictum esset notorium, & certum esset ex illo bannum de proximo sequuturum, quasi quod tunc talis banniendus haberi debeat pro bannito; vt in terminis tradit Corne. cons. 104. num. 2. & seqq. vsque ad finem lib. 1. vbi consuluit, quod stante statuto Perusij, quod bannitus possit impunè offendi, si occidatur delinques ab eo, cum quo erat facta treuga, occidens excusatur a
13 pœna conuentionali pro obseruatione treugę vigore dicti statuti, etiam quod occisus non esset bannitus per sententiam Iudicis, sed ex alio statuto haberetur quodammodo pro bannito, veluti quando a die commissi delicti, vel ipso iure, sequuto maleficio imponitur pœna, & citatus non comparuit in termino statuto, sed est contumax, & positus in banno, licet nondum cōdemnatus ad quod quam plura allegat, & loquitur etiam, quod adhuc duraret terminus banni, dummodo certum sit, quod in eo termino comparere nō possit delinquens, & futurum sit omnino contumax, Idē consulendo tenuerunt Marsil. cons. 94. sub num. 5. & seq. vsque ad finem, Bero. cons. 184. num. 3. lib. 3. Surd. consil. 367. num. 22. Honded. cons. 111. num. 42. & 43 lib. 1. Farin. quosdam alios referens, d. quæst. 103. ampliat. 22. num. 122. & optimè facit Afinius inter consil. criminal. diuers. cons. 112. num. 40. versic. tertio excusatur, & nu. 53. vers. nec quicquam refert, tomo 2. & in
14 vltimo impressis in magna forma. Vbi ex pluribus probat, quod lex municipalis Florentina de non solum non puniendo eos, qui homicidas interfecerint, sed etiam de dando eis præmium, procedit, etiam si homicida adhuc non sit bannitus, nec per sententiam condemnatus. Et cum prædictis concordant Marsil. singul. 106. qui de proximo, circa medium, versiculo & quid de non bannito, sed de proximo banniendo, & Lopez in rubrica de donation. inter virum, & vxorem, §. 38. nu. 8. quorum Doctorum dicta alias fuerunt habita in consideratione per me in casu, in quo pœna vitę erat imposita per statutū ipso iure, & facto, ita tamen

commisso

commisso delicto, ad fauorem illius, qui notorium delinquentem ante sequutam condemnationem occiderat, eo tamen tempore, quo decursa erant omnia tempora ad comparendum, & causa, erat in terminis expeditionis, & per statuta sublatum remedium appellandi, vel aliter a sententijs criminalibus reclamandi. In qua re postea reperij Baiard. in addit. ad Clar. in d. §. homicidium, num. 197. vers. item adde, quod hoc statutum, & Farin. d. q. 103. num. 123. vers. contra, & latius num. 125. & plurib. sequent. in 22. limitatione per totam, multa dicentes, qui tamen in istis terminis non videntur dissentire à prædictis, sed potius cum eis conuenire.

E P I T O M E.

An capienti mulierem, quæ se prægnantem reddi permiserat, & edito partu, illum suffocauit, seu necauit ante, vel post condemnationem pro tali parricidio de illa sequutam, debeatur præmium a statuto, vel decreto concessum capientibus homicidas, & quid in occidente mulierem bannitam, stante eodem statuto; vel decreto, quod bannitus possit impunè offendi, & occidēti vlterius præmium datur.

S V M M A R I A.

1 *Statutum concedens præmia capienti, vel occidenti bannitum non habet locum in capiente, vel occidente mulierem bannitam.*
2 *Cessante ratione finali statuti, cessat eius dispositio.*
3 *Patre damnato de crimine læsæ Maiestatis, & filijs eius, tamen filiæ fœminæ non comprehenduntur.*
4 *Masculinum in pœnalibus non comprehendit fœmininum.*
5 *Onus paternæ vindictæ cessat in mulieribus, ex quo sunt ad id inhabiles.*
6 *Bannitorum appellatione continentur tam fœminæ, quam masculi fallit ex causa subiecta materia, per quam masculi sunt habiles, fœminæ vero nequaquam.*
7 *Præmium non consequitur capiens, vel occidens mulierem bannitam secus quo ad impunitatem, stante statuto, de quo latè casu 275.*
8 *Mulierem bannitam occidens præmium statuti non consequitur, sed impunitas a statuto concessa ei prodest, licet consuetudine idem seruatum sit in mulieribus, quod, & in masculis.*
9 *Occidere mulieres, quamuis bannitas, etiam quod pijssimū, & vile, quod occisores non deberent, nec præmium, nec impunitatem consequi.*
10 *Statuti ratio vna expressa, cum nulla alia assignari possit, illa tanquam vnica, & sola habenda est.*
11 *Statuti ratio, quæ non militat in muliere sicut in masculo, facit cessare dispositionem statuti.*
12 *Expressum esse dicitur, quod statuentes expressissent, si de eo interrogati fuissent.*

C A S V S CC. LXXVI.

SÆpissimè vidi concedi capientibus mulieres, quæ grauidæ fuerant redditæ, & partu edito, illum suffocauerant, seu necauerant, præmia a statutis, seu decretis concessa capientibus, & dantibus in manus iustitiæ homicida; Et cum quandoque fuerit dubitatum de huiusmodi præmiorum concessione, non abre de hoc aliquid dicere statui. Et quidem videtur, quod statu-
1 tum concedens præmia capienti, vel occidenti bannitum, non habeat locum in capiente, vel occidente mulierem bannitam, quia ratio statuti videtur
esse, vt numerus bannitorum extirpetur, per quos publica, & priuata quies turbari videtur, quæ ratio cessat in mulieribus, quas a seculo non est auditum, quod Territoria, à quibus sunt bannitæ, infestent, & publicam, vel priuatam quietem perturbent, vt propterea
2 etiam ipsius statuti dispositio cessare debeat, l. adigere, §. quamuis ff. de iure patronat. & cap. cum cessante extra de appellation. cum alijs allegat, per Tiraquel. in tract. cessant. causa, cessat. effect. parte prima, in verbo constitutionis cessante causa, vel ratione, & in verbo, legis causa siue ratione, & in verbo, statuti cessāte causa vel ratione, & tradit Paris. consil. 98. num. 30. lib. 1.
Non enim mulieres tantæ sunt audaciæ, vt territoria, a quibus exulant, inuadere præsumant, prout nec aliquid contra Principem moliri, nec vltionem contra
3 eum quærere: Vnde damnato patre de crimine læsæ Maiestatis, licet damnentur etiam filij veluti ex reprobato sanguine ad paternam vindictam prompti, non tamen damnatæ intelliguntur filiæ fœminæ: vt videtur probari in l. quisquis, §. filijs, & §. ad filias, C. ad leg. Iul. Maiest. & ibi tradunt Doctores, Bec. cons. 63. n. 2. vers. tamen quando, & latissimè Gigas in tractat. de crim. læsæ Maiestat. lib. 3. tit. 1. de pœnis, quas filij incur. patre committ. crimen læsæ Maiestat. q. 14. in tota. Vbi eam communem dicit, & defendit ab impugnatione Claud. de Seisello in l. si quis id quod num. 3. & plurib. sequent. ff. de iurisdict. omn. iudic. respondens omnibus
4 eius fundamentis, quæ vltra eum mihi tolli posse videntur vnico verbo, quia non hoc est ex eo, quod masculinum non concipiat fœmininum in ista materia de sui natura, & ex propria significatione termini, cui adijcitur dispositio, prout concipere contendit Claudius; Sed quia in mulieribus cessat ratio futuræ vltionis pa-
5 ternæ. Vnde onus paternæ vindictæ ad filias non pertinet: quæ non possunt manualiter eleuare inimicitiam, glos. in cap. 1. § hoc autem notandum, in gloss. magna, in fine, titul. Qui feud. dare poss. in vsibus feud. quam sequitur Angel. cons. 187. viso facto, sub num. 1. vers. nec dicat, & in l. pro hærede, §. si sepulcri, nu. 2. in fin. ff. de acquir. hæredit. & in l. 4. §. cato, ad fin. sub nu. 18. vers. sed attenta humanitate, ff. de verbor. obligat. & post eum Crauet. statim citandus.
6 Licet ergo statutum, seu decretum loquatur de bānitis, & terminus iste sit communis tā masculo, quam fœminæ, & vtrumque de sui natura comprehendat, tamen propter qualitatem subiectæ materiæ congruētis solis masculis, & non fœminis, comprehendit virum tantum, non etiam mulierem, & ita in indiuiduo per prædictas rationes determinat Angel. cons. 67. ex themate prædicto, in primo dubio, per totum, quem sequutus est Crauet. cons. 6. nu. 77. vers. sed ponamus, ad q̄nem, Ang. etiam in d. cons. 67. Refert, & sequitur Baiard. in addition. ad Clar. in §. homicidium num. 226. ver. Item adde si statutum concederet nominationem capienti, vel occidenti bannitum, & vltra eos cum Angelo simpliciter transit, Dec. in capit. dilecti, num. 44. vers. Item statutum, extra de exception. Brunor. a Sole in suis quæstionib. legalib. q. 26. nu. 43. vers. in hoc aduerte, de quo nouissimè meminit Farinac. in pract. crimin. tit. de var. ac diuers. quæstionibus, q. 103. num. 63. vers. quamuis. Quæ opinio vtique procedit in terminis per nos propositis, in quibus verè loquitur Angel. in d.
7 cons. 67. videlicet quo ad consequutionem præmij a statuto ordinati, ad quod non admittitur capiens, vel occidens mulierem bannitam, vt per Farinac. d. q. 103.

num.65. versic. benè verum est, quicquid postea subdat numer.65. ex mente Carauitæ per eum relati, secus autem quoad impunitatem consequendam, nam qui mulierem bannitam occideret, nullam mereretur pœnam ex dicto statuto bannitos impunè offendi per-
8 mittente, quod in casu isto mulierem bannitam compræhendere voluerunt Bal.in l.fin.n.4.vers.aut est ius diuinum, C.si contra ius,vel vtilit.public. & in l.Imperator la 2. in 3.lectura nu.2. ff.de statu homin. Nell. in tract.de bannit.in 2.par.secundi tempor. q.39.Dec.in c. quæ in ecclesiarum, nu.74.vers.& ideo infert, extra de constitutionib.& Farin. d.q.103. ampliat.14. num.61.& plurib.seq.vbi alios idem tenentes refert, & esse opinionem communiter receptam testatur. Ego sane vidi indifferenter concedi prēmia capientibus huiusmodi mulieres,&eas in fortiam Curię dantibus,tanquam proprij partus parricidas, vbi earum sequatur condemnatio, multoque magis quando iam sequuta condemnatione, & banno dantur in manibus iustitiæ, nisi verba statuti, aut decreti, vel ratio eius aliud suaderent,& minimè procedere viderētur in capientibus has mulieres, siue non dum condemnatas, siue iam condemnatas, iuxta ea, quæ ex Carauit. tradit. Fari-
9 nac.loco citato.nu.65. vers.sed in proposito. Occidere autem has mulieres adeo impijssimum semper putaui, vt vix impunitatem occidentibus concederem, vnde præmia omnino denegarem, si casus eueniret, quem tamen nusquam habui in facto, quia vbi nulla ratio in ipso statuto, vel decreto allegaretur expreßè,
10 tamen cum nulla alia assignari possit, quam ex tirpationis bānitorum, & defensionis Territorij a damnis, & incursionibus, & maleficijs contra personas, & bona illius, vtique ea tanquam vnica habenda est, ac si specialiter in ipso statuto,seu decreto descripta appareret. Bald.in l.quamuis,& in l.quoties,C.de fideicom. & in l.maximum vitium,C.de liber. præterit. Imol. in l. fin.ff. de hæred.instituen.Cepol.in tract. de interpræt. leg.extensiu.tit.de generali extensione interpretatiu. num.120.vers.quando autem,& tit.quæ fuer.caus.introd.extens.num.16.vers.aliquando ratio. Deci.cons. 64.num.3. versic. cum ergo.& probatur in l. nominatim.ff. de liber. & posthum.in l.si optio.ff. de option.
11 lege, & in l.miles argum.ff.de re militar. quæ quidem ratio cum nullo modo possit considerari in muliere bānita, sed penitus in ea cesset,vtique & dispositio cessare debet, vt supra dictum est, nec aliter statuentes sensisse mihi persuadere possum, vt propterea casus
12 hic eo modo decidendus videatur, quo illi verisimiliter terminassent, si de illo interrogari fuissent iuxta glos. communiter receptam l. tale pactum, §. final. in glos.final.in fine.ff.de pactis.

EPITOME.

De erectione furcarum, quod sit meri Imperij: Et an permissa occisione banniti a statuto possit,qui illum capit, suspendere in arbore, maximè si illum viuum ducere potuisset ad Curiam, & an saltem teneatur pœna violatæ iurisdictionis, & quæ sit talis pœna in similibus casibus.

SVMMARIA.

1 *Furcarum simplex erectio, ac illius exercitium est meri imperij.*
2 *Stante statuto quod bannitus impunè capi, & occidi possit, si capiatur, & à capiente furcis, vel arbori suspendatur an teneatur saltem respectu vsurpatæ iurisdictionis.*
3 *Suspendens aliquem sine iussu Iudicis, committit quasi crimen læsæ Maiestatis; ex quo authoritatem publicam sibi assumit.*
4 *Exercitio iurisdictionis meri Imperij consistit in quatuor, sicut sunt quatuor elementa, & dantur exempla, ibid.*
5 *Qui vel capere, vel occidere potest bannitum, illum quoque suspendere potest, inscio Iudice, sed quoad capiendum deberet captum Iudici consignare, vide num.9.*
6 *Occidisse dicitur bannitum, qui illum strangulat. & nu.7.*
7 *Qui furcis suspendit bannitum existimans se habere merū Imperium, quod non habet, punitur, tanquam vsurpator iurisdictionis.*
8 *Bannitum tutius est captum ducere in fortijs Iustitiæ, quā occidere, & minus est occidere quam furcis suspendere.*
9 *Bannitus, etiam stante statuto, non deberet occidi, nisi eo resistente, secundum æquiorem opinionem, attamen opinio Farinacij Romæ præualuit.*

CASVS CCLXXVII.

1 FVrcarum erectionem simplicem, nedum exercitium illarum ad pęnam facinorosis hominibus infligendam, iurisdictionem meri Imperij ostendere voluerunt Oldrad.cons.161. in t. dubio,per totum, Dec. consil.249.per totum. Alba consil.34.numer.3. Cassane. in consuetudine, Burgund. rubric. 1. titul. Des iustices, & droictz de icelles in princ. in verbo, iustices, numero 23. folio 47. & §.8. in verbo, le signe, num.2. versic. erectio enim folio, 314. Vnde quæsitum est,
2 an statuto permittente bannitum impunè offendi posse, qui bannitum cœpit, & potuit ad Curiam viuum ducere, & noluit, sed illum fecit suspendere in arbore, in aliquo teneatur, saltem respectu vsurpatæ iurisdictionis in sic occidi faciendo, & suspendendo banni-
3 tum, quod crimen quam graue sit, patet ex eo, quod sapit crimen læsæ Maiestat. Afflict.lib.1. constit. regni rubr. 46. de prohibita official.occas.in const. Duram, & Diram. in 4. notab. numer.6. Capic. decis. 130. in 3.dub. num.21.& seq. Crauet.cons.18.num.2. Hieron. Gigas in tract. de crim.lęsę Maiest.lib.1. tit. qualiter, & a quibus crimen læsæ Maiest.committat.quæst.21.per totam. Et ante eos Bart.in l.omnes populi. in 8.quæst. primæ quæst.princi.numero 14. ff.de iust,& iur. maximè verò in occidendo, seu suspendendo, hominem, vt Afflict.dicit in d.constit. Duram, & Diram.in 3.notab.n.3.per l.3. in fine.ff.ad leg. iul Maiest.& notat etiā Menoc.de arbitr.iudic.lib.2.cent.4. casu 320. num.2.vers.primus est,& antea Andr.de Iser.in const. regni in d.constit.terminum vitæ, in verbo, occidisse folio mihi 22. a tergo col.1.
4 Et videbatur, quod sic faciens voluisset sibi attribuere authoritatem,quam nō habebat, & meri Imperij iurisdictionem exercere, quæ consistit in quatuor, sicut sunt quatuor elementa, in igne, quando quis cōburitur propter maleficium, in aqua, quando quis ponitur in culeo,& projicitur in amnem, seu in mare, in terra, cum quis in terra prosternitur, & decapitatur, in aere, quando quis suspenditur furca, quia suspensus pēdet in aere, vt eleganter tradit Cassanc.in d.rubr.1. d. tit. Des iustices, & droictz de in icelles §.1. in verbo, au in territoir. nu.14.& 15. vers. per ista enim, fol.91. post Bald.per ipsum citatum cons.420. lib.1. quod est repetitum in cons.468. lib.3. & cons.415. lib.5. & incipit, Qualiter probentur.
5 Cæterum contrarium determinare videtur Andr.

de Iser.

de Isern. lib. 2. constit. Regni, rubr. 3. de forbannit. &
foriudicat. in constitutione, Pœnam eorum, in verbo,
hostis publicus reputetur, fol. mihi 133. & 134. vbi di-
cit esse in potestate illius, qui capit foriudicatum, an
velit eum occidere, an verò Curiç assignare, licet alias,
si possit capere malefactorem, non debeat illum occi-
dere, l. sed & si quemcunque. in princ. ff. ad leg. Aquil.
quo stante quærit, quid si capiens foriudicatum suspẽ-
dat eum in arbore, an impunè id videatur fecisse, & di-
6 cit negari non posse, quin occiderit foriudicatum, quia
satis occidit, qui strangulat. l. 1. §. occisorum, ff. ad Se-
natusconsul. Sillan. & quod propterea pęnam non me-
reatur, cum statuti authoritate fecerit: subdit tamen,
quod si suspendens pretenderet, se habere merum im-
perium, & hoc prætextu id fecerit, si illud non habet,
7 tanquam vsurpans, quod suum non est, teneretur de
vsurpata iurisdictione. Quod dictum Andreę de Isern.
sequitur in eadem constitutione, pœnam eorũ. Afflict.
num. 75. vers. & primo. dicens, quod cum suspende-
re sit occidere, & statutum permittat occisionem, ea
videtur concessa per omnem modum, per quem fieri
potest, sed si constaret, quod capiens foriudicatum di-
ctam suspensionem fecerit, quia diceret habere merũ
Imperium, & illud non haberet, tunc puniretur pœna
vsurpatæ iurisdictionis, secundum Andr. de Isern. & est
verissima conclusio, & cũ eadem opinione transit idẽ
Andr. de Isern. in eisdem constit. lib. 1. rubr. 14. de ho-
micid. puniend. in constitutione, Terminum vitæ, in
verbo, occidisse, versic. quid ergo si non occidit gla-
dio, fuste, vel lapide, sed suspendit hominem in furca?
folio 22. a tergo colum. 1. idem simpliciter sequendo
Afflict. & nulla habita mentione Andr. de Isern. tenent
Baiard. in addition. ad Clar. in §. homicidium, numer.
222. & Foller. in pract. crimin. in 1. parte secundæ
part. principal. in verbo, foriudicentur, numero 11.
vers. & in tantum, idem referendo dictos Baiard. &
Foller. dicit Farin. in pract. crim. titul. de var. ac diuers.
quæstionibus, quæst. 103. ampliat. 9. num. 23. vbi ta-
men non meminit de Isern. nec de Afflict. & cũ Isern.
transit in d. constit. Terminum vitæ, Carer. in pract.
crimi. §. secundo quæro, num. 1. & seq. fol. 107. a tergo.
8 Licet autem, vt dictum est, licitum sit capienti banni-
tum illum occidere, etiam si possit ducere ad manus
iustitiæ, tamen melius facit si eum non occidat, ne no-
tã geminę suspicionis incurrat de qua in l. fi. C. de Ma-
lefic. & Mathem. vt benè aduert. Andr. de Isern. in d.
cõstit. Pęnam eorum, in verbo, non negata. sub lit. E.
ad fin. versic. & nota. fol. 134. Nec tamen omitten-
dum duxi circa conclusionem ab Isern. firmatam vt
supra, quod in facultate capientis bannitum sit il-
lum ducere ad Curiam, vel etiam quod ducere possit,
illum occidere impunè, quod & si eam tenent Foller.
in d. verbo, foriudicati, sub nu. 13. vers. sed an liceat, in
fine, & alij relati per Farinac. dict. q. 103. ampliat. 28.
9 num. 144. tamen alij aliter sentiunt, volentes non pos-
se occidi bannitum non resistentem, qui tuto ad Iudi-
cem duci potest, vt subdit Farinac. nu. 145. qui tamen
num. 146. subiungit, quod cum casus accidisset Ro-
mæ, fuit ipso patrocinante propositus, & resolutus in
Sacra Consulta secundum primam opinionem, quod
licita sit occisio, & ibidem num. 147. & quampluribus
sequent. infert duas informationes in iure in ea causa
per ipsum factas, propter quas Illustrissimos illos Pa-
tres ad sic decidendum motos fuisse existimat, in qui-
bus quidem informationibus multa dicat, quę hic iure-
renda non putaui, cũ præsertim his iam scriptis ad ma-
nus meas peruenerint; Et pro eadem sententia alias
interrogatus respondi, fretus authoritate Andr. de
Isern. & Afflict. in locis relatis, quæ penes me magna
semper fuit.

E P I T O M E.

An statutum, quod bannitus impunè offendi possit, locum habeat in occidente bannitum veneno, maximè verò in vxore eo modo proditoriè maritum bannitum occidente: Quidue in extraneo de ordine, & mandato vxoris maritum eius bannitum pariter veneno, vel aliter occidente, & de alijs in hac materia.

S V M M A R I A.

1 *Hominem plus est occidere veneno, quàm gladio.*
Stante statuto, quod bannitus impunè occidi possit, tamen veneno id fieri non posse aliqui tenent, ibidem, Contrarium, num. 4.
2 *Proditor appellatur, qui occidit veneno.*
3 *Iudex reum criminis veneno occidere non potest.*
4 *Bannitum veneno occidere an liceat.*
5 *Statutum contra bannitos dicitur respicere publicam vtilitatẽ, vt prouincia talibus hominibus scelestibus expurgetur, ideò latè interpretandum.*
Occidens bannitum quouis modo dicitur satisfecisse intentioni statuti, ibidem.
6 *Mulier occidens veneno maritum eius bannitum an impunè egisse dicatur, stante statuto impunitatem dante occidenti bannitum.*
7 *Statutum concedens impunitatem occidenti bannitum, nõ comprehendit vxorem interficientem maritum.*
8 *Maritum occidi ab vxore maius crimen esse reputatur, quàm patrem, vel matrem occidere secundum opinionem. D. Authoris rationibus, de quibus hic per eum.*
9 *Vxor sequens maritum bannitum pro crimine læsæ Maiestatis nullam pœnam incurrit, quia nec capere, nec manifestare illum tenetur.*
10 *Auxilium præstans vxori ad occidendum virum eius bannitum, & qui alias ex forma statutorum occidi posset, punitur, secus si solus, faceret.*
Ratione auxilij prohibetur, & punitur quod simpliciter non prohiberetur, nec puniretur.

C A S V S C C. L X X V I I I.

MOrtuo bannito in domo habitationis propriæ vxoris ex veneno, vt dubitabatur, ab ipsa vxore sibi dato, & procedente Curia in causa, peritos, & alios testes pro informatione recipiendo, orta est dubitatio, an stante, quod homo ille tanquam bannitus ex statutorum dispositione impunè occidi poterat, deberet Curia vlterius procedere, an verò ab vlteriori processu discedere, & vxorem mariti banniti non inquietare, etiam quod verè ipsa veneno maritum occidisset: Quę dubitatio duas recipit disputationes, vnam, an statutum, permittens bannitum impunè occidi posse, locum habeat in occidente veneno. Alteram, an idem statutum comprehendat vxorem interficientẽ maritum.

1 Circa primã difficultatem, quoniam plus est hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio, vt est textus ad literã in l. 1. C. de malefic. & Mathemat. multi voluerunt vigore prędicti statuti minimè bannitum posse veneno necari, & inter cæteros Decio. In cap. quæ in ecclesiarum, n. 60. extra, de constitution. Fol-

ler.in pract. crimin.in 2. parte secundæ part. princ. in verbo, Item quod sororem venenauit. num.33. Petr.à Plaza in Epitom. delictor. lib.1. cap.20. num.7. Anton.Gomez.in legib.Tauri leg.76. num.17. ad finem, vers.item adde,quod talis offensus.Monticel. in pract. crim.reg.3.n.41. Farin.in pract.crim.tit.de var.ac diuers.quæstionibus, quæst.103. num.110.vers.prout & contrarium, & alij per eum allegati,quibus addo Gomez. tomo tertio,variarum resolution. c.3. de homicid.sub num.7. circa medium, vers. ex quo textu Marsil.in rubr. ff. de quæstionib. num.14. vers. tene menti perpetuo, & Afflict. in constitut. Regni lib.3.rubr. 41. de malis, & noxijs medicament. in constit. mala noxia. ad finem, sub num.6. vers. an autem liceat. & sentit Monticell. in pract. criminal. regula 3. limt.15. num.28. ad finem,& latissimè omnium probat Cepol. cons.crimin.5.num.18. & pluribus seq. vers.in contra-
2 rium detur, & infra, Dicitur enim proditoriè occidere, qui veneno interficit, vt dicunt in l.nemo clericus, Iacob. Butrigar. circa medium, & Bald. num.31. vers. nota secundum hoc, C. de summa Trinit. & fid. cathol. & Salyc.in l.cum fratrem, in princ.num.1. C.de his quib. vt indignis, & sentiunt alij Doctores in locis supra citatis. Probaturque dicta conclusio per text. in
3 l.aut damnum, circa principium in vers.proinde, ff.de pœnis,Vbi habetur, quod & si Iudex reum criminis ad mortem condemnare potest, non tamen ei licet veneno illum occidere: de quo textu memores fuerunt Gomez.d.cap.3.sub num.7. circa medium,versic.pro quibus, & Petrus à Plaza. d.cap.20. sub num.7.

4 Alij autem contrarium tenuerunt, quod imò veneno bannitum occidere liceat, & præcipuè Collegium Dominorum Aduocatorū Curialium Prouincię Marchiæ inter consil. crimin. diuers. consil.150. num.48. post versic.his tamen non obstantibus, tomo 1. in impressis vltimo loco in magna forma Foller. latè insistens in pract.crim.in 1.part.secundæ part. princip. in verbo,foriudicentur,num.12.vers.sed nunquid,& infra. Vulpell.responso crim.59. nu.4.Decian. in tract. crim.lib.7. cap.30.sub num.5. vers.& ado, ad finem, & alij, quos refert, & sequitur Farinac. d.q.103. num. 108.vers.sic,& veneno.Quorum opinio quicquid sit in puncto iuris, in practica obseruaretur, eo quod statu-
5 tum respiciat publicā vtilitatem, & ideo latè sit interpretandū,& quomodocunque banniti sequatur occisio,intentioni ipsius statuti satisfactum videatur,vt cōsiderat Dec.in d.cap.quæ in ecclesiarum,sub num.72. vers.& licet illa.& tradit præcisè Farin. d.q.103.n.111. vers.verum prima opinio. Et propterea hęc prima difficultas videretur impedire processum contra mulierem,cum potuerit bannitum veneno occidere,quia
6 huiusmodi exceptio impunitatis homicidij ex statuto contra bannitum permissi impedit processum, vt post Brun.resoluit Vincen.de Franch. decision. Neapolit. 276.in princ. num.2. part.2. & vltra eum Bald. in lib. statutorum compilato per Sigismund. eius pronepotem, in verbo, bannitus, nu.40. vers.Statutum, quod bannitus possit impunè offendi,& num.46.& 47.vers. Statutum dicit quod bannitus possit impunè offendi, & pulchrè Angel.in tract.de Malefic.in verbo, cōparent dicti inquisiti in termino defensionis, nu.13. vers. quid si dicat. & ibi etiam Augustin.de Arimin.in additionibus, & ita se habere communem opinionem dicit Clar. post Gandin.per eum citatum in §. homicidium, num.69.vers.sciendum est autem. Et ideo si aliud in hoc casu mulieri non obstaret, vtique contra eam vlterius procedi non posset, quia prima difficultas ad eius fauorem resoluta esset,quod veneno bānitum occidere sibi licuisset.

7 Quoad secundum difficultatem reperio Vincent.de Franch. dict.decis.266.hanc quæstionem latissimè disputantem, & finaliter concludentem, statutum prædictum non compræhendere vxorem virum occidentem ex sententia Sacri consilij, re plenè discussa: Pro qua sententia adducit Cepol.cons.Crim.5. per totum. Ripam in l.si constante. num.48.vers.ex prædictis infertur ff. solut.matrim.Ioan. de Arnon.caut.5. quamuis constitutio Regni, & alios, quibus addendi sunt Monticel. in pract.crim.reg.3.limit.2. num. 10.Conrad.in pract. crim.tit. de homicid.ampliat.22. num.8. fol.318.Farinac.d.q. 103.num.282. vers.limita decimo in vxore occidente maritum.& alij per eum adducti, & preter eos Baiard. in addition.ad Clar. §.homicidium, num.229.vers.item adde,quod vxori.dum sequitur expresè dictum Consilium Cepol,quintum, & dictam decisionem Consilij Neapolitani a Vincent. de Franchis relatam, Dec. in d. cap. quæ in ecclesiarum,sub nu.63.de constit. Idem nouissimè tenuit Menoc.de Arbitrar.Iudic.lib.2.cent.4.in addion. ad casū 356. nu. 114 vers.extenditur secundo, qui etiam ad idē adducit Decian.in tract.crim. lib.9. cap.11.numer.6. versic. ideo vxor & cap.15. num.11. versic.sed quid, post medium, in quibus locis sequitur Cepol. d.consil. 5. & dicit esse opinionem tutiorem,& veriorem,à qua ipse nunquam discederem, licet non ignorem alios aliud sensisse, vt refert Farin. d.q.103. num.283. qui amplius putat num.284.quod adeò est exosum bannitorum genus, vt in contingentia facti Iudices in iudicando non recederent ab hac cōtraria opinione,quo-
8 niam in hac materia plus existimo esse vxorem interficere virum, quam patrem, vel matrem, cum hoc sit quodammodo se ipsum interficere cū vir, & vxor sint duo in carne vna,& vnus alterum adiuuare,& nō perdere teneatur, & est arctissima inter eos coniunctio,& diuinæ, & humanæ domus societas, propter quam
9 vxor sequens maritum pro crimine læsæ Maiestatis bannitum, nullam incurrit pœnam, nec illum tenetur capere,vel Principi denuntiare,vt capiatur,quinimo illum receptans non punitur, & alimenta ex suæ dotis fructibus,vel alijs bonis subministrare tenetur,vt hæc, & alia ad hoc propositum deseruientia copiosè deducit Hieren.Gigas in tract.de crimine lęsę Maiest. lib.3.titul.de pœnis,quas filijs incurrunt patre committit.crim.læsæ Maiest. q.19. 20. & 21. folio mihi 362. 363. & 364. & patet etiam ex congestis per Cepol. dict. consil.5. numer.18. & quamplur. sequent. & ex alijs corroborari facilè possent,si expediret, Vnde nullo modo recedendum a dicta opinione in iudicando semper existimaui,ideoque proposito casu in eam deuenissem sententiam, quod in causa cōtra dictam vxorem procederetur, si venenatio constitisset, de qua potius vana vox populi fuit, quam vllus veritatis color adesset,vt propterea vlterius progredi non potuerit, non constito de delicto.

10 Non tamen prætereundum censui, quod retenta dicta opinione per me firmata, sicut dictum statutum non procedit in vxore maritum bannitum occidente, ita non habet locum in extraneo, vna cū ipsa vxore, vel de eius mandato ipsum maritum occidente, licet aliter id impunè extraneus facere potuisset,vt concludit Ioan.

dit Ioan.de Arnon.d.caut.5.per tex. benè probantem in l.vtrum,& in l.si sciente,ff.ad leg.Pompe. de parricid. & in §. alia deinde lex,Inst.de public.iudic. & vbique etiam notant Doctores: Et ita etiam conclusum fuit per consilium Neapolit.vt refert Vinc. de Franc. d.decis.276.sequitur Montecel.in pract.crim.reg.7.limit.15.num.28. in fine, nouissimè Farinacc.d.q.103. num.116.& seq.vers.verum quod attinet, & infra, & ita etiam postea pertransit sub num.182.post versicul. limita decimo,& antea hoc idem sensisse videntur Cę. pol.d.consil.5.num.29.& seq.vertic.sed est videndum vbi hoc eleganter probat, & Nell.in tract. de bannit. in 2.part.2.tempor.q.12. in fin. vers. puto tamen hoc verum.

EPITOME.

An statutum concedens præmium capienti bannitum, vel malefactorem, habeat locum de iure in officialibus, & Ministris iustitiæ, qui ex debito eorum officij eos capere tenentur. Et similiter in hominibus villarum, qui ex statutis idem facere coguntur: Et quid de consuetudine seruetur in aliquibus locis: Et an capiēs vltra præmium a statuto concessum possit etiam à fisco repetere expensas in captura factas, maximè si dictum præmium excedant. Et quid pariter in hoc de consuetudine certorum locorum obseruetur.

SVMMARIA.

1 *Statutum concedens præmium capienti bannitum non habet locum in Rectore, Officiali, seu Ministro Iustitiæ loci statuentium; cum pro onere officij teneantur capere malefactores, & expurgare prouinciam malis hominibus.*

2 *Quod exemplificatur in Gubernatoribus, Potestatibus, Barisellis, & publicis Iustitiæ exequutoribus.*

3 *Milites Barisellorum non consequuntur præmium concessum a statuto capientibus bannitos, vel Rebelles, non obstante etiam consuetudine in contrarium.*

4 *Et in Gallia, Cathalonia, & alibi seruata fuit opinio negatiua.*

5 *Statuto stante, quod homines de Villa teneantur persequi bannitos, & malefactores, & eos capere, etiam eleuato rumore in populo, si capiant bannitum, præmium non consequuntur.*

Qui necessitate officij facit, non consequitur præmium, sed ille, qui sponte, & voluntariè facit, ibid.

6 *Præmium cui debetur, ex quo cępit bannitum, etiam expensæ ei debentur, quas fecit in capiendo.*

7 *Expensæ, an, vltra præmium, debeantur capienti malefactorem, distinguendum est, vt hic.*

8 *Fiscus tenetur restituere expensas ei, qui fecit illas in capiendo bannito.*

9 *Expensas repetere potest de iure communi, qui cępit malefactorem, & præsentauit Curiæ sine mandato Iudicis, dummodo sponte, & intra debitum terminum illum consignauerit.*

10 *Fiscum non teneri restituere expensas capienti bannitum, cum præmium virtute statuti consequatur.*

11 *Præmium etiam consequuntur Birrouarij, & alij officiales, & Ministri Iustitiæ capientibus bannitos, sicut debetur priuatis personis in Magno statu Florentiæ de consuetudine, licet de iure non deberetur.*

Idem, si ab hominibus Villarum caperetur, quibus iniunctū sit persequi, ac capi bannitos, ibid.

12 *Statutum concedens præmium ijs, qui capiunt malefactores, seu bannitos, est fauorabile, & latè interpretandum.*

13 *Sindicus quoque deputatus ad denuntiandum maleficia, debet obtinere præmium statuti.*

14 *Præmium statuti concessum pro bannitis capiendis, licet indistinctè in Dominio Florentino detur omnibus, tamen expensæ non restituuntur, & talis consuetudo videtur conformis iuri communi.*

15 *Consuetudo veluti interpretatiua statutorum, et dispositionis dubiæ ob contrarias Doctorum opiniones est attendenda.*

CASVS CC. LXXIII.

1 Statutum concedens præmium capienti bannitū, vel malefactorem non habet locum in Rectore, officiali, seu Ministro iustitiæ loci statuentium, qui ex debito eius officij tenetur dictum bannitum, vel malefactorem capere, & prouinciam purgatam malis hominibus tenere, sed intelligitur in his, qui sponte, ac voluntariè, & non necessitate officij compulsi talem hominem capiunt, Bartol.Bald.& Roman.in l.3. §. vtrum,ff.ad Senatusconsult. Sillanian. Bald.in lege.a in princ.C.de oper.libertor.& in l.ab hostibus,la 2.num. 1.in fine.C.de capt.& post lim.reuers. Nell.in tract.de bannit.in 2.part.secundi tempor.q.22. Angel.in trac. de Malefic.in verbo, quod fama publica num.74.vers. sed nec officialis publicus. Paris de Puteo in tract. de sindicat.in verbo, præmium, cap.1.num.4.Mars.cons. 10.num.44.& alij, quos refert, & sequitur Farinacc.in pract.crim.titul.de var.ac diuers.quæstionibus,quæst. 2 103.limit.30.nu.356.exemplificans in Potestatibus, & Gubernatoribus Terrarum, vel Barisellis, & exequutoribus, aut alijs quibuscunque, qui ratione eorum officij tenentur capere malefactores, & vltra prædictos Angel.de Perus.in §.iubemus, il tertio, in vltimo notabili, per illum text.in authen.de collation.hoc notans cōtra milites Capitaneorum Perusij, vt, si capient Re-
3 bellem Communis, non debeant habere præmium a statutis dicti Communis concessum, etiam si consuetudo extaret in contrarium, Boss.in pract. crim.tit. de captura, num.76.inquiens, sic vidisse seruari sub Rege Christianissimo Galorum, quando Manfredus Palla-
4 uicinus subditus Regis, & Rebellis, dum veniret cōtra Ciuitatem Nouocomense fuit captus à Barra qui præerat dictę Ciuitati Nouocomensi, & iustitiæ traditus, & sæuissimè morte damnatus; sequitur Clar. in practica crim. q. 29. num. 8.vers.cæterum in multis Ciuitatibus, vbi etiam vltra Bossium ad idem adducit Io. Montaig. in tract. de authoritate Magni Consilij posito post decisiones Boerij sub nu. 146.ad fin. vers. & ibi dicunt. & Petrus Anton. Anguissola cons. 82.nu. 9.vers. & officialis capiens lib. 6. Ioan.de Platea in l. nulla col.2.sub nu. 2.vers. similiter. C. delator lib. 10. & ibidem Addent.ad Bart. ac Bald.in l. ex varia. eod. tit.& nouissimè Don Lodouic. de Peguer. decis. 67. per totam, dicens Regium Consilium Cathaloniæ seruare, quod officiali capienti delinquentes non detur præmium a statuto, vel decreto concessum capientibus delinquentes, quamuis aliquando per viam gratię aliquibus concedatur, non tamen pro hac opinione adducit nisi Boss.& Clar.in locis supracitatis.

5 Quæ conclusio ex eo etiam probatur, quod stante statuto, quod homines de Villa teneantur persequi bannitos, & malefactores, & eos capere, etiam eleuato rumore in populo, si bannitū, vel malefactorem capiant, non debent consequi præmium ab alio statuto concessum capientibus bannitos, ex quo dicti homines

non sponte, & voluntariè, sed necessitate statuti, & ab eo coacti id fecerunt, vt tradit Nell. in tract. de bannit. in 2. parte secundi tempor. q. 23. & post eum Farin. d. q. 103. limit. 32. num. 358. & fuit opinio Bart. in d. l. 3. §. vtrum, nu. 1. ff. ad Senatusconsul. Sillan.

6 Qui tamen prǣmium a statuto concessum consequi debet, quia cœpit bannitum, vel malefactorem, vltra præmium debet etiam de iure communi consequi expensas a fisco, quas fecit de proprio in persequendo, & capiendo talem bannitum, vel malefactorem, quia statutum simpliciter loquens nō videtur voluisse, quod captura fiat proprijs expensis capientis, qui ex quo vtiliter fisci negotium gessit, dictas expensas recuperat ab eo, nec cum prǣmio compensat, nisi id expresè statutum dicat, ita in indiuiduo dicit Nell. in tract. de bānit. in 2. part. secundi tempor. q. 19. vbi distinguit, quod
7 aut statutum aliquid concedit capienti bannitum pro præmio, & tunc capiens vltra præmium potest etiam petere expensas: argum. leg. quibus diebus, §. dominus ff. de condit. & demonstr. aut aliquid simpliciter concedit statutum capienti, & tunc non potest capiens petere expensas, nisi excederent quantitatem datam a statuto, quo casu posset illud residuum petere: argum. leg. 1. cum ibi notat, ff. vi bonor. raptor. & l. eleganter, §. si quis post ff. de condit. in debit, & lege post rem, ff. de transaction. & Nell. sequutus fuit simpliciter Farinac. in pract. crim. d. q. 103. ampliat. 31. num. 174. idem magis apertè, ac simpliciter tenuit Bald. in c. 1. tit. hic
8 finitur lex Federici, in vsib. feudor. sub num. 3. versic. pone, dicens, quod si cępi bannitum, & expendi in ista captura, fiscus tenetur mihi restituere expensas, per l. mulier in opus salinarum, ff. de captiu. & postlimin. reuers. & licet non loquatur Bald. quando statutum dat præmium capienti bannitum, tamen Additionarius ibi, sub litera, C, idem notat expresè, volens, quod etiā hoc casu vltra præmium capiens habeat expensas, nisi aliud sit expressum, per text. in l. idemque, §. idem ha-
9 beo ait, in fine, ff. mandati, & pro dicto Baldi supra relato facit, quia de iure communi quicunque, etiam nō habens mandatum a Iudice, cęperit aliquem bannitū, vel malefactorem, & tradiderit Curiæ, & in eo capiendo aliquid erogauerit, poterit illud recuperare a fisco, vt tradit Clar. in pract. crim. q. 29. num. 7. versic. vnum tamen nota, vbi ad id adducit Grammat. seu Petr. de Monforte dicentem hoc omnes fateri, & tenendum menti perpetuo in constitution. Regni lib. 2. rubr. de redimen. captiu. in constitutione, Clementiæ, nume. 5. folio mihi 54. a tergo col. 2. & ita etiam voluit Additionar. ad Bald. in loco supra citato: nec in his terminis aliqua videtur adesse difficultas, sed ea solummodo cadere videtur, quando a statuto conceditur præmium capienti, quasi quod tunc actum videatur, quod captura fieri debeat expensis capientis, seu de illo præmio constituto, vt prædictus Additionarius considerat, qui tamen adhuc dictas expensas deberi decidit, & alij etiam, vt supra retuli, dicunt. Verum contrarium, quod
10 imo capiens bannitum, vel malefactorem, si capienti a statuto constitutum sit aliquod præmium, non debeat vltra dictum præmium repetere expensas in tali captura factas, tenet, & pluribus probat, & contrarijs respondet Gherard. de Petrasanta singul. 14. num. 13. & pluribus sequentibus quem simpliciter refert, & sequitur Farinac. d. quæst. 103. ampliat. 31. num. 175. versi. sed contra.

Sanè quicquid sit in puncto iuris circa prædictas conclusiones, quid in contingentia facti obseruari viderim, & ipse etiam seruauerim, subdijciendum esse putaui, tamquam Iudicibus non inutile, & in palatijs versantibus proficuum.

11 Dico igitur, quod in officialibus, & Ministris Curiæ de consuetudine non seruatur in Magno Ducatu Hetruriæ dispositio iuris communis, sed illis conceditur præmium, ac si essent priuatæ person æ, quæ cępissent bannitum, vel malefactorem, & idem seruatur, quando ab hominibus villarum, quibus iniuncta est persequutio bānitorum, & malefactorum, fit captura, nam, & tunc capienti datur præmium, quemadmodum daretur capienti de alio loco non inuitato per statutum ad capiēdum, cuius obseruantiæ ratio esse potest, quia huiusmodi statutum dans præmium capienti banni-
12 tum, vel malefactorem est fauorabile, & propterea late interpretandum, Dec. consi. 65. num. 3. & in capit. cum dilecti, num. 38. vers. & tale statutum, extra de exception. Aldroband. ad Dec. in c. quæ in ecclesiarum, in additione, sub num. 55. in verbo, potest. sub litera G, extra de constitutionib. Marsil. sing. 114. vidisti anno præterito, & clarius singul. 294. odia, & in cons. 32. nu. 5. vers. nam si statutum, Decian. in tract. crimin. libr. 4. cap. 29. sub num. 2. versic. secus tamen, Farin. d. q. 103. ampliat. 1. nu. 6. versic. sic, & fauorabile, quicquid nonnulli dicant in contrarium, & pro ea etiam facit Bernardin. Landr. in addit. ad Angel. de Malefic. in verbo, quod fama publica, in addition. sub num. 74. in verbo, officialis publicus, litera B, dicēs, quod sindicus denūtians debet habere præmium, quod per statutum de-
13 nuntianti maleficium est constitutum, & quidem expedit, vt ita fiat, quando adest bannitorum, & malefactorum multitudo, quia tendit ad publicam vtilitatem qua ratione ferè omnia bannimenta, quæ vidi extare in Magno Ducatu Hetruriæ, comprehendunt omnes prædictos casus.

14 Expensas autem ex causa capturæ quomodocunque factas non recuperat capiens, sed præmio contentus esse debet, etiam quod ipsum præmium excedant, & sibi imputet, si sciens, quale, & quantum sit prǣmiū, maiores fecerit impensas: Nec a iure communi consuetudo hęc deuiare videtur, sed illi conformis, & iuxta opinionem Gherardi de Petrasancta, vt supra relatam, & sequutam a Farinac. a qua minimè recedendū putarem, etiam circumscrip ta cōsuetudine, quæ velu-
15 ti interpretatiua dispositionis alias dubiæ saltem ob contrarias Doctorum opiniones omnino attendenda est, l. si de interpretatione, cum l. sequenti. ff. de legib.

E P I T O M E.

Quod statuto puniente præstantem auxilium alicui ad delictum committendum sub certa pœna, si quis præstat opem pluribus ad vnum maleficium committendum, non tenetur pluribus pęnis pro pluribus auxilijs, sed vna tantum pęna pro vno auxilio, & non pro multiplici: sicut, & qui mandat pluribus, quod vnum committant delictum, vna tantum pœna, ac si vni tantum commisisset, & non multiplici punitur.

S V M M A R I A.

1 *Stante statuto, quod præstans auxilium ad maleficium, puniatur certa pæna, si plures personæ ab vtraque parte principaliter interuenerint in rixa, an tertius, qui ab vna parte se contra aliam intromisit, teneatur soluere tot pænas, quot sunt personæ, quibus auxilium præstitit, an vnam pænam*

pœnam tantum, & dicitur, quod vna pœna sufficiat.
2 *Pluralitas delictorum pluralitatem pœnarum exposcit.*
3 *Connexitas quod multipliciter operatur in eadem persona, operatur concursus ad idem delictum in diuersis personis, quæ communicato consilio, simul ad delinquendum processerunt.*
4 *Connexitas plurium actuum ad eundem finem tendentium operatur, quod vna tantum pœna sit imposita.*
5 *Mandans pluribus vnum delictum facere, ipse vna tantum pœna tenetur.*

CASVS CC. LXXX.

SI statutum man let, quod præstans auxilium ad ma-
leficium committendum alicui puniatur certa
pœna, & orta magna rixa inter plures ex vna parte, &
multos alios ex altera, vnus se intromittat in tali rixa
ad fauorem vnius partis, & contra alteram, & sic præ-
stet auxilium pluribus pro ea parte, cui opem tulit, in-
teruenientibus, Dubitatum fuit an dictus auxiliator
1 teneatur pluribus pœnis pro numero personarum, qui
bus auxilium præstitit, ac si vnicuique ipsorum sepa-
ratim opem tulisset, & sic pro pluribus auxiliis, an ve-
ro vna tantum pœna, tamquam quod omnes illi rixan
tes, quibus auxilium præstitit, pro vno reputentur, &
ac si vni tantum delinquenti opem tulisset. Bart. cons.
233. lege municipali habetur, lib. 1. mouet hanc quæ-
stionem, & dicit, quod licet videretur, quod pluribus
pœnis esset puniendus, ex quo ad pluralitatem delicto-
2 rum sequi debet pœna plurificata, l. nunquam plura, ff.
de priuat. delict. l. relegati, ff. de pœn. leg. si adulterium
cum incestu, ff. de adulteriis, & l. 1. §. antepenult. ff. ad
Turpillian. tamen quod contrarium est verum, quod
vna tantum pœna puniatur, ac si vni tantum solum fa-
3 uorem præstitisset; Quia quod operatur multipliciter
connexitas in eadem persona, operatur concursus ad
idem tempus in idem delictū in diuersis personis, quæ
communicato consilio, & communiter ad delinquen-
dum processerunt, per ea, quæ leguntur, & notantur
in l. semper aduersus, §. si in sepulchro, ff. quod, vi, aut
clam, quæ quidem connexitas plurium actuum ad eun-
4 dem finem tendentium operatur, quod vna pœna sit
tantum imposita, l. illud, in fine, ff. ad leg. Aquil. & sic
quod vna pœna pro omnibus imputatur; argum. leg. 2.
ff. de his, qui deiecer, vel effuder. l. 1. §. hominibus coa-
ctis, ff. vi bonor. raptor. & l. item apud Labeonem, §. si
curauerit, ff. de iniur. idem tradit ipse Bart. in l. si in ri-
xa, num. 5. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & ibidem notat
Marsil. num. 7. & in pract. crim. §. constante, num. 72.
sequitur Angel. de Malefic. in verbo, & Andream Mar
ci Lanifieem, num. 18. vers. quid autem si vnus, & ibi
etiam Bernardin. de Landr. in addition. in verbo, auxi-
lium pluribus, sub litera, A, & secundum hanc partem
consuluit eleganter Cornel. cons. 8, in 3. dub numero
3. & seq vers. deuenio ad Ioannem, lib. 3. quem sequu-
tus fuit Petrus. Bellus in tract. de re militar. par. 10. tit.
2. num. 121. versic. quærit etiam ibi, & cum eadem o-
pinione transit Ludouic. Carrer. in pract. crim. §. circa
tertium, num. 9. vers. & quid si præstat opem. fol. mihi
134. & remissiuè Boss. in pract. crim. tit. de pœnis, sub
num. 7. vers. & si statutum mandat, & ita pluries practi-
caui, & per alios etiam practicari vidi; Et idem est in
5 mandante pluribus, vt vnum delictum committant,
quia vna tantum pœna a statuto mandanti delictum
aliquod imposita punitur, ac si vni tantum illud man-
dasset, Barto. in d. l. si in rixa, num. 6. quem ibi sequitur
Marsil. num. 8. versic. & dicit, & secundum hoc sæpius
votaui in mandato pluribus simul dato ad maleficium
committendum, & sunt prædicta notanda tamquam
quotidie in facto contingentia, & in specie perscriben-
tes decisa, quia non semper reperiuntur Doctorum de-
cisiones in puncto super quæstionibus occurrentibus,
sed vt plurimum recurritur ad argumenta, & quod pe-
ius est, quandoque parum ad propositum facientia, &
Iudices non multum peritos decipientia.

EPITOME.

Quod mala noua dolosè nunciantes ore, vel literis; aut a-
liter, puniuntur pro motu Iudicis, habita ratione qua-
litatis facti, & personarum, & parti etiam ad interes-
se tenentur, si quomodocumque ex hoc læsa fuerit, &
quid quando id non dolosè fiat, nec alicui præiudiciū
afferat, an scilicet, & tunc pœnæ locus sit.

SVMMARIA.

1 *Lingua, qualiter sit reffrenanda, & quantum pœnituit lo-quutum fuisse, sed tacuisse nunquam.*
2 *Pœna obloquentium, & tristia noua afferentium, tam de priuatis, quam de Principibus.*
3 *Nouum triste dolo malo apportans tenetur ad interesse partis, cui obest, vide infra n. 5.*
Impediens aliquem vocatum comparere ad iuditium ob triste nouum data opera relatum, tenetur ad interesse parti, ibid.
4 *Nimia credulitas non excusat ab interesse illum, qui affert triste nouum in præiudicium alterius, secus si ipsi nimium facile ad credendum nocitum sit.*
Credens nimium faciliter dolosis sibi imputet, ibid.
5 *Nuntians dolosè mala noua, vt alteri officiat tenetur non dum ad interesse, sed etiam potest puniri criminaliter pœna arbitrio Iudicis, imponenda, vt puta stellionatus.*
6 *Nuntians non dolo, sed iocosè aliquid mali, quod non noceat, non ascribitur ei delicto, & pœna cessat.*
Vbi non est dolus, ibi pœna esse non potest, intelligo sanè de pœna ordinaria tantum.

CASVS CC. LXXXI.

1 REffrenanda est omnino quorumdam lingua, qui
aliter aliis nocere non valentes, tristia, & mala
noue afferunt, eaque in populo seminant, mortem, vel
quid aliud triste, & malum de personis priuatis, vel pu-
blicis, & quandoque etiam de Principibus nuntiantes,
2 contra quos extat text. in l. 1. §. dolum autem. ff. de eo,
per quem factum erit, quo minus quis iudic. sist. cuius
verba ita se habent; dolum autem malum sic accipi-
mus, vt si quis venienti ad iudicium aliquid pronunti-
auerit triste, propter quod is necesse habuerit ad iudi-
cium non venire teneatur ex hoc edicto, quamuis qui-
3 dam putent sibi eum imputare debere, qui credulus fu-
erit, per quem textum dixit ibi Alex. legens dictum §.
cum principio legis nu. 1. quod apportans nouam tri-
stitiam dolo malo tenetur ad interesse, & sub iit, dictū
textum posse exemplificari in eo, qui tibi nuntiauit Pa-
trem tuum esse mortuum nuper, adeo quod causa se-
pulcri erat excusatus a comparendo, si illud fuisset ve-
rum, iuxta l. secundam, in fine ff. de in ius vocando, &
authent. item, C. de sepulcro violato, vel in eo, qui tibi
nuntiauit, quod accessus non erat securus, & ne non
tenebaris comparere, si verum id fuisset, iuxta l. de æ-
tate, cum ibi notatis, ff. ad Trebell. cap. accedens, il se-
condo, vt lite non contestata, & Clementinam, sæpè,
de

de re iudicat.idem ante Alexan.tenuerunt ibidem Angel.de Perus.num.2.dicens formaliter ibi esse casum contra portantes alicui noua tristia dolo malo,qui tenentur ad interesse, Iason.in princip.numer.1. Bossi.in pract.crim.tit.de crim.stellionat.sub num.2.vers.portantes etiam, & Menoch.sola Angeli, & Bossij authoritate contentus in tract.de arbitrar.iudic.lib.2.centu. 4.casu 381.num.29.vers.ita, & hi, qui triste nuntium alicui ferunt. Nec ab hoc interesse excusari potest
4 nuntius ex eo, quod is, cui nuntiauit nimium credulus fuit, & propterea sibi imputare debuerit, si de facili credidit,quia in praeiudicium nuntiantis, seu loquentis potuit esse credulus,nec ille ei hoc imputare potest: licet enim quis fuerit nimium credulus propter dolum alterius,hoc tamen sibi non nocet in praeiudicium illius dolosi,cuius dolus praeponderat culpae, & fatuitati credentis, vt in d.l.t. in princ.dicunt Bart.in tertia oppositione,num.1. Angel. de Perus.num.4. versic.in glo.final.Castrens.in princip.num.1. & num.4. vers. in textu,Alex.nu.2. vers.nota, quod non potes,Iason. num.2.vers.limita. Et vltra dictum interesse partis poterit idem apportans triste nuntium,seu mala, & tristia
5 noua criminaliter puniri arbitrio Iudicis secundum qualitatem facti, & personarum, veluti committens crimen stellionatus,vt dicit Boss.d.tit.de crim. stellion. num.2.in fine,vers.verum etiam, quem sequutus est Menoch.d.casu 381.num.29.vers.& ita, & hi, qui triste nuntium alicui ferunt, & vltra eos Petr. Follet. in pract. crim.in fragmentis tit.de crimin.laesae Maiest. ad finem,num.75.versic.nec etiam obstare videbitur, Ferret.in tract. de re milit.titul.de milit.iustit.& poen. desertor.insignen.num.128.ad finem,versicul.& quia, & per praedicta fuit alias in magno periculo quidam, quem dicebatur nuntiasse valdè tristia noua de captura triremium Sacrae Religionis Diui Stephani,& militum super eis existentium, qui tamen impunitus euasit, ex quo non erat sufficienter probatum, quod talis
6 nuntij mali is fuisset author: Subdit tamè Follerius vbi supra, quod si dolosè id factum non sit,nec alicui praeiudicium afferatur,delictum non reputatur,& proinde cessat poena, quod verissimum existimo,cum regulariter, vbi non est dolus, ibi poena esse non possit.l.aliud est fraus.ff.de verbor.significat.l.sancimus.C.de poenis cap.fine culpa,de regul.iur.in 6.& vbique notant Doctores,& in alijs locis vulgaribus, & si in casibus,in quibus nullum affertur cuiquam damnum, aut praeiudicium, huiusmodi tristia noua portantes procederentur, pleni etiam carceres semper in hac pessima temporum qualitate, in qua nemini in ea materia parcitur.

EPITOME.

De probatione furti per coniecturas, & per quas, & eo constito,quomodo excusetur is,penes quem bona ablata erant deposita, & an aliquid probare debeat, & quid,vt absoluatur.

SVMMARIA.

1 *Furtum rei depositatae penes tertium, an, & quando dicatur probatum.*
Furtum per coniecturas sufficienter probari,ibid.
2 *Vbi liquido aliquid probari non potest,sufficit ea probatio, quae potest haberi,etiam ex vehementi opinione.*
3 *Furtum ex fractura Arcae,vel loci, vbi res erat, satis probatum esse dicitur, & haec est vna ex coniecturis quibus furtum probari potest.*
4 *Fuga eius,penes quem res fuit depositata,et fuit furto subtracta, facit indicium magnum contra eum, & haec est alia coniectura probandi furtum praecedente querela.*
5 *Furtum in dubio censetur factum culpa inhabitantium, intellige de culpa leuissima.*
6 *Depositarius non tenetur de culpa leuissima, sed de dolo,et lata culpa,quae est dolo proxima.*
7 *Dicenti,& opponenti alicui aliam culpam,quam leuissima incumbit onus probandi.*
8 *Fractura Hostij, vel fenestrae loci,in quo furtum factum fuit,excusat a culpa.*
9 *Dominus horrei a furibus confracti,et compilati non tenetur de furto.*
10 *Bona qualitas,et fama personae,et illius diligentia post furtum facta excusat eum,si de ijs constiterit.*
Praesumptio furti est contra Nautas,caupones, stabularios, et huiusmodi.
11 *Fama bona tollit praesumptionem malam,et facit penitus cessare eam.*
12 *Diligentia praedicta per testes domesticos probari potest, cum aliter veritas haberi non possit.*

CASVS CC. LXXXII.

Lite inter quosdam coniunctos vertente super quibusdam bonis mobilibus, de mandato Iudicis illis repositis in domo cuiusdam tertij,& exinde de nocte ablatis,seu furatis,& agentibus dictis deponētibus contra praedictum depositarium ad dictorum bonorum restitutionem, futurumque negantibus, duo in dicta causa discutienda fuerunt proposita, primum, an probatum sit furtum,secundum,an dato, quod sit probatum,aliquid constet in processu,per quod ille tertius debeat absolui,vel condemnari,vt patebatur.

1 Circa primum visum fuit sufficienter fuisse furtum probatum, quoniam illud ex solis coniecturis probari manifestum est,Bart.& alij in l. si quis ex argentarijs, §.finali,ff.de edend.in l.1.§.seru. num.4.ff.furti aduers. naut.caup.& stabul.& in leg.si quando,ad fin.C. vnde vi,Bald.in rubrica in princip. & l.1.C. depositi, in lege si creditor,num.1.& seq.C.de pignora tit. action. in l. 1.num.6. C.locati, Alex.cons.24.num.6.& seq. cons. 53.in princ.& cons.69.etiam in princ.lib.2. Marsilius cons.5.num.21.& cons.27.nu.10. vbi enim liquido aliquid probari non potest,sufficit ea probatio, quae po-
2 test haberi,etiam ex vehementi opinione, Bald.in authen.quas actiones,ad fin.num.18.vers.ego dico,quod est,C.de sacrosanct.Eccles.& in l.si quis in hoc genus sub nu.4.vers.adde tamen vnum,C.de episcop. & cleric.latè Alex.d.consil.24. num.7. & d.cons.53.num.3. vers.ad idem, & infra,lib.2.Bonifat.in tract.de furt.§. 2.incip.est, num.14.& inter alias coniecturas ad probationem furti tendentes ea potissima reputatur,quae
3 ex aliqua fractura apparet, vt in praesenti casu Bart.in d.l.si quis ex argentarijs,d.§.fi.& Bald.in d.l.1.C.depositi,Marsil.cons.8.num.5.Specul.tit.de furtis,ad finē, num.25.vers.sed quomodo probabitur amissio, Alex. d.consil.24.sub num.6.Clar.in pract.crim.q.4.nu.4.q. 55.num.11.& q.66.in princip.num.1.Bonifat.d.§.2. numero 7. concurrit etiam querela, & denuntiatio
4 furti per dictum tertium facta statim fugata nocte, ex qua pariter insurgit alia coniectura, vt per Speculat.d. tit.de furt.ad finem,num.25. Marsil.d.cons.8. num.5. Clar.in locis supra citatis, & praesertim d.q.66. num. 1.& Bonifat.d.§.2.num.6.vers.ex quaeremonia, & maximè stante bona conditione personae ipsius,Bartol.in d.l.1.

d.l.1.ff.furti,aduerf.naut.caupon.& ftabul.fub num.4.
verf.quæro quid, quæ omnia fimul iuncta ad prædicti
furti probationem fatis effe videntur fecundum theo-
ricam præfatorum Doctorum.

Circa fecundum vifum fuit, locum effe abfolutioni
præfati Depofitarij, quoniam & fi furtum cenfetur in
5 dubio factum culpa inhabitantium, l.cum duobus.§.
damna,quę.ff.profocio, tamen hoc intelligitur de cul-
pa leuiffima.glof.in §.præterea. Inftit,quib.mod.recō-
trahit.obligat.de qua leuiffima culpa non tenetur De-
6 pofitarius,fed de dolo tantū.d.§.præterea. Inft.quib.
mod.re contrah.obligat.l. contractus ff.de reg.iur.l.fi
vt certo.§.nūc videndum.ff.commodati, & in l. 1.§.fi
veftimenta & §.fin.ff.depofiti, non excludendo tamen
latam culpam, de qua pariter tenetur, cum dolo pro-
xima fit, & illi æquiparetur, vt ex prædicta ratione,&
alijs concludunt in d.l.contractus,Dec.fub nu.1.verf.
& nō folum, & infra.& Cagnol.nu.1.& fequ.verf.quæ
iura.& ante eos glof.in d.§.præterea.Inftit.quib.mod.
re contrahit.obligat.in glof.in verbo, dolo,& ibi etiā
Aretin.& alij Doctores notant, adeo quod cum quis
nō tenetur de leuiffima culpa, propter quā furtū præ-
fumitur factum refpectu habitantiū in domo, vbi cō-
miffum eft, probato ipfo furto videatur refultare eius
liberatio per prædicta, & dicenti aliam, quam leuiffi-
7 mam culpam interueniffe incumbit onus proban.l. l.
quoties §.quis dolum ff.de probationib. l. pignus.C.de
pignorat.action.& in puncto tradit Bald. l.fi creditor,
nu. 1. & fequ. vfque ad finē C.eodem titul.de pignor.
action.& ibi etiam Salycet.ad finem.nu.2.verf.quæro
modo, His accedit, quod conftito de fractura fene-
8 ftræ, quę nec debilis erat, fatis probatum videtur cul-
pam abeffe, iuxta notata per Bald. in d.l.1.C.depofiti,
nu. 2. verf. 2.quæro,& per Salyc.in l.quæ fortuitis.C.
de pignorat.action. nu.7.verf.circa,& videtur proba-
ri in l. dominus horreorū 57.ff.locati,& conducti.vbi
exprefsè dicitur, dominum horreorum effractis, & cō-
9 pilatis à furibus horreis non teneri de furto,nifi cufto-
diam eorum receperit, & ibi notant glof.& fcribentes
omnes, Et vlterius cum probata fit dicti inhabitantis
bona qualitas, ac fama & quod nocte illa furti, ante-
quam dormitum iret, vifitauit hoftium domus, vna cū
10 ipfa domo, & bona depofitata infpexit, omnis vide-
tur contra eum ceffare difficultas, quia etiam in cafi-
bus,in quibus eft pręfumptio contra aliquem.puta cō-
tra nautas, caupones, & ftabularios, & fimiles, vel vi-
cinos, aut alios habentes notitiam domus, vel loci, vbi
furtum commiffum eft, iuxta textum in d.l. dominus
horreorum, in princ. verf.ferui tamen.ff.locati, & ibi
Bart. nu.3.verf.vlt. nota, & Bald. in princ.nu. 1.bona
fama perfonę præfumptionem illam tollit, & penitus
11 ceffare facit, vt formaliter refoluit Bald.in l.1.in prin
cip. nu. 1. & rurfus ante finem fub nu.6.verf. & nota
ex primo C. locati, Marfil. conf. 52. nu.41. verf. pro
quibus, maximè concurrente diligentia in perquiren-
do domum ad hibita, quæ fufpicionē finiftram exclu-
dit,& perquirentem excufat; argum.leg.fi vendita.ff.
de pericul.& commod.rei venditæ, & benè facit lex,
non omnes.§. à barbaris ff.de re milit. Et quāuis pro-
batio ifta diligentiæ facta fit per teftes domefticos,ta-
men admittitur, cum nec alij ex natura ipfius negotij
verifimiliter, nec actu, nec habitu in ea domo, & ea
hora interuenire potuerint. Anto. de Butr.Imol.Felyn,
& alij in c.tertio loco, de probation. Alex.conf.64.nu.
5.verf.& hoc lib. 1. conf 152.nu.11 verf.quia lib. 5. &
antea conf. 148. num.6. verf.quia refpondeo eod.lib.
5.Dec.conf.133.nu.6.verf. vltimo non obftat, & cōf.
310.num.4.verf.& eft regula. Marfil. conf.22.nu.12.
& fingular.73.plures, & in furto tradit Specul. in tit.
de furt.in fine,n.26.& facit lex, confenfu.C.de repud.
& cap. veniens, il fecondo, extra de teftib.

EPITOME.

De cuftodibus carcerum, Iudicibus, Officialibus, & Mi-
niftris Curiæ carnaliter cognofcentibus mulierem car-
ceratam, vel etiam non carceratam coram eis litigā-
tem, feu caufam aliquam habentem, & eorum pœnis,
fiue mulier cognita fuerit alias honefta, & bonę famę
fiue inhonefta, & malæ conditionis; & an fit eadem
pœna, quæ imponitur Tutori cognofcenti carnaliter
adultam quondam pupillam fuam, vel alia, & quæ.

SVMMARIA.

1 *Tutor, fi pupillam fuam violata caftitate ftuprauerit, de-
portationi fubiugetur, atque vniuerfę eius facultates fi-
fci iuribus vindicentur.*

2 *Tutor datur loco patris perfonæ pupillæ principaliter ad il-
lam nutriendam, cuftodiendam, & bonis, ac honeftis mo-
ribus inftruendam.*

3 *Tutor finita tutela, fi poftea ad adultam acceffum carnalē
habuerit, punitur ac fi durante tutela illam pupillam
ftuprauerit.*

4 *Idem procedere aiunt per omnia in Curatore.*

5 *Cuftos Carceris habens acceffum ad mulierem captam, &
carceratam fub eius cuftodia, acriter puniri debet, & de
confuetudine Regn. Franciæ fufpenditur.*

6 *Cuftodia onus habens mulierum carceratorum tenetur nę
dum alere illas, fed honeftè, & diligenter cuftodire, &
illæfas fupplitio, vel innocentię conferuare.*

7 *Cuftos Carcerum tenetur pœna deportationis, & publica-
tionis bonorum, fi carceratam carnaliter cognofcat ad in-
ftar Tutoris, vel Curatoris pupillam, vel adultam ftu-
prantium.*

8 *Pœna deportationis hodie cum non fit in vfu, fuccedit pœ-
na arbitraria etiam corporis afflictiua.*

9 *Carcerata fi eft meretrix, quę à Cuftode per vim cognita
fit carnaliter, tunc pœna contra Cuftodem, de qua fupra,
locum habebit fecundum aliquos, fecus fi ipfa libenter
affentiat.*

10 *Contraria opinio eft verior, & in practica tenenda, quia
vtroque modo Cuftos pœna arbitraria puniri debet.*

11 *Mulier carcerata dicitur effe fub fida cuftodia officialis,
vel carcerarij, qui honefte, & pudicè eā cuftodire tenetur.
Carcer eft locus publicus, & violari non debet, ibidem.*

12 *Cuftos, vel alius officialis Carcerum, fi cum carceratis
carnaliter fe immifceat, imminet periculum ne carceratā
fugere faciat, & eft locus fufpicioni fraudis, aut corru-
ptionis deludendi iuftitiam.*

13 *Iudices, & alij Miniftri iuftitię carnaliter mulierem car-
ceratam cognofcentes, fiue illa fit meretrix, fiue honefta,
fiue vi, fiue fponte cognita, tamen tenentur eadem pœna,
qua tenetur Cuftos Carceris.*

CASVS CC. LXXXIII.

1 SI Tutor pupillam quōdam fuam, violata caftitate,
ftuprauerit, deportationi fubiugetur, atque vni-
uerfę eius facultates fifci iuribus vindicentur, quāuis
eam pœnam debuerit fuftinere, quam raptori leges
imponunt, verba funt Cōftantini Imperatoris ad Ba-
fum Vicarium Italię in l. vnica. C. fi quis eam, cuius
tutor

tutor fuerit, corruperit, Itaq; quōdam Tutor cōmittēs stuprū cū adulta dānatur in pena deportationis, & bonorū omniū publicationis per illum text. quem ad hoc ibi notant oēs DD. & Io: Faber in §. item lex Iulia, n. 3. Instit. de public. iudic. Anton. Gomez. in legib. Tauri super l. 80. cum duabus sequ. nu. 24. vers. 6. & principaliter, dicens ita communiter teneri per Doctores. Clar. in §. fornicatio. num. 23. vers. cum pupilla. Paris de Put. in tract. de sindicat. in verbo, adulterium. cap. 1. num. 2. Paul. Grilland. in tract. de pœn. omnifariam coitus, quæst. 7. nu. 7. vers. sexto etiam fallit. & Farinac. in pract. crim. tit. de carcerib. & carcerat. q. 31. num 115. vers. pœna autem Tutoris. Boer. decis. 317. num. 2. & num. 4. vers. tum tutor. cuius res, ea est
2 ratio, quia Tutor datur loco Patris personę pupillæ principaliter ad illam nutriendam, custodiendam, & bonis, ac honestis moribus instruendam, non autem ad illam stuprandā. l. 2. ff. de administrat. Tutor. §. est aūt & §. Tutores aūt Inst. de Tutel. & licet tex. ille loquatur in eo, qui quondam fuit Tutor, & habuit accessum
3 ad adultam iam exemptam à Tutela, tamen eadem ratione, & fortiori etiam procedit in eo, qui Tutor actuliter est tempore accessus, vt punctualiter dicit Gomez. in loco citato sub dict. numero 24. circa medium, ver. & licet, dicens ita in expresso tenere ibi Odofr. & probari in textu cū ibi notat. in l. qui pupillam, ff. ad l. Iul. de adul. & esse de mēte omniū. sequitur Clar. in d. §. fornicatio. sub n. 23. ver. cū pupilla, post medium. idē quoque voluit Boer. d. decis. 317. n. 4. vers. tū tutor. qui etiam Gomez. & Clar. idem per omnia dicunt in
4 Curatore, vt & is cognoscens eam, quæ sit, vel fuerit sub cura sua, eadem teneatur pœna, qua Tutor quōdam pupillam suam cognoscens.

Ex qua quidem conclusione prædicta, & dispositione dictæ l. vnicæ, dixit Ioan. Faber in d. §. item lex Iulia. num. 3. Instit. de public. iudic. quod Custos Car-
5 ceris habens accessum ad mulierem captam, seu carceratam sub custodia sua acriter debet puniri, & de consuetudine Regni Francię suspenditur, quod dictū referunt, & sequuntur ibi Ioan. de Platea colun. penult. num. 50. vers. 2. quando Tutor. Paul. Grilland. in d. tract. de pœn. omnifariam coit. quæst. 13. per totam. Paris de Puteo in tract. de sindicat. in verbo, adulterium. c. 1. num. 1. & sequ. Gomez. super legib. Tauri ad dictam leg. 80. & duas sequentes. nu. 25. vers. ex quo textu. Guid. Papæ decis. 448. ad fin. nu. 3. Bossi. in pract. crim. titul. de coitu. damnat. & punib. nu. 40. & 41. Petr. à Plaza in Epitome delictor. lib. 1. cap. 10. ad fin. num. 15. vers. alius etiam subijcitur casus. Iodoc. in pract. crim. rubric. de carcer. siue commentariensib. cap. 17. nu. 20. vers. quisquis. Marsil. singul. 150. accessus ad meretrices publicas, post principium, in l. 1. in princ. num. 5. vers. attamen. ff. ad leg. Cornel. de sicar. in pract. crimin. in §. aggredior. num. 26. vers. & facit. Ludouic. Carrer. in pract. crimin. §. 10. excusatur. n. 2. vers. limita in muliere carcerata, fol. mihi 187. Boer. decis. 317. num. 1 & plurib. sequ. Clar. in d. §. fornicatio nu. 24. vers. cum carcerata, & nouissimè Farinac. d. tit. de carcerib. & carcerat. q. 31. ampliat. 20. num. 112 & seq. Bonacos. in lib. commun. opinion. criminal. in verbo, custos Carcerum, in 1. parte. fol. mihi 34. à tergo, post Clar. in pract. crim. quæst. 68. num. 8. vers. Custos Carcerum. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 292. in princ. num. 2. Foller. in pract. criminal. in 2. parte 2. part. principal. in verbo, vel carcerentur. nu. 25. vers. & adeo verum. Eadem enim ratio militat in officiali, seu custode huiusmodi, quę in Tutore consideratur, qui sicut tenetur alere pupillam, & illam honestis moribus conseruare, Ita dictus officia-
6 lis, seu custos tenetur diligenter, & honestè custodire, & alere mulierem incarceratam, & illam illæsam supplicio, vel innocentiæ conseruare, vt in l. 1. & in l. fin. C. de custod. reor. vt considerat Paul. Grilland. d. q. 13. & ante eum Paris de Puteo in d. c. 1. sub num. 2. & sequuntur Gomez. & Boeri. supra citati, & Farinac. d. ampliat. 20. nu. 114. & 115. vers. sed aduerte, & Menoch. d. casu 202. sub num. 2. ex quorum dictis constat
7 etiā pœnā hanc non esse mortis, prout in Regno Frāciæ ex consuetudine, sed eandem, quæ Tutori quondā pupillam suam stupranti imponitur. l. deportationis, & bonorum omnium publicationis, quia, vt benè aduertit Clar. & ipse inferius dicam, consuetudo illa in allijs prouincijs non obseruatur, sed alia pœna huiusmodi delinquentibus imponitur. Quæ conclusio nullā habet difficultatem, quando mulier carcerata erat honestæ vitæ, & bonę conditionis, & famæ, prout specialiter loquuntur Grilland. d. q. 13. Paris de Puteo. d. c. 1. Boer. d. decis. 317. & Farinac. d. quæst. 31. num. 116. vers. verū præ dicta procedunt. Gomez. d. l. 80. & seq. sub num. 25. & non obscurè præsupponunt omnes alij
8 supra citati, quo in casu cum deportationis pœna non sit amplius in vsu, succedit arbitraria, vt indiuiduo dicit Menoch. d. casu 292. nu. 3. post Boer. d. decis. 317. sub nu. 16. vers. aut Iudex. & infra. sequitur Farin. q. 31. nu. 123. vers. quid dicendum, & ita alias iudicatum fuit, & condemnati quidā Officiales, qui mulieres honestas ex causa criminali carceratas carnaliter cognouerāt, ad triremes per quinquienium, si benè de tempore sū memor, quod me ita votāte factum fuit. Sed difficultas
9 est, quādo mulier carcerata erat meretrix, & officialis, seu custos Carcerū eam carnaliter cognouerit, in quo casu aliqui voluerunt, quod officialis eā sine vi cognouit, nullam mereatur pœnam, si verò cum vi, aliqualiter puniatur, vt ex pluribus in vtroque capite concludit Boer. d. decis. 317. num. 5. & quamplurib. seq. vers. & istam conclusionem sequitur Clar. in d. §. fornicatio. sub num. 24. vers. cum carcerata, ad medium, ibi sed quid si mulier cognita, & refert Farinac. d. q. 31. num. 116. & seq. vers. verum prædicta. & idem volunt Cifuent. in l. 62. super legibus Tauri, prout illum refer Gomez. d. l. 80. & seq. sub n. 25. post vers. ex quo textu, ibi, quod tamen intellige, quandoquidem opinionem latissimè tuetur Boeri. qui etiam conatur respondere rationibus Parid. de Puteo contrarium tenētis, & infra.
10 Sed certe quicquid pręfati Doctores dicant, veritas est, quod etiam nulla vi intercedente officialis, seu Custos cognoscens carnaliter carceratam arbitrio Iudicis punitur, vt copiosè demonstrat Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 292. num. 3. & 4. vers. Ego vero opinior. & infra. quem sequutus est Farinac. d. q. 31. n. 126. & sequent. versic. ab his. Idem tenuerūt Gomez. in loco allegato dicens contra Cifuentem, quod cum iste casu à iure non sit decisus, puniretur custos carceris, pœna quadam arbitraria secundum qualitatem personarum, & carceris. Paridis de Puteo latè insistens d. c. 1. num. 3. & sequen. versic. sed tunc facit mihi dubium Marsil. d. singula. 150. accessus ad meretrices, post principium. & in d. leg. 1. in princ. numer. 5. versic. attamen, ff. de sicar. & in pract. criminal. §. aggredior. numero vigesimosexto vers. & facit etiam,

Foller,

Foller.in pract. crimin.in 2. parte secundæ part.principal.in verbo, vel carcerentur, numer. 26. versic. & adeo verum, Petr.a Plaza d.cap.10.sub num.15. ad finem vers.alius etiam subijcitur casus. Carer.in d.§. decimo excusat.num.2.vers.limita in muliere carcerata. Silua Nuptialis lib.4.sub nu.46. post med.vers. modera hanc limitationem, fol.mihi 335.Boss. d.tit.de coitu damnat.& punib.num.40.versic. & vide de pœna officialis, Iodoc.d. rubr.de carcerar. & commentar. cap.17.num.20.vers.quis quis.nouissimè Farinac.d.q. 31.num.123.vers.quid dicendum, & est tutissima opinio, & in practica tenenda, quia, & si meretrix impunè cognosci potest, tamen vbi carcerata est, coitus cum
11 ea impunitus esse non debet in Officiali, sub cuius custodia, & protectione, ac securitate esse dicitur, nec facienda est iniuria castitati carceratarum, & loci carceris, qui publicus est, & violari non debet, ex quare etiam periculum non leue resultat, ne Officialis fugam permittat, vel mulierem penitus impunitam, aut mitius, quam par esset, castigatam dimittat, vt considerant Paris de Puteo in d.c.1.num.5.& seq.versic.& dixit Bart.& infra, & ponit etiam Menoc.d. casu 292. num.4.& tetigit etiam Grilland.d.q.13.sub num.2.inquiens, quod insurgit vehemens suspicio, imò præsumptio fraudis, aut corruptionis contra ipsum officialem, & secundum hanc opinionem alias seruatum
12 fuisse vidi, me etiam sic votante, & Notarios quosdam arbitrariè punitos, eo quod mulieres quasdam carceratas malæ tamen conditionis, & famæ, ac inhonestas carnaliter cognouissent, fuit tamen imposita pœna mitior, quam in casu supra relato eorum, qui mulieres honestas cognouerant; Sanè si vis interuenerit, omnes conueniunt, quod locus sit pœnæ etiam arbitrariæ contra huiusmodi inhonestas mulieres carceratas carnaliter cognoscentes, vt in facti contingentia refert Boer.loco sæpius citato, quod parlamentum Burdegalense iussit fustigari quendam custodem Carcerum, qui meretricem carceratam per vim cognouerat, de qua sententia meminerunt Clar.in d.§.fornicatio.nu.24.vers. cum carcerata, circa finem. & Farin. d.q.31.nu.117. & seq. vers. si verò cū vi. Et quæ dicta
13 sunt de custode carcerum carnaliter cognoscente carceratam mulierem, siuè honestam, siuè inhonestam, procedunt in iudicibus, & Assessoribus, & cuiuscunque alterius nominis Officialibus, siue Ministris Curiæ rem carnalem habētibus cum tali muliere in ea Curia carcerata quacunque de causa, vel etiam non carcerata in eadem Curia litigante ex eisdem rationibus, quę cōsideratæ fuerunt in Custodibus carcerum, vt in terminis dixit Boeri d. decis. 317. in Epitome, vt in discursu ipsius decisionis num. 11. in fine vers. & hæc de Commentariense, & num. 14. & seq. vers. quare ex prædictis, & præsupponunt etiam multi ex alijs Doctoribus supra relatis loquentes nedum in Custodibus carcerum, sed etiam in alijs officialibus, & in illis euenerunt casus in facto, de quibus supra memini, & in istis expresse loquitur Iodoc.d.tit. de carcerar. siue commētar.cap.17.sub nu. 20. in fine vers. Ad hæc casu emergente, fol.mihi 14. a tergo col. 2.

EPITOME.

Iustificatur condemnatio ad mortem naturalem in furca cuiusdam famosi Lenonis masculorū, qui per plures annos solitus fuerat ferè publice in certo loco adolescentes pueros muliebria patientes tenere, eosque volentibus cum eis nefandissimum sodomiæ vitium cōmittere, pretio accepto concedere, & ad domos etiā alienas ad eundem finem conducere, & de pecunijs, & munusculis patientibus per agentes datis participare.

SVMMARIA.

1 *Crimen Lenocinij horrendum, detestabile, pestiferum, & legibus exosum est.*

2 *Lenocinij pœna est mortis de iure communi, secus de consuetudine, vt n.3. fallit n.4.*

3 *Pœna Lenocinij, quæ de iure communi est mortis, tamen de consuetudine est arbitraria, & mitior, fallit, nu. 4.*

4 *Leno puerorum pro nephandissimo vitio premium a sodomitis recipiens iniquitatis suæ, an puniri debeat pœna mortis, et dicitur quod sic.*

5 *Consuetudo, per quam minor pœna datur, quam a iure cōmuni sit determinata, est attendenda in ea ipsa specie facti seu casus, in quo introducta fuit.*

6 *Pœna a consuetudine minorata contra Lenones procedit in Lenonibus mulierum, sed in Lenonibus puerorum, et masculorum pœna mortis de iure communi remanet in suo robore, nu. 11.*

7 *Crimen Lenocinij est longè maius ad coeundum cum masculo contra naturam, quam cum fœmina secundum naturam.*

8 *Pœna minor contra Lenones mulierum a consuetudine introducta, ad grauius Lenocinium, vt est puerorum, non trahitur.*

9 *Consuetudo in pœnalibus, quæ est contraria iuri, non extenditur ad casum similem.*

10 *Instrumentorum transumptio, et reassumptio qualiter in Regno Neapolitano fiat.*

In æquiparatis idem seruatur, quando in eis non militat diuersa ratio, ibid.

11 *Dispositio iuris communis viget, quatenus eidem a consuetudine derogatum non reperitur.*

12 *Leno puerorum pessimus non differt ab en Crobylo Lenone, in quem non sine ratione inuehitur officina Textoris in titulo de Lenonibus, cuius scelestissimi mores hic recensentur.*

Adagium, Crobyli iugum, vnde originem traxit, ibid.

13 *Reiteratio delictorum aggrauat pœnam, et eo maiorem, quanto delicta sunt grauiora, et obscena.*

14 *Vbi magis frequentantur scelera, ibi maior pœna ad exēplum est infligenda.*

Exempli causa maior pœna quandoque imponenda est, ibid.

Pœna vnius est metus multorum, præsertim vbi illud delictum magis frequentatur, ibid.

CASVS CC. LXXXIV.

1 QVam graue sit, horrēdū, detestabile, pestiferū, & legibus exosū Lenocinij crimē, latè demō traui in prioribus meis resolut. crim.cent.2.casu 171.authoritate glosæ, Iacob.de Bellouisu, Follerij, Iodoci, & Dō Ludouici de Peguerr. quibus in tertia editione addidi Menoch.in tract.de arbitrar.iudic. lib.2. cent.6. casu 534.& nunc adiungo Ioan.de Platea in l.cum supra, in fine, C.de re milit.lib.12.Andr.de Isern. Afflict. & Grammat.seu Bartolom.de Capua lib.3. constitut. Regni rubr.49.de Lenonib.in const.lenas.

2 Verum, cum in eodem casu dixerim, quod, & si pro tali crimine imposita est de iure communi pœna mortis, vt tradunt Iacob.de Bellouisu in pract.crim. in rubr.de lenonib.n.1.in fi.Petr.Foller.in pract.crim. in 2. parte secundę part.princ.in verbo, Item quod fuit le-

no, nu.32. verſ.ſeptimo eſt ſciendum, Iodoc.in pract,
crimin.cap.91.tit.de lenocin.nu.4.verſ.præterea qui-
cunque, Afflict.lib.3.conſtitut.Regni rubr.45. de Ma-
tribus earum filias proſtituen, in conſtitut. Matres, in
fine, num.4.& rub.47, de pœna mariti, vbi adulter au-
fugit, in conſtitut. Maritum, nu.2. & rubr.49. de leno-
nib.in conſtitut. Lænas in 2.notab. ſub num.2. Clar.in
pract.crim.q.68.num.23.verſ.lenones, & Don Ludo-
uic.de Peguer.deciſ. 15.ſub num.10.verſ.tandem ſcias
quos recenſui d.caſu 171.num.4.& vltra eos Andr. de
Iſern.in d.conſtitut.lenas, in gloſa in verbo, Attrahen-
tes, ſub litera B, fol.279. colum.2, Ripa in tractatu de
peſte titulo de remed, præſeruatiuis contra peſtem
num.162.& Menoch.d.caſu 534.num.44.verſ.& rur-
ſus, & probatur in l.1.§.qui puer.ff. de extraord.crim.
& apertius in autem, de lenonib.§.præconizzamus.
Tamen talis pœna mortis de conſuetudine non impo-
nitur, ſed alia mitior arbitrio Iudicis, vt dicunt Iodoc.
3 d.cap.91.num.8. verſic. verum cum aliquando, Clar.
d.q.68.num.23. verſ. lenones, ad fin. & Peguer.d.de-
ciſ.15. ſub num.13. & 14. verſ. verum cum aliquando
videatur, & infra, quos ſequutus fui d.caſu 171.ſub nu.
6.7.& præter illos, Anton.Gomez.in comment, ad le-
ges Tauri ſuper lege 80.& duab.ſequent. numero 73.
verſ.Item quæro quæ ſit pęna, & Menoc. d.caſu 534.
num.45.verſ.hodie.

4 Dubitatum fuit in contingentia facti, an quidam fa-
moſus leno, non fœminarum, ſed maſculorum, qui per
multos annos ſolitus fuerat ferè publicè in certo loco
pueros muliebria patientes tenere, eoſque volentibus
cum eis nefandiſſimum ſodomiæ vitium committere,
pretio accepto concedere, & ad aliquorum etiam
domos ad eundem peſſimum effectum conducere, &
de pecunijs, aut donis patientibus illis per agentes da-
tis participare, puniendus eſſet pœna mortis a iure
communi in dicta, an verò alia mitiori vigore præ-
dictæ conſuetudinis, & poſt habita dicta conſuetu-
dine, fuit condemnatus in pœnam vitæ, & laqueo
ſuſpenſus in furca, quia Doct. de dicta conſuetudine
teſtantes intelligendi videntur ſecundum terminos, in
quibus loquuntur, nempè in lenonibus mulierum, ſeù
fœminarum, non autem virorum, ſeu maſculorum,
5 Conſtat enim, conſuetudinem eſſe attendendam in ea
ipſa ſpecie facti, ſeu caſus, in quo introducta fuit,
& non in alijs factis, & caſibus diuerſis. Crauet. conſil.
241.ſub num.20.in 2.3.& 4.reſponſionibus, verſic.ad
tertium, & tantum habere de potentia, & effectu, quan-
tum habet de actu, & vſu, & non plus, proprioſque
facti, & vſus terminos non excedere, vt tradit Iaſon.
conſ.192.in fine lib. 2.Crauet.conſ.30.nu.5. verſ.ſex-
to conſidero, & alij per eum citati, Vnde pœna iuris
communis remanet in ſuo robore, & illæſa a dicta con
6 ſuetudine, quæ procedit in lenonibus fęminarum, nõn
autem maſculorum, in quibus nihil eſt immutatum,
& benè ſeruit Afflict.in dict.conſtitution.lenas, in ſe-
cundo notab.ſub numer.2. verſ. & ſic, vbi præciſè di-
cit, quod illa conſtitutio puniens lenam extraneæ mu-
lieris honeſtę ſequuta copula carnali inter eam, & ali-
quem virum pro prima vice pęna fuſtigationis, pro ſe
cunda truncationis naſi, mitigat in lena fœmina pœ-
nam iuris communis, quæ eſt mortis, vt in aut ben.de
lenonib.in princ.ſed in maſculo nihil immutat, nec
7 iuri communi derogat. Et quidem cum longè maius
delictum ſit lenocinium ad coeundum cum maſculis
contra naturam, quam cum fęminis ſecundum naturã,
vt dè ſe patet, & pleniſſimè probaui in dictis meis prio
ribus reſolution.criminal.cent.1. caſu 16.in toto, vbi
quamplurimas authoritates adduxi quibus nunc addo
Anton. Gomez. in comment.ad leges Tauri ſuper le-
ge 80.& duabus ſeq.num.32.33.& 34. verſ. nono, &
principaliter eſt punibilis, & infra, Iacobum Menoch.
de arbitr.Iudic.lib.2.cent.3.in addition.ad caſum 286.
num.4.& in finitis ſeq.verſ.ſecundus coitus contra na-
turam, & rurſus num.40.& multis ſeq. verſ. tertius
coitus contra naturam, & infra, Caſſaneum in conſuet.
Burgund.in tit.Des Succeſſions, rub.7.in verbo, a fai-
re teſtament. num.4. & ſequ. verſ. ponit poſt hos ver-
ſus, & infra, Barbat.conſ.64.num.8. & ſeq. vſque ad fi-
nem, Anaſtaſ.Plat.& Georg.Merul. in conſil. ſequent.
8 lib.1. & officin. Textoris titulo de ſodomia, cined.
pedicon.& pathic, fol.284.a tergo, mirum non eſt, ſi
conſuetudo in leuiori delicto ſeruata ad grauius non
trahatur, maximè quia non habet eandem vim, quam
lex ſcripta, ſecundum Afflict. in conſtitut. Regni lib.3.
rubr.31, de pręſcript.in conſtitut.duram, in 1. notab.
9 ſub 1. & in omnem euentum, tamquam iuri contraria
non extenditur ad caſum ſimilem, Innocent.in cap.di-
lecto, col.2.ſuper verbo ſupradicto, de officio Archi-
diac.Alex.conſ.68.num.19.verſ.tamen obſtat, lib.2.&
latè Afflict.in conſtitut.Regni lib.1.rubr.73.de ferijs,
& ſalarijs Iudic, & Notarior.in conſtit. Baiulos, num.
62.verſic.an autem, qui propterea infert, quod licet
10 magna Curia ex conſuetudine faciat tranſumptare in-
ſtrumenta ſine partis citatione, tamen non poteſt idẽ
facere in reaſſumptione inſtrumenti Notarij mortui,
imò debet citare partem, quamuis a Doctoribus iſta
duo æquiparentur, ideſt tranſumptare, & reaſſumere,
quod indubitanter procedere videtur ſtante diuerſita-
te rationis, & non ejuſdem in vtroque caſu per ea, quæ
in hoc propoſito eleganter deducit Oldrad.conſ.237.
perlectis, & diligenter attentis, ſub num.3.& 4.verſ.ve-
rum a iure primogenituræ, & infra. Viget igitur lex
11 communis quatenus eidem a conſuetudine deroga-
tum non reperitur, leg.alumnæ, §. qui filia, ff.de adi-
mend.legat.l.ſancimus, C.de teſtament.l.præcipimus,
C.de appellation. & l.cum dubitabatur, C. de ædific.
priuat.qua huiuſmodi delinquentes pęna mortis tenẽ-
tur, vt ſupra probatum eſt, præſertim ex textu in his
terminis loquente in d.l.1. §. qui puero ff. de extraor-
dinar.crimin.cuius verba ſunt infraſcripta. Qui puero
ſtuprum, abducto ab eo, vel corrupto Comite, perſua-
ſerit, aut mulierem, puellamuè interpellauerit, quiduè
impudicitiæ gratia fecerit, domum prębuerit, pretium-
uè, quo id perſuaderet, dederit perfecto flagitio puni-
tur capite, imperfecto, in Inſulam deportatur, corrupti
Comites ſummo ſupplicio afficiuntur. Hactenus dicta
12 lex. Nec quidem leno iſte differre videtur ab eo Cro-
bylo lenone, in quem non ſine ratione inuehitur offi-
cin. Textoris in titul.de lenonibus, & lenis folio 279.
quem inquit adeo ſceleſtiſſimum fuiſſe, vt duo ſcorta
domi aleret, quorum lenocinijs quamplurimos adole-
ſcẽtes in perniciem alliciebat, allectos cõpilabat furto,
ſubditque hinc natum adagium, Crobyli iugum; quod
de conuentu, & ſocietate duorum hominum, qui pari
ſunt improbitate, dici conſueuit; Concurrebat ad ag-
13 grauandum prædictum delictum, & eius pęnam reite-
ratio eiuſdem criminis cum pluribus, & diuerſis perſo-
nis, tam agentibus, quam patiẽtibus, per plures annos
ſequuta, gl.in l.ſi diutino, ff.de pęnis, & in l.3.§.fi, C.de
epiſcop.audiẽt.Cępol.in auth.ſed nouo iure, n.93.verſ.
item

item pro hoc, C. de seruis fug. cons. 39. n. 36. vers. præterea iste Lucius, & cons. 77. n. 2. & 3 Bonifat. de Vital. in tract. de malefic. rub. de pęn. falsant. monet. sub nu. 4. vers. si autem, pluries, Quintillan. Mandos. in tract. de signat. grat. in verbo, absolutio ab homicidio propè finem, vers. ratio præcipua, Farin. in pract. crim. tit. de delict. & pœn. q. 23. in princ. & est tex. in l. capitaliū §. solent. ff. de pęn. in illis verbis, nonnunquam capite plectendi, scilicet, cum sæpius seditiosè, & turbulenter se gesserint, & c. scisma, ibi magis verò auget, quod eos diū restitisse dixistis, ne apostolicis communicātes sedibus in sua communione reciperent. 24. q. 1. cum alijs adductis per Afflict. lib. 3. constitut. Regni rubr. 35. de fide mercatorum, in constitutione, Magistros, nu. 4. versic. & sic consuetudo delinquendi.

14 Erat autem necessarium, vt aliqua exemplaris pœna huiusmodi delinquenti imponeretur, ne ex eius lenitate, alij eadem facinora perpetrarēt, §. sed si credat, in fin. Instit. de obligat. quæ delict. nascunt. imo vt ex ea alij terrerentur, & supplicium vnius metus esset multorum l. 1. in princip. C. ad leg. Iuliam repetendarum, & l. aut facta, §. final. & ibi etiam glos. Bartol. & alij, ff. de pœn. præsertim cum nec fortasse deessent, qui eandem diabolicam artem exercere dicerentur, vt propterea non clementia, sed seueritate vtendum esset, iuxtà tex. in l. sacculari j, §. sunt quæ Iam, ff. de extra ord. crim. & in l. aut facta, §. euenit, vt eadem scelera, ff. de pœn. & ita in dicta causa iudicandum censuimus D. Franciscus Boninsigneus Collensis Doctor egregius, & in causis decidendis maximè verò criminalibus multum versatus, & practicus, & ego, & sicuti ea sententia exequuta fuit, ita etiam ab omnibus probis, & timoratæ conscientiæ viris commendata extitit.

E P I T O M E.

Quod fideiussor licitè potest pretium, seu mercedem recipere ab eo, pro quo fideiuber penes campsores, vel alios ei pecuniam accomodantes ob periculum, quod sibi imminet, ne de propria substantia debitum soluat creditoribus, nec de vsuraria prauitate condemnari, aut imputari potest, etiam quod vere nullum dānum, aut molestiam ex ea fideiussione senserit, sed lucrum tantummodo consequutus fuerit, quod decisionibus in terminis, & pluribus similibus demonstratur exemplis.

S V M M A R I A.

1 *Debitor pro fideiussione, sine qua pecunias ad cambium habere non potuit, an aliquid pacisci possit cū fideiussore, puta de dādo ei quinque pro cētenario pro tali fideiussione.*

2 *Fideiussoris officium etsi gratuitum esse debeat, tamen potest certum quid stipulari, vt pro fideiussione ei detur.*

3 *Fideiussoris officium extimandum esse non solum ob seruitium, quod principalis recipit, cum sine eo non recepisset mutuo pecunias, quibus indiget, sed ob periculum; nā principali nō soluente fideiussor de suo proprio soluere tenetur.*

4 *Initium spectandum est, nam si sit licitum, non attenditur, quod postea nocere potest.*

5 *Contractus substinetur propter incertitudinem qua in eo versatur.*

Incertitudo facit licitum, quod alias esset illicitum, ibi.

6 *Casus fortunæ dubius facit licitum, quod alias reprobatur.*

7 *Quando quis ex aliquo actu potest consequi lucrum, sicut et damnū, damnū non attenditur, si causaliter contingat.*

8 *Moneta, quæ ita potest decrescere, sicut crescere, illius questus dici non potest illicitus, quando, conuentum est, quod restitutio fiat eo modo, quo solutio facta fuit, & in eisdem monetis, licet ex euentu valor creuerit.*

9 *Salomonis extat consilium, ne quis alterius fideiussor extitat temerè & inconsultè.*

10 *Fideiussor licitè a principali mercedem accipere potest, non obstante, quod non subsit in eo aliqua ratio damni emergentis, & lucri cessantis, sed contrarium alij tenent.*

11 *Vbi est coequalitas lucri, & damni contractus non potest dici vsurarius.*

12 *Contractus, vbi subest periculum, non potest dici vsurarius, vt in contractu assicurationis Nauis.*

13 *In contractu mutui vsura propriè cadit, siue mutuum sit verum, siue fictum.*

14 *Mutuum debet esse gratuitum, & quicquid accedit sorti vltra capitale vsura est.*

15 *Contractus in quo principalis promittit aliquid fideiussori pro fideiussione non est contractus mutui, sed mandati.*

16 *Conuentio, quæ alias est reprobata inter creditorem, & debitorem, non videtur militare in pacto inter principalē, & fideiussorem.*

17 *Legis commissoriæ pactum in pignoribus illicitum est, & improbatum inter debitorem, & creditorem accipientem pignora, secus si statim in contractu pignoris inter debitorem, & fideiussorem sit appositum.*

18 *In dubio ea est sumenda interpretatio, per quem magis delictum excludatur.*

C A S V S C C. LXXXV.

1 Cvm quidam pecunijs indigeret ad certa sua negocia expedienda, nec Bancherios, seu Campsores, reperiret, qui illas sibi absque fideiussore sub cambijs concederent, inuenit quendam, qui receptis ab eo ad rationem quinque pro centenario summæ sub cambijs recipiendæ extitit fideiussor penes dictos Cāpsores, & tanquam talis se obligauit pro restitutione capitalis, & cambiorum vsque ad integrā satisfactionē, moxque extincto debito per solutionē sortis, & vtiliū absque eo, quod fideiussor prædictus aliquod damnū, aliquamue molestiam habuerit, petijt, contractum inter ipsum, & fideiussorem prædictum initum vsurariū declarari, & proinde eundem fideiussorem in pœnas contra fœneratitios contractus celebrantes a legibus municipalibus laicorum indictas puniri, solutamque pecuniam sibi restitui, & licet videretur, quid cum nihil absit fideiussori, & eius officium deberet esse gra-
2 tuitum, & absque lucro, tamen quod is possit certum quid stipulari sibi, vt fideiubeat, videtur textus in l. hoc iure, in §. Labeo ait, ff. de donation. vbi dicitur, mercedem licitè pacisci sub ea conditione, si pro te fideiussero, & ibi etiam hoc notat Bar. dicēs, quod licitè possum a te recipere pecuniam, vt pro te fideiubeam, & sequitur ibi Castrens. idem videtur probare textus in l. si remunerandi, §. fin. ff. mandati, & latè, & eleganter tradit Lupus in repetit. capituli, per vestras, in nono notabili, §. 9. num. 10. de donation. inter virum, & vxo-
3 rem, vbi considerat extimandum esse non solum seruitium, quod consequitur debitor ratione fideiussionis, sed etiam periculum, quod subijt talis fideiussor cum fieri possit, quod debitore non soluente cogatur fideiussor pro eo soluere de proprio, & hoc modo vel pecuniam ab alio capere sub cambijs, vel res suas alienare, aut aliter damnum sentire, & longè maiorem iacturam pati, quam importet lucrum pro fideiussione consequutum: Idem tenet Couarruuia

libr.tertio variarum reſolutionum, capitul.ſecundo, numer.ſexto, & 7. verſ. quarto hinc poterit diſcuti illa quæſt. vbi eaſdem adducit rationes, alios idem tenētes refert, & de communi teſtatur, & ante eum Deci.conſilio ſeptimo ſub numero 1. & ibidem addentes ad eum.

Nec habenda eſt conſideratio, quod nullū damnū penitus ſenſerit fideiuſſor, quia non euentus inſpicien-
4 dus eſt, ſed initium, quod ſi licitum eſt, euentus poſtea
ſequutus nocere nō debet. Crauet.conſ.6.nu. 88. verſ. amplius dico, vbi pulcrè loquitur, nec ex ipſo euētu re-
5 probatio contractus eſt ſumenda, quia ſufficit, quod
damni periculum adeſſet, Contractus enim ſuſtinetur propter incertitudinem, quæ in eo verſatur, & ad iuſtificationem, & validitatem eius ſufficit, quod ex eo damnum poſſit proueniret qui incertitudo hæc facit illum licitum, qui alioquin illicitus eſſet Decian. conſilio 155.numero. 4. verſ.nam caſus dubius, aiens,
6 quod caſus dubius fortunæ facit licitum, quod alias re-
probatur, quod ipſum non obſcurè etiam probatur ex his, quæ in l.a Titio.ff.de verbor.obligat. not. Caſtren. & Alexan.vterque nu.3.& Iaſ.n.5.& benè ſeruit Natt. conſ. 548. nu. 16. & ſequ. verſ.8. pro Domino, vbi ex pluribus prubat, quod quando aliquis ex aliquo
7 actu poteſt ita conſequi lucrū, ſicut etiam damnum,
licet caſualiter contingat afferri damnum, non dicitur lædi in tantum, vt nec minor reſtituatur. Idem vult Crauet.conſ.48.ad finem num.7. verſ.non obſtat, vbi
8 quod ratione dubij euentus monetæ, quæ ita poteſt
decreſcere ſicut creſcere, non poteſt dici illicitus quæſtus, quando cōuentum fuit, quod fiat reſtitutio eo modo, quo ſolutio facta fuit, & in eiſdem monetis, licet ex euentu factum fuerit, quod creuerit valor. Nec quidem dubitari poteſt, quin contractus iſte fideiuſſionis fuerit incommodus, & periculoſus fideiubenti, qui ſe
9 conſtituit debitorem pecuniæ ab alio acceptæ contra
conſilium Salomonis, ne quis alterius fideiuſſor exiſtat temerè, & inconſultè, & paſſim videmus eum ex proprio patrimonio integram quantitatem pro debitore ſoluere, vt propterea iuſtè ob periculum hoc, cui ſubmittitur, mercedem conſequi poſſit, & iuſtum ipſius
10 periculi precium a debitore accipere, abſque vlla alia
ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, vt pulchrè oſtendit Couar. in loco allegato, qui tamen fatetur communem hanc ſententiam non admittendā eo in caſu, quo inſpecta qualitate, & conditione debitoris nullum immineret periculum fideiuſſori, quaſi tunc ea pactio fiat ficto, & ſimulato periculo in fraudem vſurarum, quia vt creditor pro officio mutui nihil poteſt exigere a debitore, ſic nec fideiuſſor pro officio fideiuſſionis, imò multo minus, quia minus officij impedit: Et dixit eleganter Bald.conſ.210. quæritur de tali caſu ſub num.1.ad finem verſic. & multi, libro 3.
11 quod vbi eſt coæqualitas potentialis damni, & lucri,
cōtractus longè diſtat ab vſuraria prauitate, ſeu a dulcedine vſurarum propter anceps periculum; Et confirmari poſſunt prædicta ex eo, quod reſpectu periculi, cui quis ſubijcitur, licitus reputatur contractus aſſecu-
12 rationis Nauis, & mercium in ea oneratarum, ali-
quo dato, vel promiſſo aſſicuranti, vt eſt caſus expreſſus, & ſingularis in l.in naue Saupheli. ff.locati, & ibi notat Caſtren.num.6. verſ.Ego alias legendo dicebā, Dec.conſ.115.num.2.verſ. & idem in ſimili quæſtione, Strac.in tract.de Mercat.tit. de ſponſionibus in 4. parte in verſ. item quærit Paul.num.1, fol.mihi 437. Petr.Santerna Luſitan.in tract. de aſſicurat. & ſponſionib. Mercator.in 1.part.nu.1.& plurib.ſeq. & Rota Genuenſ.deciſ.25.in princ.nu.1. Nec refert, quod ſi-
13 mus in contractu mutui, in quo propriè cadit vſura, ſi-
ue ſit verum, ſiue fictum, Abb.conſ.62.in fin.lib.1.Crauett.conſ.145.num.6.verſic. præterea vſura, & num. 17.Verſ.quarto reſpondeo, Roland.conſil.75. num.2. lib.1.& Dec.in l.2.§.creditum in 3.notab.in fine, ff.ſi cert.petat.quia mutuum debet eſſe gratuitum, & quic
14 quid accedit ſorti, & ad creditorem vltra capitale per
uenit, vſura eſt, vt in c.conſuluit, & in c.nauiganti, de vſur.& in c.vſura, & in c.plerique, 14.q.3.Dec.conſil. 116. num.3. Couar.lib.3.variar.reſolut.c.1. in princ. quoniam reſpondetur, quod quicquid ſit de hoc contractu inter campſores, & debitorem, de quo non di-
15 ſputatur, certum eſt, quid reſpectu dicti debitoris, & fi
deiuſſoris non eſt contractus mutui, ſed mandati, l.ex mandato, & l.qui fide, ff.mandat. & licet mandatū videatur procedere ab officio, & amicitia, cui repugnat precium, l.1.in fine, ff.mandati, tamen vbi promiſſum eſt fideiubenti ſalarium illud debetur, vt in l.ſalarium, & in l.idem quę.§.idem labeo ait, ff.mandat. & in l. 1. C.eodem titul.& eſt de mente Azon.in ſumma Codic.
16 mandat. Nec ex eo quod reprobata eſſet conuentio
inter creditores, & debitorem inferri poteſt ad reprobationem pacti inter debitorem, & eius fideiuſſorem, vt ad rem noſtram aduertit Couaru.d.c.2. nu.7. verſ. ſed in fauorem communis ſententiæ, dicens,
17 quod licet in pignioribus pactum legis commiſſoriæ
illicitum ſit, & improbatum inter debitorem, & creditorem accipientem pignora.ca pit. ſignificante. de pignorib. leg. 2. & leg. final.C. de pact. pignor. tamen huiuſmodi pactio etiam ipſi contractui pignoris ſtatim appoſita inter debitorem, & fideiuſſorem valida eſt, & abſque vlla criminis labe ſit, per text. in l. final. in princ. ff. de contrahend. empt. ex quo hoc ipſum adnotarunt Bartol. & Caſtreuſ. in leg. quamuis ff. de ſolut.Bart. Bald. Salyc. in dict.leg. final. & idē Salyc.in leg.1. C. de pacto pignor. Caſtren. in leg. Titius.ff. de pignorat. action. Abb.in d. cap. ſignificante, & alij per ipſum citati: & benè, quia in iſto fideiuſſore non concurrit vſuræ ſubſtantia, & diffinitio, cum nihil det debitori, nec propterea aliquid ab eo, quod ſorti accedat, recipere dicatur, ſed ſolummodo conuentam mercedem pro fideiuſſionis periculo, quod non modicum eſt, recipit, quæ licita omnino eſt, veluti in recompenſationem eminentis periculi ſoluendi de proprio, & fortaſſe non rehabendi ſolutum, ſaltem ſine difficultate litibus, & expenſis, quarum omnino ratio habenda erat, cum preſertim, qui ſibi ſine fideiuſſore crederet debitor non reperiret, vt propterea maior periculi ſuſpicio imminere vi-
18 deretur, propter quam iuſtior apparet cauſa iſtius fi-
deiuſſoris, pro quo etiam in dubio erat inclinandū ad excluſionem delicti, iuxta l.merito, ff.pro ſocio, & vt contractus non fœneratitius, ſed licitus eſſet in foro contentioſo, Bal.conſ.39.in fine lib.3. Crauett. conſil. 48.num.8.conſ.145.nu.2.& idem Bald. conſil.210. in princ.ſub nu.1.verſ.item contractus, eod.lib.3.licet ſecus in foro conſcientiæ, quia tunc fauore animæ in dubio æſtimatur vſurarius, vt idem Bald. teſtatur conſ.453.in fine verſ.nam, & ſi eſſet eodem lib.3. Sequitur Crauett.d.conſ.48.ſub nu.8. & videtur probari in l.ſi ea pactione, C.de vſuris, quam idem Bald. adducit d.conſil.210.ſub num.1.circa medium, verſic. item

contra-

contractus. Et cum hac opinione nouissimè concordare inueni Surd. cons. 406. hæc quæstio, per totum libro tertio, apud quem multa ex prædictis inueniens non eodem tamen modo digesta, nec tot iuribus, rationibus, & authoritatibus roborata.

EPITOME.

An, & quando procedi possit criminaliter pro crimine vsurarum contra hæredem, qui contractum fœneratitium a defuncto eius authore factum ratificauit, & qualis esse debeat ratificatio talis contractus, vt ex ea ratificans puniri possit, & præcipuè an requiratur sciẽtia specialis, & indiuidua qualitatis contractus, & omnium eius qualitatum, & quod esset a iure reprobatus: & incidenter de nullitate laudi ex defectu iurisdictionis, & an quando, & quomodo ratificari possit, vt valeat si non vt laudum, saltem vt partium conuentio, & pactum, & de alijs in hac materia non spernendis.

SVMMARIA.

1 *Hæres recipiendo fructus per plures annos vel pignorata a debitore ob contractum initum cum defuncto dicitur ratificasse dictum contractum vsurarium, et fœneratitium.*
Heres quibus ex causis excusandus sit si perceperit ex contractu fœneratitio cum eius authore inito fructus, ibidem.
2 *Contractus factus sub nomine emptionis, et venditionis accedente locatione eiusdem rei per emptorem venditori facta pro quadam annua pensione fructuum ad certum tempus non censetur vsurarius.*
Defunctus, si non deliquit in contrahendo, nec quidem hæres contractum approbando deliquisse videtur, ibid.
Accessorium sine principali non datur, ibid.
3 *Non entis nulla sunt qualitates, nec actiuè, nec passiuè.*
Qualitas sine substantia consistere non potest, ibid.
4 *De delicto principali constare debet, alioquin non potest procedi contra aliquem pro accessione delicti.*
Nemo pro auxilio præstito puniri, aut molestari potest, nisi constet eum cui dicitur auxilium præstitum deliquisse, ibidem.
5 *Ratificans contractum non incurrit pœnam, si contractus, sit vsurarius, quando hanc qualitatem ignorauit.*
Ratificatio requirit scientiam eius, qui ratificat, ibidem.
Nemo videtur approbare id, quod ignorat, ibid.
6 *Scientia particularis, et specifica cum omnibus qualitatibus actus gesti requiritur in ratificante actum.*
7 *Contractus non arguitur vsurarius ex locatione, et conductione, quæ statim fit post contractum emptionis, et venditionis.*
8 *Vsura considerari non potest in eo, quod de iure communi conceditur.*
9 *Emens ab aliquo fundum cum pacto, quod venditor eum recipiat in emphyteusim, et liuellum perpetuum pro certa annua pensione, vt puta sex pro centenario pretij exbursati, non dicitur facere contractum illicitum, et vsurarium.*
10 *Amplia etiam, quod appositum fuisset pactum de retrouendendo directum dominium pro eodem pretio intra certum tempus, et eo elapso non sequuta redemptione retineretur fundus vti liuellus perpetuus pro supradicta annua pensione, vt ibi.*
11 *Consuetudo etiam iniusta excusat a crimine, et a pœna in foro contentioso.*
12 *Illustrissimus Cardinalis Tuscus vir nunquam satis laudatus.*
13 *Actus alienationis non potest dici fraudulentus, sed licitus, & permissus, quando authoritate consuetudinis factus apparet.*
14 *Consuetudo, quæ est contra ius nedum diuinum, sed etiam canonicum non valet.*
15 *Declara in foro poli, secus in foro fori.*
16 *Compromissum factum de omnibus differentijs, controuersijs, & litibus, de quo in præsenti casu, an valeat, & si valet, an laudum vires habeat, vel retractari possit, & si laudum non valet, an in totum, vel pro parte annulletur, prosequere, & quid si confirmatum fuerit in eo, in quo nullitas consistebat, & si non valet vt laudum, an sustineatur tanquam noua conuentio, de ijs omnibus infra per decursum.*
17 *Compromissum, in quo certa forma a partibus data est arbitris laudandi, vel arbitrandi non valet.*
Amplia idem in Arbitratore, vt num. 19. contrarium, num. 21. & 26.
18 *Arbitri debent habere liberam potestatem arbitrandi circa res controuersas, & non limitatam, quia de substantia arbitrij est libertas arbitri in sententiando.*
19 *Arbitrium debet dari liberum a compromittentibus, alioquin compromissum non tenet, quod procedit non solum in Arbitro, sed etiam in Arbitratore.*
20 *Sententia, vel laudum datum iuxta conuentionem partiũ ideo vti superflua esset, cum nec tacitè, nec expressè emologari posset, nec vlla actio ex eo oriretur.*
21 *Contrarium tenent nonnulli alij.*
22 *Iustum, & iuri consonum esse dicitur, quod est de partium concordia, vt arbitri sententiam ferant, iustam, et iuri consonam.*
23 *Statutum Pistorij dans exequutionem sententijs Arbitrorum declaratur.*
Superfluitatis ratio quando non est habenda, ibid.
24 *Laudo standum est, quando data est facultas Arbitro, et Arbitratori procedendi, et decidendi tam de iure, quam de facto, et de iure tantum, et de facto tantum.*
25 *Habens facultatem procedendi, et decidendi tanquam Arbiter, vel Arbitrator, potest in laudo eligere, et declarare an tanquam Arbiter, aut tanquam Arbitrator viam decidendi elegerit.*
26 *Laudum latum ab Arbitrio iuxta conuentionem partium a quibus certa forma pronuntiandi data fuit, non tenet, quia arbitrium debet esse liberum.*
27 *Laudum latum ab Arbitratore, cui data est certa forma a partibus iuxta quam laudum ferre debuit, tenet, secus si aliter laudasset, quam per partes conuentum fuerit.*
28 *Laudans contra formam compromissi, a quo omnis eius potestas, dependebat, nulliter facit.*
29 *Vocans magis propinquum masculum de sua linea descendente masculina admittere dicitur proximiorem in gradũ, excluso remotiori.*
30 *Prohibitus alienare extra familiam potest alienare in familia.*
31 *Verba clara disputationem non recipiunt.*
Excessus in laudo vitiatur deuians a compromisso, ibidem.
32 *Bona in vno tantum capite, et sub vna tantum oratione, et structura verborum, simul sub eodem onore, et compromisso posita dicuntur vnita, connexa, admixta, et inseparabilia, et disiungi non possunt.*
33 *Negotia annexa, et connexa quæ dicantur.*
34 *Negotia, quæ sunt diuersa de per se stare possunt.*
35 *Sententia an pro parte valere possit, et pro parte non.*

36 Posita sub vna oratione, & structura verborum vnicum tantum capitulum continere dicuntur.
37 Sententia non potest in vna parte valere, & in alia non, quando est indiuisibilis, vt super capitulis connexis lata.
Primo amplia etiam si capitulum esset diuisibile, ibidem.
Secundo amplia etiam si super pluribus capitulis connexis, ibidem.
38 Laudum in totum annullatur, quando nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis, & potestatis.
39 Compromissum si factum vna die, & laudum latum altera die proxima sequenti, laudum ditur nullum ipso iure vti latum sine debita cognitione causæ.
Fallit, nisi iudicaretur de consensu partium, vel nisi partes emologarent, ibid.
Vel nisi iam Arbiter, vel arbitrator fuissent bene informati, nu. 43.
40 Ratihabitio retro trahitur.
41 Arbitrator omni iure habet potestatem limitatam, vt debeat ferre sententiam iustam, & iuri consonam, prout Iudex, cui Arbitrator æquiparatur.
42 Sententia Iudicis ita festinanter, & breui tempore, vti sine cognitione causæ lata est nulla.
Limita nisi immineret periculũ partibus deueniendi ad arma
43 Laudum celeri expeditione, & breui tempore latum non redditur nullum, quando Arbiter, vel Arbitrator ante cõpromissum fuissent de causa informati.
Qui allegat Arbitrum de causa bene fuisse informatum probare debet, quia informatio est quid facti, ibid.
44 Nullitas laudi ex nimia breuitate temporis lati non patrocinatur alleganti, nisi doceat de suo interesse ex aliqua causa cur laudum nimis festinanter fuerit latum.
45 Laudum latum nulliter non potest a partibus approbari tã quam laudum.
46 Emologatio laudi nulli a partibus approbati, etiam quod sit iurata, non potest facere, quod laudum nullum habeat vim laudi.
Sententia non est actus, quod a partibus explicari possit, cum fomentum recipiat a iure publico, non autem a priuato ibidem Et ideo si nulla est de iure priuatorum conuentione valitari non potest, ibid.
47 Actio in factum, quæ oritur ex sententia valida, non potest oriri ex conuentione partium, quando sententia est de iure nulla.
Si laudum non valet, minus valere potest emologatio, ibid.
48 Amplia etiam, quod partes facultatem habuerint renuntiandi, & tollendi causam ipsius nullitatis, quia illa prouenit ex iure publico.
49 Licet ius permittat posse renuntiari per partes nullitati sententiæ vel laudi, tamen si non fuerit renuntiatum, sed approbatum simpliciter id, quod de iure nullum est, talis emologatio, seu approbatio non conualidat illud.
50 Laudum nullum, an per emologationem substineatur saltem in vim pacti. nu. 51. & 52.
51 Sententia nulla approbata, & ratificata per partes non valet tanquam sententia, sed substinetur in vim nouæ conuentionis, & pacti, idem in laudo.
52 Nullitas laudi proueniens ex defectu iurisdictionis, vt quando contra formam compromissi latum est, non potest etiam de consensu partium valere in vim pacti, vide infra num. 59.
53 Emologatio laudi facta in eo, quod Arbiter fecit extra contenta in compromisso est nulla, & videtur per errorem, & sine iusta causa emanata.
54 Laudum nullum, si ex partium approbatione valere debeat in vim pacti, oportet, vt partes ipsæ ex certa scientia expresse dicant velle illud valere, non obstãte eius nullitate.
55 Laudi nulli approbatio erronea facta nocere non potest.
56 Laudum nullum, qui vult substineri in vim pacti, cautela est, quod faciat sibi promitti per stipulationem de obseruando contenta in eo ex causa noui consensus.
57 Testamentum paternum nullum ita demum valere potest si non vt testamentum, saltem iure pacti ex approbatione, & consensu filiorum facta ex certa scientia, et non aliter, infra nu. 62.
58 Ratificatio requirit scientiã ratificantis in iure, & in facto.
59 Laudum nullum approbatum, & ratificatum per partes non valere vel laudum, sed substineri posse in vim nouæ conuentionis, nisi nulitas proueniat ex defectu iurisdictionis, supra numer. 52.
60 Approbatio, & ratificatio laudi nulliter lati, vt valeat in vim pacti debet fieri ex certa scientia dictæ nullitatis, alioquin simplex approbatio non nocet, nec prodest.
61 Cautela est, vt ille qui vult valere laudum quamuis de iure nullum, quod faciat sibi promitti per alteram partem per stipulationem de obseruando contenta in eo.
62 Testamentum nullum quomodo in vim pacti substineri possit, supra num. 57.
63 Sententia nulla consensu partium tenet in vim pacti, quando est approbata, & partes illius nullitatis certam scientiam habere expresserint in ipsa approbatione.
64 Sententia nulla vt substineatur in vim pacti, non sufficit mandatum etiam speciale ad eam confirmandam, nisi fiat expressa mentio dictæ nullitatis.
Mandatum ad approbandum sententiam intelligitur quatenus illa sit valida ibidem.
65 Approbatio laudi nulliter lati dicitur erronea quando partes illud emologauerunt putantes laudum non esse nullum, sed validum, ideo non tenet.
66 Promittens id, ad quod non tenetur nulla causa expressa potius videtur promittere id, ad quod putat se teneri quam quod velit donare.
67 Confirmatio laudi nulli dicitur donatio.
Donatio in dubio non præsumitur. ibidem.
68 Ratificans aliquam conuentionem credens eam valere de iure, si postea appareat nulla, nil nocebit ratificatio
69 Diuisio facta ex testamento, quod diuidentes putabant validum esse, si postea appareat fuisse nullum, ipsa diuisio non tenet.
70 Promissio facta de eo, ad quod quis non tenetur præsumitur in dubio facta per errorem, & non ex certa scientia.
Scientiæ qualitatem allegans probare tenetur, ibidem.
71 Exequutio nulla non intelligitur ratificata per transactionem super ea factam nisi accedente consensu partium expresso de approbando, & ratificando ipsam exequutionem, licet inualidam.
72 Certa scientia in quolibet actu requiritur omnium qualitatum ipsius actus.
73 Certa scientia, quæ requiritur in appprobatione actus si in instrumento approbationis non est enuntiata, approbatio non tenet.
74 Arbiter, vel arbitrator fines suæ facultatis excedens contra formã cõpromissi pronuntiãdo dolo carere non dicitur.
75 Laudum nullum, & dolosum nullo modo valere potest, nec per approbationem, nec per vim pacti de cõsensu partium, nisi data certa scientia doli.
76 Supposito cessante dispositum cessat, & sublato fundamento corruit ædificium.
77 Actionem dari vocati per fideicommissum in contractu constitutum.

78 Trebel-

78 *Trebellianica, quando detrahi possit ex fideicommisso particulari.*

79 *Plura bona non extare in hæreditate si allegetur, præsumeretur, & hæc iuris præsumptio posset deduci etiam post conclusum in causa.*

80 *Ioannesbaptista Perusinus in tract. de arbitr. lib. 8. c. 11. & 13. tenens laudum latum inter fratres contra formam compromissi valere, declaratur.*

81 *Clausula, quod Arbiter, vel Arbitrator pronuntiet ad eius arbitrium, quid importet, & quid de clausula, quod procedat, & pronuntiet secundum eius voluntatem.*

Clausula quando important arbitrium boni viri, ibid.

82 *Si in compromisso dictum sit, quod compromissarius possit de iure vni auferre, & alteri dare, et altè, et bassè pronuntiare, et enormiter vnam, vel alteram partem lædere, non tamen videtur concessa facultas ledendi partes nisi moderatè, ex causa.*

83 *Arbitri non habent liberum arbitrium arbitrandi, quando a compromittentibus eis datur certa forma procedēdi, et pronuntiandi.*

84 *Arbitris, quibus data fuit in compromisso certa forma procedendi, et iudicandi, nunquam censetur data facultas per quæcunque verba generalia, et pragnantia, quod possint facere contra formam ipsius compromissi.*

85 *Non est præsumendum, quod partes in vno, et eodē actu sibi ipsis contrariari voluerint,*

CASVS CC. LXXVI.

1 AD excusationem hæredis, qui contractum fœ-
neratitium, & vsurarium a defuncto initum rati
ficauerat facto, recipiendo fructus rei pignoratæ a de-
bitore per plures annos in quantitate cum ipso de fun-
cto conuenta, iuxta l. Paulus respondit, ff. rem ratam
haberi, & in l. quidam ex parte, ff. de euiction. & nota-
ta per Dec. consil. 55. num. 7. consil. 58. num. 2. consil.
297. num. 3. & cons. 367. sub num. 3. & in l. semper qui
non prohibet, sub nu. 8. & seq. ff. de reg. iur. vbi etiam
Hieron. Cagnol. num. 13. per Ias. cons. 170. sub nu. 2.
vers. quinto facit, lib. 2. per Crauett. consl. 11. numero
4. vers. Tertio dicitur, cons. 19. sub num. 3. consil. 55. n.
5. cons. 151. num. 30. & 31. cons. 158. num. 3. latè cons.
237. num. 2. cons. 261. num. 5. & seq. cons. 276. num. 6.
per Ancharan. Regiens, quæstione 23. num. 20. & 23.
lib. 2. & antea per Bald. consi. 466. quia dicti Lippus, &
Rannutius in princ. lib. 2. & per Abbat. cons. 18. nu. 5,
lib. 2. & per plures alios, qui allegari possent, Tria con
siderabantur in facti contingentia, ex quibus absolutio
ne dignus iudicatus fuit, Primum quia ex deductis in
processu non videbatur sufficienter probatum, quod
contractus cum defuncto initus esset in fraudem vsura-
2 rum factus sub nomine emptionis, & venditionis, ac-
cedente locatione per emptorem venditori facta pro
quadam annua responsione fructuum ad certum tem-
pus, nam si defunctus sic contrahendo non deliquit,
nec quidem heres contractum approbando deliquisse
videtur, quia non datur accessorium sine principali, l.
cum principalis, & l. nihil dolo, §. cum principalis, ff.
de regul. iur. & c. accessorium, eod. tit. lib. 6, & non en-
tis nullæ sūt qualitates, l. eius qui in prouincia, §. quod
3 si stipulatus, ff. si certum petatur, nec qualitas sine sub-
stantia consistere potest, l. si seruum, §. si modus, ff. de a
ction. empt. Dec. cons. 222. num. 2. vers. quia qualitas,
& propterea dixit Bartol. in l. si is qui. §. si in Titium, in
fine, num. 2. ff. de fur. Quod non potest contra aliquem
4 procedi pro accessione delicti, si non constat de ipso
principali delicto, vnde pro auxilio præstito nemo pu-
niri, aut molestari potest, nisi constet eum, cui dicitur
auxilium præstitum, deliquisse, Bartolom. de Salycet.
Gaspar. Calderin. & Petr. de Anchar. inter consil. ipsius
Ancharani cons. 216. in fine, num. 5. versic. præterea si
non constat de delicto principalis, Marsil. in l. 1. nu. 14.
vers. pro quibus facit, C. ad l. Cornel. de sicar. & in lege
nihil interest, num. 21. vers. idem dixit, ff. eod. titul. & in
§. constante, num. 40. & 41. vers. scias etiam, & infra, in
pract. crimin. cons. 24. num. 23. cons. 34. num. 4. & seq.
cons. 69. nu. 5. & seq. latissimè Farinac. in pract. crim.
titulo de inquisition. quæst. 3. numero 4. versiculo am-
plia primo.

Secundum quia non satis est, quod fuerit probatum
contractum fuisse fœneratitium, nisi etiam fuerit pro-
batum, quod hæres, qui illum vt supra approbauit, sci-
uerit illum esse talem, quia ratificatio requirit scientiā
5 eius, qui ratificat, alias non tenet, quia nemo videtur
approbare, id quod ignorat, leg. si per errorem, ff. de
iurisdiction. omn. iudic. & in terminis notant Oldrad.
consil. 329. num. 10. vers. preterea ratihabitio requirit
scientiam, Bald. cons. 176. circa medium, versic. item
quia non apparet, lib. 2. Cornel. cons. 165. num. 45. &
seq lib. 2. Crauet. consil. 197. num. 14 vers. præterea,
Natt. consil. 162. num. 31. & est text. in lege quo enim,
in princ. versiculo rem habere, ff. rem rat. haber. Qui
6 nimo non sufficit in ratificante simplex scientia actus
ratificati, sed requiritur scientia particularis, & specifi-
ca cum omnibus qualitatibus, Castrens. cons. 465. co-
lum. penult. sub nu. 3. vers. restat, lib. 1. & cons. 382. co-
lum. 2. sub numer. 1. & 2. lib. 2, Crauet. d. consilio 197.
sub num. 14. post dictum versic. præterea, Natta dicto
cons. 162. num. 33. Bec. cons. 37. num. 23. & seq. & ipse
alias latissimè comprobaui consulendo pro Reueren-
dissimo Domino Lactantio de Lactantijs Vrbeuetano
Episcopo Pistoriensi, & Ciuitatis Senarum Guberna-
tore, dum ibi munere Auditoris Rotæ fungerer.

7 Tertium, quia contractus non arguitur vsurarius ex
locatione, & conductione, quę statim fit post cōtractū
emptionis, & venditionis, Abb. cons. 66. in primo, &
in secundo dubijs, & cons. 76. in secundo dubio, sub nu.
2. lib. 1. Alexan. cons. 121. per totum lib. 5. Sozin. con-
silio 88. in toto, & consilio 103. per totum libro 4.
quod est repetitum consil. 176. lib. 2. latè Veronens. in
tract. de simul. contrac. in princ. num. 1. & plurib. seq.
& num. 52. & seq. in 12. præsumpt. & num. 66. & 67. in
20. præsumpt. Crauett. consil. 145. sub num. 4. versicu.
& in terminis nostris. Nec enim videtur posse conside-
8 rari vsura quoties disponitur super eo, quod de iure
communi conceditur, vt post Calderin. & Ancharan.
tradit Dec. cons. 119. num. 3. & seq. & consil. 170. sub
num. 2. col. antepenult. in fine, & infra, versic. & dato
quod alia opinio, Crauett. cons. 89. num. 2. & consilio
145. sub numero 4. in fine, prout concessus reperitur
prædictus contractus locationis factæ per venditorem
emptori rei statim antea venditæ, iuxta leg. secundam
cum ibi notat, C. de pact. inter emption. & vendition.
9 vnde etiam constat, quod emens ab aliquo fundum
cum pacto, quod venditor eum recipiat in emphyteu-
sim, & liuellum perpetuum pro certa pensione annua
iusta, puta, sex pro centenario pretij exbursati,
non dicitur facere contractum illicitum, & vsurarium,
sed immo licitum, & iustum, etiam quod apposita fuis-
10 set pactum de retrouendēdo directum dominium pro
eodē pretio intra certū tēpus, & eo elapso non sequu-
ta redem

ta redemptione retineretur fundus vti liuellarius perpetuus pro dicta pensione annua sex pro centenario, vt in puncto decidit Alexan. de Neuo cons. 95. in 3. dubio per totum nu. 11. & seq. & sequuntur Angel. de Castro, Ioannesbaptista Orsell. Bartol. Cepol. & Petr. de Soncin. in subscript. ad dictum consil. idem nulla prædictorum Doctorũ facta mẽtione tenet Menoch. in tract. de arbit. Iudic. lib. 2. cent. 3. casu 276. nu. 20. vers. hinc quoque, & in omnem euentum, vbi præmissa non ita de plano procederent, quod tamen nõ conceditur, dicitur, quod cum in Regione eiusmodi contractus passim fieri consueuerunt, frustra de vsura agi videtur, quia consuetudo etiam iniusta excusat à cri-
11 mine, & à pœna in foro contentioso, vt in terminis dicunt Oldrad. cons. 207. in fin. nu. 7. Calderin. cons. 4. in fin. tit. de vsur. Abb. consil. 15. col. 2. sub nu. 2. ad finem vers. quid vltra lib. 1. Dec. con. 170. col. penul. sub nu. 2. vers. & dato Ias. cons. 78. col. 4. circa medium lib. 3. & cons. 153. col. 4. in fine lib. 4. Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædilit. edicto, Bald. in l. vnica, in 3. quęst. C. de his quę pœn. nomin. Ias. in l. 1. col. antepen. in 4. quæst. C. de sũma Trinit. & fide cathol. Crauett. cons. 145. nu. 12. vers. 5. respondeo, & antea cons. 6. num. 103. vers. præterea narratur, Marsil. cons. 90. nu. 16. vers. adducit etiam, & cons. 100. num. 17. in vers. pariter incip. adducit etiam Crauett. cons. 48. in finalib. verbis Roland. a valle cons. 75. nu. 42. & seq. ver. vlterius eti-
12 am dicitur. lib. 1. & Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Cardinal. Tusc. Dominus meus obseruandissimus, & nunquam satis laudatus tomo 2. suarum conclusionum conclus. 958. in verbo, consuetudo num. 7. vers. consuetudo contrahendi. fol. 311 facit enim cõsuetudo esse licitum, quod alias esset illicitum, Roman. in l. certi conditio, §. si nummos ff. si cert. petat. & ibidem Iasou. column. 6. in fin. inquiens pro hoc facere textum singularem in l. si pignore. §. finali. ff. de pignor. action. per quem notat ibi Bart. quod ne dum in dolo, imo nec in aliqua culpa esse videtur qui facit illud, quod est solitum fieri: Cõcordãt Ruin. cons. 139. in fin. num. 7. lib. 4. & cons. 65. num. 8. lib. 5. Marsil. cons. 90. n. 11. & seq. & cons. 100. n. 11. cũ seq. quos sequutus est Rolan. d. cõs. 75. n. 45. vers. vlterius accedit,
13 vbi et n. 46. post Paris. cons. 13. nu. 59. vers. actus igitur lib. 1. inquit, quod actus alienationis non potest dici fraudulentus, sed licitus, & permissus, quando authoritate consuetudinis factus apparet, & posset ad hoc adduci plura, quę congerit Marsil. d. cons. 90. nu. 8. & quamplurib. sequ. & d. cons. 100. n. item 8. & per multis sequent.

14 Nec obstat si dicatur, quod talis consuetudo non valeat tanquam contra ius ne dum Canonicum, sed etiã Diuinum, & dicitur vsurpatio, vt per Marsil. cons. cõs. 8. num. 35. & cons. 33. num. 23. post Angel. hoc pulcrè dicentem in l. iniuriarum. §. si quis me, qui est final ãd fin. sub num. 2 ff. de iniuirijs, quia respondetur, quod non valet quo ad hoc, vt quis excusetur apud Deum, seù in foro popli, secus autem quo ad pœnam
15 temporalem, seu in foro fori, ne quis puniatur in hoc seculo. Iason in l. 3. §. iurari. colum. penult. ff. de iureiurand. ita indiuiduo ad hũc obicem respondet Rolãd. d. cons. 75. num. 47. vers. nec habet obstare.

Et in puncto quæstionẽ hanc ita resoluit Surd. cons. 328. nu. 25. & plurib. sequ. post vers. non omitto lib. 3. qui mouetur ex primis duobus fundamentis supra relatis, paucioribus tamen iuribus, & authoritatibus cõprobatis, omisso penitus tertio per me considerato, & vt supra roborato.

Ea autem, quæ præfato Reuerendissimo Domino Episcopo Pistoriensi, & Senensium moderatore in eadẽ causa ter scripsi, & de quibus supra memini hic placuit inserere, licet non omnia ad propositum, de quo agitur, faciant, & sunt infrascripti tenoris videlicet.

SPIRITVS SANCTI GRATIA
Illuminet Intellectum Meum.

EX facto mihi oretenus proposito, & ex lectura cõpromissi laudi, & ratificationis plurimæ eliciuntur dubitationes, in quarum disceptati one procedam breuiter ea solum attingendo, quæ ad rem valdè facere, & à Doctoribus communiter recepta esse mihi videbuntur, & licet non ignorem in hac re minimè satisfacturum esse expectationi Illustrissimi, & Reuerẽdissimi D. D. Lactantij de Lactantijs Episcopi Pistoriẽsis dignissimi, & pro Serenissimo Magno Duce Hetrurię in Statu Senẽsi Gubernatoris meritissimi Domini mei colendissimi, satis tamen me facturum esse existimaui, si pro viribus ingenioli mei eius mãdatis, vt decet, parẽdo, conabor in medium afferre ea, quæ ex tenui suppellectili mea colligere potui, longè laudabilius fuisse iudicans me rudem potius, quam inobedientem, & ingratum simul demonstrare voluisse.

16 Prima igitur dubitatio est, an valeat cõpromissum factum per nobiles Dominos Gualterotum, & Nicolaũ fratres, & filios Domini Conradi de Paciaticis de Pistorio in nobilem Dominum Baldinottum de Baldinottis de omnibus eorum differentijs, Controuersijs, & litibus de anno 1465. die 28. Ianuarij.

Secunda, dato quod valeat, an laudum inde sequutũ vires habere possit.

Tertia posito quod non valeat, an in totum, an verò pro parte tantum, & pro qua, nullum dici debeat.

Quarta, admisso quod nullum sit in totum, vel pro parte aliqua, an confirmatum fuerit in eo, in quo nullitas consistebat ex ratificatione de eo per partes, facta ita vt valeat tanquam laudum.

Quinta, esto quod non sustineatur vt laudum, an saltem valere possit, vt noua conuentio, & pactum.

17 Deuenio ad primam dubitationem, quæ ni fallor, satis difficilis redditur, si enim volumus, quod Dominus Baldinottus fuerit Arbiter compromissum in eum factum per dictos fratres Panciaticos, per quod ei dabatur certa forma pronuntiandi circa Palatium situm Pistorij, & Posticium della Maggia cum suis prædijs circumstantibus positis in territorio Quaratę, & Montis Magni non valet. l. qualem, vers. & ideo ff. de arbitr. & ibi Bart. in Summario, & Addẽt. ad eum in 2. apostilla, Bald. in 2. not. num. 2. Roman. qui legit eam legem cũ l. si in tres. num. 2. & in l. §. & post operis. numer. 3. ff. de oper. nou. nunciat. & cons. 141. post princ. versic. superest, & cons. 175. num. 1. Angel. & Imol. in l. si conuenerit ambo. sub nu. 1. ff. de re Iudic. & ibidem Alex. latè sub num. 8. & Iason etiam diffusè sub eod. num. 8. & sequ. Salyc. in l. 1. in 4. opposit. sub num. 2. C. de iurisdict. omn. iudic. Florian. cons. 17. nu. 14. & 15. Bald. in d. l. 1. C. de iurisdic. omn. iudic. sub num. 2. & ibidem Castr. num. 4. Socin. cons. 27. sub num. 3. vers. secunda cõclusio. lib. 1. Blanc. copiosè in tract. de compromiss. 26. qõ. nonę quæst. principal. nu. 67. quicquid dixerint

Bartol.

Bartol. in dict. lege si conuenerit, in princ. & Bald. in l. fin. q. 12. num. 43. vers. & hoc credo verum, C. de contrah. emptio. & in l. prolatam, sub num. 17. C. de sent. & interloc. omn. iudic. & Castr. in d. l. si conuenerit, sub nu. 2. quorum opinio non recipitur ea ratione, quia de
18 substantia arbitrij est libertas arbitri in sententiando, cum eius sententiæ etiam iniquissimæ stari debeat, & propterea non potuit tolli per conuentionem partiũ, vt dicunt Angel. Imol. Alex. & Ias. in d. l. si conuenerit, & Blanc. d. q. 26. & vt dicit Bald. in d. l. qualem. ff. de arbitr. istud arbitrium nõ esset arbitrium, & arbiter nõ esset arbiter, sed potius merus executor; Si verò dici-
19 mus, quod dictus D. Baldinottus fuerit arbitrator, videtur pariter quod compromissum prædictum non tenuerit; Imol. in d. l. si cõuenerit. sub num. 1. & ibidem Alex. sub nu. 8. & Ias. num. 12. & seq. eo quia talis sen-
20 tentia esset superflua, & nihil operaretur vltra conuẽtionem partium, cum nec tacitè, nec expressè emolo-
21 gari possit, nec vlla actio ex ea oriatur, licet alij repe-riantur, qui contrarium sentiant volentes in arbitratorem posse compromitti, ita vt certo modo pronuntier, & inter hos Bald. in d. l. fin. q. 12. sub nu. 43. C. de contrah. emption. & ibi addentes ad eum in vltima apostilla, Angel. in d. l. si conuenerit sub num. 1. ad fin. ibidem Adden. ad Castren. in 2. appostilla, Roman. in d. l. qualem, lecta cum l. si intres. sub nu. 2. & in d. §. & post operis. sub n. 3. & d. consil. 141. post princ. vers. nec huic sententiæ, & d. consil. 175. sub num. 1. vers. cæterum, & sub numer. 2. vers. quod autem, Addent. ad Bart. in d. l. qualem, in 2. apostilla, Socin. d. consil. 27. nu. 11. & sequ. lib. 1. moti ea ratione, quia eius potestas est limitata,
22 vt debeat ferre sententiam iustam, & iuri consonam, & videtur iustum, & iuri consonum, quod est de partiũ concordia, vt Angel. in d. l. si conuenerit, notat, & alij sequuntur, quorum sententia indubitanter procederet, vbi vigeret Pistorij statutum dans exequutionem sen-
23 tentijs arbitratorum, prout in multis alijs locis vigere vidi, quia tunc cessaret ratio per tenentes contrariam opinionem considerata superfluitatis, & nullius operationis sententiæ, nam ex ea daretur exequutio, quę minimè ex partium conuentione competeret, vt punctualiter in ijs terminis tradit Socin. d. consil. 27. sub nu. 13. vers. nec obstat, quod in contrarium allegatur; Cæ-
24 terum cum D. Baldinottus electus fuisset arbiter, & arbitrator cum facultate procedendi, & decidendi, tam de iure, quàm de facto, & de iure tantum, & de facto tantum, & in eius potestate esset eligere, an vno, vel altero modo procedere, & decidere vellet, & is in laudi præfatione se viam arbitratoriam sequutum fuisse de-
25 clarauerit, tali eius electioni, & declarationi standum est, vt propterea non arbiter, sed arbitrator censeri debeat, vt in terminis notat Blanc. in tract. de cõpromiss. q. 1. principal. in verbo, arbitrum & arbitratorum. nu. 29. vnde magis dubia redditur quęstio, quàm si essemus in arbitro, cum in arbitratore varij varia sentiant, nec quiquam quod ipse viderim, reperiatur, vt vnam vel alteram sententiam communem esse attestetur, vt propterea ego non audeam alterutram firmare in tanta tantorum patrum varietate, cum præsertim consultationis huius punctũ in hoc solum consistere nõ credã.
26 Capio secundam, in qua dicendum est, quod si D. Baldinottus fuisset arbiter, eius sentẽtia esset nulla propter compromissum in eum factũ, vt certo modo pronuntiaret, quod non potuit fieri, ita dicit Roman. præcisè d. consil. 175. num. 1. dicens esse casum in d. l. qualem, & sit fuisse arbitrator. idem dicendum esset, tenẽdo opinionem illam, quod etiam in arbitratorem non potuerit eo modo compromitti, vt idem Roman. dicit loco citato, & d. consil. 141. post princ. vers. supereſt. tenendo autem aliam opinionem, quod sub illa forma in
27 arbitratorem fieri possit compromissum, sentẽtia nõ esset nulla ex illo capite, sed bene ex alio euidẽti subiaceret nullitati, ex eo scilicet, quia laudauit aliter, quàm per partes conuẽtum fuerit, & sic contra formam cõ-
28 promissi, a quo omnis eius potestas pendebat. l. nõ distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. Roman. in his pręcisis terminis. d. consil. 141. post princ. vers. supereſt, & d. consil. 175. num. 2. Excessit autem D. Baldinottus terminos suæ commissionis, & formam laudandi sibi datam graui modo: Dictum enim fuerat, & factũ expressum pactum, quod inter cætera deberet laudare, quod dictum Palatium, & dictum Possicium cũ omnibus suis prædijs circumstantibus non possent vendi, nec quomodolibet alienari per ipsas partes, aut earum descendentes, quia voluerunt, & volunt, quod semper bona illa remanerent, & conseruarentur in magis propinquos masculos descendentes de earum linea masculina, quousque ea duraret, & illa finita ad magis propinquos descendentes de earumdem linea fœminina, ipse autem voluit posse fieri alienationem in quoscunque masculos descendentes de linea masculina D. Ioannis D. Vinciguerrę de Panciaticis, vt sic alterauerit partium mentem excludẽdo magis propinquos, & admittendo remotiores, & ponendo lineam, & descendẽtiam dicti D. Ioannis loco lineæ compromittentium, vt cuilibet notum esse potest ex relatione laudi ad compromissũ facta, assignauit enim dicta bona Domino Gualterotto cum onere, quod nec ipse, nec eius descendentes possint ea in totum, vel in parte vendere vel alienare extra familiam, & descendentiam masculinam egregij militis D. Ioannis D. Vinciguerræ de Panciaticis de Pistorio de linea masculina prouenientem quousque ea durauerit, & ea deficiente, extra descendentes eiusdem per lineam fœmininã, dando facultatem Domino Nicolao, & eius descendentibus, & pariter cuilibet descendenti ex dicto Domino Ioanne vendendi, & secus vẽditum, vel alienatum. Nec dubium est quin par-
29 tes vocando magis propinquum masculum de earum linea descendente masculina admitterent proximiore in gradu excluso remotiore. §. si plures, in princ. & §. proximus autem, in fin. Instit. de legit. agnator. success. quod quidem non eueniebat per laudum, ex quo tantũmodo prohibita erat alienatio extra familiam & descẽdentiam masculinam, ex linea masculina, cum non diceretur contrauentum per alienationem factam in remotiorem in gradu excluso proximiore, quia prohibi-
30 tus alienare extra familiam, potest alienare in familia. l. peto. §. fratre, cum sua materia. ff. de legat. 2. quod ex laudo apertius colligitur verbis expressis, ex quibus constat liberè alienationem in quoscunque de familia, & descendentia illa fieri posse, vt sic opus non sit id per argumenta demonstrare, cum verba clara disputationem reijciant. l. ille aut ille. §. cum in verbis, de le-
31 gat. 3. Vltra quod excessus in linea, & descendentia nõ potest aliquo modo tolli, quia compromissum loquatur de linea, & descendẽtia ipsorum fratrum compromittentium, laudum autem de linea, & descendentia D. Ioannis D. Vinciguerræ, quam ex dominum diuersitate non eandem, sed aliam diuersam fuisse constat, argum. notat. in c. cum Ioannes. de fide instrument.

maxime

maximè per Felyn. sub numer. 9. vers. sed dictum D. Cardin. hic.

Descendo ad tertiam, in qua concludendum videtur, quod laudũ indubitanter fuerit nullum quoad caput concernens Palatium, & Posticium cum suis prædijs circumstantibus, licet validum esse fortassis posset quo ad alia capita, nam bona illa Palatij, & posticij in vno tãtum capite, & sub vna tantum oratione, & stru-
32 ctura verborum simul sub eodem onere in compromissio posita sunt, vt video tanquam vnita, connexa, & admixta dicantur esse inseparabilia, & disiungi non possint, Signor. de Homod. & Fulgos. n. quodam eorũ consilio posito in volum. varior. tractat. Cępol. incip. Supposito statuto Ciuitatis Mediolani post principiũ,
33 volentes dici negocia connexa ea, quæ habent ad inuicem dependentiam contrahentium voluntate, vel quæ ad eundem effectum tendunt, ita vt vnum tantum factum censeatur; Cętera autem ex se separata sunt, & sub generalitate facultatis amplæ, & liberę Domino Baldinotto datæ in pronuntiando transeunt, vnde de per se stare possunt, cui negocia dicantur diuersa, & se-
34 parata, quæ diuersis de causis, & ad diuersos effectus ordinata sunt, secundum Signor. & Fulgos. d. cons. circa medium, Bald. in l. 2. C. de re iudic. num. 5. nec incõueniens reputatur, quod sententia plura continens ca-
35 pita separata, & distincta in vno possit esse nulla, & in alio valida, cum in separabilibus, & diuiduis vtile pro inutile non vitietur, vt in terminis sententiæ notant. Scrib. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. & pręsertim Bart. & Bald. vterque sub num. 3. Castr. sub nu. 10. Alex. sub num. 12. dicens ita communiter teneri, Ias. numer. 27. aiens cęteros ita pertransire, Cagnol. nu. 47. & sequ. vbi latè hanc opinionem tenetur, & à Doctoribus cõmuniter receptam esse attestatur cum qua opinione etiam transit Roman. in ead. l. fin. lecta cum §. quoties. l. penul. sub num. 5. & in l. si arbiter, alias, labeo ait. lecta cum §. intra quantum. l. si cum dies, ff. de arbitr. vbi loquitur in terminis nostris per illum textum optimè probantem, vt etiam ibidem gl. adnotauit: Idem etiam habetur per Alberic. de Rotat. in l. etiam. §. primo. sub num. 3. ff. de minor. asserentem in hoc stare gl. & Doctores communiter, & per Bald. in l. 2. num. 6. vers. dic. C. de reiudicat. per Anchar. consil. 28. num. 6. vers. secundo si quando, & in c. ea, quæ, col. 7. vers. quęrit gl. de reg. iur. in 6. Quinimo dici posset, quod nullum fuerit laudum in totum, & sic non solum respectu Palatij, & Posticij cum suis prædijs circumstantibus, sed etiam
36 respectu aliorum quorumcumque bonorum, ex quo ipsa omnia bona fuerunt in laudo assignata D. Gualterotto cum vnico tantum, & æquali onere eis imposito sub eadẽ oratione, & structura verborum, vt propterea vnicum tantum capitulum continere dicatur, secundum Bald. in d. l. 2. num. 5. vers. sed hic dubitatur. C. de re iudicat. vbi vult vnicum tantum capitulum dici, quando plura simul coniuncta sunt vna structura, & vna essentia, quod etiam ex Ancharano colligitur in d. c. ea quæ. col. 7. post vers. vnde etiam, quo in casu om-
37 nes admittunt sententiam in totum esse nullam, & nõ posse in parte valere, & in parte non, propter indiuiduitatem. vt per Bart. Bald. Castr. Alex. Ias. & Cagnol. in d. l. fi. ff. de iurisdict. omn. iudic. per Alber. in d. l. etiã, d. §. 1. sub num. 3. & per Bald. in d. l. 2. sub nu. 6. & pulchrè patet ex allegat. per Anchar. cons. 208. sub num. 11. vers. tertius autem, & in d. c. ea quę col. 7. vers. si verò capitula sunt connexa, quid consiliũ reperitur etiã in cons. Zabarel. ad verbum cons. 29. quicquid dicat Roman. in d. l. fin. sub num. 5. vers. aut continet vnum capitulum tantum, quod procedere dicit Alberic. vbi supra etiam quod vnicum illud capitulũ esset diuiduũ, quia nec tunc potest sententia pro parte valere, & pro parte non, sed in totum vitiatur quod colligitur etiam ex Bartol. in d. l. fin. sub numer. 3. ibi, pro hoc l. si idem. Et ista locum haberent etiam quando diceremus nos non esse in vnico capitulo laudi, sed in pluribus connexis, quia idem de eis, quod de vno tantum dicitur Bald. in d. l. 2. sub d. num. 6. C. de re iudicat. Alberic. in d. l. etiam. d. §. 1. sub num. 3. ad fin. vers. item nota quod de connexis, & Anchar. d. cons. 208. nu. 11. d. vers. tertius autem, & in d. c. ea, quæ, col. 7. vers. si verò capitula sunt connexa, ex cuius dictis vbique patet nos etiã saltem versari in pluribus capitulis connexis; Amplius
38 dici potest, quod etiam si essent plura capitula diuersa, & separata laudum tamen in totum esset nullum, & non posset in aliqua parte sustineri, cum nullitas proueniat ex defectu iurisdictionis, & potestatis, vt in indiuiduo tradit Alber. loco citato, versic. sed plenius, sub d. num. 3. Accedat, quod ex alio non spernẽdo fundamento laudum in totum corruere videtur, ita vt in nulla eius parte sustineri possit, nam compromissum
39 factum reperitur vna die, & laudum datũ alia die immediatè sequenti, & ideo nullum esse dicitur ipso iure, vti latum sine debita cognitione causæ, quæ ex temporis breuitate adhiberi non potuit, vt punctualiter in sententia arbitri decidunt Bald. in l. prolatam. num. 17. C. de sent. & interloc. omn. iudic. qui tamen dicit hoc procedere nisi iudicaretur de cõsensu partium, vel nisi partes emologarent, quia ratihabitio trahitur retro,
40 quid est notandũ, Castr. in l. fi. lecta cum l. 1. sub n. 4. ad fin. C. de sent. ex breuicul. recitand. & Anchar. cons. 208. sub 7. post vers. pro Sempronio. & in sententia arbitratoris, Bald. in c. 1. sub num. 10. vers. & quia quidã, de inuestitu. in marit. fact. in vsib. feud. latè Felyn. multos adducens in c. ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 16. vers. trigesimo. de cõstitut. & alij plures allegati per Sociñ. cons. 121. sub numer. 3. vers. secundo clarè. lib. 3. vbi & ipse in ea loquitur & Bald. loquens in arbitrio, & arbitratore cons. 142. num. 3. lib. 1. quæ opinio ex eo con-
41 firmari potest, quod arbitrator omni iure habet potestatem limitatam, vt debeat ferre sententiam iustam, & iuri consonam, prout & Iudex, cui in hoc ęquiparatur, vt supra est dictum ex mente Doctorum in l. si conuenerit. ff. de re iudicat. & constat sententiam Iudicis ita festinanter, & breui tempore latam, vt debita co-
42 gnitio causæ adhiberi non potuerit, esse nullam ipso iure; & nunquam transire in iudicatum, etiam si ab ea non fuerit appellatum, Anchar. alios referens q. 16. num. 14. lib. 2. nisi aliàs partes essent in periculo veniẽdi ad rixas, & arma, Bald. d. consil. 142. quia tunc sustinetur vt ibi, & licet Castr. in d. l. fin. C. de sent. ex breuicul. recitand. sub num. allegato, Anchar. d. q. 16. num. 18. loquentes in sententia arbitri, & Socin. d. cons. 121. sub num. 3. vers. sed pręmissis non obstantibus, loquens in laudo arbitratoris, velint opinionem supra relatam non procedere, quando talis arbiter, vel arbitrator
43 ante compromissum fuisset de causa informatus, quia tunc valeret eius pronuntia, tam breui tempore post ipsum compromissum lata, tamen hoc minimè conclusioni nostræ nocet, quoniam de hac informatione non constat, eaque vti consistens in facto non præsumitur, sed est probanda per eam allegantem. l. in bello. §. factæ. ff.

ba.ff.de capt.& postlim. reuers. Et praemissa tãto magis procedere debent in isto casu, in quo ex conuentione partium compromissum durabat per duos menses, vt propterea res maturius debuerit considerari, etiam de mente partium, quae etiam de prorogatione illius temporis duorum mensium faciẽda si opus fuisset, cogitauerant, vt ex lectura ipsius Compromissi apparet: Non tamen omittendum est vnum, quod dicit Crauet. cons. 179. nu. 5. vers. secundo respondeo. vbi vult, quod
44 nullitas ista ex temporis breuitate insurgens non possit allegari, vt prosit allegauti, nisi deducat, & ostendat sua interesse ex aliqua causa, quod ita breuiter nõ fuerit pronuntiatum, vt quia aliter esset pronuntiatum ex aliquo iure, si ita cito causa expedita non esset, quod est notandum, si verum est.

45 Transeo ad quartam, & breuiter me expediẽdo dico, quod dictum laudum tamquam nullũ, vt supra demonstratum est, non potuit per partes approbari, & ratificari per earum conuentionem eadem die factam, vt possit valere tanquam laudum, vt tradunt scribẽtes in l.2.C.commu. vtriusque iudic. & nuncupatim Bart. in princ.& ibi addent.ad eum, Alberic. nu.1. Bald.nu. 2. Salyc.& Fulgos.vterque in princ. Castr.in princ.nu. 1. pulcrè admodum, & subtiliter Florian. cons. 17.nu. 11.& sequ.vers.non obstat praedictis, Vantius de nullitatib.tit.quibus modis sent. nul. repar. poss. num. 18. Roman.cons.155.nu.4. cons. 173. in fin. & cons.175. num.4.Socin.cons.220.numer. 3.lib.2.Dec.cons.433. num.8.cons.475.nu m.33.& cons.499.in 3. dub.num. 13.& 14. propè finem, & in c.examinata. in 3. notab. num.3.de confir.vtil.vel inutil. Abb. cons. 92. num.2. lib.1.cons.62.sub nu.2.lib.2.& in d.c.examinata.in 3. notab.num. 4.de confirm.vtil. vel inutil. Afflict. decis. 117.num.6.Fulgos. cons. 144. in 4.dub.& consil. 167. circa fin.in 3. dub.Anchar.q.26.num.6. & 11. lib. 1.& hanc communem conclusionem appellat Gabriel lib. 2.comm.conclus.tit.de sent.conclus. 2. in princ. nu.1. & in 1.ampliat.nu.2.latè Paris.cons.24. nu. 156. vers. si vero,& nu.162.versic.imo,lib.2. eamque procedere
46 ait num. 157. etiam quod emologatio, & approbatio partium esset iurata, quod ante eum tenuit Corne. cõsil.245.sub num.3.vers. nec etiam videtur obstare, lib. 2.sequitur Anch.r. d. q. 26. num. 6.in fin.cuius rei ea redditur ratio, quod sententia non est actus, qui a partibus explicari possit, cum fomentum recipiat a iure publico, non autem a priuato, & propterea si nulla sit de iure, priuatorum conuentione validari non potest, Bald.,Salyc.& Castrens. in d.l.2. Abb. d. cons.92.nu.2. & in d.c.examinata, & ibidem Dec. & Vant. supracitati,& si secus esset, absurdum sequeretur, quod actio
47 in factum, quae oriri deberet ex sententia, orietur ex conuentione partium, quod esset contra ius, vt dicit Alberic.in d.l.2.sub num.1.& cum non valeat laudum, non potest valere emologatio, quae vti accessoria ad illud non potest esse valida, nullo existente principali, Dec.cons.11.sub num.3. vers. Tertio principaliter,& cons.587.n.10.quod latè ex eadẽ in substãtia licet longè subtiliori ratione probat Florian.d.cons. 17. num.
48 12.& 23.quae conclusio procedit etiam, quando nullitas prouenit ex eo, super quo partes habebant facultatem renuntiandi, & tollendi causam ipsius nullitatis, vt quando esset nulla tanquam lata tempore feriato ob necessitatem hominum, nam & si partes eam approbent, non tamen faciunt, quod ea valeat, quia causa nullitatis prouenit ex iure publico, quod mandat ta-
49 li tempore non procedi, & licet permittat, quod partes possint ei renuntiare, non tamen permittit, si non renuntiauerunt, quod possint facere, quod sententia nulla iure publico reconualescat iure priuato, vt declarat Castren.in d.l.2.ad fin.nu.3.quem sequitur alios adducens Gabriel d. titul.de sent. in 2. ampliatione numero 4.

50 Accedo ad quintam, & vltimam, circa quam multa possem adducere ad ostendendum, quod ratificatio illa nõ sustineat laudũ illud nullũ in vim conuentionis, & pacti, sed paucis contentus, omissis responsionibus vulgaribus, & passim per scribentes ad hãc rem traditis, arbitror dici posse, quod licet communis videatur esse opinio Doctorum in d.l. 2. post glos.ibi. C. cõm. vtriusque
51 que iudic. vt sententia nulla approbata, & ratificata per partes non valeat tanquam sententia, tamen sustinetur in vim conuentionis, & pacti, vt etiam dicunt alij Doctor. in praecedente proxima quaestione citati ad probandum, quod ea in vim sententiae non possit valere, & latè habetur per Gabriel.d. titul. de sent. num. 7.vers.declara principalem conclusionem, & nu m.9. vers.secundo amplia, vbi loquitur in laudo, prout etia faciunt multi ex supra relatis, Vant. de nullit.tit.quibus mod.sent.nul.repar.poss.sub num. 18. & 19. vers. possunt, tamen hoc non procedit, quando nullitas laudi prouenit ex defectu iurisdictionis, quia fit latum contra
52 formam compromissi, vt in praesenti casu euenit, tũc enim non potest etiam de consensu partium valere in vim pacti, vt notat Gabr.d.titul.de sent.nu. 11. vers. secundo limita, post Brun. in tract. de form.tit. de potest. & effect.form. 28. limit. quem ipse refert, & sequitur, licet ego in fonte illum non viderim, cum reperire nõ potuerim talem tractatum, quod etiam videtur comprobari ex tradit.per Florian. dicto consil. 17. nu. 16. & sequ. vbi dicit, quod emologatio facta de laudo in
53 eo, quod arbiter fecit extra contenta in compromisso est nulla, & videtur ex errore, & sine iusta causa emanasse, cum laudum in eo non teneret, qui a cum quis promittat id ad quod non tenebatur, nulla causa expressa, videtur id promittere, putans se teneri, & videtur aliter, vt pulcrè ipse Florian. probat.

54 Praeterea dico necessarium esse ad hoc, vt laudum nullum ex partium approbatione, & ratificatione sustineatur in vim conuentionis, & pacti, quod conuentio, & pactio illa approbatiua ipsius laudi sit facta ex certa scientia per partes, quae sciuerint eius nullitatẽ, & tamen illud vt pactum valere voluerint, alias enim si simpliciter facta reperiatur approbatio, & ratificatio laudi, prout in proposito nostro facta est, videtur facta sub ea consideratione, quod laudum ipsum valeret,
55 quod cum verum non sit, talis approbatio erronea nõ potest nocere vt in propriis terminis habetur Abbat. cons.61.col.fin.sub num.6. vers. ad tertium contrarium respondeo. lib. 1.& per Deci. d. consil. 475. num. 28. ver.sed ad hoc respõdetur, quos sequitur Gabr.d.tit.de sent.nu. 34. vers. septimo limita. quam opinionem tenet idem Abb.cons.18. sub num. 7. vers. secundo dixi. lib. 2. & eam etiam amplecti satis apertè videtur Florian.d.cons. 17.num. 16. & sequ.& eam pariter sentit Pomat.in additionad Bart.in d.l.2.C.comm. vtriusq.
56 iud.in apostilla magna, dum dat cautelam, quod ille, qui vult ratificatione laudi nulli sustinere illud in vim pacti, faciat sibi promitti per stipulationem de obseruando contenta in eo ex causa noui consensus,& nouae conuentionis, ad idem etiam adduco Bald. cons. 356. in 4.

in 4.dub.num.3.lib.5.vbi vult, testamentum paternum
57 nullum,ita demum posse,si non vt testamentum, saltē
iure pacti sustineri ex approbatione, & consensu filio-
rum,si ex certa scientia approbatio sit facta, & nō ali-
ter,& dicit simile haberi in d.l.2. vt sic etiam in termi-
nis nostris id expresse velit Bald.ad idem adduco eun-
dem Baldum cons.322.sub num.1.versic. preterea.lib.
58 2.vbi generaliter vult,quod in ratificatione requiratur
scientia ratificantis in iure,& in facto, aliàs quod ea nō
valeat: Constat autem cuilibet diligenter verba ratifi-
cationis intuenti partes laudum approbare voluisse,vt
laudum,existimantes illud esse validum, non autem,vt
valeret in vim nouę conuentionis, & pacti tāquam in-
ualidum, cum præsertim talis approbatio facta fuerit
incontinenti post ipsius laudi prolitionem, vt propterea
non potuerint aliquam eius nullitatis notitiam à peri-
tis habere,vt de se patet, Anno 1582. Senis.

Laus Deo,& Virgini.

SPIRITVS SANCTI GRATIA
Illuminet Intellectum Meum.

Scripsi aliàs ad fauorem creditorum de Pāciaticis,
& diuidēdo disputationē in quinque partes prin-
cipales conclusi,laudum de quo agitur esse nullum, &
non potuisse ex partium emologatione subsequuta cō-
firmari,vt valeret aut tanquam laudum, aut tanquam
pactum, nunc autem video in dubio reuocare quintā,
& vltimam in ordine conclusionem in qua dicebam
ratificationem per partes factam de laudo illo nullo
modo sustinere illud in vim conuentionis, & pacti;vn-
de pro dilucidatione huius rei,& clara resolutione du-
biorum ad hunc punctum causæ difficultatem merito
59 reducentium, Dico,quod,& si communis videatur es-
se opinio scribentium in l. 2. C. comm. vtriusq. iudic.
quod laudum nullum approbatum, & ratificatum per
partes non valeat,vt laudum, tamen sustineatur vt pa-
ctum,nihilominus id non procedit, quādo nullitas lau-
di prouenit ex defectu iurisdictionis, quia sit latum cō-
tra formam compromissi, vt in hoc occurrenti casu
euenit, tunc enim ex quocunque partium consensu nō
potest valere in vim pacti,ita indiuiduo dicit Gabr. tit.
de sentent.conclus.2.num.11.vers.secundo limita.quē
etiam in prioribus scriptis adduxi: Vlterius considero,
60 quod quando nullitas illius laudi fuisset talis, quę per
partium consensum tolli potuisset, necessarium fuisset
ad sustinēdum laudum nullum emologatum in vim pa-
cti, vt pactio illa approbatiua ipsius laudi esset facta
ex certa scientia per partes nullitatem eius scientes,&
illud tanquam pactum valere volentes,alioquin si sim-
pliciter facta reperiatur,vt in pręsenti casu,videtur fa-
cta sub ea consideratione, quod laudum valeret,quod
cum non sit,talis approbatio erronea non nocet,vt in
terminis tradunt Abb.cons. 61. col. fin.sub nu. 6.vers.
ad tertium contrarium respondeo.lib.1. & Dec. cons.
475.num.28.vers. sed ad hoc respondetur, & post eos
Gabr.alleg.conclus.num.34.vers.septimo limita,quam
opinionem tenet idem Abb.cons. 18. sub num. 7. vers.
61 secundo dixi lib.2.& eam etiam sentit Pomat.ad Bart.
in d.l.2.C.comm.vtriusq. iudic. in apostilla magna,dū
dat cautelam volenti ex ratificatione sustinere laudū
nullum in vim pacti,vt faciat sibi expresse promitti per
stipulationem de obseruando contenta in eo ex causa
noui consensus, & nouæ conuentionis, quod etiam ex
Baldo confirmatur consil.356.in 4.dub. num. 3. lib.5.
vbi cōcludit testamentum nullum ita demum posse in
62 vim pacti sustineri ex consensu filiorum testantis, si ex
certa scientia approbatio sit facta, & non aliter, quā-
tuis,quod testamentum non possit aliquo modo, si est
nullum,sustineri in vim pacti,velint Deci. cons. 498.in
3.dub.num.19.& sequ.& Ruin.cons.7.lib.3.in eodem
casu, vt Zanch. in addition.ad Dec. aduertit, & ipse
eisdem ferè verbis ostendi in dictis meis prioribus scri-
ptis, quibus diligentiori studio vsus addo Cynum in d.
l.2.circa fin.versic.non obstat hæc lex, vbi punctuali-
ter tenet, quod tunc sententia nulla consensu partium
63 ratificata valet in vim pacti, quando ex certa scientia
habentes notitiam eius nullitatis eam approbauerunt,
& Cyn. approbat ad eum se remittendo Anch. in c.si-
gnificasti.nu.13.extra de foro competenti, Idem aper-
tè volunt Fulgos.cons.180.col.2.ante nu. 1. post vers.
cum itaque nullitatis proposita quæst. & Afflict. decis.
117. num. 3. loquentes ambo in laudo, hoc etiam non
obscure sentit Ruin.cons.62.num.27.& 28. lib. 5.cō-
64 cludens adeò id esse verum, vt ad sustinendum senten-
tiam nullam in vim pacti, non sufficiat mandatum etiā
speciale ad eam confirmandum; nisi fiat expressa mē-
tio eius nullitatis, quia alias intelligeretur tale manda-
tum,quatenus sententia confirmanda esset valida,quā
rem clarius firmat idem Ruin.cons.135. sub num. 2.&
3.vers.& quamuis eod. lib. 5. vbi concludit, quod sim-
plex emologatio facta per partes de laudo nullo non
sustinet illud tanquam pactum, quia facta dicitur sub
eo pretextu, quod ipsum laudum esset validum, quod
65 cum verum nō fuerit,approbatio talis vti ex falsa cau-
sa prouenieus vitiatur. Hoc optimè etiam comproba-
tur ex Bart.in l.si expressim, sub num. 2. vers. aut ille,
qui appellauit,ff. de appellation. vbi tenet sententiam
nullam sustineri posse in vim pacti de partium consen-
su, quando sciebant eam esse nullam, & non alias, &
idem dicit esse in testamento: eandem opinionem latè
tenet Florian.consil.17.num.16.& sequ.vers.præterea
ista conuentio, vbi tradit, quod emologatio facta per
partes de laudo in eo,quod arbitrer, vel arbitrator fe-
cit extra compromissum, videtur ex errore emanasse,
quia partes sine causa conuenerunt stare illi parti lau-
di, quæ non valebat, & ideo contra talem conuentio-
66 nem habent exceptionem doli,quia quando quis pro-
mittit id, ad quod non tenetur, nulla causa expressa,
potius videtur promittere id, ad quod putat se teneri,
quam quod velit donare, quæ decisio pręcise videtur
terminare negotium pręsens,pro qua benè facit, quod
cum confirmatio laudi nulli sit donatio, vt Florian.ibi
67 sentire videtur,& expresse firmat.Ruin.d.cōs. 62. nu.
27.lib. 5. & in dubio donatio non præsumitur imò po-
tius ad eam non inducendam quælibet alia coniectura
etiam stultitiæ capiatur,Bald.in l.generaliter, in 4. op-
positione num. 13.& seq.C.de non num. pecun.partes
simpliciter laudum ratificantes id tanquam validū ra-
tificasse videantur,& non tanquam nullum, vt sic po-
tius non voluisse donare,quam donasse cēseantur.His
accedunt dicta Deciani resp.55.num.27.lib. 2. vbi te-
68 net,quod si quis ratificet aliquam conuentionem, cre-
dens eam valere de iure, si postea appareat eam esse
nullam, nihil nocebit ratificatio, & idem dicit in diui-
sione facta in exequutione testamenti, quod successu-
rus ab intestato vnus ex diuidentibus putabat ualidum
69 esse, ut si postea constet illud de iure non subsistere,
diuisio non noceat sic diuidenti successuro ab intesta-
to,ex quibus quidem exemplis satis apertè innuitur ra-
tificantem

tificantem actum nullum, non scientem, sed ignarum nullitatis eius præsumi, & proinde ea patefacta ratificationem ipsam non tenere, & hoc clarius demonstrat Alex.conf.13.nu.3. lib.1. vbi deducit, quod promissio facta de eo, ad quod quis non tenetur, præsumitur in dubio facta per errorem, & non ex certa scientia, & sic non animo donandi: & propterea promissori competit exceptio, quam si aduersarius repellere velit, tenetur replicare de certa scientia, & eam probare, & Alex.sequitur Afflict.alleg. decis. 117.num.3. vers.item quia, vbi loquitur in laudo: Idem habetur ex Crauett. conf. 29. numer. 6. vbi quod exequutio nulla
71 non intelligitur ratificata per transactionem super ea factam, nisi accedente consensu partium expresso de approbando, & ratificando ipsam exequutionem licet inualidam, ita vt non satis sit tacitus earum consensus, nec pactum nudum, & hoc modo intelligendum esse dicit dictum glos. in d.l.2. Ad prædicta etiam conferunt notata per Oldrad.conf.329.has allegationes nu.10.11.& 12. volentem generaliter in omni ra-
72 tificatione exigi veram scientiam, & perfectam cognitionem rei gestæ, quæ approbari intenditur, & eius conditionum, & qualitatum omnium, aliàs eam non valere, & non supplere defectum, qui in ipsa re gesta inerat, quod etiam manifeste tradit Alex. conf. 155. nu. 2. Resolut. vers. nec obstat si in contrarium adduceretur lib.7.& est de mente Bald.conf.322.sub.nu.1. vers.præterea.lib.2.dum ait hoc notabile esse in ratificatione, vt requirat scientiam iuris, & facti in ratificante, alias non teneat, & ista scientia, cum non sit in
73 ratificationis instrumento enunciata, nunquã præsumitur in ratificante fuisse, sed est probanda per eã allegantem, vt in his terminis colligitur ex Oldrad. loco citato, & expresè firmat Alex. supra relatus. Rursus
74 animaduertendum censeo, quod Arbiter, vel arbitrator fines suæ facultatis excedens contra formam compromissum pronuntiando dolo carere non dicitur, argumento l.diligenter.ff.mandati, & §. is qui. Instit. de mandat. cum vtrobique notat. & eorum quę in terminis arbitrorum, & arbitratorum tradit Bald. in l.eos.§. apostolos. nu. 5. vers. quęro nunquid Iudex. C.de appellat.quem sequitur Boer.decis.283. num.33.ex quo
75 clarè deducitur, quod laudum dolosum ratificari per partes nõ potuerit, etiam ad sustinendum illud in vim pacti, nisi data scientia doli, & facta speciali mentione, quod ratificaretur ipso dolo non obstante, vt punctualiter tradit Crauet. conf. 160. numer. 4. vbi alios adducit, quod etiam sensisse videtur idem Crauet.consil. 151. numer. 32, vers. sed ista opinio, quem sequitur Dominus Cęphal. pręceptor meus colendissimus conf.51.sub num.34. Ex quibus nisi fallor animosè concludi potest sublata esse omnia, quę dubitationis gratia contra præfatos creditores Panciaticorum doctè tamen, & subtiliter deducebantur, cum primo in dictis dubitationibus præsupponatur laudum ratificatum in vim pacti sustineri posse, & deinceps ex tali supposito dubia eliciantur, nam cum cesset suppositum,
76 non subsistit dispositum, glos.in l.mancipia.C. de seru. fugit.& sublato fundamento corruit edificium, c. cum Paulus 1.q. 1. antecedentique destructo nullam est dare consequentiam.l.1.versic. huius rei. ff. de offic.eius cui mand. est iurisdict. Cum ergo deficiat suppositum validatis laudi in vim pacti, & per consequens non appareat de fideicommisso in ipso laudo comprehenso non est, quod quęratur, an illud in contractu fieri potuerit, aut disputetur de actionibus competentibus fideicommissaris pro consequutione bonorũ, ipsi fideicõmissi, subiectorũ vltra qꝫ & si opus esset ad hæc de-
77 uenire, non negarem de iure dari actionẽ vocatis per fideicommissum in contractu, constitutũ vt constat ex Oldrad.cõs.139.in princ.Goz.cõs.87.nu. 11.vers.Tertio, valet Ias. in leg.fin.in 3.not.limit.4. n.8.C.de pact. Marzar. de fideicom. q. 2. per totam, & Cacheran. decis.Pedemon.85.numer.6. & 7. vers. in contrarium verò. Minus etiam videtur quęrendum, an ex eodem
78 fideicommisso, tanquam particulari tantum, & non vniuersali, detrahenda sit trebellianica, vel ne, nam & ista hæsitatio ratione iam præmissa cessat, non extante scilicet fideicommisso: vt tamen etiam in hoc dubitanti satisfaciam dico, quod & si regulariter verũ videatur, vt trebellianica non detrahatur ex fideicommisso particulari, sed tantum ex vniuersali, iuxta notata per Crauet.conf.19.numer. 15. & latius conf. 186. in princ. & alios per eum citatos, tamen quando fideicommissum tale est notabile, & absorbet maximam partem patrimonij, vt in casu nostro, æquiparatur vniuersali ex iis, quę notatur per Dec. consil. 254.sub num. 1. circa medium, versic. & vlterius ista conclusio, & latius per Ruin.conf.116.num 8.vers 3. respondetur lib. 2. vbi sub lit, quod si hoc non esset in
79 processu probatu, præsumeretur eo ipso, quod allegaretur, plura bona non extitisse in hæreditate, & quod ista iuris præsumptio posset deduci etiam post conclusum in causa, & in iuris allegationibus, & post eos per Zanc.in repet.l.hæredes mei.§. cum ita, in quinta parte num.81.& 82.in 2.declaratione, & num. 174.in 3.limit.ff.ad senatuscon. Trebell. vbi etiam alios allegat Anno 1583.Senis.

Laus Deo, & Virgini.

SPIRITVS SANCTI GRATIA
Illuminet Intellectum Meum.

80 AVdio nuper allegari Ioannem baptistam Perusinũ in tract.de arbitr. lib. 8. cap.11. & 13.ad sustinendum laudum inter fratres de Panciaticis latum contra formam compromissi, sed certè si benè inspiciantur dicta illius Doctoris, hoc minimè colligetur, nã in c.11.disputat de effectu Potestatis attributæ, arbitro,
81 vel arbitratori per clausulam, quod procedat, & pronuntiet ad eius arbitrium, & tandem concludit per eã intelligi datam facultatem voluntatis non liberæ, sed regulatæ, secundum arbitrium boni viri & ex ea compromissarium non cõstitutũ magis arbitrum, quam arbitratorem, quod etiã procedit, quando adest clausula, quod procedat, & pronuntiet secundum eius volũtatem, vt idem Doctor ait cap.12.In cap.autem 13.loquitur de effectu clausulæ significantis tam arbitrium boni viri, quam liberam voluntatem, vt si dictum sit, quod procedat, & pronuntiet secundum eius arbitriũ, & voluntatem, & determinat, quod cum voluntas insit arbitrio consequutiuè, & arbitrium voluntati de necessitate, compromissum intelligetur de volũtate arbitrio boni viri moderata, vt sic nihil faciat in propo-
82 sito allegatio talis; Quinimo idem Ioannes baptista eod.l.8.c.16.audacter tenet, quod si in cõpromisso sit dictũ qꝫ cõpromissarius possit de iure vni auferre, & alteri dare, & altè, & basè pronuntiare, & enormiter vnam, vel alteram partẽ lædere, non tamen videtur ei cõcessa facultas lædẽdi partes nisi moderatè, & ex cã,

Q & hoc

& hoc faceret pro creditoribus Panciaticorum, quia in laudo excessi sunt fines compromissi in re admo-
83 dum notabili, & maximi ponderis; Præterea non video hic posse tractari de arbitrio pleno, & libera voluntate compromissarij in bonis, de quibus agitur, cum potius ei ea ablata sit per appositionem certæ formæ sententiandi, ad quam obseruandam ipsum compromissarium astringere voluerunt, vt secundũ modũ illum & non aliter laudum proferet, nullam ergo voluntatem liberam habere dicebatur Compromissarius in eo, quod facere tenebatur ex compromis-
84 so; Addo, quod nusquam memini legisse, quod per aliqua verba quantumcunque ampla, generalia, & prægnantia apposita in compromisso censeatur data facultas compromissario faciendi contra formam ipsius compromissi, à quo omnis eius potestas dependat, leg. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitr. quod si hoc non reperiatur, certè ad rem non facient alia, quia etiam si quis ad eius arbitrium nulla ratione regulatum posset partes lędere, tamẽ id procederet in ijs, quæ essent de pertinentibus ad compromissum, & secundum illius formam. & non contra, & sic vnico verbo contrario tollerentur, & ita tenendũ puto, alias enim sequeretur, quod in vno, & eodem actu partes se
85 corrigerent, & sibi ipsius contrarię essent, quod non est præsumendum. leg. nam ad ea, cum sua materia, ff. de condit. & demonstrat. Anno 1583. Senis, Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

De receptatoribus bannitorum, eorum pęnis, & caussis excusationum pręsertim ignoratię banni, & impotentiæ resistendi, in quibus latè discutitur, quando & quomodo dictæ causę admittendæ sunt, & quando non, & qualis debeat esse ignorantia, & metus, vt excusationi locus sit; & quid in hospite per temporis momentum bannitos per transitum ad manducandum, & bibendum in hospitum recipiente, & pluribus alijs ad materiam hanc pertinentibus.

SVMMARIA.

1 *Receptatores bannitorum per statuta Italia puniuntur ijsdem pęnis, quibus ipsi banniti, quia non minus delinquere videntur.*
2 *Par delictum est rapere, & rapinam scienter receptare.*
3 *Receptatores bannitorum ideò puniuntur, quia præbent causam delinquentibus malefaciendi.*
4 *Ignoranter receptans bannitos, an sit excusandus, & quid de iure communi, quidue de statuario infra per discursum, & num. 21.*
5 *Receptatores bannitorum de iure communi excusantur si ignorauerint esse bannitos.*
6 *Receptasse scienter bannitos, qui dicit, tenetur probare hãc scientiam, alioquin absolutio sequi debet.*
7 *Præsumpta scientia sufficit ad excludendum ignorantiam.*
8 *Bannum iuxta solitum publicatum afficit omnes, & locus est condemnationi.*
9 *Scientiam banni sufficit habere in genere, quia non exigitur plena, & specialis scientia ad condemnandum receptatores bannitorum.*
10 *Caupo, qui non habet scientiam, sed suspicatur, quod hospites sint banniti, non potest condemnari pęna receptantium bannitos.*
11 *Receptans coactè, & non spontè bannitos videtur excusatione dignus.*
12 *Receptans scienter bannitum spontè condemnatur secus si coactè, & prohibere non valeat, vt si multi essent banniti, qui receptari vellent puta in domo, vel hospitio inuito, & deterrito Domino.*
13 *Villa non tenetur pæna statuti contra bannitos, quando sunt in tanta multitudine, quod ab Incolis resisti non possit.*
14 *Bannitis quando resisti non potest sine periculo, receptatores non puniuntur.*
15 *Seruus non dicitur deterioratus, quando est compulsus, sed quando est persuasus ad delictum.*
16 *Bannitis quando resisti non potest propter eorum multitudinem, vel aliam causam, debet dari notitia Domino, vel Præsidi, quod banniti in tali loco reperiantur, alioquin is, qui scit, & non denuntiat, punitetur pęna arbitraria.*
17 *Statutum, quod bannitus à Ciuitate Bononię debeat decapitari, si ad eam peruenerit, tale statutum locum non habet in bannito, qui captus fuit Mutinę.*
18 *Statutum puniens intrantem in Palatium certa tempore cum armis non procedit in eo, qui non spontè, sed impulsus eo tempore iuit in Palatium.*
19 *Munus per vim extortum excusationem ab alijs muneribus non aufert.*
Solutio per vim facta onerum non tollit immunitatem, ibidem.
Nauis ob tempestatem Maris si applicuerit ad aliquem portum, ad quem iter suum non faciebat, excusatur à solutione gabellæ, ibid.
20 *Culpa caret, qui aliquod facit pro euitando damno futuro.*
Necessitas excusat sicut iustum pedimentum, quando quis coactè fecit, quod facere non debebat, vel facere nequiuit, quod debuerat.
21 *Proclamata, & cridæ in dominio Mediolani contra bannitos intelliguntur, si scienter quis conuersatus sit, vel recepit.*
22 *Statuti pæna contra receptantes bannitos locum non habet, nisi in illis, qui scienter contra prohibitionem, vel iussum statuti egerint.*
23 *Statutum dans præmium capienti bannitum intelligitur de capienter bannitum scienter, quo casu, qui capit illum, quem ignorat esse bannitum præmium non consequitur.*
24 *Ignorantia opposita, tenetur capiens bannitum docere de scientia.*
25 *Sicut scientia in capiente bannitum facit mereri præmiũ, ita ignorantia in conuersante cum bannito facit vitari damnum.*
Contrariorum eadem disciplina esse debet ibid.
Idem debet operari oppositum in opposito, quod operatur propositum in proposita, ibid.
26 *Scientia eius, qui cum bannito conuersatus est, & cum non cepit debet per Curiam probari, aliàs imputatus absoluitur, cum ignorantia præsumatur.*
27 *Ignorantia probatur eo ipso, quod contrarium non probatur, & ideo onus probandi contrarium spectat ad aduersarium.*
28 *Bannum publicatum in contumaciam delinquentium iuxta solitum præsumitur ab omnibus sciri.*
29 *Scientia facti altera est vera, altera præsumpta, vera, quæ per sensum corporis acquiritur præsumpta, quæ a lege ex aliqua causa præsumitur.*
30 *Scientia qualibet, cum sit facti, est probanda, ex quo facta non præsumuntur, nisi probetur.*

31 Probatio

31 Probatio nulla melior dici potest, quam propria partis confessio.

Lex præsumit quem scire, quod publicè scitur, ibidem.

32 Testis singularis non probat; quia dictum vnius est dictum nullius.

33 Testis in vno falsus in omnibus falsus presumitur, & eius depositia in parte falsa in totum vitiatur.

34 Credulitas excusat à delicto, quamuis nemo debeat esse nimium credulus.

35 Credens viro fide digno excusatur.

36 Non præsumitur quem contra se deposuisse, nisi veritas ipsa, sic se habuerit.

37 Testis extra notificationem veluti extra articulata deponens non probat.

38 Testis non iuratus non probat, quia præsumitur spontè testificari, & testificatio nisi sit legalissima, fidem non facit.

39 Testis, qui repellitur in causa criminali à testimonio, præsumitur inimicus.

40 Negatiua allegata, quod aliquid factum non sit, quod fiē dum erat, si in processu non apparet illud factum, probata dicitur ex ipso processu.

41 Paria sunt non esse, vel esse, & non apparere.

42 Scientia vera, & propria, non præsumpta requiritur in eo, qui condemnandus est pro receptione bannitorum iuxta proclamata, vel edicta.

43 Ignorantia allegata cum iuramento dicitur probata, adeo vt tollat præsumptiuam scientiæ probationem in contrarium existentem, & sub num. 45. & 46.

44 Præsumptiones fortiores tollunt debiliores.

Præsumptio ignorantiæ regulariter præsumitur, ibidem.

Iuramentum habet ignorantiæ præsumptionem, ibid.

Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.

45 In probanda scientia si est probata præsumptio talis probatio præsumptiua tollitur per iuramentum partis contrariæ iurantis de ignorantia.

Nemo delinquere præsumitur, ibid.

46 Iuramentum super ignorantia excludit presumptionem iuris in contrarium existentem.

47 Vbi est præsumptio scientiæ iuramentum ignorantiæ non tollit illam præsumptionem presumptiuam scientiæ in contrarium.

48 In dependentibus ex animo, conscientia, & voluntate nostra non statur assertioni nostræ cum iuramento, si adsit presumptio iuris contrarium.

49 Hospes, si dum in hospitio morabatur recreandi gratia, superuenerint ex improuiso banniti, & cum ipsis loquatur, non tenetur pœna contra receptantes bannitos, vel conuersantes cum eis.

50 Statutum, per quod datur lucrum capienti bannitum, procedit in capiente bannitum ex proposito non autem preter intentionem, contrarium alij tenent, ibid.

51 Factum contra legem casu, & obiter preter intentionem non attenditur.

52 Prohibitum aliquid duci de villa ad Ciuitatem non intelligitur de eo, quod ad Ciuitatem deducitur per transitū causa transferendi ad alium locum.

Merces prohibitæ portari de loco à quo ad locum ad quem non censentur prohibitæ portari per transitum per locum à quo ad locum ad quem, ibid.

53 Consul, vel Sindicus non incurrit pęnam si non denunciat Curiæ bannitos, vel concitet rumorem contra bannitos ad formam proclamatum, quando banniti non sistunt, sed pertranseunt.

54 Damnum datum in aliqua Plebe, vel Villa à personis incognitis, vel à cognitis, quæ non sunt soluendo, quando Villa potuit prohibere, & non prohibuit, tenetur illud damnum emendare, stante statuto, vel consuetudine, secus de iure.

55 Dominus, Ciuitas, Castrum, Villa, Comitatus, & huiusmodi, tenentur pro damno dato in eorum territorio, vel iurisdictione, si scientes fuerint, & prohibere potuerint.

56 Damnum, quando factum est adeò palam, quod maior pars vniuersitatis sciuit, tunc vniuersitas tota dicitur habuisse scientiam.

Factum à maiori parte, ab omnibus factum esse dicitur.

57 Scire omnes dicuntur, quod scit maior pars.

58 Qui scit aliquod factum quod prohibere non potest, culpa carere dicitur.

59 Ciuitas delinquere dicitur eo ipso, quod tollerat, quæ iniustè, & illicitè fiunt, & cum possit punire subditos non punit.

Qui videt, & negligit, assentit, ibid.

60 Delictum non præsumitur, & qui negat deliquisse, transfert onus probandi contrarium in aduersarium.

61 Vniuersitas non tenetur, pro facto duorum, vel trium particularium, qui bannitos non ceperunt, stante statuto, quod vniuersitas teneatur capere bannitos.

Factum singulorum non dicitur factum vniuersorum, ibidem.

62 Dispositio, quæ concernit plures, vt singulos, non habet locum in illis pluribus consideratis, vt vniuersis, nec à contra.

63 Statutum mandans vicinam teneri emendare damna non habet locum nisi culpa ascribi possit.

Si essent duæ Communitates, quæ diù consueuissent soluere onera prouenientia, & vnus sit derobatus in territorio vnius ipsarum altera non tenetur ad emendam damni, ibidem.

64 Stante statuto, quod Communitas teneatur emendare damna, absentes, nec alij, quibus culpa aliqua ascribi non potest, non tenentur.

65 Factum vnius alteri nocere non debet, quando non est in culpa.

66 Receptatores bannitorum, vel auxiliatores malefactorum tenentur pœna ordinaria statutorum, vel proclamatum, si verè scienter id fecerint.

Qualitas scientię est probanda ab ea, qui in ea se fundat, ibidem.

67 Constitutio contra receptantes, vel auxilium præbentes malefactoribus exigit scientiam, quamuis de hac scientia nil diceretur, quia subaudienda est.

Verba statuti quantumuis prægnantia restringuntur, ne ignorans puniatur, ibid.

68 Agens contra aliquem, quod fecerit aliquid prohibitum tenetur probare, quod sciret illud esse prohibitum.

Ignorantia regulariter præsumetur; & allegans ignorantiam dicitur habere intentionem fundatam ex iuris præsumptione.

69 Ignorantia per argumenta probatur.

70 Caupo publicè hospitans non tenetur hospitantium conditiones inquirere, cum inuitus cogatur hospitari, fallit propter multitudinem hospitantium, vt nu. 69.

71 Hospes potest bannito dare commedere, & bibere, & non tenetur.

72 Hospes potest recusare hospites propter eorum multitudinem.

73 Statutum contra receptantes bannitos non habet locum in, eo qui dat cibum, & potum eis.

74 Probibitus morari in certo loco, siue sit bannitus, siue

alius: tamen non censetur prohibitus pertransire per illum locum.

75 *Statutum puniens vicinos, qui permittunt bannitos stare in certo loco prohibito, non habet locum, quando permittunt bannitos ex causa pertransire per illum locum.*

76 *Delictum si in principali cessat, utique in eius accessorio cessare dicendum est.*

77 *Statutum contra receptatores bannitorum, non habet locum, quando sunt banniti in contumaciam: Idem contra receptantes literas bannitorum, si in contumaciam sint banniti.*

78 *Bannitus per solam contumaciam dicitur ex ficta confessione condemnatus.*

Statutum loquens in verè confesso non habet locum in confessione ob contumaciam causata, ibidem.

79 *Receptans bannitos per vim, et violentiam ei factam à bannitis non incurrit in pœnam statuti.*

80 *Hospes præsumitur coactè, et per vim recepisse bannitos. Iustus timor bannitorum excusat receptatorem, ibidem. Qui minus est tantum provocatus, non tenetur expectare, quod etiam percussus sit antequam se defendat. ibid.*

81 *Advocatis permittitur etiam rationibus, et argumentis persuasiuis uti ad defensam clientulorum maximè in criminalibus.*

82 *Iudex quandoque assumit potius rationem minus facientem ad causam, quàm aliam meliorem, quæ de re bonum est habere iudicem propitium.*

83 *Advocatorum officium est laudabile, et per necessarium. Advocati quandoque bonam causam faciunt videri pessimã, et multiloquio utentes sinistram causæ suspicionem, incurrunt, et alia faciunt minus laudabiliter, ibid.*

84 *Melius est pauca idonei effundere, quàm multis inutilibus corda hominum prægravare.*

85 *Consilia decisiva plus valent quam cautela, et alia consilia non decisiua.*

86 *Doctori iuueni, qui eruditus esse non potest, valdè ignoscẽdum esse, vide infra.*

87 *Doctori seni magis experto, et sapientia, et prudentia sanioris consilij credendum esse, et ibi plura ad laudem Doctorum senum.*

CASUS CC.LXXXVII.

1 Cautum est in constitutionibus, decretis, statutis, & edictis ferè omnium Italiæ locorum, quod receptatores bannitorum puniantur iisdem pœnis, quas banniti pati deberent, si in fortiam iustitiæ peruenirent; & merito quia non minus delinquere videntur tales receptatores, quam ipsi banniti deliquerint, ut probat text. in l. crimen, quæ est penultima. C. ad leg. Iul. de vi public. vel priuat. cuius verba formalia hęc sunt, Crimen non dissimile est rapere, & ei, qui rapuit, raptam rem scienter delictum seruare, ex quo
2 notant ibi scribentes, par delictum esse rapere, & rapinam scienter receptare, ad idem est text. in leg. prima, ibi, par ipsos, & reos pœna expectet. C. de his, qui latrones occultauerunt, & in propriis istis terminis in l. 1. ibi, perinde puniantur atque latrones. ff. de receptatorib. & in l. quo naufragium §. non tãtum, ibi, quia receptatores non minus delinquunt, quam aggressores. ff. de incend. ruin. & naufrag. cum alijs allegat. per Afflict. in constit. infra citanda in primo notab. num. 1. & Antea per Alber. de Gandin. in tract. de malefic: in rubric. de furib. & latronib. sub numer. 14. in final. & numer. 15. post medium, vers. solutio, ultra quod si quis
3 non inueniat, qui eum protegat, vel receptet perpetrato delicto abstinebit ab illicitis, nec maleficia committet, leg. seruos. C. de agricol. & censit. lib. 11. non enim malefactores absque receptatore diu latere possunt. d. l. 1. ff. de receptatorib. Sed quoniam receptatores ad eorum excusationem plura solent adducere, & præsertim ignorantiam banni, & impotentiam resistendi, de his duabus excusationum speciebus veluti cæteris, quæ allegari solent, frequentioribus in practica agere decreui.
4 Et quoad primam nulli dubium est, quin qui ignoranter receptauerint, nescientes eos esse bannitos, excusentur à pœna, nam statutum generaliter loquens intelligitur secundum ius commune leg. 2. C. de noxalib. actiõ. quod ius commune non punit ignorantem, sed
5 solum modo scientem, vel scire debentem. l. 3. §. quid enim ff. de incend. ruin. & naufrag. & l. metrodorum, ff. de pœn. & ita in puncto tradit. glos. in l. 1. ff. de receptator. quam ibi sequitur Bart. in §. in pari. numer. 2. & alij, & iidem Bart. in l. omnes. 1a sub num. 1. ad finem, & nu. 3. C. de agricol. & censit. lib. 12. & Nell. in tract. de bannit. in 3. part. secundi tempor. q. 10. Angel. de malefic. in verbo, dicto maleficio semper astitit. nu. 23. vers. quæro quia supra dixi, & ibi Augustin. de Arimin. in addition. in vers. & subdir, Bossi. in pract. crim. tit. de rapin. num. 16. vers. sed aduerte, & num. 31. vers. & quia Bald. in l. in delictis. in prima lectura in princ. ff. de noxabil. action. Afflict. in constit. Regni lib. 1. rubr. 2. de pacterenorum receptatoribus, credentibus, & fautoribus, in constitutione, pacterenorum, in 4. & 5. quæstion. numer. 9. & 10. Stephan. Quarant. in Summa Bullarij Pontific. in verbo, bannitorum fautores, in versic. nec etiam incurrent, Albert. de Gandin. in suo solemni tract. de malefic. in rubric. de furib. & latronib. num. 14. vers. & faciunt hæc pro statuto, Bart. in l. 1. ad fin. numer. 2. vers. nota optimum textum. C. de colonis. Illyrican. lib. 11. Roman. cons. 7. num. 6. vers. primo ex lege, Marf. in repet. l. vnicæ, num. 137. vers. item prædictam, regulam C. de rapt. virgin. quo fit, ut cum ignorantia præsumatur, leg. verius. ff. de probat.
6 nisi scientia probetur, sequi doceat absolutio receptatorum, ut concludunt gl. in d. l. 1. & ibi Bartol. in d. §. in pari. nu. 2. ff. de receptatorib. & in l. omnes. C. de agricol. & censit. lib. 12. Nell. d. q. 20. Angel. de Malefic. in dicto verbo, dicto maleficio semper astitit, sub numer. 23. vers. quæro, quia supra dixi, & ibi Augustin. de Arimin. in addition. Boss. d. tit. de rapin. nuiu. 17. & 21. & seruiunt plura, quæ congerit Crauet. cons. 8. per totum, ad excusandum à pœna recusantem admittere in portum quosdam bubulcos euntes ad ciuitatem cum curribus onustis gippo, ex qua recusatione coacti fuerunt furori aquarum se committere, in quarum tran-
7 situ vnus submersus fuit simul cum duobus bobus, sufficit tamen ad ignorantiam hanc excludendam scientia nedum vera, sed etiam præsumpta receptatorum, & propterea vbi in loco notorium erat bannum, vel iuxta solitum publicatum, vel præconizzatum, aut pro
8 rostris positum, excusationi non esset locus, sed condemnationi, ut dicunt Nell. d. quæst. 20. August. de Arimin. ad Angel. de Malefic. in loco citato, & Boss. d. tit. de rapinis. nu. 22. & sequ. vers. ideo subijcio quæstionem, & Steph. Quarant. in d. verbo, bannitorum fautores, in addit. incipiente, Nec etiam incurrent, & est de mente glos. & Bartol. vbi supra. Nec exigi-
9 tur plena, & specialis scientia cum causa banni & eius qualitatibus, sed sufficit scientia in genere, quod

quos

quos receptauit, essent banniti, secundum Bart. in d.l. 1.in fin.num. 2. vers. nota optimum text. C. de colon. Illyrican.lib.11.quem sequutus fuit Nell. d. quæst. 20. in fin.& idem Bart.in d.omnes.la 2. sub num. 1. ibi.nisi in loco esset notorium.C.de agricol.& censit.lib.11. & iuxta hanc opinionem infinitis vicibus iudicaui, & per alios iudicare vidi, deueniendo ad condemnationem ex simplici scientia banni,etiam præsumpta, quæ
10 tamen nullo verisimili colore offuscari poterat, Non tamen satis esset ad condemnationem,quod receptans suspicaretur hospitatos esse bannitos, vt notat August. de Arimin. vbi supra ad finem additionis, post Baldum in leg. 2. numer. 2. C. ad leg. Iul. de adult. & melius seruit Crauet.consil. 8. numer. 10. vers. secundo principaliter, vbi ex pluribus ostendit dubitantem æquiparari ignoranti, & ita illi parcendum esse sicut ignoranti.

11 Quod secundum dicendum pariter est, quod qui scienter bannitos receptauerunt non spontè, sed coactè, quia illis resistere non poterunt, nec receptationem sine eorum periculo denegare, excusantur, nec puniri aliquo modo possunt, vt in puncto tradunt Bal. in l.in delictis in 1.lectura in princ.ff.de noxal. action.
12 dicens expressè, quod qui scienter receptat bannitum spontè, punitur, non autem qui prohibere non valet tertius ab eo, & in l.si ideo,in fin.C.de his quib. vt indign. per illum text. quem notat ad excusationem villæ, si non cœpit malefactores, quia erant fortiores, Florian.in l.in omnibus num. 2. vers. nota istum text. ff.eod.titul.inquiens,quod si quis receptauit, qui a prohibere non potuit,non tenetur,puta, quia decem banniti congregati vadunt ad domum rustici, & dicunt, si non aperis nobis portam imponemus ignem, qui timens aperuit, & excusatur, quia non valebat eis resistere,quod inquit menti tenendū,Roman.in l. 1. §. occisorum. num.4. verso quarto inducit Bart. & nu. 18.
13 vers.ad secundum. ff. ad Senatusconsul. Sillan. aiens, quod si villa tenetur capere delinquentem in suo Territorio,aliàs punitur, si delinquens cum tanto exercitu ad Territorium villæ venerit, quod villa non possit capere,nō tenetur ad pęnam, & idem Roman.in l. si quis in graui.§.subuenitur.num.5,vers.vltimo inducit Bart. ff.eod.tit.& in cons.7.sub numer.6. versic.secundo per legem, & pulchrè Socin. cons. 262. numer. 15. vers. preterea & tertio.lib.2.Afflict.in d.constit.pacterenorum.numer.8.vers.tertio quæro, ponens quæstionem, quæ fuit de facto de certis malefactoribus, & Malandrinis de Marcenisio bannitis per Regiam Curiam, qui cōgregati per vim, & violentiam in domibus particularium hominum habitantium in villa sunt hospi-
14 tati, & hospitantes molestabantur pro pęna, de qua habetur in leg.fin. C. ad l. Iul. de vi public. vel priuat. dicens, quod non tenentur ad dictam pęnam, quia dicti receptatores non potuerunt dictos bannitos expellere sine eorum periculo, & adducit Bald. in d.l.in delictis,& Roman.in d.l. 1. §.in eo qui, vbi nihil dicit, sed in dicto §.occisorum,vt supra retuli,& vlterius tex-
15 tum in l. 1. §.quod autem ait Pretor.ff.de seruo corrupt. vbi non dicitur seruus deterioratus, quando est cōpulsus, sicut quando est persuasus ad delictum. Bossi. d.titul.de rapinis.numer. 20. vers. & non tenetur,Stephan. Quarant. in loco supra citato, in versic. est & alius casus,& Roland.à Valle cons.45. num. 71.vers. secundo respondetur,& nu.76. vers. & pro conclusione.l.1. Marsil. nuncupatim referens Florian. supra relatū in l. 1.in princ.nu.97.vers. item facit ad prædicta, & in §. item diuus num. 13. vers. & facit optimè. ff.de sicar.& in l.frater tuus.nu.20.vers.& facit text. C.eod. tit.de sicarijs,& in l.vnica,nu.236.vers.limita etiam C. de raptu virg.& consil.25.num.34. vers. & facit quod dixit,& cons. 90. numer.5. vers.& facit optimè,& secundum hanc opinionem pluries tenui, votando pro absolutione receptantium bannitos scienter in eorum domibus solitarijs extra Ciuitates, terras, & oppida sitis,vbi nulla verisimilis suspicio esset contra tales receptantes,& ex qualitate personarum cōstabat, quod si receptare noluissent,in aliquo periculo fuissent.

16 Si tamen, quando casus iste contingit, commodè denunciari posset Domino,seu Præsidi loci, quod banniti reperiuntur in tali loco, nec illi resisti potest propter eorum multitudinem, vel aliam causam, vtique talis denūtiatio faciēda esset,aliàs locus esset pœnæ arbitrariæ,secundum Roman.in d.l.si quis in graui. d.§. subuenitur,sub nu.5.vers.vltimo inducit Bart.ff.ad Senat. Consult. Sillanian. per text. in l. 2. §. ipsi quoque procuratori,ibi,prouinciali iudicio palam fecerint,C. de ijs,qui latrones occultarunt.

17 Et pro prædictis seruit,quod si statutum velit,quod bannitus a Ciuitate Bononiæ debeat decapitari, si ad eam peruenerit, tale statutum locum non habebit in bannito, qui fuit captus Mutinæ, & per vim conductus Bononiam, Bald. in authen. Item nulla Communitas.in fine.num. 8.C. de Episcop. & Cleric. & quod
18 statutum puniens intrantem palatium certo tempore cum armis non procedit in eo,qui non spontè, sed impulsus eo tempore iuit in Palatium, Bald.super statutis in verbo,pœna, in penult. versiculo quia quæ fiunt contra, vel præter voluntatem facientis illi non imputantur.l. cura,ibi, nec si per vim extortum munus fuerit,excusationem, quam habet ab alijs muneribus, aufert.ff.de munerib. & honorib. vbi solutio onerū coa-
19 ctè facta non tollit immunitatem, & quod si statutum mandet, quod Nauis veniens ad portum soluat tantum, si propter tempestatem Maris Nauis aliqua venerit ad portum, non debet solui gabella, ex quo nauta non potuit prohibere, quod dicta Nauis non veniret ad portum,ad quem non eo volente,sed inuito applicuit,Bart.in l. 1. in princ. C. de naufrag. lib. 11. Roman.in leg. si vero. §. de viro,in fallent.54.numer.83. versicul. vigesimo tertio probatur. ff. solut. matrim. quę tria similia ad rem nostram refert, & sequitur Roland.d.cons.45.num.71.& sequ. vers. pro qua opinione,& infra,lib.1.de quibus, & de multis alijs similibus ante eum meminit Marsil.in l. 1.in princ.numer. 93.& plur.sequent.vers.pro quibus facit Regula, & in §.itē diuus.num.10. & seq. vers. & hoc per rationem. ff. ad l.Cornel.de sicar.& in l.frater tuus,numer.18. & sequ. vers.& facit quod voluit.C.eod.titul.de sicar. & cons. 25. num. 29. & plur. sequ. post versic. quinimo posset dici,& consil.99.num. 2. & alijs sequ. versic. cum regula sit,& infra.& benè facit Crauet.cons. 8. num. 21.
20 vbi quod non dicitur in aliqua culpa, qui facit aliquid pro vitando damno futuro, & cum quis non voluntariè, sed ex necessitate, vel iusto impedimento aliquid facere non potest ad quod tenebatur, excusandus est, nec puniri potest.leg. Titius. §. final. ff. de excusat.tutor.leg.si quis in graui,§. occisorum, vers. quod si quis & §. subuenitur. ff. ad Senatusconsul. Sillan. & leg. si ideo C. de his quib. vt indign. & in l. hę demum 38. ff.de operis libertor.ibi, quę sine turpitudinę prestari

possunt,& sine periculo vitæ, & secundum hæc aliàs
in patria ter consului Iuuenis iam annis triginta, & vl-
tra elapsis pro nonnullis per Curiam Pontremuli im-
putatis, quod contra constitutiones Dominij Medio-
lani lib.4.tit.de bannitis,& receptator. bannit. & pro-
clamata Illustrissimi,& Excellentissimi D.Gubernato-
ris Mediolani scienter receptassent, & receptari per-
misissent in iurisdictione eius loci quosdam bannitos
de toto Mediolanensi territorio, illosq; alloquuti es-
sent, & cum illis conuersati, quas quidem allegationes
tanquam præsentis hæsitationis materiam cõtinentes,
ad eamq. optimè facientes hic inserere statui, & sunt
vt infra videlicet.

SPIRITVS SANCTI GRATIA Illuminet Intellectum meum.

AGitur per Curiam Pontremuli contra Magistrũ
Ioannem Calcaneum pro eo,quod in Territo-
rio Pontremuli contra formam proclamatum, & edi-
ctorum Illustrissimi, & Excellentissimi D. Guberna-
toris status Mediolani præsumpserit conuersari cum
Oliuerio de Gualterijs, & Toranino de Parasacchis
bannitis à dicto Territorio, nec tentauerit eos tan-
quam bannitos capere, & in fortiam Curiæ tradere
iuxta tenorem dictorum ordinum, Et viso & benè per-
penso processu contra ipsum facto vna cum eiusdem
defensionibus, non arbitror apud peritum Iudicem
dubitari, quin dignus sit totali absolutione absque eo,
quod de huiusmodi casu fiat aliqua relatio Excel-
lentissimo Mediolani Senatui:nam sciendum est, quod
21 illa edicta, & proclamata sunt intelligenda, vt pro-
cedant in scienter conuersante cum bannito, & non
tentante eum capere, non autem in eo qui banni igna-
rus sit, vt habetur per Bartol. in l. quo naufragium. §.
non solum,in princ.ff.de incend. ruin. & naufrag. & in
l.1.§.in pari.nu.2.ff.de receptator. & in l.omnes.la.2.
22 sub num.1.C.de agricol. & censit.lib. 11. in quibus lo-
cis concludit, quod receptans bannitum ignoranter
non tenetur pœna statuti punientis receptantes ban-
nitos. Sic etiam videmus non esse locum pœnę sta-
tuti punientis præstantes auxilium, & fauorem banni-
to,nisi scienter quis bannito opem præstiterit, Bartol.
in dict.l.omnes.la.2.numer. 2. vers.item est vtilis, An-
gel.in l.iubemus.numer.27. & 28. vers. quinto nota,in
authen.de Ecclesiastic. titul. Dec. consil. 62. in causa
quę agitur,col.final. post vers. Nec obstat si dicatur,&
ad prædictorum corroborationem facit, quod statu-
23 tum dans premium capienti exbannitum, intelligi-
tur de capiente exbannitum scienter, vnde capiens
bannitum ignorans eum esse bannitum non consequi-
tur premium à statuto ordinatum, secundum Bart.in
l.si quis in graui.§.vtrum.n.3.vers.item quod dicit vltro
ff.ad Syllanian. & in l.genero. sub num. 2. vers. quan-
doque allegatur ignorantia ad incommodum igno-
rantis quo ad hoc vt lucrum perdat. ff. de his qui no-
tant. infam. & in l. omnes populi, in 5. quęst. princip.
numer.38.vers.& ex his apparet.ff.de iust.& iur. vnde
24 opposita ignorantia tenetur capiens docere de scien-
tia tempore capturæ, si velit commodum lucri perci-
pere secundum doctrinam Bart.in l.inter omnes. §. re-
cte.num.4.versic. vltimo hunc §. allego. ff. de furt.iun-
ctis notatis per eundem in dict.leg.genero, in secunda
25 opposit. sub.numer. 2. Si enim ad consequendum lu-
lucrum statutarium in capiendo bannitum requiritur
scientia,vtique etiam ea necessaria videtur in euitando
damnum ex statuto proueniens in stando cum banni-
to, & eum non capiendo, vt contrariorum eadem sit
disciplina,vt in §.1.Instit. de his, qui sunt sui,vel alien.
iur.& vt idem operetur oppositum in opposito, quod
operatur propositum in proposito, iuxta l.final.§.si fi-
26 lius.ff.de legat.3. Et hæc scientia, quæ in conuersan-
te cum bannito,& eum non capiente requiritur, debet
per Curiam deduci, & probari, aliàs imputatus absol-
uitur, cum ignorantia præsumatur, vt in terminis de
scientia per fiscum deducenda, & probanda, vt sit lo-
cus pęnæ statuti punientis præstantes auxilium, &
fauorem bannito, determinant Bart. in d. l. omnes.la
2.numer.2.vers.item est vtilis.C. de agricol. & censit.
lib. 11. Angel.de Perus.in d.§. iubemus.numer.27.&
28.vers.5.nota, in authent. de Ecclesiast. titul.& Dec.
d.cons. 62. col. fin. post vers. nec obstat si dicatur, pro
27 qua opinione facit, quia ignorantia probatur eo ip-
so,quod contrarium non probatur, text. est literam in
l.cum seruis.C.qui milit. poss. lib. 12. & ibi hoc notant
Bar.in fine, & Luc. de Penna col. 1. in verbo,minimè
probetur, & colum. 3. versiculo in prima glossa, vn-
de meritò allegata ignorantia onus contrarium pro-
bandi spectat ad aduersarium, qui de scientia docere
tenetur,aliàs succumbit,vt ex præmissis apparet.

Verum videtur Magistro Ioãni vnum obstare quod
satis sufficere videtur ad eum condemnandum,nam ex
duobus videtur probata scientia eius de banno dicto-
rum Oliuerij,& Toranini, Primo ex depositione Ioã-
nis de Pazalia testis pro Curia recepti, qui deponit,
quod ipse Magister Ioannes hortatus fuit hospitem,vt
eos hospitaretur, asserendo, quod impunè id facere
poterat, cum non essent ex banniti nisi à terra Pontre-
muli, & possent extra dictam terram in eius iurisdi-
ctione commorari ad libitum.

28 Secundò ex eo, quod publicè scitur Pontremuli,
quod prædicti Oliuerius, & Toraninus sunt ex banni-
ti a terra, & Territorio Pontremuli, & pro ex banni-
tis publicati in locis consuetis voce præconis, & sono
tubæ, & demum in albo bannitorum positi iuxta soli-
tum morem Curiæ, iuxta notata per Bart. in l. omnes
la seconda sub num. 1. C.de agric.& censit lib. 11.& in
l. 1.§.in pari.num.2.in fine.ff. de receptator.

29 Vnde pro euacuanda hac difficultate sciendum est
duplicem in iure dari scientiam facti, alteram veram,
alteram præsumptam, veram, quæ per sensum cor-
poris acquiritur, præsumptam verò, quę a lege ex ali-
qua causa præsumitur, ita tradit Math. de Afflict. in
tract. de iure prothom. §. 2. nu. 5. & 6.vers. sed iuxta
hoc quæro qualiter ista scientia facti probetur,quo fit,
30 vt omnis scientia cuiuscumque rei, cum sit, quid factu,
& facta non præsumantur,nisi probentur, debeat ostẽ-
di, vel verè ex causis perceptibilibus sensu corporis,
vel præsumptiuè ex legis dispositione, vt colligitur ex
Bald.in eod.tract. de iure prothomis.nu. 17. post ver-
sic.venio ad statutum,ibi, suppositis igitur fundamen-
tis, Videamus, si scientia est probata ex quibus vide-
tur Magister Ioannes de vtraque conuinci scientia, nã
vera patet ex primo fundamento, cum enim falsus
fuerit, quod dicti Oliuerius, & Toraninus erãt ex bã-
niti à terra Pontremuli, vlterius nõ est de hoc quæren-
31 dum,cũ nulla sit maior probatio, quam propria par-
tis confessio.l.qui de in officioso, in fin.ff. de inoff.te-
stã.&c.quoniã per confessionẽ. de priu. & excels. pri-
uilegiat. præsumpta similiter constat ex secũdo funda-

mento,

mento, cum lex præsumat, quod quis sciat id, quod
publicè in loco scitur, vel fit, vt dicunt Afflict. & Bald.
in locis citatis iura probantia adducentes, sed istis, fir-
ma remanente distinctione duplicis scientiæ supra re-
lata respondetur. Et ad primum dicitur, quod ille testis
32 in suo dicto est vnicus, & singularis, ideo non probat,
quia dictum nullius, vulgata, l. iurisiurandi, C. de testi-
bus. Præterea idem testis dicit, quod quando Oliue-
rius, & Toraninus introire volebant in hospitium, &
hospes nolebat eos recipere, Magister Ioannes erat
cum eis, & exorabat ipsum hospitem, vt eos reciperet
& tamen per dictum ipsius hospitis, & etiam per di-
ctum Baptistæ de Zucchis pro Curia examinatorum
apparet contrarium, quod scilicet, quando Oliuerius,
& Toraninus applicuerunt ad hospitium, Magister
Ioannes è Ciuitate Genuæ rediens iam erat ad mensã,
& manducabat in ipso hospitio, quo peruenerat ante
eos per aliquod temporis interuallum, vnde in hoc
conuincitur dictus testis per alios duos testes, & de fal-
so redarguitur, quo casu non probat, nedum in ea par-
te, in qua conuictus remanet, sed nec in alia, quia testis
33 in vno falsus, in omnibus falsus præsumitur, & eius
depositio in parte falsa in totum vitiatur indifferenter
siuè falsitas sit commissa in præcedentibus, siuè in sub-
sequentibus, vt docet Socin. Iun. de magis com nuni
attestans consil. 41. Consului. num. 13. & 14. lib. 2. Et
quod testi in vno falso in nihilo credatur, tradunt Bar.
consl. 88. in quæst. inter Franciscum, num. 4. lib. 1. Cra-
uett. alios citans consil. 9. accusatur num. 10. versic. in-
fertur ex præ missis, & Dec. consl. 105. pro tenui, colum.
antepen. vers. similiter testis vlterius deponit, vbi pari-
ter de communi testatur, Marsil. consil. 31. in præsenti
causa inquisitionis, num. 35. & seq. vers. quo autem ad
periurium, & consil. 70. opportunè, num. 8. versic. quo-
niam respondeo, & vbi etiam non conuinceretur de
falso, prout conuincitur, tamen cum hospes neget Ma-
gistrum Ioannem sibi dixisse ea, de quibus ille testis te-
stificatur, & ea tendant ad exonerandum hospitem,
qui excusationem videretur habere, credens relationi
ipsius Magistri Ioannis dicentis, quod poterat recipe-
re in domo Oliuierium, & Toraninum, quia non erant
34 banniti, nisi a terra Pontremuli, Credulitas enim ex-
cusat quem a delicto, l. quis sit fugitiuus. §. idem Celius
il 3. ff. de ædilict. edict. & ibi Cepol. nu. 5. in primo not.
vbi num. 7. subdit, quod ideo quis non potest esse ni-
mium credulus, quia licet falsum credat, tamẽ quo ad
hoc excusatur, vt delictum non dicatur committere,
& potissimum excusandus venisset hospes stante pro-
bitate Magistri Ioannis artificis, & Mercatoris admo-
dum fidelis, & probi, quia regulare est, quod credens
35 fide digno excusatur, vt per Cepol. in d. §. idem Celius,
num. 9. versic. tertio excusatur, post glos. in l. Titio fu-
dus, in verbo, actiones, ad fin. ff. de condit. & demon-
str. & alios per eum relatos, dicendum esset, non esse
credendum dicto testi, sed potius ipsi hospiti, tanquam
magis verisimilia deponẽti, cum sit credendum, quod
si vera essent ea, de quibus deposuit ille testis, de illis de
posuisset hospes pro se exonerando, non autem ea ne-
gasset ad sui præiudicium, & ad alterius commodum,
Non enim creditur, quod sic quodammodo contra se
36 ipsum hospes deposuisset, nisi sic se veritas ipsa habuis
set, vt in simili tradit Crauet. consl. 6. plura, nu. 62. vers.
præterea considero, & vbi etiam prædicta non exta-
rent contra illum testem, satis esset negatio facta per
Magistrum Ioannem, qua stante, vtrumque dictum cõ
funditur, cum tantum vni, quantum alteri sit creden-
dum; Accedat, quod prædicto testi fuit delatum iura-
mentum de veritate dicenda super notificatione ei le-
cta, quæ in actis est, & nihil prorsus de Magistro Ioan-
ne continet, vnde quicquid idem testis de Magistro
37 Ioanne dixit extra notificationem, veluti extra articu-
lata deponens, non probat, Alex. in l. 1. num. 12. vers.
& secundum expositionem Bartol. ff. si certum peta-
tur, & ibidem Ias. num. 44. vers. in gl. ibi, dum dixit ex
re, cuius rei duplex esse potest ratio, prima quia non
iuratus videtur tunc deponere, vnde merito non pro-
38 bat. l. iurisiurandi, in princ. C. de testibus, Secunda quia
spontè dicitur tunc testificari, quo casu, nisi sit legalis-
simus, non facit fidem aliquam, Marsl. consl. 1. num. 79.
consl. 35. num. 17. consl. 101. num. 31. & consl. 113. num.
16. & tradit idem Marsl. latius rationem adducens quia
39 scilicet præsumitur inimicus, qui a testimonio repelli-
tur, maximè in criminalibus, consl. 2. num. 41. 42. & 43.
consl. 12. num. 10. 11. & 12. consl. 18. nu. 31. 32. & 33. &
consil. 20. num. 38. 39. & 40. Cum igitur huic testi in
nullo sit credendum ex tot præmissis rationibus, tolli-
tur primum fundamentum veræ scientiæ, quæ proba-
ta dicebatur contra Magistrum Ioannem.

Ad secundum respondetur ex actis non constare,
quod dicti Oliuierius, & Toraninus sint banniti, minus
que quod pro talibus sint publicati, & in albo banni-
torum descripti, nec etiam quod tales reputentur pu-
blicè in terra Pontremuli, & cum de hoc nihil scriptũ
in processu appareat, nihil de eo fuisse per Curiam fa-
40 ctum, & allegatum probatur, negatiua enim hæc, quod
aliquid non fuerit in processu factum, ex eius inspectio
ne, si nihil scriptum reperitur, probari dicitur, ex quo
ista negatiua dicitur restricta ad acta causæ, in quibus
omnia per partes facta conscribuntur, vt latissimè tra-
dit Herculan. alios citans in tract. de probation. negat.
num. 176. ver. octauus modus probandi negatiuam est
per inspectionem actorum, & conferunt ad hoc pro-
positum latè per eundem deducta in eodem tract. nu.
167. & plurib. seq. vers. septimus modus probandi ne-
gatiuam est per productionem scripturæ, & cum istud
per Curiam non fuerit probatum, perinde est, ac si non
41 esset, cum paria sint non esse, vel esse, & non appare-
re, l. in lege, ff. de contrahend. emption. & sic ex pro-
cessu de dictis Oliuerio, & Toranino est iudicandum,
tanquam de non bannitis, cum in eo non appareat,
quod sint banniti, & hoc quidem solum sufficeret Ma-
gistro Ioanni ad tollendum obiectum, sed, & ex alio di-
citur non obstare obicem, nam posito, quod militet il-
la præsumpta scientia, quod non est ex prædictis, nihi-
lominus ea non sufficit ad hoc, vt quis condemnari pos-
sit, nec proclamata, & edicta recitata exigentia scien-
42 tiam ad condemnationem, vt supra est dictum in prin-
cipio allegationum verificantur in tali præsumpta
scientia, sed imò propriam scientiam requirunt, ita in
proprijs terminis scientiæ requisitæ ab edicto Præto-
ris concludit Afflict. in d. tract. de iure proth om. § 2. n.
7. & 8. vers. sed stat. dubium, vbi idem dicit esse in sta-
tuto, & multa pro hoc allegat.

Præterea dico, quod etiam si satisfactum esset edi-
ctis per sententiam præsumptam, quod non est verũ,
tamen in casu nostro nulla posset sequi condemnatio,
nam Magister Ioannes allegauit ignorantiam, & vl-
terius iurauit ignorasse dictos Oliuerium, & Torani-
num esse bannitos, tam in eius examine, quam postea
43 in termino probatorio, per quam allegationẽ igno-
rantię

rantiæ cum iuramento dicitur ipsa ignorantia probari, adeò vt tollat præsumptiuam scientiæ probationem in contrarium existentem, quia contra illam præsumptionem scientiæ, quæ est vnica, duæ reperiuntur pro ignorantia præsumptiones, quæ tanquam fortiores
44 tollunt eam debiliorem, per leg. diuus, ff. de in integr. restit. prima autem est præsumptio ignorantiæ, quæ regulariter præsumitur, l. veniens, ff. de probation. Secunda est vis iuramenti, quod habet ignorantiæ præsumptionem, & pro quo stat præsumptio, quia nemo præsumitur salutis eternæ immemor. l. sancimus, C. ad l. Iul. repetun. & ita in indiuiduo concludit Afflict. in loco citato num. 9. vers. & si præsumptio, vbi genera-
45 liter tradit, quod si in probanda scientia est probata præsumptio, talis probatio præsumptiua tollitur per iuramentum partis contrariæ iurantis de ignorantia rationibus præmissis, quibus addi potest tertia præsumptio fauens ignorantię in terminis nostris, quod nemo præsumatur delinquere, l. merito, ff. pro socio, & quod ignorantia probetur per iuramentum eius, qui eam allegat, vbi contra ipsam ignorantiam extitit iuris præsumptio, colligitur ex Luca de Penna in l. super seruis, col. 3. vers. in prima glos. C. qui milit. poss. lib. 12. vbi videtur terminare, quod iuramentum super ignorantia excludit præsumptionem iuris in contrarium existen-
46 tem, quod est summè notandum, & tollit omnem hæsitationem, si vera est opinio Afflict. de qua fortè dubitari potest, quia licet ignorantia probetur per iuramentum eam allegantis, glos. in c. 2. in verbo, scienter, de tempor. ordin. in 6. Bald. in tract. de iure prothomis, n. 18. vers. sic, & de ignorantia, Ias. in §. sed iste, num. 89. & seq. versic. sed aduerte, institution. de action. tamen
47 vbi adest præsumptio scientiæ, iuramentum ignorantiæ non tollit illam præsumptionem præsumptiuam scientiæ in contrarium, Bart. in si l. cui, §. iisdem criminibus, num. 2. & 3. vers. item dicitur hic, & versic. seqq. ff. de accusat. quem ibi sequitur Pomat. in addition. in verbo dicit ipse, & est de mente glos. in d. c. 2. de tempor. ordin. in 6. & expresè voluit Ias. in d. §. sed iste, nu. 92. vers. secundo, & notabilius, & num. 93. vers. tertio gl. Instit. de action. Idem apertè colligitur ex Bart. in l. inter omnes, §. rectè, num. 3. vers. quæro circa volunta-
48 tem furis, ff. de furt. aiens in dependentibus ex animo, conscientia, & voluntate nostra non stari assertioni nostræ cum iuramento, si adsit præsumptio iuris in contrarium, & eum sequitur ibi Alex. in addit. in verbo, tamen breuius.

Postremò dico, quod ex quo apparet, quod a casu, & fortuito Magistro Ioanni Pello ex itinere, redeūdo ex Ciuitate Genuæ cum mercantijs, & ferramentis ibi emptis, & in hospitio se recreanti, & cibanti, superue-
49 nerunt Oliuerius, & Toraninus ex improuiso, & extra omnem eius intentionem, & cogitatum, non potest ex hoc idem Magister Ioannes inquietari, tanquam conuersans cum bannitis, & eos non capiens, etiam quod eos bannitos esse sciuisset, ex notat. per Bartol. in l. si quis in grau. §. vtrum, num. 3. vers. item quod dixit vltrò, ff. ad Syllan. vbi dicit, quod statutum deferens lu-
50 crum capienti bannitum, procedit in capiente bannitum ex proposito, non autem extra intentionem, & casu fortuito, sequitur Augustin. de Arim. in addition. ad Angel. de Malefic. in verbo, quod fama publica precedente, in vers. Tertiodecimo quæro, licet Angel. ibi num. 74. versic. sed etiam in isto casu est considerandū, contrarium teneat, volens satis esse, quod facto exequatur dispositio statuti, licet non ex intentione, & proposito, sed casu, & fortuito, si enim in capiendo lucro non attenditur factum casu, & fortuito, nec quidem in euitando damno attendi debebit, per ea, quæ dicta sūt in principio allegationum, imo, dico, quod cum casu, & per transitum Magister Ioannes steterit in hospitio cum Oliuerio, & Toranino, non videtur, quod ibi cum
51 eis fuerit, quia illud tanquam casu, & non ex proposito factum, & in transitu a Genua Pontremulum non attenditur de iure, per text. in l. seiæ, §. idem quæsit il secondo, ff. de fund. instruct. vbi non cedunt legato mācipiorum fundi ea, quæ per transitum in eo erant causa coniunctos videndi, & seruit etiam text. in l. si quis post hanc, C. de edific. priuat. vbi si aliquid prohibetur
52 duci de Villa ad Ciuitatem, nō intelligitur de eo, quod ad eam ducitur per transitum causa transferendi ad alium locum, & ibi etiam notat glos. dicens esse argumentum pro mercibus aliunde delatis, vt possint exportari, licet aliæ, quæ similes sunt, non possent propter bannum, vel edictum Curiæ. Ex omnibus itaque prædictis concludo nullam veram, aut præsumptam esse probatam scientiam, & eam etiam probatam non obesse Magistro Ioanni, qui propterea sine dubio absolui debet, prout pro Iustitia facturum confido integerrimum D. Prætorem, cui me, & causam commendo.

Anno 1576. Pontremuli. Laus Deo, & Virgini.

Spiritus Sancti Gratia Illuminet Intellectum Meum.

AD demonstrandum, quod Bernardus quondam Antonij de Godano Consul. Villarum Montislamæ, & Clausi Vallis Rossani non potuerit inquietari ex transitu, quem per aliqua loca dictarum Villarum fecerunt Oliuerius, Gualterius, & Toraninus Parasacchus ex banniti a Terra, & Territorio Pontremuli pro eo, quia per ipsum Consulem, aut alios de dicta v-
53 niuersitate non fuit concitatus rumor, nec pulsata campana, vt illi caperentur, & in fortiam Curię ducerentur ad formam edictorum Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Gubernatoris Dominij Mediolani, satis esset allegare text. in §. quoniam vero, in authen. vt nulli Iudici liceat, vbi Imperator præcipit Iudicibus, vt delinquentes secundum leges puniant, & alios pro alijs non molestent, nec peccantium vicis damnum inferant, pœna contrafacientibus imminente, ex quo text. glos. Bart. & Angel. notant quod male faciūt Potestates terrarum, qui puniunt vnam contractam pro aliquo delinquente, vt ibi per ipsos iura concordantia adducentes.
54 Nec me mouet, quod voluit idem Angel. in eod. §. sub num. 3. vers. & pro hoc apparet, dicens, quod si in aliqua Villa, vel Plebe datum aliquod damnum per aliquem, & ignoratur malefactor, vel scitu, sed non est soluendo, & potuit illum Villa, vel Plebs prohibere, & non prohibuit, tenetur ipsa Villa, vel Plebs illud emendare, licet ad id non teneatur, quando malefactor scitur, & est soluendo; quia loquitur Angel. secundum consuetudinem, quæ seruatus in Tuscia, non autem secundum ius, vt patet ex eius verbis, & si de iure loqueretur, malè sentiret in eo saltem, quod dicit Villam teneri, quando ignoratur malefactor, nam de iure Domi-
55 nus, Ciuitas, Castrum Villa, Comitatus &, loca similia pro delicto, seu damno in eorum territorio, & Iurisdictione,

ctione commisso teneri possunt, si fuerunt scientes, &
prohibere potuerunt, & non prohibuerũt, alias autem
si fuerunt ignorantes, vel etiam scientes, & prohibere
non valentes, non tenentur, vt latè tradit Bart. in l. ne
quid in 2. quæst. num. 2. ff. de incend. ruin. naufrag. vbi
idem dicit in Domino particulari vnius possessionis, &
56 intelligit tunc dici vniuersitatem scientem, quando
maleficiũ factum est ita palam, quod sciuit maior pars
vniuersitatis, per leg. aliud est vendere, §. refertur, ff. de
reg. iur. & l. quod maior ff. ad municipal. in quibus locis
probatur ab omnibus de vniuersitate factũ dici, quod
a maiore eius parte fit, & in terminis scientiæ adduco
57 ego text. in l. municipes, eod. tit. ad municip. vbi iũcta
glos. habetur, quod omnes de Republica intelliguntur
scire, quod scit maior pars regentium Rempub. ex qui
bus patet dicti §. quoniam verò, dispositionem, quod
pro delicto vnius de vniuersitate non possit vniuersi-
tas ipsa prægrauari, veram esse, & procedere indiffe-
renter siuè de tali delicto ignorans, siuè sciens fuerit
vniuersitas, dummodo data scientia non prohibuerit,
cum posset, tunc enim secus esset, & grauari posset per
prædicta, cuius rei rationem reddi posse credo, quia
quando quis quem piam aliquid facientem ignorat,
58 vel etiam scit, sed prohibere non potest, sibi non præ-
iudicat, nec tali actui consentire videtur, Ias. in l. quæ
dotis, num. 95. vers. primus est, quando, ff. solut. matri-
mon. secus autem si scit, & prohibere potest, & non
prohibet, quia sibi præiudicat, & illi actui consensum
accomodare videtur, Ias. in d. l. quæ dotis, num. 76. ver
siculo quartus casus, & de vtroque dicto est tex. in leg.
sæpè, ff. de re iudic. Et hoc vltimum probatur etiam ex
notat. per Anch. cons. 158. ex narratis in facto, numer.
13. vers. item pro hoc, vbi ait, quod Ciuitas dicitur de-
59 linquere eo ipso, quod tollerat, quæ iniustè, & illicitè
perpetrantur a subditis, & eos non punit, cum possit,
quia videtur talem vindictam negligere, & malefacto
ribus fauere, & iubere, & facit l. semper qui non prohi
bet, cum ibi notat. per scribentes, ff. de reg. iur. Cũ er-
go contra vniuersitatem procedi non possit pro alte-
rius facto, nisi ea fuerit sciens, & consentiens saltem
tacitè, & præsumptiuè ex non prohibitione, cum pro-
hibere posset iuxta prædicta; sequitur, quod nihil pos-
sit fieri contra Communitates Montislanæ, & Clausi,
cum non constet, quod habuerint scientiam, quod in
earum locis fuerint dicti Oliuerius, & Toraninus, &
quod eos prohibere potuerint, ne transirent, & non
prohibuerint, quod quidem erat per Curiam docendũ,
cum satis sit pro imputatis nõ esse probata necessaria
ad condemnationem absque eo, quod aliquid ipsi pro-
bent in contrarium, quia cum delictum non præsuma-
60 tur, l. merito ff. pro soc. Alciat. in tract. præsumpt. reg.
3. præsumpt. 1. in princ. vbi ait, quod dicens, se delictũ
non commisisse, hoc probare non tenetur, & notat e-
tiam Hercul. in tract. probation. negat. nu. 45. vers. ex
hoc infertur, Nec huic rei obstare potest, quod aliqui
de Clauso viderint dictos Oliuerium, & Toraninum in
Villa Clausi, quia dico, quod etiam si illi sciuissent eos
esse bannitos, aut condemnatos, de quo non apparet,
tamen eorum scientia, & patientia, etiam quod prohi
bere potuissent transitum dictis Oliuerio, & Toranino
non officeret eorum vniuersitatibus, quia tunc dicun-
tur scientes vniuersitates, quando earum maior pars
61 sciuit, vt supra probaui, illi ergo duo, aut tres de vni-
uersitate scientes, & non prohibentes, cum possent, nõ
essent sufficientes ad præiudicandum vniuersitati, &
ad faciendum eam incidere in crimen, & pœnam, imò
illud diceretur factum singularum personarum de vni-
uersitate, & non vniuersitatis, quod propterea ipsis
singularibus personis tantum, & non vniuersitatis
damnum afferre, & præiudicare deberet, iusta elegan-
ter notata per Bartol. in l. aut facta, §. non nunquam, ff.
de pœnis, per Castren. consil. 104. in causa Sfortij, quæ
vertitur inter Communitatem de Thesis, sub num. 1.
lib. 2. per Anchar. cons. 158. ex narratis in facto, sub
num. 11. vers. præterea, vt dicatur collegium, vel vni-
uersitas deliquisse, per Ias. in l. Ciuitas num. 2. & 3. ver.
item aduerte, ff. si cert. petat. per Dec. cons. 221. non
patitur in princ. facit, quid notabiliter tradit Anchar.
cons. 104. Visis, & ponderatis verbis pacis, nu. 7. vers.
62 In contrarium, vbi vult, quod dispositio, quæ concernit
plures, vt singulos, non habet locum in illis pluribus
consideratis, vt vniuersis, sicut è conuerso concernens
plures, vt vniuersos, non habet locum in illis pluribus
consideratis, vt singulis, quod approbat Dec. loco ci-
tato. Si quis ergo de dictis vniuersitatibus adsit, qui cul
posus sit in dicto transitu, is venit molestandus, & non
vniuersitas, nec eius Consul, quibus aliqua culpa ad-
scribi non potest, quia dicta edicta non procedunt in il
lis, qui culpa carent, sed solum habent locum in his,
quibus potest culpa imputari, vt in statuto mandante
63 viciniam teneri emendare damna occultè data in su-
burbiis determinat Cepol. consil. crim. 19. Datum est
damnum, num. 16. & 17. vers. vltimo pro hac parte, v-
bi in tantum id procedere dicit, vt etiam si essent duæ
Communitates, quæ antiquissimo tempore consueuis-
sent simul soluere onera prouenientia, & vnus fuerit
derobatus in territorio vnius ipsarum Villarum, illa
solum, in cuius tenimento esset illatum damnum, tene-
retur ad emendam, & non altera, cui nihil potest im-
putari culpæ, prout potest alteri Villæ dati damni, &
facit Consilium Romani septimum, visis necessarijs,
64 num. 9. vers. quinto, vbi quod stante prædicto statuto,
quid Communitates teneantur damna emendare, nõ
tenebuntur absentes, nec alij, quibus culpa, dolus, aut
negligentia adscribi non potest, & idem dicit ibi Ro-
man. num. 5. & seq. versic. aduertendum, de eo, qui te-
netur ad custodiam, ne damnum fiat nã si id fit absque
eo, quod ei possit aliquid imputari non tenetur; Prouin-
65 de quam malum sit pro facto vnius alium inquietari,
patet ex l. vnica, C. vt nullus ex vicaneis pro alien. vic.
debit. teneat, lib. 11. vbi Imperator dicit, quod graue
est non solum legibus, verum etiam æquitati naturali
contrarium pro alicuius debitis alios molestari, & pro
hibet omnibus modis huiusmodi iniquitates perpetra-
ri, facit l. nullam, C. de exactorib. & executor, lib. 12. v-
bi præcipit Imperator vnius possessionem pro alienis,
debitis, etiam publicis, conquerendam non esse
quod si est in ciuilibus, multo magis esse debet in cri-
minalibus, in quibus de maiori tractatur præiudicio,
es istis credo satis esse ostensum, nec vniuersitatem,
nec Consulem eam in similibus repræsentantem posse
condemnari, sed imo debere absolui.

Anno 1576. Pontremuli.

Laus Deo, & Virgini.

SPIRITVS SANCTI GRATIA
Illuminet Intellectum Meum.

EX pluribus demonstrari potest Philippum Riche
tti hospitem Clausi Rossani non incidisse in pœ-
nam

nam receptantium bannitos, vel condemnatos de crimine, pro quo pœna mortis, mutilationis membri, vel alia sanguinis veniat imponenda, vel præbentium eis auxilium iuxta tenorem constitutionis Dominij Mediolani tit. de bannit. & receptat. bannit. §. nulla persona, lib. 4.

66 Et primo dicitur, quod ad hoc, vt quis pro receptatione, vel auxilio bannitorum, aut condemnatorum incidat in pœnam, requiritur scientia in receptante, & auxiliante, vt clarè apparet ex verbis dictæ constitutionis, quæ scientia cum per Curiam non fuerit probata, vt opus erat, absolutio imputati sequi debet, vt in terminis præcisè tradunt Bart. in l. omnes, la seconda, C. de agricol. & censit. lib. 11. num. 2. vers. item est vtilis, Angel. in l. 1. col. 2. versic. videte Domini, C. de nili aggerib. non rumpendis, & in §. iubemus, num. 18. in authent. de Ecclesiastic. tit. quos sequutus fuit Dec. cons. 62. in causa, quæ agitur inter Monasterium, col. finali, versic. nec obstat si dicatur, quia cum dispositio loquatur de sciente, & scientia sit illa, quæ operatur, merito probanda erat, vt dicunt præfati Doctores, conferunt tradita per Crauett. cons. 6. plura, num. 72. vers. descendendum est nunc ad quartum dubium, vbi quod quis non potest puniri pro eo, qui pecunias miserit hosti sui Principis, nisi probetur, quod sciret, illum esse hostem sui Principis, quod adeo verum esse affirmat, vt etiam, si postea id sciuerit, puniri non possit, quia scientia superueniens non sufficit ad puniendum.

67 Secundo dico, quod etiam si constitutio non loqueretur in sciente, tamen sic esset intelligenda, & in ignorante non procederet, quia cum ignorans non puniatur, statutum etiam per verba prægnantia, & ampla quid fieri vetans restringitur, ne ignorans puniatur, vt dicit Crauett. d. cons. 6. num. 73. inquiens propterea,
68 quod agens contra aliquem, qui aliquid prohibitum fecerit, debet articulare, & probare, quod sciret, illud esse prohibitum, & potest ratio esse quia regulariter præsumitur ignorant a l. verius, ff. de probation. & maximè ad exclusionem delicti, quia nemo præsumitur delinquere, l. merito, ff. pro socio, vnde allegans ignorantiam non docta scientia, dicitur habere intentionē fundatam ex iuris præsumptione cui statur, nisi contrarium probetur, Dec. cons. 540. quæritur in effectu, num. 11. & cons. 595. pro resolutione, nu. 4. quod tanto magis in casu nostro procedere dicendum est, ex quo vltra, præsumptionem iuris multa extant in processu, ex quibus de ignorantia hospitis respectu conditionis personarum Oliuerij Gualterij, & Toranini Parafacchi, qui in eius hospitio commorati sunt pro manducando, & bibendo plusquam liquido patere po-
69 test, nam ignorantia probatur per argumenta, & coniecturas, vt notat Alex. in addition. ad Bart. in l. si cui, §. ijsdem criminibus, in verbo, volo probare, versic. & adde, quod ignorantia, ff. de accusation. prout, & scientia, Alex. cons. 187. num. 13. lib. 2. Curt. Iun. consil. 64. num. 8 Parif. cons. 100. nu. 88. lib. 1. Crauett. cons. 197. num. 7. & Natta cons. 231. num. 2.

Vnde cum dispositio d. §. nulla persona, procedat solummodo in sciente, & non habeat locum in ignorante, satis comprehendi potest, hospitem prædictum, vt ignorantem dictos Oliuerium, & Toraninum esse bannitos, vel condemnatos non incidisse in aliquam pœnam, & in terminis, quod hospes receptans bannitum ignoranter, siuè notam, siuè ignotam habeat eius personam, non teneatur pœna statuti receptantis ban-
70 nitum, ex quo, tanquam publicè hospitans, non tenetur hospitantium conditiones inquirere, cum inuitus hospitari cogatur, tenet Bart. in l. omnes, la seconda sub num. 1. C. de agric. & censit. lib. 11. quem sequitur ibi Alex. in addition. ad eum in apostilla magna, vbi
71 etiam subdit, quod hospes potest bannito dare commedere, & bibere, & non tenetur, vt etiam infra dicetur ex Afflict. quod videtur rationi consonum, quia licet a principio quis non teneatur inuitus hospitari quenquam, tamen postquam incepit publicè hospitium tenere obligatur ad hospitandum eos, qui venerint, Bart. in l. licitatio numer. 4. vers. & sicut ille, ff. de publican. & vectigal. & in l. 1. §. maxima. numer. 1. ff. naut. caup. & stabul. & in l. vnica. §. serui. num. 3. vers. item dicitur. ff. furt. aduers. naut. caup. & stabul. vbi ta-
72 men ait, quod ex causa potest recusare puta propter multitudinem hospitantium, vt etiam sequendo ipsum Bart. dicit Alex. in addition. ad eum in d. l. omnes la seconda, in dicta apostill. magna: vnde cum teneretur hospes prædictus quemcunque hospitari, merito excusari debet si bannitos, aut condemnatos ignoranter, recepit, nec perquisiuit de eorum conditione, cum nō teneretur, vt ex præmissis patet.

Tertio dico, quod etiam data scientia, quæ cessat, nō teneretur hospes in casu præsenti, quia statutum puniens receptantem bannitum, verum vel malefactorem, non
73 habet locum in eo, qui ei dat commestionem, & potum, sed in eo, qui eum abscondit, Bartol. in l. 1. §. quod ante, in princ. ff. de seruo corrupt. per illum text. probantem propriè recipere esse refugium abscondendi causa cuiquam in suo, vel alieno præstare, & in puncto, quod hospes dans cibum, & potum bannito transeunti non puniatur, tradit Afflict. in constitution. Regni rubr. 2. de pæterenor. receptator. in constitut. pæterenor. sub num. 4. versic. septimo fallit, & supra etiā fuit probatum ex Alexan.

Quarto considero quod ex quo dicti Oliuerius, & Toraninus fuerunt in hospitio ex causa transitus, & non vt ibi permanerent, sed solum, vt se cibarent, & ad alium locum non prohibitum se conferrent, non potuit eorum causa hospes molestari, etiam quod sciuisset eos esse bannitos, vel condemnatos, quia nec ipsi banniti, vel condemnati pro dicto transitu inquietari po-
74 tuissent, nam bannitus a certo loco, ita quod in eo stare, morari, aut habitari non possit, potest impunè per illum locum transire pro eundo ad alium locum non prohibitum, & ibi quiescere; & in hospitio commedere, & bibere, & capiatur, debet relaxari, & non puniri, Marsil. consil. 536. Consului, nu. 16. vers. & facit etiam post Ancharan. consil. 75. viso diligenter instrumento, in secundo dubio numero 5. & 6. & Nell. in tract. de bannit. 1. parte secundi temporis, quæstione 58. Per totam: & nouissimè, quod bannito liceat transire per locum, a quo est bannitus per transitum, & in hospitio morari, commedere, & bibere, tenet Cephal. præceptor meus colendissimus cons. 204. nobilis, num. 13. & 14. & propterea cum non possint dicto casu puniri banniti ipsi pertranseuntes per locum prohibitum,
75 subiungit Nell. loco citato, quod si statutum velit puniri vicinos, qui permiserint bannitos stare in loco prohibito, vicini permittentes eos ex causa transitus stare in ipso loco, & in hospitio quiescere, & commedere, & bibere, non puniantur, & rectè, nam si banniti ipsi principales non possint puniri pro dicto transitu, nec qui-
76 dem vicini accessoriè, qui transitum illum non impe-

pediue-

pediuerunt,puniri possunt,quia si delictum non consideratur in principali,nec in accessorio esse potest, l.cũ principalis,& l.nihil dolo,§.cum principalis,ff. de reg. iur.& c.accessorium,de regul.iur.in 6.Hinc dicunt criminalistæ,quid vbi non apparet de delicto principalis, non potest procedi contra alios,vt auxiliantes, & fautores, per Salycet.Calderin.& Ancharan. inter consilio ipsius Ancharan.consilio 216. Nos Bartol.in fine, sub num.5.

Quinto animaduertendum censeo,quod vbi apparere posset ex actis Curiæ,quod dicti Oliuerius,& Toraninus essent banniti,vel condemnati,apparebit etiam eos esse bannitos,aut condemnatos per contumaciã,
77 quo casu non est dubium,quod hospes eos receptans non tenetur pœna decreti punientis receptantes bannitos,aut condemnatos,ita tradit Iulius Norius de Sãcto Geminiano consil.crim.2.licet,num.15.& 16.vers. quarto dico,volens quod statutum puniens receptatores literarum bannitorum , non habet locum in receptante literas banniti per contumatiam , quia sta-
78 tutum intelligitur in vero bannito , & non in illo , qui ex ficta confessione , & ficta probatione ex contumacia causata condemnatus est quia præsumitur potius dãnatus ex eius contumacia,quam ex eo,quod delictũ commiserit, vt ibi per ipsum,vbi etiam subiungit,condemnationem esse nullam,& damnati quem non posse ex sola contumacia , nisi aliter delicti probatio habeatur.

Sexto non omitto, quod stante audacia , & mala conditione dictorum Oliuerij,& Toranini,& considerata timiditate, & qualitate hospitis, non potest ipse hospes pro eorum receptatione puniri , etiam quod
79 sciuisset,eos esse bannitos,vel condemnatos, quia receptans bannitum scienter non punitur,si talis bannitus intulit violentiam receptatori,vt eum receptaret, nec tunc statutum puniens receptantes bannitos locũ habere debet, Alex.in addition.ad Bart.in l.2.ff.de receptator.in vers.item fallit , post Bald.in l. in delictis, in princ.ff.de noxal.actio , per illum text.vbi scientia non nocet scienti , quando resistere non potest de facto,& idem quod tali casu excusetur a pœna receptãs, tenet Pomat.in addition.ad Bart.in l.1.§.in pari,in 2. apostilla,ff.de receptator.& licet non appareat violẽtia illata,tamen crederem satis esse minas, & alia verba impertinentia prolata per ipsos Oliuerium , & Toraninum , ex quibus merito hospes coactus dici potest receptare , quia non debebat expectare percussiones,
80 sed satis fuit iustus timor earum , argum.l. item apud Labeonem,§.1.ff.de iur.vbi qui non fuit percussus,sed perterritus ex eleuatione manuum aduersus eum agitactione iniuriarum,& siuè facto,siuè verbis inferatur timor,satis est,quod fuerit iustus,& cadere potuerit in virum constantem,Dec.in l.in omnibus causis , num. 2.ff.de regul.iur.& ibidem Cagnol.num.2.& seq. vers. circa primum.

Anno 1576.Pontremuli.

Laus Deo,& Virgini.

Hactenus dicta tria consilia,in quibus plura inueniri facilè possunt,quæ non ita de plano in iure procedere possent,& quæ etiam in practica nõ admitterentur, sed cum veluti aduocatus pro reorum defensione scripserim,excusationem mereri videor, tenebar enim vt talis adducere Iudici,quæ Clientulis prodesse arbitrabar,& non vno,vel duobus tantum fundamentis vti sed pluribus , vt vel vnum Iudicem ad absolutionem
81 moueret; nam si credimus Barth.Cępol.in tract.cautelarum caut.67.sunt multi,laudandi non sunt Aduocati,qui in eorum allegationibus, & defensionibus, vt videantur sapientes,& non cauillosi, non allegãt, nec adducunt pro defensione clientuli , nisi ea quæ vera sunt,& videntur multum vrgere,& conantur solummodo in medium afferre iura de necessitate concludentia,non enim sic facere debent , sed adducere etiam persuasiua,& aliquam præsumptionem inducentia,vel quoquo modo ad causam facientia,quia sæpissimè Iu-
82 dex mouetur ad iudicandum per rationem parum, vel nihil facientem,omissa vrgenti, quæ non intrat in eius caput,& inquit,quod istam cautelam dat D. Anton.de Butr.in cap.per tuas, qui filij sunt legitimi , & subdit,quod est vtilis, prout ipse sæpissimè fuit expertus,& si contra scio,quod imo Aduocati, quorum offi-
83 cium laudabile,& vitæ hominum necessarium esse nõ immerito existimauit Anastasius Imperator in l.laudabile,in princ,C.de Aduocatis diuers.Iudic. Specul. tit. de aduocat.in princ.causam bonam , & iustam faciunt videri pessimam , & iniustam, diffusius, & plura quam necesse sit,allegantes,& maiori,quam fas esset,verborum multiloquio vtentes sinistram causæ suspicionem incurrunt,vt inquit Abbas in proemio decretalium in principio,cum melius sit pauca idoneè effundere, quã
84 multis inutilibus corda hominum prægrauare,l.tanta versic.postea verò maximum opus aggredientes,C.de veter.iur.enucle.nec fieri debeat per plura , quod potest fieri per pauciora,l.dominus testamento,ff.de condit.indebit.cum concordantibus ibi allegatis per glos. fin.de quare plura habentur per Speculat. d.titulo de aduocat.§.tam nunc,num.6.& 7. & §.nunc de exordijs num.8.& sequentib.quod malè obseruatur, & adhęre-
85 tur cautelæ supra allegatæ,præterquam in consilijs decisiuis,quæ valde differunt a consilijs,quæ in fauorem partium fiunt,& allegationes vocãtur,Decisiua siquidem debent esse substantialia,alia verò non sic, & propterea sicut decisiua periculo vocant , ita in fauorem partium facta valdè sunt periculosa, & Iudices non rarò decipiunt, vt affirmat Vinc.de Franch. decis.431.
86 num.4. in 3. parte, vltra quod ætatis tunc meæ ratio habenda est,& ignoscendum Doctori iuueni,qui eruditus esse non potest,nec decisiones in puncto allegare l.qui cum vno,in fine,ff.de re milit. Cacher. decisione Pedemontana 71. num.41. Hæc enim multam lectionem requirunt,quæ breui fieri non potest, argum.leg. legatis seruis,§.ornatricibus,ff.de legat.3.& l.2. C. de re milit.lib.12.Cacheran.d.decis.71.num.41. in fine.
87 In senibus enim sapientia , & prudentia esse solet ob multum tempus,contra verò exigui temporis homo ad discernendum,& iudicandum infirmus dicitur, iuxta illud sacræ scripturæ dictum,in antiquis sapiẽtia est, & in multo tempore prudentia, & aliud , homo infirmus,& exigui temporis est minor ad intellectum iudicij,& legũ,vnde senectuti honor a Domino datus est , quamuis si iuuenem virtus extollat , non abijciendum sit,quia iuuenis sit,vt notat Luc. de Penna in rubr. C. de legation.col.4.versic.octauo legatus,C.de legation. lib.10.quæ verba nulla ipsius Lucæ de Penna habita mentione reassumit Affict.in constit.Regni lib.1.rub. 45.de seruando indemnitate Comitibus , Baronibus , & Militibus super constitutione, vt vniuersis ante numerum 54.vers.decimo requiritur , Non enim desinit

iuuenes

iuuenes commendatione digni in scientia, prudentia, & alijs qualitatibus, licet in terminis nostris senibus sit deferendum, in quibus sapientia, intellectus, & cõsilium reperiuntur, cum quibus res magnæ geruntur, vt hæc & alia notat idem Luc. de Penna in l. 1. col. 2. post principium in verbo prior. C. de Consulibus, lib. 12. de quo meminit Afflict. in constitut. Regni super dicta constitutione, vt vniuersis. num. 54. versic. & licet hoc dicat Philosophus.

EPITOME.

An, & quando ex inditijs, & præsumptionibus, maximè vero vehementibus, & indubitatis deueniri possit ad condemnationem. Quænam sint dicta inditia, & an tunc pœna debeat esse pecuniaria tantum, vel etiam corporalis, aut etiam capitalis; Et quid vbi sic inditiatus fuit tortus, & constanter negauit, an scilicet, & tũc aliqua pęna saltem extraordinaria condemnari debeat, vel potius absolui: Quiduè quando legitimè erat testibus conuictus, & per Iudicem super ipso delicto tortus negauit, an, & hoc casu sit absoluendus, vel condemnandus, & qua pœna, an videlicet ordinaria, an verò alia mitiori pro motu Iudicis, & præsertum vbi de pœna mortis agitur.

SVMMARIA.

1 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores ad condemnandum.*

2 *Ad condemnandum requiritur alterum de tribus, scilicet, vel quod sit spontè confessus, vel testibus necessario, vel præsumptiuè præsumptione iuris conuictus, vel sit conuictus vehementibus, & indubitatis indicijs.*

Præsumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, ibid.

3 *Præsumptiones, seu suspiciones hominis non sufficiunt ad condemnandum, secus quo ad torturam.*

4 *Confessus, vel legitimè conuictus quin condemnari possit, nemo dubitat.*

Conuictus quando quis esse dicatur ex indicijs certis, & indubitatis.

5 *Præsumptiones violentæ, ac indubitata inditia, dicuntur liquidissimè iuris probationes.*

6 *Reus ex præsumptionibus violentis, ac indubitatis inditijs condemnari potest in pęnam pecuniariam, non corporalem grauem, sed leuem, sic num. 7.*

7 *Pœna leui corporali quis potest condemnari ex præsumptionibus violentis, ac indubitatis inditijs.*

8 *Inditia indubitata quæ sint.*

9 *Inditium sufficiens est contra eum, qui visus fuit cum ense euaginato prosequi alterum, repertum postea vulneratũ.*

Idem de eo, qui exijt de domo cum gladio euaginato, & sanguinolento, in qua domo repertus est homo mortuus, vel vulneratus.

10 *Præsumptiones, & inditia generaliter in omni casu, in quo summopere vrgent taliter, quod animus iudicantis non possit persuaderi ad credendum contrarium, nec intellectus verti in oppositam conscientiam, sufficiunt ad condemnandum.*

Plura sunt negotia quam vocabula, ibid.

11 *Condemnari debet reus conuictus ex præsumptionibus minori pęna, quam si esset legitimè confessus.*

12 *Maximè si de pœna vitæ ageretur.*

13 *Contrarium sentiunt alij, quod imo ex inditijs, & præsumptionibus Reus possit condemnari pœna ordinaria.*

14 *Accusatus de adulterio, qui excusatur ratione consanguinitatis, si postea reperitur contraxisse matrimonium cum eadem muliere inducitur a iure violenta præsumptio, per quam condemnari potest in pœnam mortis.*

15 *Inditia, quando sunt indubitata, aliqui volunt posse deueniri ad condemnationem, ne dum pecuniariam, sed etiam corporalem citra mortem, & mitiorem pœna ordinaria delicti.*

16 *Rei in statu Mediolani puniuntur ex præsumptionibus, & inditijs in pœnis extraordinarijs, etiam corporalibus, sed citra mortem, puta triremij, fustigationis, & huiusmodi.*

Pœna triremium potest de consuetudine inferri pro pœna extraordinaria, ibid.

17 *Rei ex indicijs indubitatis possunt per Iudices in pœnas corporales, mitiores tamen pœnis ordinarijs, condemnari.*

18 *Gandin. opin. in criminalibus est maxima a qua nephas sit recedere.*

19 *Persona, quæ ratione alicuius qualitatis torqueri non potest, an saltem condemnare possit aliqua pœna arbitraria, & corporali.*

20 *Tortus, & in negatiua persistens, si tortura non fuit tam grauis vt penitus tolleret præsumptiones contra eum existentes, & Reus parum tormenta timeret, tamen adhuc aliqua pœna, stante qualitate delicti, & delinquentis, puniri potest.*

21 *Tortus persistens in negatiua ex inditijs vehementibus non debet condemnari sed absolui diffinitiuè.*

22 *Declara, quando inditia non excedebant metam, hoc de iure fieri debere; at de consuetudine absoluitur, rebus sic stantibus, vel fideiussori relaxatur, vt postea nouis superuenientibus inditijs adhuc molestari valeat.*

23 *Reus potest, non obstante tortura, condemnari, aliqua pœna extraordinaria, quando inditia sam vrgentia non fuissent per torturam sufficienter purgata in casibus enormibus, maximè stante mala qualitate personæ.*

24 *Pœna extraordinaria quandoque habet locum in delictis enormibus, stantibus inditijs valdè vrgentibus, non obstante purgatione torturæ, & qualis ista pœna esse possit.*

25 *Conuictus si torqueatur, & persistat in negatiua, an adhuc puniri possit, nu. 27.*

26 *Tortura adhibetur in subsidium, quando veritas aliter haberi non potest.*

27 *Tortus negans, quandoque puniri potest pœna extraordinaria, maximè quando tortura non fuit in tanta quantitate, vt omnis probatio per eam sublata sit, infra sub num. 28.*

28 *Delictum, quando est plenè probatum, per quod delinquens debet decapitari, vel mori suspensus furca, si tortus stet constans in negatiua non potest condemnari pęna mortis.*

29 *Tortus sufficienter, ex qua tortura omne inditium euacuatum sit, debet absolui, rebus sic stantibus, intellige in casibus enormibus, & quando mala qualitas personæ id exposcit.*

30 *Alij contrarium dicunt, quod immo diffinitiuè sit absoluendus, tamen horum opinio procedit de iure, secus de consuetudine.*

31 *Practica torquendi reum cum protestatione de eum non torquendo super probatis, sed ad finem vt etiam alia fateatur, & hoc ne possit appellare, & nu. 34.*

32 *Appellatio in causis criminalibus hodie per statuta Italię videtur, vt plurimum sublata.*

33 *Reus conuictus, & cum protestatione opportuna tortus, vt fateatur delictum, vel complices, si negaret, nihilominus pœna ordinaria condemnandus erit.*

34 *Declara secundum aliquos in causa, in qua de delicto atrocissimo agatur, cuius adest perspicua probatio, et expediat Reipublicæ reum sic conuictũ interrogare, vt etiã ore pro-*

prio

prio seipsum, vel socios vel alia crimina huiusmodi fateatur vel super qualitatibus delictum aggrauantibus interrogetur.

35 Delicta non debent remanere impunita, cum nec etiam Deus nullum malum impunitum relinquat.

36 Armatus ense, & scuto praesertim noctis tempore arguitur habere animum offendendi, vel insultandi familiam Curiae, quando familia conqueritur.

37 Arma offensibilia, & defensibilia ferens videtur paratus ad rixam.

38 Praeparans pallium, & inuoluens, vt moris est rixãtium ad brachium, & habens ensem, videtur se praeparare ad rixam, multo magis habens stutum, seu tarcam cum ense.

39 Deambulatio frequens eundo, & redeundo sepè in eodem loco cum armis noctis tempore arguit animum rixandi.

40 Tempore noctis deambulando armatus inducit vrgentem suspicionem contra eum, idem de eis, qui.

Clandestinè agunt aliquod tempore, & loco incongruis.

41 Arma ferens contra probibitionem proclamatum facit contra se inditium.

42 Absentans post transmissam inquisitionem ei datam, vel domi suae, & post terminum ad respondendum statutum, praestat magnum indicium contra se absentantem.

43 Contumacia indicium facit, & eo magis quando est perseuerans.

Fuga arguit dolum, ibidem.

Fuga mariti vehementer adminiculatur, quod ipse vxorem interfecerit, ibidem.

44 Innocentia fidem suae habens non timet comparere vocatus corã Iudice, alioquin non cõparendo suspectum se facit.

Innocens manibus, & mundo corde à Domino retributionẽ accipiet ibidem.

45 Fuga sola non est sufficiens probatio delicti.

Famulus, seu seruitor, qui fugijt è domo domini sui in dubio praesumitur subtraxisse aliquid ab ea ibidem.

46 Innocens praesumitur esse, qui vocatus comparuit, & semper sui copiam in iudicio fecit se defendendo ab imputationibus.

47 Fuga sicut aggrauat fugientem, ita presentia disgrauat praesentem.

48 Fugiens venire ad iudicium signum nocentiae ostendit, accedens vero in iudicio, & petens absolui, signum indicat innocentiae.

Qui iudicium fugit, praesumitur de sua iustitia diffidere.

49 Nihil tam occultum esse potest, quod non reueletur.

50 Conscientia mille testes, vt in adagio.

51 Ex tarditate, seù mora illius in faciendo, quod prius facere poterat, dolus praesumitur.

Tarditas affectata in accusando malefactorum arguit suspicionem, ibidem.

52 Accusator qui propositam accusationem non probat, dicitur dolosus, & calumniator.

53 Iunctus est suspectosa à mali, eò magis stãte mala qualitate personae: nam ex persona suspecta bonum praesumi non potest.

54 Odium regulariter praesumitur inter Victricum, & Priuignam.

55 Mendax in dolo esse praesumitur.

56 Verisimile non est, quod vnus solus multos aggressus sit.

57 Armorum hinc inde strepitus magnus auditus arguit rixam fuisse inter plures ab vtraque parte.

58 Testis singularis non probat, quia dictum vnius est dictum nullius.

59 Confessio extraiudicialis in causa criminali non facit plenã probationem, nisi praesente parte, & acceptante.

60 Occidere qui facilè potest vulneratum in terra prostratũ, & non occidit, signum est, quod ad defensam vulnerauit, stantibus maximè alijs adminiculis, de quibus hic.

61 Dolus non praesumitur contra personam non maleuolam, & sine aliqua causa, nec malus animus in eo praesumi põt.

62 Verba haec in rixa prolata, amazza amazzi non inferũt necessario, quod qui ea protulit, fuerit aggressor, & inceptor rixae, sed prouocate, vel irater dicta presumuntur, alio nõ constito.

63 Iram, & iustum dolorem temperare difficillimum esse.

64 Mulieres, quamuis de iure canonico admittantur in causis criminalibus ciuiliter motis ad testificandum, tamen in criminalibus principaliter motis non admittuntur, tam de iure ciuili, quam de consuetudine.

65 Quilibet tenetur diligenter officium suum facere.

66 Dolus non potest impingi facienti actum permissum, etiam quod ex illo actu permissu accideret aliquis alius actus prohibitus, attenditur enim finis, qui licitus sit.

67 Verba irãter post factum prolata arguunt magis illa proferentem fuisse aggressum, quam aggressorem, vt de illis, qui post acceptam iniuriam condoleri solent.

68 Verba quae possunt accipi in bonum, aut malum sensum, semper interpraetanda sunt in bonum, & non in malum, sicut quae possunt accipi de iure, & de facto sunt potius sumenda in sensum iuris, non facti.

69 Haeres, qui tenetur vlcisci mortem defuncti non debet homicidam propria authoritate occidere, sed via iuris coram Iudice illum accusare.

Dominus si iusserit seruo, vt vindictam faciat de iniuria sibi facta, intelligi debet de iusta, & licita ibid.

70 Vindictam velle facere dicens intelligitur de licita, et via iuris, et nõ de illicita, et de facto, vide supr. n. 67. 68. et 69.

Verba iactatoria de expellendo aliquem de possessione debent intelligi per viam iustitiae, ibid.

71 Accusatus non minus conuincitur cum praesumptionibus iuris, et de iure, quam testibus, maximè in delictis occultis et difficilis probationis.

72 Delictum ex pluribus praesumptionibus probatur, maximè si factum sit noctis tempore.

73 Delictum de nocte factũ dicitur esse difficilis probationis.

Probatio per coniectura, et praesumptiones sufficit in is, quae sunt difficilis probationis.

74 Pronuntia Iudicis contra inquisitum contumacem, quod habeatur pro confesso, et conuicto omnium, et singulorum in inquisitione contentorum, in iudicatum transacta, siue iusta siue iniusta, pro veritate habetur.

75 Statutum Vneliae sub rubr. de insultibus, cap. 11. lib. 4. declaratur, similiter, c. 8. et c. 12.

76 Clausula generalis in fine posita, nunquam porrigitur ad ea praecedentia, in quibus de per se est facta specialis prouisio, declara, vt infra num. 77.

77 Clausula generalis in fine posita nunquam refertur ad praecedentia non verisimilia; et quae verisimiliter non fuissent statuta specialiter.

78 Offendens Officialem, vel Ministrum Domini Iurisdictionẽ habentis videtur offendere ipsum Dominum.

79 Nemo in voluntarii necessarius extitit.

80 Poena ex probationibus praesumptiuis debet esse arbitraria

CASVS CC. LXXXVIII.

1 Vulgata est regula, quod in criminalibus probationes debent esse luce clariores ad condemnãdum, l. sciant cuncti, quae est vltima, C. de probationes Ioan. de Anan. cons. 59. num. 2. Sozzin. cons. 8. numer. 4. lib. 1. Boer. decisione 164. numer. primo & secundo Magon.

Magon.decis,Lucens.39. num.8. Castren,consil.299.
Visa inquisitione suprascripta,sub nu.1. ante fin.vers.
maximè in criminali,Natta cons.412.nu.26.Gomez,
tomo 3.variarum resolut.de delict.c.12,de probat.de-
lictor.sub num.25.vers.item principaliter quæro,Mar
sil.in l.vnica,nu.151.vers.sed in caussis,C.de rapt.virg.
& alij plures,qui consultò omittuntur.

2 Et propterea dicunt Doctores,quod ad hoc,vt quis
cōdemnari possit,requiritur alterum de tribus,scilicet,
vel quod sit spontè confessus,vel quod sit testibus nece
ssario , vel præsumptiuè præsumptione iuris conclu-
dentibus conuictus,vel quod sit conuictus indicijs ve-
hementibus, & indubitatis,quæ faciunt præsumptio-
nem iuris,& de iure,contra quam non admittitur pro-
batio in contrarium,vt hæc habentur , & notãtur in l.
qui sententiam C.de pœnis in l.2. ff. quorum appella-
tiones non recipiuntur,in l.fi.C. de probationibus , &
in l.si confessus,ff.de custodia reor.per quæ iura ita tra
dit Castr.d.cons.299.in princ,lib.2.Subdēs, ꝙ si vnum
istorum trium deficiat,non poterit deueniri ad condē
nationem Rei,licet contra eum adsint quædam vehe-
mentes præsumptiones,quæ non possunt dici præsum
ptiones iuris, cum non reperiantur a iure approbatæ ,
sed possunt potius dici suspiciones hominis , quæ non
3 sufficiunt ad condemnationem,l.absentem,ff.de pœnis
licet sufficiant ad torturam, l.1. circa principium, & l.
final.cum ibi plenè notatis,ff.de quæstionib.quod tra-
dunt etiam Natta cons.597.n.24.ver.vlterius non de-
bet,Gomez.d.c.12.sub n.25.& Mars.in l.repet.nu.23.
& seq.vers.sed contrariam partem,ff.de quæst.& in ru
br.C.de probat.n.254.& seq.ver.attamen contrariam
partem .

4 Sed quoniam, quando quis est legitimè confessus , vel
conuictus testibus , nulli circa eius condemnationem
cadit dubitatio,tota difficultas reducitur, ad tertiũ re-
quisitum,quando scilicet ex indicijs certis,& indubita-
tis quis dicitur conuictus,& in hoc frequenter cadunt
disputationes , pro quarum breui resolutionem sci-
5 endum est,quod violentæ præsumptiones , ac indubi-
tata iudicia dicuntur liquidissimè iuris probationes , l.
licet Imperator,ff.de legat.1.Natta cons.581.numer.
17.& 19.Magon.d.decis.39.num.9.Marsil.in rubr.C.
de probation,num.201.vers.nam legum,& num.221.
versiculo.pro quibus , ita vt ex eis non minus quam ex
testibus reus,de crimine conuincatur , Carer. in pract.
crim.§.in textu,nu.1.folio mihi 43. Et ideo ex illis cō-
6 muniter concluditur per scribentes posse deueniri cō-
tra reum ad condemnationem pecuniariam tamen,
licet non corporalem,Gandin.in tract. de malefic.tit.
de præsumpt. & indit. indubitat. ex quibus condem-
natio sequi potest, num.2.vers.quidam nomine Titius,
& infra,& iterum num.12.versic.ex prædictis vero,in-
quiens ita vidisse de consuetudine seruari Bononiæ ,
quem sequuti sunt Castrens.cons.299. Visa inquisitio-
ne suprascripta,in principio,& num.3. & 4.lib.secun-
do Alexan.cons.14. sub num.2. vers. secundo ad idem
lib.3.Cepol.cons.crim.32.num.20.& seq.vers.nec ob-
stat authoritas,& infra vsque ad finem,Grat.cons.136
num.22.lib.1.dicens ita communiter teneri,Nat.cons.
581.num.19.& Clarius cons.597.nu.24. Paris de Pu-
teo in tract.de sindicat.in verbo,tortura il primo cap.
2.numero 7.& sequ.vsque ad finem, diffusè Marsilius
in rubric,C.de probat. num.248. & quamplurib.seqq.
vers.circa quam,dicens hanc esse opinionem commu-
niorem,veriorem,& æquiorem, Clar.in pract.crim.q.
29.nu.6.vers.scias tamen,vbi refert plures idem tenē-
tes, & de communi testantes,Magon.decis.Lucensis,
39.num. 10. & Camil. Lepidus in decisionib. eiusdem
Rotæ Lucens.diuers.decis.149.in princ.Gomez.d.ca-
p.12.sub num.25. August.de Arimin.in addit. ad An-
gel. de Malefic.in verbo , quod fama publica, numero
26.versic,item limitarem ,vbi etiam idem admittit in
7 pœna corporali leui,puta fustigationis , sequitur Boss.
in pract.crim.titulo de conuictis,numer.34.& pluribus
seq.vers.in nullo tamen, vbi testatur de communi , Ca-
rer.in pract.crim.§.in textu,n.2.fol.43.& §.& nota do
ctrinam,num.6.& 7.fol.237.& Brun.in tract.de indit.
& tortur.in 4.q.primę part.n.13.& seq.ver.notandum
tamen .

8 Exempla autem talium præsumptionum , & inditiorũ
poni possunt in duobus rixantibus, quorum alter ea fi-
nita repertus est vulneratus , vt ab altero conrixante
percussus dicatur , & condemnatio sequi possit,Ioann.
Andr. in addition.ad Specular. titulo de probation.§.
videndum restat , numero decimonono vers. decimo-
tertio,Carer.in pract.crim.§.inditium, num.4. fol.44.
Marsil.in l.repeti num.21.versic.item pro hac parte ,
ff.de quæstionib.& in rubr.C.de probat.num.253.Bru
n.in tract.de indit.& tort.in 4.quæst.1. part. numer.7.
Magon.d.decis.39.num.11.& Camillus Lepidus dicta
decis.149. in princ. subdens. num.1. tanto magis hoc
procedere,si ille,qui est condemnandus fuerit visus ad
menare,prout dixit August.de Arimin. in additionibus
ad Angel.de malefic.in verbo,quod fama,publica , sub
num.28. vers.item quod vnus , Marsil.in rubric. C. de
probation.sub num.249.post vers.pro quibus, & sing.
288.dixi tibi,post princ.Socin.cons.54.num.10.versi.
facit in simili,lib.3.Carer.in d.§.inditium,num.6.& alij
per eos citati .

9 Item in eo , qui visus est cum ense euaginato prose-
qui alterum fugientem repertum postea vulneratum ,
prout est casus dictæ decisionis 149.Camil.Lepidi,& i
dem ante eum voluit Angel.in tract.de Malefic.in ver-
bo,quod fama publica.sub num.18.post versi. & idem
visus est,& Brun.d.q.4.n.6.

Item in eo,qui visus est exire,ex aliqua domo,vnicũ
tantum exitum habente cum gladio euaginato,& san-
guinolento, & in ea domo reperiatur aliquis mortuus
vel vulneratus , Ioan.Andr. in addition.ad speculat. in
loco citato,Gandin.in tract.de malefic.titulo. de præ-
sumption.& indit.indubit.ex quibus condemnatio se-
qui potest,num.10.vers.ponitur,Socin.cons.8. sub nu.
4. post vers.tertio principaliter,lib.1.Magon.d. decis.
39. num.12.Clarus in pract.crim.q.21.num.40.vers.si
aliquis visus sit,& est communis opinio,de qua testatur
Nouell.in practic.criminal.in materia inditiorum, nu.
108.versiculo inuentus,folio 60. & 61. post Blancum
in tract.de indit,num.292. Angel. in tract. de malefic.
in verbo,quod fama publica,num.18. vers. & idem vi-
sus est,& ibidem latius Augustin.in additio.n.22.23.27
& seq.vers.& in quantum,& infra,& Natta cons.597.
sub num.24.post vers.vlterius non debet , Grammatic.
decision.42.num.4.Gomez.d.cap.12.sub numero 25.
Mars.in rub.C.de probat.n.253.

10 Et generaliter in omni casu,in quo pręsumptiones,&
inditia vrgent taliter,quod animus iudicãtis nõ possit
persuaderi ad credendum contrarium , nec intellectus
verti in oppositam conscientiã,vt dixit Bal. cons. 249.
in libris ante finem,vers.sed hic omnia,lib.5. quem se-
quuti sunt Mars.in rubric.C.de probat.nu.260. Carer.

d.§.

d.§.inditium,num.1.& Magon.d.decis.39.num.13. in fine,de quare exempla a'.qua ponit Paris de Puteo d. c.1.sub nu.8.& ante eum Gandin. d.titul. de præsumpt.& indit.indubit.ex quibus condem.sequi potest,per totum, & Ioan. Andr.in addition.ad Speculator in loco supra relato,& Carer.in d.§.inditium,num.2.& seq. nec in hoc potest dari determinata doctrina cum plura sint negotia,quam vocabula, vt dicit Iureconsultus in l.4.ff.de præscript.verbis.

11 Nec desunt,qui velint,abstinendum esse a condemnationibus ex talibus præsumptionibus, vel saltem téperandam esse pœnam,vt longe minor, ac mitior imponatur, quã alias imponeretur , si reus esset legitimè confessus,vel conuictus,vt post Tiraq.in tract.de pœn. temperand.aut remittend.causa 27. numer.1.& 2. & rursus num.9.& Anchar.Regiens,q.71.num.18.lib.1. & Grammat.decis.42. num.1. & plurib.seqq. & voto 21.num.8.10.& seq.tradit Magon.d.decis.39.numer. 13.vers.licet,& vltra eum Innocen.in c.quia verisimile num.2.de præsumption. Marsil.in l.1.§.diuus Adrianus,numero 37.vers.ratio est, ff.ad leg. Cornel. de sicar.& in rubric.C.de probation.num.260.vers. & teneas menti,& Plaza in Epitom.delictor.cap.14. nu.3. in fin.& alij relati per Clar.d.q.20.sub nu.6. post vers. scias tamen, ibi, alij dicunt, quod vbi ex præsumptionibus procedunt , Augustin.de Arimin.in addition. ad Angel.de malefic.in dict. verbo , quod fama publica , num.24.vers.adde tamen,quod ex præsumptione violenta,Brun.in d.4.q.primæ part.num.13.& seq. Paris de Puteo in d.verbo,tortura,§ primo,cap.1.sub num. 7. ad finem , Boss.in pract. criminal. titulo de conuict. numero 38.versic. & licet hæc opinio,maximè autem

12 si de pœna mortis ageretur , a qua tunc abstinendum esse omnino videtur, Cæpol.consl.crim.27.nu.13. Grammat.d.decis.42.num.1.6.14.& 15.& decis.56.numer. 21.& 22. Marsil.in l.repeti.num.23. & seq.versic. sed contrariam partem,ff.de quæstion. & latius in rubric. C.de probation.num.254.& plur.seq. versic. attamen contrariam partem,& alij per eos allegati.

13 Sunt tamen alij volentes totum contrariũ,quod imo ex dictis præsumptionibus,& indicijs reus sit condemnandus pœna ordinaria delicti, nec aliquo modo ea mitiganda sit,Bellamera decis.688.num.14. ver.quarto induxit quem refert Clar. post dictum versiculum , Scias tamen , post melium versicul. alij dicunt totum contrarium,& tradit etiam Marsil.in rubric. C.de probation.num.249.vers.pro quibus,vbi loquitur in pœna capitali,& idem dicit Gomez.d. cap.12.sub n.25.circa medium,vers.quod tamen limita , quando sumus in præsumptione a lege determinata , & approbata per text. in lege si qui adulterij , C.de adulter.vbi habetur , quod si quis accusatur de adulterio , & excusatur

14 ratione consanguinitatis,& postea reperiatur contraxisse matrimonium cum eadem muliere. inducitur ab illa lege violenta præsumptio , per qua n potest condemnari de adulterio , & sic pœna mortis , & est de mente Augustin.de Arimino in addition. ad Angel. de Malefic.in loco citato num.25. vers. limitarem tamen prædicta,& colligitur etiam ex Parid.de Puteo in tract.de Syndic.in verbo,tortura,cap.1.sub num.7.& ante eos omnes ponit. Ioan. Andr.in addit. ad Speculat. in loco sæpius citato, & vult etiam Boss. d.tit. de conuict.num.29.vers.& pro intelligentia scias,Marsilius in d.l.repeti.n.20.& seq.Tiraq.d.causa 27.n.10. vers. quod autem, & ita iudicatu fuisse per sacrũ Consi

liuin Neapol.refert,Gram.d.decis.56.in fine, sub n.22. ipso tamen reclamante,& contradicente.

15 Hinc est,quod multi voluerunt,quod quando indicia sunt indubitata posset deueniri ad condemnationẽ nedum pecuniariam,sed etiam corporalem , dummodo sit citra mortem naturalẽ,& mitior ipsa ordinaria delicti extra casum specialem d.l.si qui adulterij, maximè in delictis occultis , & tractatibus secretis , ac difficilis probationis in quibus veritas clarius haberi non potest, vt patet ex traditus per Grammat. d. decis.42. nu.14.& 15.vers.& sic concludendo,& voto 31.num, 8.& 10. per Brun.in tract.de indit. & tortur.in 4. q. 1. part.sub num.7.& latè ostendit Clar. d. q. z'l. 21. sub num.6. versic.scias tamen, in fine, dicens opinionem hanc in Statu Mediolani seruari , vbi ex præsumptio-

16 nibus,& indicijs deuenitur ad condẽnationes , & Rei per Senatum condemnantur , non quidem in pœnam mortis,neque in aliam pœnam ordinariã ipsius delicti , sed in alias minores etiam corporales, puta trire niũ , fustigationis , ictuum funis, & huiusmodi , & quod ita in specie seruatum fuit in quodam Antonio Maria Fayta,qui cum esset indicijs indubitatis grauatus de homicidio,fuit per decennium ad triremes condẽnatus, & ita etiam seruatur in Regno Neapolitano ex sentẽtia Sacri consilij,vt patet ex deductis per Grammat.d. decis.42. in fine, secundum quam opinionem infinitis vicibus vidi obseruari in Magno Ducatu Etruriæ,& ipse etiam seruaui , condemnando Reos in pœnas corporales,mitiores tamen pœnis ordinarijs , & in causis homicidiorum etiam ad triremes nedum ad certum , & determinatum, tempus , sed etiam in perpetuum,

17 quãdo indicia adeo erant vrgentia,perspicua, & indubitata, vt nihil deesse videretur, quam ipsorum rei confessio , & Iudices viderentur ante oculos habere crimen,& illud inspicere veluti in tabella n depictum, vt dicit Natta d.consil.597.sub nu.24. quod etiam de iure verum esse,vbi præsumptiones, & indicia ponunt veritatem ante oculos iudicare debentis , & limitando opinionem Gandin.communiter approbatam,

18 & à qua nephas sit recedere,tanquam a maximo viro, & in materia criminali summè practico dixerunt Cast. & Cæpol. in consilijs supra citatis, demonstrat Egid. Boss.d.tit.de conuict.num.37.vers. Nos loquimur , quod maximè procedit , quando sumus in persona , quæ

19 ratione alicuius qualitatis, vel impedimenti non posset torqueri, quia tunc vtique ad dictam condemnationem deueniri posset , vt post Baldum , & Franciscum Brunum nouissimè concludit D.Fabius Timeus,quem in hac Ciuitate Florentiæ Rotæ Auditorem cognoui, in addit.ad decisionem Lucen. Magon.39.in 1.apostil.

20 Imò,& quando fuit illata tortura,& in ea tortus perseuerauit in negatiua,nam si ea non fuit tam grauis,vt penitus tolleret præsumptiones contra reum existẽtes & Iudex nollet amplius ad eam deuenire , ne reus, qui tormenta non timeret, & omnem habendæ confessionis spẽ auferret,impunitus euaderet , sed potius vellet procedere ad condemnationem extraordinariam pecuniariam vel corporalem,&t grauem,mitiorem tamẽ quam sit pœna delicti,id iure facere posset,l.congruit , ff.de offic.præsid.Boss.in pract.crim.tit.de inquisit.sub num.30. vers.vel etiam quando,Clar.in pract.crim.q. 64.nu.38.vers.illata vero,& vltra eum Cæpol.consilio crim.32. sub num.10. & seq.vers. nec obstat authoritas,& infra,& Grammat.d. decis.42.ferè in tota, Idem tamen Boss.titul.de sentent,nu.68.& 69. ver.si tamen

Iudex, dixit, quod quando indicia sunt valdè vehementia, & excedunt metam, tortus in negatiua persistens non est condemnandus, sed absoluendus est ab instantia iudicij, vel abolendus, seù circundandus processus, & allegat Alexand. ita expresè dicentem in addition. ad Bar. in l. vnius, §. reus, in a postilla in verbo, nec confitetur, ff. de quæstionib. & respondit ad Bart. in leg. 1. sub num. 1. eod. tit. dicentem, quod inditiatus post illatam torturam diffinitiuè est absoluendus, vt eius di-
22 ctum procedat, quando indicia non excedebant metã & benè, quia de iure absoluendus esset purgatis inditis per torturam, quasi puram veritatem dixisset, per text. cum gl. in l. edictum, ff. de quæstionib. licet ex consuetudine non diffinitiuè absoluatur, sed rebus sic stantibus tantum, vel fideiussori relaxetur, vt postea nouis superuenientibus inditijs molestari possit, Cla. in pract. crim. q. 62. n. 2. vers. forma autem, ad finem, & d. q. 64. num. 38. vers. illata reo tortura, & ipse latè probaui in meis prioribus resolutionib. crimin. cent. 1. casu 93. n. 19. & seq. versic. & idem obseruari, quod nedum procedit, quando indicia non excedebant metam, vt loquitur Bart. sic declaratus a Bossio supra relato, sed etiam quando illam excedebant, & erant ita vrgentia, vt nihil aliud deesse videretur, quam ipsius rei cõfessio si tormenta fuerunt cõpetentia, & in tanta quantitate, vt ipsa indicia quantũuis vrgentissima fuerint sublata quia, & tunc nõ põt vlterius Reus molestari, sed debet absolui, nisi noua superueniant inditia, vt tradit Cępo. cons. crim. 32. in 3. dub. sub nu. 18. qui addi potest his, quæ dixi d. casu 93. n. supra citatis.

23 Quod si indicia non fuissent sufficiente purgata, & taliter vrgerent, vt ex tortura nõ dicerentur sublata, procederet conclusio supra firmata, quod scilicet a pœna ordinaria posset reus absolui, & arbitrariè in pęnã ordinariam minorem condemnari, vt concludit Cęp. d. cons. 32. nu. 20. & 21. vbi plura adhoc allegat, & præcipuè Ludouic. Rom. in l. 1. §. si quis in villa, ad fin. nu. 10. vers. benè tamen, licet corruptè illum adducat alibi. ff. ad Senatusconsul. Sillan. & propterea sępissimè e-
24 uenit, vt post grauem torturam reo illatã, & perseuerantiã eius in negatione in casibus enormibus, quando indicia sunt valdè vrgentia, & talia, quæ verisimilem dubitationem in contrarium non recipiant, Rei condemnentur extraordinariè, quandoque in pęnam pecuniariã quandoque in pęnam exilij, vel relegationis, quandoque fustigationis, quãdoque ictuũ funis, quandoque etiam triremium ad tempus certum, vel in perpetuum iuxta grauitatem criminis, mensuram inditiorum, & qualitate personarum, prout ostendi dicto casu 93. nu. 27. & seq. dicit etiam, & infinitis vicibus obseruaui, & per alios obseruari vidi.

25 Maior autem esset difficultas, si tortus non solum fuisset vehementer inditiatus, sed etiam plenè conuictus, & negaret, an scilicet, & tunc esset absoluendus, an verò aliqua pęna damnandus, in qua re aduertendũ est, quod reus legitima conuictus de crimine torqueri nõ debet, quia tortura non adhibetur nisi in subsidiũ, quando veritas aliter haberi non potest, per tex. in l.
26 edictum, & in l. diuus pius, ff. de quęstionib. & in leg. 1. in fi. C. de iuramen. calumn. cum alijs allegatis per Gomez. tomo 3. variar. resolut. de delict. cap. 13. tit. de tortur. reor. nu. 20. & per Brun. in tract. de indit. & tortur. in 4. q. primæ partis, nu. 13. vers. notandum, & si tor-
27 queretur, & tortus negaret delictum, licet non posset absolui, sed condemnandus veniret, vt dicunt Cępol. d. cons. 32. in 3. dub. nu. 18. in princ. Alexan. in addit. ad Bart. in l. vnius §. reus, in apostilla in verbo, nec cõfitetur, in fin. ff. de quę. Gomez. vbi supra vers. sed aduertẽdum, per text. in l. qui sententiam. C. de pœnis, tamen non esset condemnandus pœna ordinaria delicti, sed alia mitiori, Roman. in l. 1. §. si quis in villa, ad finem n. 10. vers. benè tamen ff. ad Senatusconf. Sillan. Cœpoll. cons. 6. num. 9. & d. cons. 32. in tertio dub. num. 20. & 21. Bossio in pract. crim. titul. de sententia, numero 70. Clar. in pract. crim. q. 64. num. 8. vers. veritas est, & iterum num. 38. versic. illata reo tortura, Vulpell. consil. crim. 4. num. 15. Alberic. de Rosat. in d. l. edictum ff. de quæstion. num. 2. & 3. ibidem Marsil. num. 2. vers. & teneas menti, & sing. 262. quod potui, circa principium, vers. & pro ampliatione, Ferret. caut. 5. accidit quotidie, nu. 4. Cassane in consuet. Burgund. tit. des iustices, rubr. 1. §. 5. nu. 93. vers. vndecimus casus, folio 206. dicens expresè, quod quando plenè est probatum deli-
28 ctum, ex quo criminosus debet decapitari, aut furca suspendi, si per Iudicem ponatur ad torturam, & in ea stet cõstans, non poterit ad mortem condemnari, Cartar. in tract. de interrog. reis, lib. 4. c. 1. nu. 97. ad finem, & in tract. de execut. sent. contumac. capt. bannit. cap. 3. nu. 80. quod absque dubio procedit quando tortura non fuit in tanta quantitate, vt omnis probatio per eã sublata sit, Cępol. d. cons. 32. num. 20. & 21. Boss. d. tit. de sentent. sub d. num. 70. & Vulpell. d. cons. 4. sub numer. 15. sed si talis, & tanta fuisset tortura, vt ex ea pro-
29 batio omnis sublata fuisset, nullo modo etiam extraordinariè condemnandus esset tortus in negatiua persistens, sed absoluendus esset, Cępoll. in loco citato nu. 20. & 21. Gomez d. c. 13. num. 20. vers. & in tantum, & alij per eum allegati, qui ita sunt intelligendi, cum quibus conuenit Vulpell. d. consil. 4. in 2. dub. sub numer. 8. & latius sub num. 15. nec dissentit Boss. loco relato, qui tamen num. 71. subdit, quod hoc casu non diffinitiuè, sed rebus stantibus, prout stant, absoluendus esset, vt sic postea nouis superuenientibus indicijs molestari posset per ea, quæ ipsemet antea dixit in eodem titulo nu. 65. & idem tenet Clar. in pract. crim. q. 62. nu. 2. & comprobatur ex opinione eorum, qui dicunt hoc casu esse reum relaxandum fideiussoribus, vt refert Cla. ibidem, & d. q. 64. sub num. 38. qui tamen vtrobique fatetur, quod de mero iure absoluendus esset diffinitiuè,
30 tanquam si puram veritatem dixisset, cum per torturam purgauerit facientia contra se per text. cum gl. in d. l. edictum, ff. de quæst. licet ex consuetudine contrarium seruetur, vt supra dictum est, & ipse etiam notaui dicto casu 93. n. 23. & 24. versiculo sed, & inhoc casu.

31 Ad tollendam autem omnem difficultatẽ cõis practica, & obseruantia est, quod fiat per Iudicem protestatio de non torquendo reum super probatis, sed ad alium finem, puta vt ore proprio confiteatur, ne possit appellare a sententia condemnatoria, a qua alias posset, l. non tantum, ff. de appellat. cum ibi notat. & l. 2. C. quorum appellat. nõ recip. & ibi etiam Bald. n. 2. & in l. 1. in fin. n. 9. C. de iuramento calumniæ, & alij statim citandi, licet hoc de confessione ad tollẽdã appellatio-
32 nẽ vix hodie locũ habere posset, cũ ferè vbiq; locorũ sublata sit appellatio a sentẽtijs in causis criminalibus latis per particulares prouisiones, vt perpẽdit in casu suo Cępol. d. cons. 32. in 3. dub. sub nu. 19. vers. nec potest dici, Ferret. d. caut. 5. n. 4. vel vt interrogetur de socijs, vel de alijs criminibus, vel vt aliquam qualitatem, & circumstantiam annexam delicto, per quam illud

reddatur

reddatur grauius, detegat, & exinde facta tali protesta
tione reus non interrogetur super his, de quibus legiti
mè conuictus est, nam tunc licet negaret, non euitaret
pœnam ordinariam delicti, vt concludunt Cepoll. d. cons.
32. in tertio dub. num. 19. Boss. d. tit. de sent. sub num.
70. & Vulpel. d. cons. 4 in secund. dub. nu. 8. 13. & 14.
Gomez. d. c. 13. sub nu. 20. vers. quod limita, & Clar. d.
q. 64. nu. 7. & 8. vers. scias etiam, & infra, & nouissimè
Cartar. in tract. de interrog. reis, lib. 4. cap. 1. nu. 95. &
97. vers. prout etiam, & in tract. de execut. sent. contu
mac. capt. bannit. c. 1. sub num. 77. & plurib. seq. vers. si
34 verò tantum, quam tamen practicam non passim ob
seruandam esse docet Vulpell. d. cons. 4. num. 9. & seq.
sed tunc solum cũ de atrocissimo delicto agitur, & adest
illius perspicua probatio, & expedit Reipublicæ reum
sic conuictum interrogare, vt ore proprio confiteatur,
vel socios nominet, aut alia crimina dicat, vel aliquam
qualitatem, & circumstantiam annexam ipsum delictũ
aggrauantem manifestet, quod a iure, & æquitate alie
num non videtur, maximè cũ practicam illam circa ca
put habendæ confessionis ab ore ipsius rei ad tollen
dum appellationis remedium improbent multi, eam
que, & iniquam, & falsam dicant, Gomez. d. c. 13. ad fi.
vers. item etiam ex supradictis, Clar. d. q. 64 nu. 8. vers.
veritas, & num 38. versic. illata reo tortura, Vulpell. d.
cons. 4. num. 8. & ante eos Alberic. in d. l. edictum, nu.
3. Marsil. in d. l. repeti. num. 19. vers. & ideò, Ferret. d.
caut. 5. num. 4. & seq. vers. sed vltra, & nouissimè Cart.
in tract. de interrog. reis lib. 4. cap. 1. d. num. 96. & 97.
& in tract. de execut. sent. contum. capt. bannit nu. 77.
cum seq. & ita ego sæpissimè seruaui, & ab aliis serua
tum vidi, puniendo reos legitimè conuictos in pœnam
ordinariam delicti, non obstante tortura eis illata ad
alium effectum, quam ad eruendam confessionem deli
cti, de quo agebatur, super eo nullatenus eos interro
gando, & præmissa protestatione iam dicta, ea verò o
missa, & illata reis legitimè conuictis tortura super de
licto, pro quo proceditur quantũcunque graui, & ipsis
in negatiua perseuerantibus nũquam vidi deueniri ad
absolutionem etiam cum clausula, rebus sic stantibus,
vel alia simili, nec ad relaxationem sub fideiussore, sed
semper vidi ipsos reos extraordinariè puniri, etiam in
pœnas corporales, & triremium ad tempus, vel in per
petuũ in casibus, in quibus pœna mortis alias ipsis non
tortis fuisset imponenda, & ita quoque seruari Medio
lani testatur Clar. in d. q. 64. nu. 8. vers. veritas est, & n.
38. vers. illata reo tortura, ad fin.

Et quoniam alias in primis anni mei Doctoratus, dum munere Prætoris fungerer Vneliæ pro admodum Illustri Domino Ioanne Hieronymo ab Auria dictæ Terræ Domino, partes fisci tuẽdo, scripsi in causa materiam præsentis resolutionis respiciente, volui, quæ tunc dixi, qualiacunque sint, hic transcribere, nec verbo quidem mutato, & sunt, vt infra videlicet.

Spiritus Sancti Gratia Illuminet Intellectum Meum.

Visa inquisitione formata per Magnificum Dominum Prætorem Vneliæ Antecessorem meũ cõtra Peregrũ Amorettũ de insultu cum armis facto Iacobo Bergano Caualleria, & cæteris militibus Curiæ, vna cum accusatione dicto D. Prætori porrecta per Andream Amorettum contra dictum Cauallerium, & socios occasione vulnerum dicto Peregro eius filio illatorum, & habita diligenti, ac matura consideratione
super omnibus in vtraque causa deductis, & allegatis
tam pro fisco, quã pro Peregro intrepidè cõcludere pos
se arbitror apertissimè constare de delicto per dictum
Peregrum perpetrato iuxta tenorem inquisitionis cõ
tra eum formatæ, obidque eum fore condemnandum
secundum ea, quæ infra dicentur, cum delicta non de
35 beant remanere impunita, vt dicit expressè text. in l.
Stichum, aut Pamphilum, la seconda, §. tametsi alter,
ff. de solut. & liber. & est consimilis text. in l. si ita vul
neratus, in vers. quod si quis, ff. ad l. Aquil.

Et licet delictum ipsum commissum fuerit de nocte
ideoque nõ esset multũ facilis probationis, satis clarè
tamen, & sufficienter, Dante Deo, qui nullum malum
impunitum relinqui permittit, verificatum fuit, & imò
primis contra eum non modicum facit, quod ẽsem, &
tarcam, seu scutũ haberet, ex hoc. n. arguitur eius ani
36 mus insultandi familiam Curiæ, nam portans arma of
fensibilia præsumitur habere malum animum, l. in §.
ex maleficiis, n. 8. t. ver. accedat gl. illa sing. In l. de acti
on. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi public.
in apostilla in verbo, non licet, Crauet. consil. 314. illud
quæritur, num. 3. nisi portet ea ligata, vt dicunt Ale
xand. & Iat. per text. in c. si quis rusticus, in vers. Mer
cator, cum sua gl. in verbo, non vt quem offendat, de
pace tenend. in vsib. feudo. qui malus animus augetur
ex delatione armorum defensibilium, videtur enim se
37 præsentasse Peregrus ad rixam, ex quo arma offensi
bilia, & defensibilia habebat, quod est signum euidentis
simum rixari volentis, l. 1. §. vt possidetis, ibi, aut qui in
hoc ipsum aptus, & præparatus venit, ff. de vi, & vi ar
mat. per quem text. dolum, & animum rixandi in eo,
qui camisiam circumcirca brachium sibi aptauerat,
arguit Cepol. cons. crim. 25. Magister Iacobus Maran
38 gonus, n. 8. vers. tertio quia, & tamen hoc procedit in præ
parante vestem ad brachium, vtique etiam a fortiori
procedere debet in præparante scutum, cum sit instru
mentum magis aptum ad defensam, quam vestis, quæ
præsumptio ex eo confirmatur, quod ipse Peregrus in
eius depositione fatetur, quod aucteritam deambulasse
39 rã cum illis armis per spatium dimidiæ horæ per locum
in quo sequuta fuit, nam per hoc colligitur manifestis
simum signum, quod ibi illo tempore ad esset sic arma
tus causa expectandi familiam, & eam aggrediendi, &
offendendi per ea, quæ voluit Cepol. in d. consil. 8. n. 7.
vers. primo quia, argum. l. is qui cum telo, C. ad l. Cor
nel. de sicar. & l. 1. in princ. ff. eod. tit. & §. item lex Cor
nelia, Instit. de public. iudic. & l. 3. §. si quis autem visis
armatis, a contrario sensu, ff. de vi, & vi armat. stante
præsertim, quod ibi steterit tempore nocturno, & horis
insolitis, quia ex qualitate talis temporis inducitur ve
40 gens suspicio, quod ibi de nocte fuerit, ne cognosceretur,
& familia occultè aggrederetur, qui. n. male agit, odit
lucem. c. consuluit, de offic. deleg. cum aliis iuribus ad
hoc propositum allegatis per Crauet. cons. 35. ex plu
rib. nu. 1. vers. quinto præsumitur dolus contra reum, &
& adeo lex præsumit contra eos, qui clandestinè quid
agunt per tempus suspectum, vt eis non parcat, licet
sint minores, milites, mulieres, aut rustici, & tractent
de damno vitando, vt ibi subiungit Crauet. num. 12. per
text. in l. 1. §. 1. ff. de ritu nupt. & in l. 1. C. de interdic. ma
trim. contra glos. quod maximè dicendum venit ob
41 prohibitionem delationis armorum quorumcunque
offensibilium, & defensibilium factam per multum Il
lustrem Dominum, ex qua maior dolus insurgit cõtra
Peregrum, qui rem prohibitam fecit, & legẽ superio

ris non seruauit,portãdo talia arma iuxta copiosè tra-
dita per Crauett.iura,& authoritates adducentem cõs.
193.minor 25.annis,in princ.num.2,& 3.
42 Accedat, quod formata inquisitione, & copia sibi
intimata cum præcepto ad ei termino tridui respondẽ
dum personaliter sub pœna criminis confessi se absen
tauit Peregrus a Terra,& iurisdictione Vneliæ,& mo
ram traxit in loco Cerui, & plebis Theijci, & pluries
requisitus,& citatus nunquam voluit se præsentare,&
coram Iudice personaliter comparere, & se defende-
43 re,hoc enim non leue inditium facit contra ipsum, nã
ex fuga dolus arguitur,l.impuberibus,§.præterea, &
ibi etiam glos.in verbo,sententia sua,& §.item si quis,
ff.de suspect.tutor,& curat.Hinc est,quod fuga mariti
vehementer adminiculatur, quod ipse vxorem inter-
feecerit,vt dicit Crauett.cons.6.plura videnda sunt, nu,
37.ver.decimotertio,si enim innocens fuisset,copiam
sui coram Iudice fecisset, nec fugam arripuisset, nam
44 qui fidem innocentiæ gerit,maximam habet securita
tem,vt expreisè dicit text,in l.sororem,C, de his, qui-
bus,vt indign.nec timere debet calumniam, quia fides
veri ab ea eum defendit,l.si non conuitij, C.de iniur,
& maxima datur securitas ab alacri conscientia secun
dum Bald,cons.176.Cecilia,in princip, & consil.353.
examinanda sunt,column.2.lib.1.hinc dicitur Psalm,
17.*et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam,
et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi,
quia custodiui vias Domini*, & Psalm.25. *Iudica me Do-
mine,quoniam ego innocentia mea ingressus sum*,& facit
illud Horatij singulare dictum,*Integer vitæ,scelerisque
purus non eget Mauris,iaculis,nec arcu*,tradit Crauett.d.
cons.6.num.38.vers. profecto si innocens esset, hinc
dixit Angel.de Perus.in §.si verò,num.19.vers.ibi per
fugam,in authentic,de exhibendis reis,per illum text.
quod quis fugiendo se ipsum accusat,licet hoc non sit
45 contra eum plena probatio delicti, inferens ex hoc
quod seruitores fugientes præsumitur subtraxisse do-
minis res,quæ eis subtractæ reperiuntur,pro qua re est
etiam dictum glos.in d.l.impuberibus,in d.§.præterea
in d.verbo scientia sua,quæ dicit,quod fugiens se con-
dẽnat per fugam,ea quo.ergo se absentauit Peregrus,
in iudicioque nusquam personaliter comparuit,nocẽs
præsumitur,E conuerso verò Cauallerius, & socij ab
Andrea Amoretto eius patre accusati, qui nunquam
se absentauerunt, sed semper in iudicio personaliter
46 comparuerunt,ac se defenderunt; innocentes præsu-
muntur,vt habetur per Crauett.in d. cons.6. num.39.
post versic.itaque vt eo reuertar,tradentem,quod, si-
47 cut præsumptio laborat contra fugientem, ita debet
laborare pro non fugientem, vt contrariorum eadem
sit disciplina,& vltra Crauet.quod se absentans, & no
lens comparere,iudiciumque subterfugiens præsuma-
tur nocens, iudicio autem assistens, ac absolui se pe-
tens, præsumatur innocens, probatur in c. nullus, de
præsumpt. per quem text. dicit Luc, de Penna in lege
quicunque,colum.8.in 33.casu,in quo quid præsumi-
tur,C.de apocop.public.lib.10. quod præsumitur in-
48 nocens quærere,vt absoluatur, & è contrario nocens
subterfugere iudicium,& qui iudicium refugit, præsu-
mitur de sua iustitia diffidere C.Christianis, 11.q.1.Af-
flict.decis.13.vertitur dubium,num.22.vers.noua con
iectura,Roman.cons.169. Magister Paulus, num.3.
versic.quinimo, & satis, & ante eos Luc, de Penn.d. l.
quicunque,num.134.casu,in quo quid præsumitur, &
eo magis hoc contra Peregrum militat, quia statim
quod fuit vulneratus,deprecatus fuit magistrum Pau-
lum Brunengum Chirurgum, qui ad eum curandum
vocatus accessit,& dixit ex eius officij debito Domino
Iudici maleficiorum velle notitiam de eius vulneribus
dare,ne hoc faceret, vel saltem eum excusando diceret
quod in terram ceciderat,& se ipsum sic cadendo per-
cusserat,quis enim dubitat,quod si ipse non fuisset ag-
gressor,talia non dixisset? imo per curam habuisset,
quod contra aggressores acriter per iustitiam proces-
sum,& ad debitam pœnam deuentum fuisset, sed con-
scius sui id dixit, putans eius facinus eo modo celare,
bene enim arbitrabatur quod si res ad aures iustitiæ
peruenisset,impunitus non euasisset,quia licet clam de
liquisset,& de nocte,scriptum est tamen quod nihil po
49 test esse tam occultum,quod non reueletur,§. & licet
dudum,ibi,quod ab alio quodam tanquam ab eo scili-
cet confessum est, Deo huiusmodi omnino non indul-
gente occultari,& ibi etiam glos.in verbo,indulgente,
in authen.de testib.& vt est in adagio,conscientia mil
50 le testes, & licet postea iam incepto processu per D.
Iudicem contra ipsum Peregrum Andreas eius Pater
pro eadem rixa, & eodem delicto querelam porrexit
coram ipso Domino Iudice contra familiam Curiæ,
faciendo eam de insultata insultantem, tamen id ei in
aliquo non suffragatur, immo magis ei nocet, quam
prodest;nam ex quo non statim sequuto facto,sed po-
stea non modico temporis interuallo,& iam inchoato
processu contra Peregrum vti aggressorem instituta
fuit dolosè,& intentione eum excusandi, ac eius deli-
ctum velãdi id factum videtur,nec est verisimile,quod
prius non accusasset,& tantum tardasset, ac expectas-
set, quod Iudex processisset, si vera accusatio fuisset,
cum prius accusare potuisset, ideoque ex hoc vrgen-
tissima doli,& fraudis suspicio contra eum deprehen-
ditur, quia ea tarditate aliquid facientis, quod prius
51 facere poterat, dolus præsumitur, vt latè tradit Cra-
uett.cons.28.Assertum testamentum,num.6.vers.quin
to oritur suspicio,& cons.165.sorores, num.8. versic.
quinto probatur,& habetur per Plot.in repetit.leg. si
quando, C.vnde vi §.9. sed vt opus num.27. versic. ex
tarditate enim,& in terminis nostris, quod ex tardita-
te accusandi malefactorem arguatur suspicio, & dolus
accusantis,qui prius accusare poterat,tenet Plot.in d.
repetit.d.l.si quando,§.52.Quadragesimoquinto, nu.
11.vers.ergo etiam,& pulchre notat Federic. de Sen.
cons.23.Titius num.2.vers.item ex quo sciuit, & num.
4.versic,verumtamen,vbi concludit, quod adeo labo-
rat suspicio contra Parochianum accusantem Præla-
tum electum de crimine,& detentem eum ab electio-
ne remoueri, quando se non opposuit, & non obiecit
crimen statim,cum potuit illud obijcere, vt non audia
tur,immo repellatur ab accusatione, & Federicum se-
quitur plura ad eius dicti confirmationem adducendo
Crauetta cons.75.accusatur de falso,num.9.versiculo
secundo,quia, & eo apertius de dolo, & fraude ipsius
Peregri ex dicta accusatione apparere videtur, quod
ea probata non fuit, vt diligenter processum intuenti
52 patebit,& infra etiam demonstrabitur, nam dolus, &
calumnia præsumitur in accusante, qui per eum pro-
posita,& obiecta non probat,l.qui non probasse, cum
gl.C.de calumniat Crauett.cons.262.protestor, circa
finem,sub num.7.
53 Vlterius insurgit dolus ex qualitate personæ ipsius
Peregri,qui est iuuenis,diues, & robustus, & similes
personæ solent habere milites iustitiæ odio,vt possint
libere

libere de nocte armati incedere, voluptatibus incumbere, per diuersa loca vagari, & circa etiam inhonesta versari, impediuntur enim eorum desideria a satellitibus, qui hac de causa ob euitanda inconuenientia multa solent de nocte per terras Iurisdictioni eorum Iudicis suppositas ire, & propterea non videtur Peregrus doli suspicione ex hoc quoq; carere, quia ex persona suspecta bonum præsumi non potest, facit text. in l. qui testamentum. ff. de probationib. & in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3. cum alijs ad hoc allegat. per Crauet. consil. 141. Claudius de Costis. nu. 18. vers.
54 octauo dolus, ex quibus arguit dolum in victrico contrahente cum priuigna ex qualitate personę ipsius victrici, qui odio solet habere priuignas, vt probatur in l. 1. iuncta glos. 2. C. vbi pup. educ. deb. & facit optimè text. nu. l. 4. ff. de inoffic. testamen. & glos. in verbo, nouerca, in §. socrum Instit. de nupt.

Rursus cũ in eius depositione iurata veritatem celauerit Peregrus, dicendo se a familia insultatum fuisse, & statim cecidisse, & aufugisse, relictis cappa, targa, & ense non denudato, cum per proprios eius testes appareat eum ensem euaginasse, & eo euaginato ad manus cum Cauallerio fuisse, ratione eius mendacij dolus
55 in eo colligitur. l. si quis affirmauerit. ff. de dolo malo pulcrè Crauet. consil. 2. Andreas, num. 13. post versic, aduertendum est etiam.

Nec obstat si diceretur verisimile non est, quid Peregrus solus insultauerit satellites, qui erant quatuor, sed quod imo credendum est, quod ipse ab eis insultatus fuerit, quia respondeo, quod licet visus fuerit dictus
56 Peregrus solus cum ense euaginato ad manus cũ Cauallerio, non tamen sequitur, quod solus insultum fecerit, imo veritas est, quod cum eo plures aderãt personę tempore insultus facti, quæ postea aufugerunt, & in rixa eum solum dimiserunt, & licet & ipse quoque postea aufugerit, vt videtur probari ex multis testibus pro Curia receptis, & etiam ex nonnullis ad defensam pro ipso Peregro examinatis, ex quorum dictis constat, quod plures personæ, dum rixaretur, aufugerunt antequam fugam arriperet Peregrus, Præterea dicunt omnes testes, hinc inde producti, quod dum
57 fieret rumor, sentiebatur maximus armorum strepitus, quæ res facilè demonstrat non fuisse solum Peregrum, vtique enim non fuisset factus tantus strepitus armorum, si cum solo homine fuisset certatum, vltra quod non esset inconueniens dicere, quod solus spiritu diabolico ductus ausus fuisset quatuor satellites seniores, ac longè minus fortes aggredi, præsertim cum haberet arma offensibilia, & defensibilia, ipsi verò solũ offensibilia, & sic esset magis aptus ad pugnam, quam ipsi, licet, vt dixi, veritas se habeat, quid multi cum ipso aderant, non obstantibus depositionibus nonnullorum testium pro eius parte examinatorum deponentium de confessione facta per vnum ex militibus Curię, quod dictus Peregrus erat solus, & non associatus, quia in ea vnusquisque testis est vnicus, & singularis in eius dicto, & expresse fatetur, quid tempore dictę confessionis sibi factæ non aderant alię personæ, & ideo
58 non probat, quia dicto vnius testis etiam in dignitate constituti non est standum, cum dictum vnius sit dictũ nullius. l. iurisiurandi, C. de testibus, & in omnem euentum, etiam quod esset formiter probata, quod est falsum, cum sit cõfessio extraiudicialis facta absente par-
59 te, & non acceptata, non faceret plenam probationẽ in hac causa criminali, gl. in verbo, accusatur, in l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de adulter quam ibi omnes scribentes sequuntur, Roman. consil. 7. visis necessarijs, colum. 1. vers. secundo ex alia, & consil. 8. viso facto proposito, col. 1. vers. primum quidem, Felyn. in c. olim, col. 3. vers. fallit primo quoad effectum, de rescript. & in c. si cautio. num. 24. versic. quarta declaratio, de fide instrum. & Robert. Marant. alios allegans in tract. de ordin. iudic. in 6. parte princ. in tit. de confessione, n. 3. versic. sed in criminalibus.

Nec est credendum, quod familia ipsum Peregrum aggressa fuerit, quia si id verum esset, cum in insultante adsit animus deliberatus insultatum offendendi gra-
60 uius, quam fieri possit, eum occidisset, ex quo occidere eum poterat, si voluisset, vt dicunt testes pro ipsomet Peregro recepti in prosecutione accusationis per eius Patrem porrectæ contra familiam, & eo magis cum aufugerit, & in terram ceciderit ipse Peregrus, vt ex eius testibus, & propria confessione apparet, facilè enim fuisset familiæ eum fugientem, & in terram prolapsum interficere, & esset quodammodo impossibile, vt solus è manibus quatuor aggressorum euadere potuisset, faciunt tradita per Cepol. cons. crim. 29. viso processu. sub nu. 19. ibi, & etiam ego allego aliam rationem, vbi insultatum non debere fugere ex ea inter cæteras rationes dicit, quia fugiendo incurrit periculum vitæ, quia si voluit tergat, præsumitur, quod inimicus sit ei ad spatulas, & eum de facili vulneret, quæ res ex eo comprobari potest, quod Ioannes baptista Bergamus vnus ex familia sæpius in rixa dixit verso socios, *lasciamolo stare, non gli diamo*, vt deponunt nonnulli testes ad defensam Peregri in causa inquisitionis recepti, nulli n. dubium est, quo hęc Ioãnes baptista frater Cauallerij non dixisset, si ipse cum alij eum aggressus fuisset, sed potius Cauallerium fratrem qui cum eo tunc ad manus erat, ac consocios hortatus fuisset, vt eum vita priuarent, nec præsumendum est satellites aggressos fuisse Peregrum, qui non erat eorum inimicus, & cum quo odium, aut maleuolentiam aliquam non habebant, talia enim committi non solent contra personam non inimicam, & sine aliqua causa, quia de-
61 lictum aut dolus non præsumitur, nec committi solet ab aliquo aduersus personam non maleuolam, & sine aliqua causa eum impellente, vt eleganter, & in terminis nostris tradit Crauet. cons. 6. plura. nu. 21. vers. ex alio, & cons. 8. Aymo. nu. 13. vers. tertio dolus, & num. 19. vers. septimo dolus, & cons. 9. accusatur Titius. nu. 29. vers. quinto dolus, & cons. 75. accusatur de falso. num. 13. vers. primo quia falsitas.

Nec quidquam facit, quod dixerit Cauallerius, dum esset ad manus cum Peregro, *ammazza ammazza*, vt
62 deponunt aliquis testes ad defensam ipsius Peregri recepti, quia per hæc verba non probatur eum fuisse aggressorem, & Peregrum aggressum, quia quando dicunt illum ea dixisse, iam erat rixa incepta, & sic non probant de insultu, qui fit initio rixæ, Præterea, vt dicunt illimet testes, prius acclamauerat Cauallerius plaries alta voce, *alla giustizia ahe alla giustizia ah ? a questo modo ?* vt etiam fatentur fere omnes alij testes, tam pro fisco, quam pro Peregro examinati, per quæ verba apertè deprehenditur ipsum non fuisse aggressorem, sed aggressum; proferebat enim illa verba, & illam exclamationem faciebat, vt se, & socios ab insultu liberaret, vt in simili hanc considerationem faciendo dixit Cepol. d. cons. 29. viso processu nu. 9. vers. tertio quia de eo, qui exclamabat, *aiuto*, per text. In leg. itaque §.

lex

lex duodecim tabularum,cum glos.in verbo,id ipsum.
ff.ad l.aquil.& in l.capite quinto. §. quod adijcitur, cũ
glos.fin.in fin.ff.ad l. Iul. de adult. & per notata per gl.
in l.furem.ff.ad Cornel.de sicar. & in l.si vt allegas. C.
eod. titul. & si postea prolatis dictis verbis dixit *ammazza,ammazza*, id fecit calore iracundię,& prouo-
63 catus ad irã ex insultu ipso sibi, & socijs facto , nec po-
tuit se retinere , cum difficillimum sit iustum dolorem
temperare. l. si adulterium cum incestu. §. Imperato-
res.ff.de adulter. vbi ita dicitur ad literam , & alius bo-
nus text.in l.Gracchus.C.eod.tit.ob idque excusandus
venit,vt in dictis iuribus habetur,& in l.quicquid calo-
re,ff.de reg.iur.& in c.si quis iratus.2.q.3. Vlterius te-
stes de hoc deponentes sunt mulieres, quæ de iure ca-
64 nonico licet admittantur in causis criminalibus ciuili-
ter motis ad testificandum , tamen in criminaliter in-
tentatis,vt in casu nostro,repelluntur,secundum verã ,
& communem Doctorum opinionem, de qua attesta-
tur Clar.in pract.crim.§.fin.lib.5.recept.sentent.q.24.
vers.de iure autem canonico,& quamuis de iure Ciuili,
quod hic videtur attendendum,indistinctè admittũtur
ad testimonium in quibuscunque causis criminalibus ,
etiam capitalibus,ex Communi Doctorum voto , teste
Claro in loco citato,versic.quæro igitur , & versiculo
adde quod,tamen negari non potest, quin aliquantulũ
de fide eis minuatur,Crauet.cons.99. Ioannes num.5.
vers.sed ista .

Nec adiuuant Peregrum depositiones aliquorum
testium per eum productorum de actu facto per Caual
lerium ante rixam in spoliando pallis plures personas.
& in perquirendo,an arma secum contra prohibitio-
nem multum Illustris Domini haberent irato animo
dicentem, quod volebat videre qui nam illi essent , qui
eum,ac fratrem in puteos iactare volebant , quia dum
65 quæsiuit,an illæ personæ arma prohibita deferent eas
cappis ea de causa spoliando,vt quęrere melius posset
quæ sibi incumbebant,& ad eius officium spectabant ,
fecit,& si id non fecisset,reprehensione dignus fuisset,
& ideo ex hoc dolus ei ascribi non potest , quia dolus
non potest impingi facienti actum permissum, l.nemo
66 damnum,ff.de reg.iur.l. sancimus , C.de administrat.
tutor,& l. 1.§.nõ fuit autem,ff.dolo malo, etiam quod
postea ex eo actu permisso ad alium actum prohibitũ ,
perueniatur,Crauet.cons.8. Aymo.num. 18. versiculo
sexto dolus , nec contra eum faciunt verba prædicta ,
quia illa non dixit aduersus Peregrum,qui tunc tempo
ris ibi non erat,nec constat,quod ipse Peregrus is fue-
rit,qui de eum,& fratrem in puteum proijciendo mi-
natus esset,non ergo ex dictis verbis Cauallerij potest
aliquid inferri ad factum percussionis Peregri;cum ea
solum expressa fuerint respectu eorum , qui ita minas
intulerant,& non appareat ex illis fuisse Peregrum.

Non suffragantur etiam Peregro testes pro eo exa-
minati , tam in causa inquisitionis ad defensam quam
67 in causa accusationis ad offensam;dum testificantur ,
Cauallerium dixisse,*che gli voleua consumare*,quia dico
quod verba Cauallerij fuerunt prolata post factum , &
iam secuta rixa,vt videre est ex ipsorum testium lectu-
ra,ideoque non potest ex eis argui,quod aggressor ea
dicens fuerit , cum iam factum consumatum esset , &
intelligitur fuisse directa ad eos,qui eum , & socios ag-
gressi fuerant ex iracundia , ad quam prouocatus fue-
rat ipse Cauallerius ob insultũ,ob idque venia dignus
est per ea,quæ supra dicta sunt: Dici etiam potest,quo
68 nihil mali in esse videtur in illis,quia debent intelligi
sano modo ad exclusionem delicti,videlicet per viam
iuris accusando ipsos insultantes,& eos grauiter puni-
ri per iustitiam faciendo in ære , vel corpore, & sic eo
modo ad perniciem eos perducendo,& consumendo ,
non autem de facto,& propria authoritate eos offen-
dendo,per text.in l. 1.cum glos. 1. C. de his quib. vt in-
dign.hæred.aufert.vbi hęres,qui tenetur vlcisci mor-
69 tem defuncti,non debet homicidam propria authori
tate occidere, sed coram Iudice accusare , & per hoc
dicit Andr.Barb.in prima addit.ad Bart.in l.si quis mi-
hi bona,§.pater ff.de acquir. hæredit. quod Dominus
mandando seruo,quod faciat vindictam de iniuria sibi
facta,debet intelligi de iusta , & licita vindicta , videli-
cet de accusando in iure , idem voluit Alex. cons.188.
colum.3.lib.7.dicens,quod si probetur per testes ali-
quem dixisse,ego vlciscar de tali,debent talia verba in
70 telligi de vindicta licita per viam iuris,& iustitiæ,& di
xit Bald.cons.98.col.2.ad fin.lib.1.quod si aliquis iã-
ctauerit se de expellendo aliquem de possessione,ver-
ba iactationis debent intelligi de expulsione legitima
per viam iustitiæ,& plura ad hoc propositum conges-
sit Crauet.d.cons.6.plura,nu.126.vers.possent etiam ,
& d. consil.9. accusatur Titius , in secundo dubio sub
num.20.vnde etiam quod essent dicta verba prolata
per Cauallerium ante delictum, quod tamen est a veri
tate alienum, non posset propterea dici , quod ob illa
præsumendum esset aggressor , quia ea tunc intellige-
rentur dicta contra eos,qui minati erant de proiectio
ne in puteos , ex quibus non constat fuisse Peregrum ,
& in bonam partem per viam scilicet iudiciariam per
prædicta,instituendo accusationem de minis.

Concurrentibus igitur tot,& tantis præsumptioni-
71 bus,& suspicionibus contra Peregrum,ex quibus non
minus,quam testibus accusatus,vel inquisitus conuin-
citur,Ludouic.Carer.in pract.crim.in §.in textu , num.
1.folio 43.& Marsil.in rubric.C. de probat.num.248.
& pluribus seq.versic.circa quam scias,& in l.repeti.nu.
18.& seq.vers.quæro vlterius;ff.de quæstion.& proba
ri videtur per text. in l.licet Imperator.ff. de legat.1.
quod maximè procedere videtur in delictis occultis,in
quibus difficilius veritas aliter haberi potest , vt per
Bald. in l.quicunque,numero.28.C.de seruis fugitiuis ,
& latius per Marsil.in rubric.C.de probat. sub numer.
254.ad finem,vers.fatendum tamen est , clarum vide-
tur,eum fuisse aggressorem,quia,etiam vbi,agitur cri
minaliter,delictum probatur ex pluribus pręsumptio-
72 nibus,Bald.cons.364.quia, col.2. lib.1. quod sine du-
bio procedit , quando non agitur , vt capitaliter quis
puniatur,vt in casu nostro,Oldrad.cons.192.viso dili-
genter processu,colu. 1. prout eos referendo sequitur
Crauett.cons.134.scripsi alias, num.39. vers.ex præ-
missis , quod eo maximè dicendum venit , quia versa-
mur in probatione delicti commissi circa horam ter-
tiam noctis, quo casu , vt potè in nocte perpetratum ,
73 dicitur esse difficilis probationis,glos. in verbo, igno-
rantiam,in l.si cum exceptione,§.in hac , ff. quod me-
tus caus. Alex.cons.24.an si quis inuentus, col.1. lib.2.
Roman.cons.7.visis necessarijs,colum.2.versic.& ex
pluralitate,& in his quæ sunt difficilis probationis suf
ficit probatio per coniecturas , & præsumptiones etiã
diuersi generis ,vt tradit ibi Roman.iura, & authorita
tes allegans.

Sed quid amplius egemus testibus. cum ad sit pro-
nuntia Domini Iudicis, qua habitus fuit Peregrus cõ-
tumax , & nunquam se personaliter præsentans pro
confes-

confesso,& conuicto omnium, & singulorum inquisitione contentorum, & quæ vti in iudicatum transacta siue iusta, siue iniusta, pro veritate habenda est, iux. l. res iudicata, cum ibi notat, per Dec. & Cagnol. ff. de reg. iurium.

Superesse modo videtur, vt videamus, qua pœna puniri debeat Peregrus per nobilem ac Magnificum Dominum iudicare debentem, In qua re dico pœnam esse arbitrariam multum Illustri Domino Vneliæ vigore statuti sub rubric. de insultib. cap. 11. lib. 4. Nec
75 obstat, si dicatur non esse commissam pęnam insultantium officialem, vel nuntium multum Illustris Domini, vel Curię arbitrio ipsius multum Illustris Domini, nisi vbi ex ipso insultu ictus, aut vulnus factum fuerit vigore dicti statuti in vers. si verò insultus, quo cauetur, quid si insultus factus fuerit, in quo ictus, vel vulnus nõ interuenerit, tunc ille, qui ipsum fecerit, possit condẽnari secundum formam capitulorum, & minus, si videbitur Dominis considerata conditione personarum, & qualitate criminis, secundum quam formam capitulorum adeo modica imponitur pœna, vt verecundum sit de ea mentionem facere, vt constat in eodem lib. 4. c. 8. de pœna illius qui percuss. & cap. 9. de insult. fact. in eunt. ad eccles. & c. 12. de insult. facto ad domum alicu. quia respondeo, quod ille versiculus non refertur ad casum insultus facti officiali, vel nuntio multum Illustris Domini, vel Curiæ prius in specie decisum, & notatum, sed solum ad alios casus generaliter comprehensos in ipso statuto, quia claulula generalis in fine
76 posita nunquam porrigitur ad ea præcedentia, in quibus de perse est facta specialis prouisio. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulgar. & pupillar. substit. l. alimenta. §. basilicę. ff. de aliment. & cibat. legat. tradit Roman. alia iura adducens cons. 393. præsens consultatio. nu. 14. vers. tertio principaliter, ibi, & hoc ex eo, quia generalis oratio, & cons. 503. diligenter inspectis. nu. 4. versic. tertio moueor, ex alio etiam non potest referri versiculus ille ad casum insultus facti officiali, vel nun-
77 tio, quia clausula generalis in fine posita nunquam refertur ad præcedentia non verisimilia, & quę verisimiliter non fuissent statuta specialiter. l. obligatione generali, cum alijs ibi alleg. per glos. ff. de pignor. & hypot. Roman. cons. 436. quod indultum. nu. 9. vers. primo quia, & nu. 22. vers. ad hoc respondeo, nam non est verisimile, quod voluerint statuentes facientem insultum officiali, aut nuntio puniri tam modica pœna imposita in statutis præcitatis in genere insultanti quamlibet personam non facta aliqua particulari mentione de insultante officialem, vel nuntium, qui tamen grauius, quàm si aliam personam insultasset, puniendus esset, sed bene verisimile est, quod voluerint hunc casum in arbitrio multum Illustris Domini relinquere,
78 cum de eis interesse præsertim agatur, quia offendens officialem, vel Ministrum Domini videtur offendere ipsum Dominum, vt notat Ias. in l. sed si hac lege. §. prętor ait. num. 6. in vlt. notab. quam legem, & §. legit cum l. 2. ff. de in ius vocand. pręterea diligenter sunt ponderanda verba dicti versiculi, quia non dicitur ibi, quod si in insultu non interuenerit ictus, vel vulnus, debeat Dominus insultantem condemnare secũdum formam capitulorum, sed quod possit, & sic etiam, quod refereretur ille versiculus ad insultantem officialem, vel nuntium, quod longe est à vero, tamen non sequeretur, quod non posset talis insultans puniri vltra formam capitulorum, quia per illa verba non arctatur multum illustris Dominus ad illud, licet, si velit, id facere possit, in voluntarijs enim nemo necessarius exti-
79 tit, iuxta textum in l. tutori. C. de negoc. gest. & nõ omne, quod quis potest necesse habet facere l. non quicquid. ff. de iud. c. & facit l. sepè audiui Cesarem cum l. sequ. ff. de offic. pręsid. est ergo in eius facultate imponere pœnam facienti insultum sine vulnere, vel ictu secundum formam capitulorum, & non imponere, & consequenter ipsa pœna est ei arbitraria, & ita videntur importare illa verba statuti, quæ simplicem eius potentiam nulli necessitati subiectam ex proprietate sermonis denotant.

Hoc tamen arbitrium debet esse regulatum, ita vt pœna non sit corporalis, nisi minima, sed tantum pecuniaria, ex quo ad eam deuenitur contra Peregrum ex inditijs tantũ, & pręsumptionibus conuictum, quod fuerit aggressor. Ludouic. Carer. in pract. crimin. §. in textu, num. 2. fol. 43. & in §. & nota doctrinam. nu. 6. & 7. fol. 237. Grammat. decis. 38. in fin. nu. 17. Boer. decis. 164. num. 2. Cępol. cons. crim. 6. veritas. num. 9. & 10. & sequ. cons. 27. requisitus. num. 13. & cons. 32. quidã rustici. num. 20. & 21. & non ordinaria delicti, sed mitior, Carer. in d. §. in textu. sub num. 2. & 3. fol. 43. Grãmat. decis. 42. nu. 14. & 15. decis. 56. ad finem, nu. 21. & 22. latè Marsil. in l. repeti. num. 24. vers. & pro su. pradicta opinione. ff. de quæstionib. Boeri. decis. 164. num. 6. vers. quid dicendum, Ias. in l. 1. ff. si cert. petat. num. 31. & ibid. Dec. in prima lect. num. 16. & seq. vers. & cũ probatio facta, & in vlt. lect. nu. 60. & sequ. Bossi. in pract. crim. titul. de confess. num. 21. post vers. verum præsumptio, Anno 1571. Vneliæ.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quod lex in Magno Ducatu Etruriæ vigens contra Sicarios, & delinquentes ad instantiam, & requisitionem alterius ob præmium, aut promissionem, vel amicitiã, qua sæuerissimè tales delinquentes puniuntur, locum non habet in filio mandato patris alium offendente, nec in seruo, seu famulo iussu Domini, præmio, vel promissione cessante, delictum committente, & quid in consanguineis, affinibus, & coniunctis.

SUMMARIA.

1 *Interpretatio ad legem ducalem Florentiam Anni 1556. contra sicarios, ad instantiam, & requisitionem alterius delinquentes, ac de alienis iniurijs vindictam facientes.*
2 *Filius, qui de mandato patris aliquem vulnerauit, vel interfecit, vel aliter offendit condemnari non potest in pœnã dictę legis contra sicarios.*
Filius occidens aliquem de expresso patris mandato non dicitur assassinus. ibid.
Quia nec pręmio, nec spe pręmij fecit, sed intuitu patris. n. 3.
3 *Lex, aut statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
Filius non debet obedire patri in delinquendo.
4 *Filius occidens aliquem iussu patris si non potest dici Assassinus, nec pater, qui iussit, dici poterit.*
5 *Pater, & filius censentur esse vna, & eadem persona.*
6 *Filius tenetur defendere patrem, alioquin puniretur.*
7 *Amplia etiam in filio spurio.*
Iniuria facta vni de agnatione dicitur facta toti agnationi. ibidem.
Filius delinquens ex iussu patris excusatur, ac si pro defensione propria fecerit, ibidem.

8 Pęna

8 *Pœna Leg. Duc. Flor. anni 1556. contra sicarios, &c. an habeat locum contra famulos, vel seruos de mandato Domini aliquem occidentes.*
9 *Seruiens, qui aliquem occidit de mandato Domini sui, & cũ comminatione de eum interficiendo, nisi illum occiderit, excusatur, si ei immineret periculum mortis, nisi illud fecerit.*
10 *Mandatum Potentis de occidendo aliquem, cum comminatione mortis mandatarij, si homicidium non commiserit, præbet mandatario iustam excusationem homicidij.*
11 *Testificari contra suum collegium an quis cogi possit.*
12 *Testis, qui ex iusto metu veritatem celat, excusatur.*
Offendere tertium pro salute sua videtur esse licitum ibid.
Metus Tiranni dicitur iustus metus, ibidem, & infra nu. 19.
13 *Seruus a Domino sub comminatione mortis iussus vxorem eius interficere, propter suspicionem violati tori, an excusetur à pœna, distingue, prout infra num. 14.*
At contra istam distinctionem facit infra nume. 17.
14 *Quisque ob tutelam corporis sui licitè potest alium interficere, intellige ad necessariam defensam.*
15 *Caritas ordinata incipit à se ipso, & licet proprium sanguinem redimere.*
16 *Mala potius sustinere debemus, quam malo consentire, aut peccare, vel delinquere.*
17 *Cyn. in l. 1. C. vnde vi. est contrarius Iacobo de Rauen. in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. vide supra num. 13.*
18 *Seruus, qui iussu Domini sub comminatione mortis, homicidium, vel aliud enorme delictum commisit, non excusatur à pœna arbitraria.*
19 *Metum in atrocioribus non excusare, sed mitigare pœnã, & ideo qui metu Tiranni alium occidit, non excusatur in totum, vide infra num. 21.*
20 *Seruus pro defensione Domini delinquens excusatur, præmio, vel spe cessante alicuius commodi.*
21 *Seruus de mandato Domini delinquens in leuibus excusatur in totum.*
22 *Delicta atrociora, & leuiora, quæ dicantur remissiuè.*
23 *Filius, vel seruus, quando excusandi sint in totum, vel in partem ob delicta patrata iussu patris, vel Domini: & an occidendo dicantur per assassinum occidisse, cõclusum fuit, quod non.*
Amplia in consanguineo de mandato alterius consanguinei aliquem offendente, cessante præmio, spe, vel commodo, tamen ipse punitione aliqua non carebit num. 14.
24 *Iniuria facti vni dicitur facta omnibus consanguineis.*

CASVS CC. LXXXIX.

1 STante lege noua in Magno Ducatu Etruriæ, de anno 1556. contra Sicarios, & delinquentes ad instantiam, & requisitionem alterius ob præmium, aut promissionem, vel amicitiam, per quã seuerissimè puniuntur huiusmodi malefactores, & de alienis iniurijs vindictam facientes secundum qualitatem commissi criminis, tamen, & cum distinctione, de qua in ipsa lege dicitur, dubitatum fuit in contingentia facti, an in eam
2 pœnam condemnari possit filius, qui de patris mandato aliquem interfecit, aut vulnerauit, vel aliter offendit, & resolutum fuit, quod non per consilium Baldi in proprijs terminis 256. quamquam allegationes. lib. 1, vbi dicit, quod filius delinquens de expresso mandato patris non dicitur assassinus, quia nec hoc dicit Ius cõmune, vt in cap. vnico. de homicid. lib. 6. nec statutum,
3 vnde nec nos dicere debemus. l. si seruus. §. non dixit. ff. de acquirend. hęredit. & quia licet filius non debuerit esse obediens Patri in delinquendo. l. seruus nõ omnibus. ff. de action. & obligat. non tamen propterea potest dici assassinus, quia nec pro præmio, nec pro spe præmij, sed reuerentia, & affectione paterna deliquit. l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de negot. gest. & subdit, quod
4 ex quo filius non est assassinus, nec pater dicitur delinquere per assassinum. l. si is qui rem. §. si tu Titium. ff. de furt. pro cuius decisionis cõfirmatione adducebam verba ipsius legis infrascripti tenoris, *Che qualunque per l'auuenire di qualsiuoglia grado, stato, dignità, ò conditione, & cætera, ad instantia d'altri sotto spetie d'amicitia, ò, per danari, ò, altro premio, pur che la Causa non sia sua propria*, quæ quidem demonstrare videntur casum præsentem minimè compræhensum esse in ipsa lege, quę considerauit offendentem ex causa ad ipsum non pertinente cuiusmodi non est ista, quæ non aliena, sed propria est, ex quo iniuria facta patri filio quoque facta dicitur, nõ secus ac si ipsimet facta esset, cum pater & filius vna & eadem persona censeantur, vt in
5 proposito notat Grammat. decis. 23. dum fuisset. nu. 4. & 5. & est text. in l. 1. §. & si fortè, & §. vsque adeo, & in l. sed si vnius. §. filiusfamil. ff. de iniur. & §. patitur. Instit. eod. tit. & patet etiam ex his, quæ diffusè tradunt Plaza in Epitome delict. lib. 1. cap. 6. nu. 19. & sequ. vers. hinc etiam, & Clar. in pract. crim. q. 58. nu. 22. vers. quæro nunquid, post Doctores in d. l. sed si vnius. §. filiusfamilias ff. de iniur. & alios per ipsos allegatos, & præsertim Nicola. Boer. decis. 120. num. 1. & plurib. sequ. Vasqui. controuersiar. Illustr. & vsu frequent. lib. 1. cap. 15. nu. 7. & 8. versic. quinimo, & facit quia filius
6 tenetur patrem defendere in tantum quod si non defendat, puniri potest. l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de parricid. Marsil. in l. nihil interest. num. 1. & sequentibus. ff. ad l. Cornel. de sicar. Gandin. in trat. de malefic. tit. de pœnis reorum, sub num. 3. vers. item cum quid, & iterum sub nume. 59. circa finem, vers. item nec punitur quis, & alij quos refert, & sequitur Ludouic. Carer. in pract. crim. in §. quinto excusat defensio naturalis. nu. 32. vers. quarto quæro amplians hoc procedere etiam
7 in filio spurio erga patrem naturalem, quinimo & iniuria facta vni de agnatione, & consorteria, toti agnationi, & consorterię facta videtur, & omnibus communis est, vt volunt Grammat. d. decis. 23. num. 2. & 3. & Carer. in loco citato. nu. 42. & 43. vers. octauo quæro, fol. mihi 169. & videtur text. in l. vnica. C. de raptu virgin. & ibi Bal. in quinto notab. nu. 5. Bartol. in l. cum scimus, num. 4. C. de agric. & censit. lib. 11. & in l. lex Cornelia. num. 1. ff. de iniur. Dec. cons. 133. nu. 4. vers. tertio considerandum est, & alij, qui consulto in re notissima omittuntur, & dicit Florian. de Sancto Petro in l. liber homo, la seconda 37. per illum textum num. 1. quod ille text. quotidie ad hoc allegatur, quod filius patri obediens ratione iussus excusatur, idem voluit in l. scientiam. §. qui cum aliter. num. 8. post principium, vers. item nota regulam, eod. titul. aiens, quod excusatur filius delinquens pro defensione patris, sicut pro defensione sui ipsius, etiam si sit illegitimus. An autem
8 idem sit in famulo, seu seruo, qui si Domino mandante deliquit alterum offendendo, dici possit incidisse in pœnas à dicta lege determinatas contra sicarios, vidi in facto dubitari, quia non eadem ratio videtur esse in seruo erga Dominum, quæ consideratur in filio erga patrem, vnde dixit Ioan. de Lignan. in tract. de bello,
9 cap. 130. quod seruiens, qui aliquem occidit de mandato Domini sui, & cum comminatione de eum interficiendo, nisi illum occideret, excusatur, si ei incumberet mor-

ret mortis propriæ periculum,nisi,ita faceret,alias autem si aliqua spes salutis,foret,etiam Domino resistẽdo, non excusaretur, quæ opinio vera mihi videtur, nam si sine periculo vitæ suæ non potest seruus facere quin mandatum Domini delinquendo exequatur, excusationem meretur,Bald.in c.1.§.iniuria,sub num.19. versic.sed pone quidam potens, de pace iuramen.firman.& seruand. dicens, quod si aliquis potens mihi mandauit, quod occidam Titium, alias interficiet me,
10 si occidero,excusandus sum,cum alias vitam meam saluare non possim, secundum Petr. in lege scientiam, §. qui cum aliter,ff.ad l.Aquil.Idem colligitur ex eodem Bald.in cap.cum nuntius,num.1. versic. quærit glossa extra de testib.vbi quærit,an quis compellatur testifi-
11 cari contra suum Collegium, & adductis rationibus pro, & contra concludit, quod si testis timet damnum spirituale, vel temporale sibi ab alio inferri,puta a Tiranno,vel populo,vel ab alio potentiori, se, excusatur a testimonio ferendo, quia si non cogitur esse testis in præiudicium fratris, multo minus cogi debet cõtra se, nec refert in his, quæ facti sunt, vtrum timeat periculum facti,vel iuris,vnde licet maior reuerentia debeatur veritati, quam Collegio, & celare veritatem sit peccatum mortale,nec timere debeat,qui iustitiam loquitur, tamen metus ille iustus futuri damni præpon-
12 derat,& testis excusationem parit,vt ibi per Bald. qui idem tenuit in l.1. C.vnde vi, num.24. vers.vndecimo quæritur,vbi formaliter dixit, quid pro sua salute licet offendere tertium,a quo nullam recepit iniuriam,verbi gratia, si quis metu Tiranni occidat, ne occidatur, & quod de hoc est glos. ordinaria in l. si familia communis,in glos.quod semper,in fine,ff. si famil.furt. fecisse dicat.& quod ita sentit Cyn.in d. leg.1. prout verè sentit, quærit enim ibi Cyn. num.8. versiculo denuo
13 quæro, si Titius habens vxorem odio propter suspicionem violati fori, dixit seruienti suo, & seruiens interfecit,an dictus interficiens id impunè fecerit,& primo arguit,quod non,quia melius est omnia mala pati, quam malo consentire,argumento,lege isti quidem, in fine, ff. quodmet.caus. & quia de hoc videtur casus in lege scientiam, §. qui cum aliter, ff.ad lege Aquil.deinde in contrarium inquit facere, quia lex dicit, quid
14 quisque ob tutelam sui corporis licitè potest alium occidere,l.vt vim,ff.de iust. & iur. postmodum ait, quod Iacob.de Rauen.dixtinguit, quod aut mulier alias erat peritura, aut non, & primo casu occidens non teneatur, secundo autem casu teneatur,argumento leg. si quis fumo,§.1.ff.ad l.Aquil.& l.si alius,§.est,& alia, ff.quod vi,aut clam,nihil determinans, in dubio tandem resoluit secundum opinionem Petri, quod indistinctè seruiens excusatur, quia fecit ob tutelam sui
15 corporis, & quia Caritas ordinata incipit a se ipso, vt in lege præses sexto Codic. de seruitut. & aqua, & ibi glos.Bald.& alij,& quia licet proprium sanguinem redimere,vt in l.transigere,C. de transactionib. cum ibi notatis, & ad contraria respondet, quod verum est melius esse mala omnia pati, quam malo consentire, sed quod in hoc casu interficiens non consentit malo
16 sed bono propter legem sibi permittentem, & quod propterea non refragatur dicta lex, isti quidem, quia verum est quid quis potius debet pati mortem, quam stuprum voluntarium,secus autem in necessario, & ad dictum §.qui cum aliter,respondet,quod ibi quis alium percutiendo non euitauit mortem suam, sicut in præsenti casu euitauit,alium occidendo, & quod per hoc patet, quod dicta lex si quis fumò, nihil facit: eandem opinionem petri sequitur Florian.de Sancto Petro in l. liber homo,la seconda 37.ff.ad leg. Aquil.numero secundo versiculo, & sic potest allegari ad quæstionem de Domino mandante seruitori suo,vbi facta mentione de distinctione Iacob. deRaueo. videtur eam reiicere,& opinioni Petri adhærere per eius rationes, & se remittere ad latius notata per Cyn. in loco citato, nec aliud videtur sentire postea in leg.si quis fumo, §. quod dicitur,eodem titulo sub num.primo versicul.& hoc modo, nam licet referat distinctionem Iacobi de Aren.quod interficiens excusatur, si mulier interfecta erat alias peritura,aliter non,tamen postea allegat Cy
17 n.qui contrarium expresè tenuit sequens Petr. vt supra fideliter retuli,idem colligitur ex Dec. in leg.velle non creditur,sub nu.7.versic.vltimo notandum est,ff. de regul.iur.vbi vult etiam in atrocioribus excusari seruum, qui iussu Domini aliquid facit sub comminatione mortis, si non faceret, in quo non tamen non conuenit Cagnol.sub num.8.vers.circa secundam conclusionem, & cum prædictis concordat Grammat.decis. 36. circa finem, numero 87. inquiens, quod qui alium interimeret iussu Regis non puniretur, sequitur Ludouic.Carer. in practic.criminal.§.octauo excusat metus num.1. & 2. fol.mihi 186. & 187. & probant etiam Florian.in l.liber homo,la seconda num.1. per illum text.ff.ad l. Aquil.Marsil.cons.25.num.29. vers. ad quod dicendum, & diffusè Iason cons. 136. colum. 1. ferè per totam lib. 1. & vbi in totum non excusa-
18 retur,saltem mitius puniendus esset, vt per Decianus in d.l.velle non creditur, sub num.7. post vers.vltimo notandum est,per Cępol.cautel.40.incipiente, nota quod licet mandatum, per Ioan. de Arnono in Epitome octauo incipiente, occidens aliquem,per Iasonem dicto consil.136.columm.fin.vers.bene veru u e t, lib. 1.& per alios ab illis allegatos,concludentes, q quì alias ad mortem esset condemnandus,hoc casu mitius puniri deberet,de quo videtur text.in l.seruos, §. quod si illi,C.ad l.Iuliam de vi public.& ibi notant, Bart. in summario principij legis,& melius Bald. num.4. notas
19 metum in atrocioribus non excusare,sed mitigare pœnam,& propterea non excusari illum,qui metu Tiranni occidit aliquem, sed pœnam mitigari, quia non debet mori,& Salycet.in sexto notabili sub num.3. recitans verba Baldi, & est communis Doctorum sententia,de qua testatur Cagnol.in d.l.velle non creditur,numero nono vers.dicunt etiam præfati scribentes, ff.de regul.iur.qui tamen contrarium verius, & æquius esse credit,seruit etiam ad rem nostram,quod seruus delin-
20 quens pro defensione Domini excusatur, Florian.in l. scientiam, §.qui cum aliter, num.8.vers.item nota regulam, ff. ad l.Aquil. & Cagnol.in d.l. velle non creditur,sub numero sexto versiculo prima conclusio, ad finem,ff.de reg.iur.ex quibus facilè suaderi potest, talem seruientem mandato Domini alterum offendentem,premio,vel promissione cessante,in pęnam præ si ctæ legis contra sicarios æditæ non incidere,sed ab ea excusari,prout me ita votante seruari vidi, quamuis si delictum per eum commissum esset graue, nõ omnino excusaretur ab eius pœna, sed puniendus esset, si non pœna ordinaria,saltem alia mitiori arbitraria per supe-
21 rius allegata,secus verò si leue esset perpetratum delictum,cum seruus mandato Domini delinquens in leuibus totaliter excusetur, Dec. in d.l. velle non creditur. sub num. 7.post vers. vltimo.ff.de regul.iur. & ibidem Cagnol.

Cagnol.num.6.vers.prima conclusio, per text.formalem in l. ad ea 198.eod.titul.& in l.liberorum.§.excusatur.ff.de his qui notant.infam. & in l. liber homo.la seconda iuncta ibi glossa magna circa medium ver.solutio,& ad finem vers.sciendum est ergo.ff. ad l.Aquilam, & latè tradit Ias.cons.136.col.fi.vers. & per hæc
22 apparet lib. 1. Quæ autem dicantur atrociora delicta, & quæ leuiora constat ex dictis per Iasonem in d. cōs. 136.per Cagnol.in d. l.velle non creditur nu. 7. vers. quę autem.ff.de reg.iur.per Clar.lib.5.receptarum sẽtentiarum in §.1.nu. 9. vers. sunt etiam, vbi distinguit quæ sint leuia quæ grauia, seù atrocia, & quę grauissima,seù atrocissima, & ante eos per Bartol. in l.leuia; circa principium. ff. de accusation. per Salyc.in l. non ideo minus, col. 3. C. eodem tit. per Socin.cons.157. lib.2.& per Dec.cons.65.in quare,quicquid alij dicãt, mihi semper placuit eorum sententia, qui censuerunt in hoc certam non esse traditã regulam à Doctoribus, sed standum esse arbitrio Iudicis, vt voluit Alciat.in c. cum ab homine, sub nu. 28.de Iudicijs, qui etiam hãc esse communem opinionem testatur, & post eum Villalobos in sua collecta communium opinionum in litera.D.nu.56.de quibus meminit Clar. in loco citato, & post eum D. Sfortia Oddus in tract.de restit.in integrum part. 2. quæst.80.artic. 1.in princ.quem adducit Baiard.in addition.ad Clar.in loco citato nu.9.& tradunt Cepol.cons. crim. 11.nu.26.vers.postremo dico, Alex.cons.203.nu. 1.in fine, & nu.2.lib.2.Barbat.cōs. 51.numer. 2.libro. 1.cons.45.nu.32.& sequ.lib 4.Menoch.in tract. de arbitr.Iudic.lib. 2. cent. 3.casu 269. nu.1. & sequ.& nouissimè Farin.in pract.crimin.tit.de inquisition. quæst. 8. nu.59.vers. sublimita sexto, & latius tit.de delict. & pęnis quæst.18.nu.62. vers. prima si conclusio, vbi plures idem tenentes, & de communi testantes refert.

23 Idem quod in filio,& seruo dictum est obseruatum quoque scio in consanguineis, & affinibus de mandato alterius consanguinei, vel affinis aliquem offendentibus, à quo is iniuria affectus fuerat, vt scilicet premio, vel promissione cessante in pęnam dictę legis de sicarijs non incidat ex eo,quod iniuria non solum iniuria-
24 to, sed etiam ipsis consanguineis, vel afinibus, & toti parentelæ facta dicantur,vt superius probatũ fuit,quãuis aliter de eo,quod commiserunt,puniantur,cum ipsis ius vendicandi non competat, nec actio iniuriarũ detur ex his quæ notat Bart.in l.lex Cornelia.sub num. 1.ad medium, vers. non tamen dicitur.ff.de iniurijs, & est de mente Baldi in c. 1. §. similiter nu. 4. vers. extra quęro,tit.quib.mod.feudũ amittatur, in vsib. feudor.

EPITOME.

Qui dicantur famuli, & familiares alicuius Curialis, militis, nobilis, vel alterius ad hoc, vt gaudere possint priuilegio tali Curiali, militi, nobili,vel alteri concesso deferendi arma alias deferri prohibita pro se, & eius famulis, & familiaribus, & an necesse sit, quod dicti famuli, & familiares habitent cum domino, & ad eius panem, & vinum viuant, an verò sufficiat, quod eius impensis in speciebus, vel in peccunijs receptis viuãt, licet seorsum morentur, dum tamen verè inseruiant continue, & quomodo quis probetur famulus, vel familiaris alterius,& de alijs scitu non indignis.

SVMMARIA.

1 *Armorum delatione concessa alicui prose, & famulis, ac familiaribus suis, qui verè in tali priuilegio deferendi arma intelligantur comprehensi.*

2 *Famulorum & familiarium appellatione in priuilegijs qui veniant num.5.*

Famulus dicitur à famulando, siue seruando, ideoque qui alicui militi Curiali, Nobili, vel alteri personę seruit, vel famulatur, eius famulus dicitur, ibid.

3 *Famulum alicuius esse, probari eo ipso, quod est associatus, cum alijs famulis & seruis, sicut alij famuli, licet de hoc nulla interuenerit scriptura.*

4 *Famulus, eo ipso probatur esse de familia, si sub nomine familię stet cũ alijs de familia, & familiares actus exerceat.*

5 *Officij qualitas discernere facit qualitatem famuli.*

6 *Famulus quoque dicitur ille, qui extra domum domini viuit, licet non stet ad vnum panem, & vinum, vt dici solet, cum domino, sed sufficit recipere mercedem diurnam menstruam, vel annuam sui famulatus.*

7 *Habitantes in eadem domo sub eadem claui, & insimul ad eandem mensam, & ad eundem victum morantes, dicuntur de illa familia, aliter non.*

8 *Familiaris alicuius verè non dicitur, nisi qui ex pensis illius, cuius familiaris dicitur continuo viuat, & moretur eum eo.*

9 *Non est curandũ demodo, dũmodo idem sequatur effectus.*

10 *Conuentio Domini facta eum seruo de denario diurno, aut menstruo, vel annuo pro famulatu habetur loco cibi, & potus debiti famulis.*

11 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, etiam in odiosis, & pœnalibus.*

12 *Aestimatio, vel interesse, quod succedit in locum rei reputatur idem eum ipsa re.*

Aestimatio emptionem facit, ibid.

13 *Paria sunt quem viuere vti famulum alicuius extra domum domini, & recipere mercedem et viuere in propria domo Domini ad vnum panem, et vinum.*

Vbi est eadem ratio, ibi idem ius statui debet.

14 *Mens legis, vel statuti in quacunque dispositione attendenda est.*

Semper inspicitur in quem voluntatis intẽtio dirigatur ibid.

15 *Mens legis attendi debet, tanquam intrinseca virtus, et genus prædicans de suis singulis speciebus.*

16 *Exemptio concessa Dominis, et alijs de eius familia, an intelligatur vtique concessa familiaribus illis, qui viuunt extra domum, sed in pecunia mercedem recipiunt, infra numer. 19.*

17 *Pecunia dicitur mensura omnium rerum, et omnes res, quæ loco pecuniæ dantur, dicuntur quodammodo pecunia, vt sunt omnia, quę pondere, num. et mensura consistunt.*

18 *Pecuniam appellari res omnes, quarum æstimatio ponderatur nummo.*

Appellatione pecuniæ omnes res comprehenduntur, ibd.

19 *Statuto dictante, quod Ciues Mantuani, et eorum famuli non teneantur ad publicas funtiones pro bonis, quæ possident in territorio Mantuano, vtique eadem immunitate gaudebunt eorum famuli, qui extra domum habitant, et ad eorum panem, et vinum non stant, sed in singulos dies certam mercedem pro famulatu in pecunia recipiunt.*

20 *Cui verba decreti nõ conueniunt, nec illius dispositio conuenire potest.*

21 *Immunitas est strictè interpretanda, et ita eius priuilegium strictè, et rigorosè esset interpretandum.*

22 *Immunitas dicitur esse contra publicam vtilitatem, ex quo tract-*

quo tractatur de multorum præiudicio, quia difficilius sustinetur onus, quod pauci portant, quam illud quod distribuitur in multos.

23 Famuli qui sint de domo, nec ne statur quandoque consuetudini, et vsui locorum, quæ ferūtur propriæ significationi,

24 Familiaritas non solum probatur ex eo, quod quis continuè comedebat in tinello, sed etiam quando alicui dabantur annuatim pecuniæ pro victu, et vestitu, licet hi nō comederent in tinello.

25 Familiaritas probatur per testes dicentes, quem stetisse in seruitiis Domini commorando cum eo.

26 Descriptio alicuius in rolo, seu lista, vel rotulo probat eius familiaritatem, seu esse militem, vel famulum illius.

27 Testes deponentes vidisse Titium, esse scriptum in rotulo Meuij, probant Titium esse famulum Meuij.

Liber Economi, seu Præfecti Domus, in quo apparet de victu præstito alicui, probat illum esse famulum.

28 Qui habet partem extra domum Domini, et seruit, vt Romæ seruatur ab Illustrissimis Cardinalibus erga eorum familiares, dicitur de familia illius, seu eius familiaris.

29 Consensus mutuus requiritur in cōtrahēda familiaritate.

30 Operarum personalium præstatio dicitur contractus locationis, vel contractus innominatus do, vt facias.

CASVS CC. LXXXX.

1 Concessa Curialibus, Militibus, Nobilibus, vel certis alijs personis, & earum famulis, & familiaribus facultate deferendi arma defensibilia, & offensibilia, alias deferri prohibita sub graui pœna, quæri solet, qui nam dicantur famuli, & familiares, & quomo-

2 do quis probetur talis ad hoc, vt sciatur, qui impunè arma prædicta deferre possint, & qui non; In qua re sciendum est, quod famulus dicitur a famulando, siuè seruiendo, adeo quod qui Curiali, Militi, Nobili, vel alteri personæ famulatur, seu seruit, eius famulus dicitur, vt per Bartol. in leg. 1. §. familiæ nomen, num. quinto versiculo sed qualiter, ff. de publican. & vectigalibus dicentem probari aliquem esse alterius famu-

3 lum eo ipso quod est associatus cum alijs famulis, & seruit, vt alij famuli, licet nulla de hoc interuenerit scriptura, sequitur Baldus consil. 385. col. 2. circa medium, versic. quod autem, l b. 1, vbi ait probari quem

4 esse de familia, si sub nomine familiæ stabat cum alijs de familia, & familiares actus exercebat, & dicit fuisse verba, Dyn, in l. obseruari, §. proficisci, ff. de offic. proconsul. & legat. & propterea dixit Ioan. de Amic, consl. 41. num. 4. quod ex qualitate seruitij cognoscitur famulus, & videtur text. in l. ędiles etiam 25. §. fa-

5 miliæ, ff. de ædilit, edict. vbi Iureconsultus loquens de familia seruorum, & Ministrorum, inquir, quod huiusmodi familiæ appellatione omnes, qui in seruitio sunt continentur, nec curatur de qualitate seruitij sed satis est, quod verè in seruitio Domini sit, & circa res, vel personam dicti Domini continuè versetur, l. cum quæreretur 58. §. seruis, & ancillis, ff. de legatis tertio, & probat Bald. consil. 385. per totum l b. 1.

6 Nec necesse videtur, quod ad hoc vt quis dicatur famulus alicuius, debeat stare in eadem domo ad panē, & vinum illius, sed sufficit, quod verè sit famulus, & inseruiat recipiendo mercedem in singulos dies, menses, vel annos, ex qua viuere possit, nam licet talis seruiens non stans in domo Domini ad eius panem, & vinum, sed conductus sub certa diurna, menstrua, vel annua pensione alibi, quam in domo Domini, habitans, familiam habeat propriam, & vnum constituat fuman-

tem, Bartol. in leg. qui concubinam, §. vxori, num. *, ff. de legat. 3. Picus in lege Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, num. 63. ff. de legat. secundo, & amplius dixerit Angel. in l. quis sit fugitiuus, lecta cum l. quod ita sanatum est 16. §. apud Celium, per illum tex. ff. de ædilit. edict. quod habitantes in eadem domo sub

7 eadem claui, non dicuntur de eadem familia, nisi insimul ad eandem mensam, & ad eundem victum morentur, quem sequitur Andr. Barbat. in addit. ad Bald. in l. fin. in apostilla in verbo, si dico fratres, in fine, C. de collation. & alij de quibus meminit Surd. in tractat. de aliment. tit. 4. q. 15. num. 6. concordat Illustrissimus Cardinalis Tuscus conclu. 72. in verbo, familiaris quis dicatur verè, n. 1. & 2. tom. 3. dicens, quod familiaris alicuius verè non dicitur, nisi qui expensis illius, cuius

8 dicitur familiaris continuò viuat, & moretur cum eo, & allegat Oldrad. consl. 198. in princ. Anch. cōs. 398. n. 2. Castr. consl. 341. n. 2. lib. 1. & tex. benè probantem in c. sicut nobis, de verb. signific. lib. 6 cum quibus conuenit Bald. consl. 385. circa medium, vers. porrò illi propriè, lib. 1. tamen, & si non stant in eadem domo cum Dominis, nec ad eorum panem, & vinum, dicuntur nihilominus cum illis stare ad panem, & vinum, considerato effectu, qui magis attenditur, quam verborum sonus, l. 3. §. conditio, ff. de adim. legat. §. si quis filium, Codic. de libertat. præterit. & vtrobique Doctores, Bartol. in l. 3. in princ. C. de instit. & substit. Dec. consl. 385. col. 2. in fin. sub num. 2. versic. his tamen non obstantibus, & effectus præualet verbis, Bartol. in l. cotem ferro, §. qui maximos, nu. 9. ff. de publican. & vectigalib. Dec. consl. 413. consuluit accurate, num. 5. & consl. 682. in causa Dominæ Lucretiæ, num. 12. Tiraq. in tract. de retract. Lignagier. §. 32. num. 34. & sequen. vers. contrarium quoque, & infra, Alba consl. 71. num. 7. consil. 81. num. 48. Surd. consl. 380. nu. 34. consl. 381.

9 nu. 15. lib. 3. Nec curandum est de modo, dum idem sequitur effectus, d. l. 3. C. de instit. & substit. lege vbi ita donatur, ff. de donation. causa mortis, Alba, consilio 22. sub nu. 5. Surd. consl. 381. num. 16. lib. 3. quia non refert quid fieri præcisè, vel per æquipollens, l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. leg. mulier, in princ. ff. ad Senatusconf. Trebell. & l. si mater, Cod. de institut. & substit. Cum enim conuentum est de certa

10 pecuniarum quantitate in singulos dies, aut menses, vel annos, videtur, quod tanti fuerunt æstimata cibaria, & salaria famulorum, quorum loco successisse videtur pensio prædicta, de qua propterea idem iudicandum est, quod de ipsis cibarijs, & sala-

11 rijs, quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, lege si eum, §. qui iniuriarum ff. si quis cautionibus, §. fuerat, Instit. de action. &c. Ecclesia, il primo, extra vt lite pendente nihil innouet, etiam in correctorijs, §. reliquum, versiculo vnde consequens, in authen. de hæred. ab intestat. venient, Aretin. in rubric. ff. de acquir. possess. ante finem sub num. 5. in fine, & num. 6, post versic. contrarium tenuit, Imo & in odiosis, & pœnalibus, vt subdit Aretin. loco cita-

12 to num. septimo, & æstimatio, seu interesse reputatur vnum, & idem cum ipsa re, Bart. in l. 1. num. 6. ff. de action. empt, & in l. stipulationes non diuiduntur, q. 9. num. 40. & seqq. ff. de verbor. obligat. Dec. consl. 2. numero 8. versicu. & interesse, & videntur famuli conuenisse de cibarijs, & salarijs cum Dominis, & postea illis vendisse pro summa taxata, quia æstimatio facit emptionem, l. 1. §. æstimatorum, & §. æstimatus, C. de rei

vxor, action, Dec. cons. 682. nu. 11. Natta cons. 650. n. 4. & sequentib. Adeo quod perinde est, ac si famuli viuerent ad eundem panem, & vinum Dominorum ex receptione æquipollentis, & sicut qui panem, & vinum recipiunt pro eorum victu in domo Dominorum, di-
13 cuntur esse de familia illorum, vt dictum est, & ita, & qui extra domum Dominorum pecuniam pro victu recipiunt, de eorumdem Dominorum familia censeri debent, Videtur enim in vtroque casu eadem militare ratio, vt propterea idem quoque ius seruandum sit, l. illud, ff. ad lege Aquiliam, & cum in quacunque dispo-
14 sitione mens legis attendenda sit magis, quam verba, lege nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verborum signification. lege scire oportet, §. aliud, ff. de excusat. tutor. l. non dubium, C. de legibus, Castrensis, cons. 380. num. 1. lib. 2. Alex. cons. 54. num. 10. lib. 4. etiam in statutis, quæ stricti iuris esse dicuntur, Socinus cons. 9. nu. 8. lib. 3. Crauet. cons. 174. num. 12. & ideò semper inspiciamus in quem voluntatis intentio dirigatur, l. cum pater, §. donationis, & l. miles, ff. de legat. secundo, & ibi Bartol. Ancharan. consil. 155. num. 8. & optimè facit Bald. in authen. post fratres, la secun-
15 da, num. 3. in fine, C. de legit. hęred. dicens, quod mens legis attendi debet tanquam intrinseca virtus, & genus prædicans de suis singulis speciebus, satis congruum videtur, quod seruientes seorsum à Dominis habitantes, eorum tamen impensis famulorum numero habeantur, ac cum illis in eadem domo, & ad eundem panem, & vinum morantes, ex quo decreti, seu legis mens seruitium tantum modo respexisse videtur, & in terminis similibus quæstionem hanc decidere videtur
16 Dominus Iacobus Berretta consilio 150. vbi ostendit, quod, & si ex decreto Excellentissimi Senatus Mediolani ab oneribus loci soli eximantur famuli, qui cum Dominis stant eisque inseruiunt, & famulantur, tamen qui extra Domini domum habitant, non alligantur illi ordini, si victum, & vestitum recipiunt a Domino illique inseruiunt, quia satis dicitur quis stare cum aliquo, quando ab eo victum etiam extra domum recipit, & eius seruitio adictus est inspecta subiecta Materia, iuxta lege si vni. ff. locati, & sanè satis dicuntur stare ad panem, & vinum Domini, qui illi inseruiendo pecuniam pro alimentis recipiunt, ex qua ipsum panem, & vinum sibi emunt, & victum
17 comparant, quia pecunia rerum omnium mensura dicitur, lege prima ff. de contrahend. emptor. lege si ita fideiussorem accepero, ff. de fideiussoribus, Natta cons. 369. num. 5. quinimo, & ex lata intelligentia includit frumentum, vinum, oleum, atque id genus cætera, quæ pondere, numero, & mensura consistunt, lege secunda, §. creditum, & ibi glos. in verbo, pecunia & Doctores, ff. si cert. petat. l. talis scriptura, in princ. ff. de legat. 1. & l. 1. §. pecuniam, qui est final. ff. de calumniatorib. & l. sed Iulianus, §. mutui, ff. ad Senatuscō Iul. Macedon. & copiosè ostendit Tiraq. in tractatu de retract. Lignag. §. 1. glossa 14. num. 42. versic. cui adde vbi etiam allegat Aristot. lib. 4. Et hic, in principium pecunias appellantem res omnes, quarum æstimatio
18 ponderatur nummo, nec immerito, quia cum possibile sit res omnes in pecuniam conuerti, non absurdè dicitur, res omnes pecuniæ appellatione comprehendi, vt ex textus apertus in l. 2. §. & neminem moueat, C. de const. pecunia, ad idem est text. in l. pecuniæ appellatione 4. cum l. seq. & in l. pecuniæ verbum 178. & in l. pecuniæ nomine 226. ff. de verb. signific.

19 Sic, & Surdus decis. Mantuan. 35. loquens in decreto, quo Ciues Mantuani non tenetur ad publicas fantiones pro bonis, quæ possi lent in Territorio Mātuano, qua immunitate gaudent quoque eorum famuli, ex sētentia Senatus determinauit dicto priuilegio gaudere etiam famulos, qui extra Domini domum habitant, & ad eius panem, & vinum non stant, sed in singulos dies, tàm hiemales, quam æstiuos certam pecuniæ quantitatem recipiunt, nullique alij, quam ipsi Domino inseruiunt, ad quod firmandum ex pluribus mouetur, quæ ibi videri possunt, & supra per me substantialiter tacta fuerunt, & à fortiori præsenti casui deseruiunt, quia loquitur Surdus in casu, in quo decretum præcisè immunitatem concedebat famulis, qui prædictorū Ciuium bona colebant, & stabant ad ipsorum Ciuium panem, & vinum, quorum numero ascribit seorsum habitantes, & ad panem, & vinum ciuium, non stantes sed mercedem tantum pro seruitio recipientes, ad eo quod verba decreti non conueniebant prædictis hominibus, vt propterea nec decreti dispositio con-
20 uenire deberet lege 4. §. toties, ff. de damno infect. sed imo ipsis verbis deficientibus deficeret, lege ita autem, in princ. ff. de administrat. tutor. Tiraquellus in l. si vnquam, in verbo, libertis, num. 2. C. de reuocan. donat. præterea loquitur in immunitate, in qua fit stri-
21 cta interpretatio contra eum, qui se immunem prætendit, Baldus consil. 112. in fin. lib. 1. inquiens, priuilegium immunitatis strictè, & rigorosè interpretandum esse, sequitur Cotta memoral. incipient. Immunitates personis datæ, in fine versiculo. & quod in ista materia, & benè, quia immunitas est contra publicam vtilitatem, ex quo tractatur de multorum præiudicio, quia difficilius sustinetur onus, quod pauci por-
22 tant, quam illud quod distribuitur in multos, glossa in lege si ita scriptum filiabus, in principium in verbo masculo, ff. de legat. secundo, Castrens. in leg. maritu, numero septimo ff. soluto matrimonio Alex. consil. 125. numero octauo libro secundo Decian. con sil. 32. numero quinto consilio 312. column. fin. sub numero quarto versiculo item fallit, consil. 468. numero 32. vers. secundo respondetur, & in l. 2. sub numer. 52. versiculo vnde secundo ff. de regula iur. Curtius Senior, cons. 73. n. 4. versiculo verum inter maiores, Cor n. cons. 219. sub num. 11. vers. non enim obstat, lib. 2. & nihilominus vult, dictos famulos dicta immunitate gaudere, ac si verè, & realiter, & effectuliter starent ad vnum panem, & vinum cum dictis Ciuibus, & quod verba decreti illis conueniant, & satisfactum sit decreto per rationes supra relatas, quarum aliquas ab eo didici, & ex pluribus, vt ex iam dictis patet, comprobaui.

23 Additur, quod ex multarum prouinciarum consuetudine pro famulis, & familiaribus habentur omnes ij, quibus Domini præstant frumentum, vinum, & id genus cætera, & pecuniam in singulos annos, vt prædia colant, vel illis præsint, & fructus recolligant, cum tamen seorsum ab ipsis Dominis cum vxore, & filijs habitent, & qui etiam in domo Domini, nec habitant, nec viuunt, illi tamen certa mercede diurna, vel menstrua, aut annua recepta inseruiunt, vt in eadem decisione testatur Surd. Romæ, Neapoli, & alibi etiam seruari, & verissimum est.

24 In eandem sententiam adduco decisionem Rotæ 54. lib. 1. & decisionem 145. lib. 2. part. 3. in nouissimis diuersorum, in quibus clarè dicitur, quod familiaritas probatur

probatur non solum ex eo, quod quis continuè commedebat in tinello, sed etiam quando alicui dabantur annuatim pecuniæ pro victu, & vestitu, licet hi non commederent in tinello, Idem voluit ipsa Rota decis. 378.lib.3.eadem parte tertia, aiens, quod familiari-
25 tas probatur per testes dicentes stetisse in seruitijs Domini, & habuisse Cameram, & expensas in domo illius, vel vidisse in seruitio Domini commorando cum eo pro Magistro stabuli, & melius decisione 619.num.6.& 10.lib.3.eadem part.3.in nouissimis diuersor.probans, quod quis possit esse familiaris, etiam quod non commedat in tinello, sed alibi expensis Do-
26 mini, verum tamen est, quod clara probatio est per descriptionem in rotulo, in quo soliti sunt describi omnes de familia, qui enim ibi descriptus reperitur famulus, vel familiaris probatur, Rota decisione 416. num.1.& 2.& d.decisione 619.num.1.& seqq. lib.3.part.3.in nouissim.diuers.licet etiam ex testibus possit probari etiam si in dicto rotulo non fuerit de-
27 scriptus, vt in dictis decisionibus 416.& 619.& dixit etiam eadem, Rota decision.1097.libr.2.dict.part. 2. quod sufficeret, testes simpliciter deponere de visu descriptionis in rotulo, sufficeret etiam quod in libro Prefecti, seu Enconomi familiarium, & domesticarum expensarum reperiretur aliquem, vel victum, vel pecuniam pro seruitio recepisse a Domino, vt illius famulus, vel seruiens probaretur, Rota d.decision. 619.num.2.nec ab istis dissentit Illustrissimus Cardinalis Tuscus conclus.72. in verbo, familiaris quis dicatur verè, tomo 3. numero 16.versiculo restringit, inquiès, quod qui capit partem extra domum, & seruit, ve-
28 rè est familiaris, licet non manducet in domo, & num. 29. versiculo amplia quia familiaris, & numero 41. vers.restringe, quia commensalitas, vbi tradit sufficere, vt quis verè dicatur familiaris, quod inseruiat actu, & viuat expensis Domini, vel habeat partem extra domum, & subdit sub d.nu.41.& 42. satis esse, quod pars illa consequatur in pecunia, nec necesse esse, quod sit in speciebus, & allegat Rotam decisione 54.lib.1.& decis.145.lib.2.part.3.in nouissim.diuers. de quibus supra actum est, & secundum prædicta memini me alias tenuisse excusando familiares priuilegiatorum a pœna delationis armorum seorsum a Dominis, habitantes, illis tamen verè, & quotidie inseruientes iuxta ipsorum conditionem, & dominorũ qualitatem, & ab eisdem victum recipientes in tritico, vino, oleo, carne salsa, lignis, & similibus, vel in pecunia in singulos menses, vel annos.
29 Sciendum est autem, quod in contrahenda familiaritate requiritur consensus mutuus Domini, & familiaris, quia de vtriusque obligatione tractatur, familiaris enim obligatur Domino ad seruitium, & Dominus famulo ad stipendium, vel aliud iuxta conuenta, & est contractus locationis operarum, vel innominatus, facio vt des, vt in tit.ff.& Cod. locatis, & præscriptis
30 verbis, & sub quacunque contractus specie cadat, consensus vtriusque requiritur, alias non contrahitur obligatio aliqua, l.consensu, ff.de action.& obligation.& ita in puncto consulendo notauit Ancharan. consilio 898.præmitto pro clariori decisione in princ.

EPITOME.

An bannitus, vel alius delinquens, aut malefactor, qui aufugit de territorio banni, vel commissi delicti ad aliud Territorium alterius Domini, & ibi capitur, & violenter ducitur ad Territorium banni, vel maleficij, possit ab ipso Iudice banni, vel delicti puniri, an verò potius relaxari, & in pristinam libertatem restitui, ac reponi, vbi captus fuit, & quomodo repetitio facienda sit; & quid ea denegata faciendum veniat, & de pœnis eorum, qui modo præmisso iurisdictionem alienam turbando, similes capturas extra Territoria eorum Dominorum faciunt, & de alijs in hac materia non contemnendis.

SVMMARIA.

1 *Bannitus captus in aliena iurisdictione a iustitia loci a quo bannitus fuit, an possit puniri pœna banni, an potius relaxari debeat, & remitti ad Iudicem loci, in cuius iurisdictione captus fuit.*
2 *Captus in aliena iurisdictione est remittendus ad Iudicem loci, in quo captus est.*
3 *Iudex vnius loci non potest facere realem executionem in bonis condemnati sitis in alieno territorio, nisi per literas requisitorias ad Iudicẽ illius territorij in subsidiũ iustitię.*
4 *Delinquẽs in vno territorio, & fugiẽs in aliud territoriũ an debeat remitti ad Iudicẽ loci delicti ad requisitionẽ ipsius.*
5 *Delinquens in vna iurisdictione, si ab exequutoribus insequentibus in alia captus fuerit, & ductus ad Iudicem loci commissi delicti ab eodem puniri non poterit, sed ad Iudicem loci capturæ remitti debet, & num.13.*
Iudex loci, in quo delinquens captus fuit, non tenetur remittere captum ad Iudicem loci delicti, nisi prius requisitus sit a dicto Iudice, vt remittat, nu 4 & 5.
6 *Contrarium tenuerunt alij, sed altera opinio est communior, & in practica seruatur, vide tamen infra nu.13.*
7 *Executoribus iusdicentis loci delicti, seu banni non licet capere condemnatum, qui fugijt in alio territorio, in quo ille citari non potest per capturam.*
8 *Remissio delinquentium debet fieri, tam de iure, quam de consuetudine, vide, n.13.*
Forma non seruata actus redditur nullus ibid.
9 *Factum de facto debet contrario Imperio dissolui.*
10 *Bannitus si dormiendo in territorio, in quo securus stabat, caderet in territorio in quo fuit bannitus non posset ibi retineri, & puniri, sed remittendus esset in territorium, & locum, a quo cecidit, nisi expergefactus ibi permansisset.*
11 *Dominus, vel Iudex, in cuius iurisdictione, alterius iurisdictionis bannitus fuit captus potest eum repetere.*
12 *Iudex loci delicti potest detinere reum ab eo condemnatum, & in aliena iurisdictione a suis famulis captum secundum aliquos, & si Iudex loci, in quo reus captus est petat illum ad se remitti, nunquid, possit obijci ei dolo facis, quia petis quod restiturus es.*
Dominus, vel Iudex loci, in quo bannitus captus fuit a famulis Curiæ, quæ eum banniuit, potest dictum captum repetere, nec ei obijci potest exceptio de qua supra ibid.
13 *Regul dolo facis, non habet locum in spoliatis, maximè pro pria libertate.*
Iudex loci capturæ hodie non tenetur remittere reum captũ in suo Territorio ad Iudicem suum alterius territorij, in quo deliquit, & condemnatus fuit.
14 *Iudex, quando aliquem iniustè capit, et in carceribus ponit vĩ infert tali capto iniustè eũque propria libertate spoliat.*
15 *Spoliatus ante omnia restituendus est.*
Spoliato per vim aliqua exceptio obijci non potest, ibid.
16 *Malefactor cum de vno territorio ad aliud diuersi Domini territorium se contulit, statim Dominus primi Territorii priuatus est potestate capiẽdi, nõ.n. licet ponere pedem in alieno territorio.*

17 *Mutato territorio statim dicitur mutata potestas, iniustè captus est restituendus Domino vbi fuit captus.*

18 *Domino licet vendicare subditum suum captum in eius territorio a famulis, qui non sint sub eius iurisdictione, & a quocunque alio illum indebitè detinente.*

19 *Amplia etiam, si non esset eius subditus, quia eius iurisdictio turbata, & ei iniuria illata esse dicitur.*

20 *Captus in aliena iurisdictione a famulis alterius iurisdictionis si non repetatur a Domino loci, in quo iniuste captus fuit, tamen debet reponi in sua libertate.*

21 *Permisso capiendi aliquem in proprio territorio, licet in alio deliquerit, est ratione iurisdictionis, & superioritatis, & aliquando mutuæ permissionis ad expurgandam prouincias malis hominibus, alioquin ijs cessantibus dicitur illata iniuria Domino Territorij.*

22 *Principes tenentur securitatem seruare existentibus in suo territorio.*

23 *Remissio capti indebite, si sine consensu Domini denegetur a Iudice qui requisitus fuit remittere, ipse punietur de iure communi pena trium librarum auri.*

24 *Remissio indebite capti, quæ est facienda, si denegetur tã a Iudice, quam a Domino, tunc alter Dominus, qui petijt remitti poterit vti remedio subsidiario Represaliarum aduersus denegantes remissionem capti.*

Represaliæ quando sint licitæ, ibid.

25 *Dominus, qui petiit remitti captum in sua iurisdictione ab alienis executoribus, si denegetur remissio, an, vltra represalias, valeat etiam bellum mouere contra non restituentes ei indebite captum.*

Bellum indicere quæ requirantur remissiue, ibid.

26 *Capientes in aliena iurisdictione aliquem dicuntur offendere dominum dictæ iurisdictionis, ibique forum sortiri, & puniri posse.*

27 *Capientes in aliena iurisdictione, si forenses sint, dicuntur committere carcerem priuatum, & iurisdictionem, & merum Imperium alterius vsurpare, & tenentur pena vltimi supplicij.*

28 *Iurisdictionem alienam vsurpantes in arduis tenentur pena vltimi supplicij, in leuibus arbitraria.*

Iurisdictionem alienam quouis modo turbando tenentur etiam pæna criminis stellionatus, & alia pena extraordinaria, & pæna legis Iuliæ de vi public. vel priuat. ibid.

29 *Pæna l. Iul. de vi pub. vel priuat. hodie, est extraordinaria*

30 *Qui sine authoritate superioris, sed authoritate propria capit, arrestat, vel detinet homines & sub prætextu debiti, perdit ipsum debitum, pænis corporalibus subijcitur.*

Pena legis Iuliæ de vi public. tenetur qui cum armis aliquem indebite, & iniustè capit; si vero sine armis, tenetur de vi priuat. ibid.

31 *Creditor dicens habere mandatum capiendi suum debitorem, et re vera non habet si illum capi faciat, tenetur pena extraordinaria, et priuatur credito, et tenetur ad interesse capti.*

32 *Contra ingredientem in agro meo possum agere actione iniuriarum, multo magis contra intrantem iurisdictionem alterius violenter.*

33 *Quilibet Magistratus potest mulctare, et extra ordinem punire intrantes per vim, vel turbantes alterius iurisdictionem, vel contemnentes, propter iniuriam factam officio.*

34 *Iniuria quando facta esse dicatur officiali vti officiali, et quando ei facta censetur tanquam priuato.*

35 *Iniuria facta vni ex cõdominis à quonã officiali sit punienda.*

36 *Subditi, qui sine licentia capiunt aliquem in iurisdictione Domini videntur teneri crimine læsæ Maiestatis.*

CASVS CC. LXXXXI.

1 CApto bannito a Territorio vnius Domini, vbi homicidium commiserat, in iurisdictione alterius Domini per executores iustitiæ loci commissi delicti, & à quo bannitus erat, & vi per dictos executores ducto ad Iudicem loci banni, seu delicti, quæsitum est, an talis captus a tali Iudice iuxta tenorem latæ sententiæ puniri possit, an verò potius relaxari debeat, & remitti ad Dominum, seu Iudicem loci, in quo captus fuit; In qua controuersia non semel

2 votaui, captum minimè a dicto Iudice, ad quem ductus fuit, puniri posse, sed relaxari debere, & poni in pristinum statum, & remitti ad locum, vbi captus fuit, quasi sua naturali libertate spoliatum, argumento textus in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. vbi hoc in specie dixit Bald. in 1. lectura column. final. & facit textus in lege quis sit fugitiuus, §. item Celius scribit, ff. de ædilit. edict. & ibi etiam notant Bald. Salycet. Cœpol. & alij scribentes, & seruit etiam text. in l. a diuo Pio, §. sententiam Romæ, ff. de re iudic. vbi Iudex vnius loci non

3 potest facere realem executionem in bonis condemnati sitis in alieno territorio, nisi per litteras requisitorias ad Iudicem illius territorij in subsidium iustitiæ, si enim non potest facere exequutionem realem, multo minus poterit facere personalem capturam, cui concordat text. in §. si vero quis compræhensorum, in authent. vt nulli Iudicum, vbi dicitur quod si vnus

4 deliquit in vno territorio, & se contulit ad aliud, debet Iudex commissi delicti petere remissionem eius per literas requisitorias ad Iudicem loci, in quo delinquens reperitur, adeo quod nisi ab eo Iudice remittatur, in manus Iudicis delicti peruenire non potest, & ita in indiuiduo conclusionem hanc per iura, & rationes prædictas optimè probat Anton. Gomez. tomo 3. variarum resolutionum de delictis, capitulo nono, tit. de captur. reorum num. 4. versic. item adde, & post eum Prosper. Farin. in pract. crim. tit. de inquisit. qu. 7. nu. 40. limit. 9. Eandem sententiam tenuerunt Barto. in q. 6. incip. Lapus fuit captus, per totam, maximè vero in versic. solutio, ante num. 1. vers. quod autem in territorio alterius, & in l. si cui, §. final. numero 4. versiculo secundo quæro, ff. de accusation. Bald. in authent. item nulla Communitas, circa finem, C. de Episcop. & Cler. Salycet. in l. 2. num. 4. & 5. C. de exhibendis reis, Neilus in tract. de bannit. in 2. parte secundi tempor. q. 30. Iason. in dicta leg. fin. ff. de iurisdict. omnium iudic. num. 4. & 24. & ibidem Marsil. numero 34. & idem Marsil. in pract. crim. §. aggredior. nu. 33. versic. alio etiam casu Boer. decis. 29. num. 8. Corrad. in pract. crim. tit. de captura, num. 12. fol. 269. Clar. in pract. crim. q. 96. nu. 6. vers. sed quid si bannitus, Ioannes maria Monticel. in practica crimin. reg. 12. numero 27. Flamin. Cartar. in tractat. de execut. sentent. contumacialis capt. bannit. cap. fin. num. 263. & seqq. Roland. a Valle consil. 60. in 1. dub. per totum, lib. 2. & vltra prædictos, de quibus meminit Farinac. vbi supra, Bartol. in l. 1. §. præsides, in secundo notab. num. 2. & 3. ff. de requirend. reis, & in extrauaganti, ad reprimendum, in verbo, per edictum, num. nono, & seqq. versiculo. sed an prædictis modis, & infra, Bald. cons. 209. post principium, versic. sed his non obstantibus, lib. 2. Angel. in tract. de Malefic. in verbo, quod fama publica, num. 62. versic. sexto quæritur, & ibi Landrian. in addition. ad eum, Aretin. cons. 135. sub num. 3. in fin. numer. 4. post vers. sed posito

suo sine præiudicio. Corn. consil. 159. numer. 2. lib. 2. Herculan. in tract. de caution. de non offendend. cap. 37. num. 17. vers. ab initio tamen latè Cępol. in d. l. quis sit fugitiuus, §. item Celius scribit, qui est secũdus eiusdem initij, num. 2. & 6. ff. de ędilit. edict. Dominic. de Sancto Geminiano in cap. Romana, §. contrahentes, num. 14. versiculo quantum ad secundum de foro competit. lib. 6. Florian. in l. sicuti, §. Aristo, numero 1. ff. si seruitus vendicetur, Boss. in pract. crim. tit. de capt. nu. 34. & tit. de fauoribus defensionis, num. 7. in fin. dicens ita seruari vidisse, Paris de Puteo in tractatu de sindicat. in verbo captura, cap. 4. sub num. 1. Fęlynus, in cap. final. column. 1. num. 1. de foro competent. D. Hurtensius Caualcan. Fiuizzanẽsis mihi carissimus in tract. de brachio Regio part. 2. num. 41. vers. quid modo, & nouissimè Ludouic. Sacca cons. 18. n. 7. & 8. vers. tum vel maximè, lib. 1.

5 Quę conclusio procedit etiam si quis existens in territorio banni, & delicti commissi insequutus ab executoribus familiæ illius territorij confugerit ad alienam iurisdictionem, in eaque a dictis executoribus insequentibus fuerit captus, & ad Iudicem ipsius loci banni, & delicti ductus, quia adhuc per talem Iudicem puniri non potest, sed relaxari debet, & ad locum, vbi captus est, remitti, vt tenuerunt Bald. in l. sicuti, §. Aristo. ff. si seruitus vendicetur, & in l. non est verisimile in vltima lectura, num. sexto versiculo, tu dic. ff. quod metus causa, Angel. de Malefic. in d. verbo, quod fama publica, numero 62. versiculo, sexto quæritur an si officialis, & ibi Bernardin. de Landriano in additione Barbat. cons. 26. per totum lib 1. Florian. in d. §. Aristo, sub nu. 1. Roland. cons. 60. num. 16. & sequ. lib. 2. Ias. in d. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. col. 1. nu. 2. & ibidem Marsil. numero nono, & cons. 121. num. 1. cum seqq. Clar. in pract. crim. q. 29. ad fin. nu. 10. vers. sed pone, quod familia, Bonacossa in tractat. commun. opinion. crimin. in verbo, delinquens si prosequatur, fol. 51. col. 2. in 1. part. Ioannes Maria Monticel. d. reg. 12. nu. 27. vers. quod verum est, Boss. d. tit. de captur. reorum, numero 34. & tit. de fauorib. defens. reorum numero 7. in fine, Gomez. d. tit. de captur. reorum, nu. 5. versiculo pulchrum tamen est dubium, dicens esse opinionem veram tuendam, & practicatam, & ibi etiam addentes ad eum, Brunorus a Sole dicens esse veram, & communem opinionem quam pluribus probat, & ab impugnantibus defendit in suis quæstionibus legalibus, quæstione 30. numero 40. & pluribus seq. Farinac. d. q. 7. num. 41. vers. amplia hanc nouam limitationem, dicens, quod licet August. de Arim. in addition. ad Angel. de Malefic. in loco allegato, Angel. de Perus. in l. Gracchus, colum. 1. num. 4. C. ad l. Iuliam de adulter. & Roman. in l. 1. §. occisorum, col. pen. num. 18. ff. ad Senatusconsul. Sillan. contrarium tenuerint, & secun-

6 dum eorum sententiam seruatum fuisse testatur Paris de Puteo in tractat. de sindicat. in d. verbo, captura, cap. 4. num. 2. in quodam, qui commiserat delictum Perusij, & fuit insecutus a familia vsque ad Ciuitatem Florentiæ, & ibi captus, cum quibus conuenit Conrad. d. titulo de captura reorum, num. 9. versic. septimo amplia, fol. 269. tamen non est recedendum a prima opinione, quæ est communis, & magis practicata, prout testantur Boss. Gomez. Clar. Bonacoss. & Brunor. a Sole supra citati, & præter eos Barbat. d. consil. 26. in finalibus verbis, quibus addi possunt Corneus dicto consil. 159. in toto, lib. 2. vbi re ad partes disputata opinionem istam firmat, quam ex multis probat, & contrarijs respondet, Iason. in d. l. fin. sub numer. 4. Herculan. in tract. de caution. de non offendend. cap. 37. nu. 16. vers. quæro aliquis, latissimè Cępol. in d. leg. quis sit fugitiuus, d. §. idem Celius, num. 7. versic. item iste text. & num. 8. & seqq. vers. item facit, & infra, vbi quæstione in vtramque partem discussa, & accuratè disputata opinionem hanc firmat, & ad allegata in contrarium respondet, idem antea fecit Alberic. de Rosat. in tract. de statut. lib. 4. quæst. 78. in tot. Caualcan. iam citatus de Brachio Regio part. secunda numero 41. d. versic. quid modo si capiendus in alienam iurisdictionem, & Ludouic. Sacca d. cons. 18. nu. 9. & a-

7 lij per eum citati, & benè, quia non licuit executoribus iusdicentis loci banni, seu delicti capere condemnatum in alio territorio, in quo citari non potest per capturam, l. cum vnus, §. is qui, ff. de bonis authoritat. Iu-

8 dic. possidere, & quia forma tradita est a iure, quod petatur remissio a Iudice loci, vbi degit, §. si verò quis comprąhensorum, in authentic. vt nulli Iudicum, qua forma non seruata actus redditur nullus, capitulo cum dilecta, de rescription. & captus tamquam spoliatus propria libertate in eandem libertatem restitui debet lege quis sit fugitiuus, §. item Celius scribit, ff. de ædilit. edict. & c. ex parte, in princ. de verbor. signific. & vbi certa forma data est a iure, si contra talem formam fit solo verbo, quod est gestum, ipso iure non valet, si autem fit aliquid facto exequendo, id debet per con-

9 trarium factum reuocari, lege 1. ff. de pœnis. Quinimo dixit Nellus in tractatu de bannit. in secunda part. secundi tempor. quæst. 33. in fine, quem sequutus est Ro-

10 land. cons. 60. nu. 17. lib. 2. quod si bannitus dormiendo in territorio, in quo securus stabat, caderet, & non modo in territorium, a quo bannitus erat, perueniret, non posset ibi retineri, & puniri, sed remittendus esset ad locum, a quo cecidit, nisi expergefactus ibi permansisset, argumento l. si seruus seruum §. si fornicarius, ff. ad lege Aquiliam. Nec refert, quod in qua prouincia quis deliquit, in ea puniri debet, omni priuilegio cessante, authentic. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet, quia respondetur, quod remissio petenda est, vt supra dictum fuit, quod si dicatur, quod postquam delinquens per capturam deuenit in manus Iudicis, qui condemnauit, frustra videtur peti relaxatio in pristinam libertatem, cum mox ad requisitionem ipsius Iudicis delicti facienda esset remissio ad eun-

11 dem locum per Iudicem loci, vbi facta erat captura, & proinde petenti obstet exceptio dolo facis petere, quod restituturus es, capitulo dolo facit de regula iure in sexta quia pro responsione dicitur, quod Dominus vel Iudex, in cuius territorio alterius territorij bannitus fuit captus, potest eum repetere, lege prima §. 1. & ibi glossa in verbo, vendicare posse, ff. de rei vendicat. & leg. de iure, in princip. ff. ad municipal. Nec repelli potest exceptione prædicta ex regula, dolo facis, quia ea non habet locum in spolia-

12 tis maximè propria libertate per ea, quæ leguntur, & notantur in leg. extat. ff. quod metus causa, & in leg. si de possessione, ff. de iudicijs, & quia etiam tales remissiones hodiernis temporibus non fiunt, & ideo cum nõ teneatur Iudex loci capturæ remittere ad Iudicẽ delicti, cessat exceptio supradicta, vt notatur in clem. pastoralis, de re iudi. & ita ex prędictis iurib. & rationib. pulcrè, & subtiliter determinat Bal. quã subdito Comitis Sabaudiæ, qui interfecit quendam dicti Principis subditũ

& fugit ad territorium Comitis Virtutum, vbi uiolen-
ter captus fuit per quosdam conuicinos suos subditos
præfan Comitis Sabaudiæ, & inde etiã grauiter vul-
neratus extractus, & Ductus in potestatem, & baliam
Potestatis Bugelle gerentis vicem Comitis Sabaudiæ,
vt scilicet dictus Potestas Bugellę requisitus à Potesta-
te Vercellarum, a cuius iurisdictione violenter fuit ex-
tractus homicida, teneatur eum relaxare, & in pristi-
num statum restituere, cons. 290. quidam sub-litus, per
totum lib. 2. & est consilium illud ad hoc propositum
allegatum sub nu. 72. lib. 1. in antiquis per Decian. in
tract. crim. tomo 1, lib. 4. rubric, extra territorium suũ
iudicare non potest. cap. 29. nu. 19. vers. quidã captus,
quod inquit non potuisse repperire in nouis, de quo cõ-
silio sub eodem nu. 72. meminit etiam Bernardin. Lã-
drian, in addition, ad Angel. de Malefic. in loco sæpius
citato in apostila in verbo, falsa, ad fin. & quidem
14 quando Iudex aliquem iniuste capit. & in carceribus
ponit, vim tali capto infert, eumque propria libertatę
spoliat. l. plerique, in fine. ff. de in ius vocando, l. 1, & l.
2. ff. de liber. homin. exhiben. & l. Titio centũ. §. Titio,
ij primo, ff. de condit. & demonstrat. qui spoliatus ante
15 omnia restituendus est. l. 1. ff. de vi, & vi armat. l. si quis
ad se fundum. C. ad l. Iuliam de vi public. l. fin. C. de or-
din. cognit. l. meminerint. C. vnde vi. l. 1. C. si per vim,
vel alio modo, cum vbique notatis, nec sic per vim
spoliato aliqua exceptio obijci potest. l. 1. §. & parui. ff.
quod vi, aut clam. & notat Dynus in cap. qui ad agẽ-
dum, de regul. iur. in 6. & sunt considerationes Bart. in
d. quæst. 6. incipiente, Lapus fuit captus, post princi-
16 pium sub nu. 1 cum enim malefactor in vno Territorio
ad aliud diuersi Domini Territorium se contulit, sta-
tim Dominus primi Territorij priuatus est potestate
capiendi, quia non licet ponere pedem in alieno Ter-
ritorio d. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruitus vindicetur, &
mutato Territorio statim dicitur mutata potestas, ar-
17 gumento l. si dominium, ff. de furt. & l. quis sit fugitiu-
us §. item Celsus scribit. ff. de ædilit. edict. & propterea
Iudex, in cuius territorio iniustè captus est, potest eum
repetere, allegando, quod capi non potuit, vt post
Bartol. in l. si cui. §. fin. ff. de accusat. concludit Angel.
de Malefic. in d. verbo, quod fama publica. sub nu. 91.
vers. sexto, quæritur. quę repetitio non solum compe-
tit, quando delinquens captus in alieno territorio, quã
deliquit, est subditus loci, vbi est captus, cum liceat Do-
mino vendicare subditum suum à quocunque illum in-
18 debitè tenente. l. 1. §. 2. cum gl. in verbo, vendicare pos-
se. ff. de rei vendicat. l. de iure. in princ. ff. ad munici-
pal. & de incol. & ibi etiam in glos. & scribentes, Lu-
douic. Sacca d. cons. 18. nu. 6. vers. quod verò, & vltra
eum Bald. d. cons. 209. post principium lib. 2. sed etiam
19 quando talis captus non est subditus Domini loci, in
quo captus fuit per executores, vel alios de alieno ter-
ritorio, quia adhuc ius repetitionis competit Domi-
no, cuius iurisdictio turbata est, & cui etiam iniuria illa-
ta dicitur, vt dicit Angel. de Malefic. in loco citato, in
fine dictę illæ quæstionis, post Florian. in d. §. Aristo.
sub nu. 1. de cuius mente etiam subdit, quod etiam si
Dominus, vel Iudex loci factæ capturæ non repete-
20 ret captum, adhuc is pristinæ libertati restituendus
esset, cum captura sit nulla, quod satis æquum vide-
tur, & expresse traditur per Florian. in dict. §. Aristo.
sub num. 1. & per. Boeri. decis. 29. num. 4. & dicit.
Cornel. consil. 159. numer. 12. versiculo quæ omnia
lib. 1. quod permissio capiendi in territorio proprio est
ratione iurisdictionis, & superioritatis, quam capiens
habent in suo territorio, quæ cum cesset in alieno,
merito captura in eo fieri non potest. & si fiat dici-
tur inferri iniuria Domino, quia alius se intromittit o-
stendendo superioritatem aliquam in suo territorio,
22 vltra quod videtur impediri securitas, quam Prin-
ceps existentibus in suo Territorio præstare tenetur,
vt dicit Hercul. d. cap. 37. sub num. 17.

23 Quod si repetitio huiusmodi capti fiat per Domi-
num, vel per Iudicem loci, vbi captus fuit, & a Domi-
no, vel Iudice capiente, vel detinẽte denegetur, Iudex,
si sine Domini consensu denegauerit, ab ipso Domino,
ad quem recurrendum esset, pœna trium librarum au-
ri puniretur. Boer. decis. 29. nu. 3. & seq. quod si & Iu-
24 dex, & Dominus remittere negauerint, iure eidẽ Do-
mino, vel Iudici loci factæ capturę ad repręsalias deue-
nire licebit, tanquam ad remedium subsidiarium con-
tra denegantes, vel vltra modum differentes iustitiæ
complemento omni iure licitum, & permissum, capi-
tulo Dominus noster 23. quæst. 2. Innocent. in cap.
cum olim. de restitut. spoliat. glos. & Doctores in Au-
thent. & omnino. C. ne vxor pro marit. Bartol. in
tract. de repręsalijs, per totum. Ioan. Iacob. a Canib.
in suo simili tract. in 1. parte in rubr. de iniur. & dam-
no dat, numer. 14. & sequ. Martin. Laudens. pariter in
simili tract. numer. 1. & sequ. & ferè per totum. Boss.
in pract. crim. titul. de iniur. numer. 36. & seq. & post
eos Ludouic. Sacc. distin. consil. 18. ad finem. numer.
20. versicul. si ergo Dominus. & vltra eum Guido Pa-
pę decisione, 31. 13. & 14. Franc. Marc. decisione. 767.
numer. 5. in 1. part, & latius decis. 358. & 359. in 1. par-
tę & infiniti alij quos refert, & sequitur Petr. Belluga
in Speculo Principium rubr. 11. §. iam supra diximus,
n. 3. & 4. vers. & officiales, & ibi ẽt ampla apostilla Ca-
milli Borelli sub litera, B. in verbo, repręsalijs. fol.
43. & sequent.

25 An autem etiam bellum mouere possit hoc casu
Dominus sic offensus; quæstionem esse altiorem in in-
ginem requirentem dicit Herculan. d. cap. 37. numer.
17. in fine, & benè, quia ad indicendum bellum multa
requiruntur, de quibus habetur per glos. & scribentes
in c. 1. 2. & 3. 23. quæst. 2. per Martin. Laudens. in tract.
de bello. quæstionem, 3. 5. 18. 37. 38. per Franc. Arias
in eodem tract. in princ. per Boer. decisionem, 178. in
tota, latius per Couaru. in cap. peccatum. de regul. iur.
in 6. in secunda part. relect. §. nono, & §. decimo, folio
mihi 535. & sequ. & per Iulium Ferret. in tract. de re, &
discipl. militar. rubr. de iusto, & iniusto bello, folio 147.
& sequent. ad quos libentissimè Lectorem remitto.

26 Cæterum, qui dictam capturam in alieno territorio
fecerunt, ex quo Dominum illius territorij offenderunt
ibique forum ratione offensionis sortiuntur, procul-
dubio ab ipso Domino, & eius Iudicibus puniri possũt,
vt per Herculan. d. cap. 37. numer. 16. post versic. quæ-
ro aliquis. & probatur in l. 1. & in auth. qua in prouin-
27 cia. C. vbi de crimin. agi oportet. Et si capientes fo-
renses sint, & non subditi Domini per capturam in eius
Territorio factam offensi, veluti carcerem priuatum
committentes, & iurisdictionem, & merum Imperium
alterius vsurpantes, pœna vltimi supplicij tenentur,
vt individuo dicit Ludouic. Sacca d. consi. 18. sub nu-
mero, primo per leg. primam, cum ibi notat. per
Doctores, & præsertim per Baldus in princip. C.
de priuat. Carcer. & copiosè docet Boerius decisione
29. nu. 7. vers. quare non remittuntur, & infra, faciunt

tradita

tradita per Affliċt.super const.Regni, lib. 1.rub.46. de prohibit.official. occas.in constit. duram.num.3.& 9. & per Menoch.in tract.de arbitr.iudic.lib.2.centu.4. casu 320.in toto per Capic.decis.130.in 3.dub.nu.21. & seqq.per Crauet.cons.18.num.2.& per alios, quos adduxi,& sequutus sum in meis prioribus resolutionibus criminalibus centuria, secunda casu 176. numero sexto versiculo quinimo, quod tamen intelligere vi-
28 dentur Afflictus, & Menochius in his, qui alterius iurisdictionem vsurpant in arduis, secus autem in leuibus,quia tunc mitiori pœna Iudicis arbitrio tenentur, quod mihi semper placuit,quia turbans iurisdictionem alterius,aut violans inuadendo alienum Territorium, & ibi homines capiendo,verbaliter citando,vel alios actus iurisdictionales faciendo,vel damna inferendo,tenetur crimine stellionatus,& pœna extraordinaria punitur Boss.in pract.crim.tit.de crim.stellionat.in princ, & videtur etiam iste casus comprehensus in capitibus l.Iuliæ de vi pub.vel priuat.Iuxta titulum, ff. & C.ad l. Iuliam de vi pub.& priuat.cuius pœna hodie est arbi-
29 traria,Iodoc.in pract.crim.cap.100.de vi priuat.num, 9.vers.verum,Clar.in pract.crim.q.83.num.4. versic. vim publicam, Cacher.decis. Pedemont.105, num.6, Crauett.cons.18,num.17.Menoch.in tract.de Arbitr. Iudic.lib.2.cent.4.casu 394.num.1. & ipse probaui in dictis meis prioribus resolutionibus criminalibus cent. 1.casu 8.numero 10.&casu 46.numer.5. & bene facit Afflict. super constitution. Regni, libro. 1. rubrica 46. de prohibita officialium occasion.in constitut.duram, numero septimo versiculo quid autem de illis, vbi
30 ait,quod si quis authoritate propria sine authoritate superioris capit, arrestat, vel detinet homines, etiam sub prætextu debiti, perdit ipsum debitum, & pœnis corporalibus subijcitur,per text.in §.quia vero, in auth.vt nulli Iudicum, & quod etiam tenetur pœna legis Iuliæ de vi public.si cum armis id fecerit, vel de vi priuata,si sine armis,vt in l.5.in princ.ff.ad l.Iuliam de vi public.& potest etiam puniri de priuato carcere, vt in l.vnica,C.de priuat.carcer, vnde dixit Ludouic. Sacca d.cons. 18.num.4.quod pro turbata iurisdictione quis grauiter puniri potest,adducens Bart, & Doctores in l. 1.§.1.ff.si quis iusdicenti non obtemp.Ioan.Iacob. Leonard. inter cons.feudal. Brun. cons. 114.n umer.485. fol.50.& Boss.in tit.de capt.nu.16.& 17. ad idem adduci potest Bald.cons.211.num.2. & seq.vsque ad finem,lib.3.vbi loquens in quodam, qui sine superioris
31 mandato,quod tamen habuisse asserebat,capi fecerat alium iniustè,tanquam suum debitorem,vult,quod Iudex ob iniuriam factam suæ iurisdictioni possit punire iniuriantem pro suo motu extraordinaria pœna,& suo credito priuare, & ad damna,& interesse capti condemnare, vel etiam pœna priuati Carceris punire, &
32 si contra ingredientem agrum meum me inuito possum agere actione iniuriarum,saltem de consuetudine vt,post Ioannem de Anan. in cap. omnibus num.4. de cleric.veniat,tradit Clar.lib 5.recept. sentent.§. iniuria, num.2. vers.nunquid, fortius mihi licebit contra intrantem violenter iurisdictionem meam, in eaq; me turbantem, & quod quilibet Iudex, vel Magistratus
33 possit mulctare, & extra ordinem punire turbantes, vel contemnentes eius iurisdictionem propter iniuriā factam eius officio, latè ostendit Alexan. consil.35. in secundo dub.per totum,num.4.& seq.vsque ad finem, lib.2.& verissima est Doctorum distinctio,quod aut in-
34 iuria infertur officiali prætextu officij, & dignitatis, & tunc ipsemet cognoscere potest, & punire delinquētem,aut infertur ex causa priuata, & odio particulari, & tunc non potest ipse offensus cognoscere,sed ad superiorem debet recurrere,sicut quilibet alius,vt determinat Oldr,cons.7. in toto: & post eum Decianus in tract.crim.lib.4.cap.42. num.1. tomo 1, idem colligitur ex congestis per Crauett.cons.232 num.7.8.9. per Roland.cons. 16.& cons.48.lib.2. per Parid.de Puteo in tract.de Syndicat.in verbo, iniuria officialis, cap.3. per totum,per Menoch.in tract.de arbitrar.Iud.lib.2. cent.3.casu 263.num.7.& in dictis consilijs ponunt e-
35 tiam Crauett.& Roland.quid de iniuria facta Domino loci insolidum,vel pro parte tantum,an,& tunc cognitio,& punitio spectet ad officialem ipsius Domini solum,vel etiam aliorum condominorum,an vero ad superiorem, & directum Dominum infeudantem, vel alium,
36 Quod si capientes sint subditi Domini per capturā in eius Territorio factam offensi, puniri etiā possent de crimine læsæ Maiestatis, quasi quod ex tali actu publica læ datur Maiestas, vt videtur probare text. in d.l. 1.C.de priuit.carcer. cum ibi notat, per Doctores, & præsertim per Bald. & Alberic. & ostendunt Hyeron. Gigas in tract.de crim.læsæ Maiest.lib. 1.rub.qualiter, & a quibus crimen læsæ Maiest. committatur, quæst. 35.num.1.& seq.fol.mihi 80.& Farin.in pract.crimin. titulo de carceribus,& carcerat. quæst.27. numero 9. & post eos in proprijs terminis nostris Ludouic.Sacca dicto consilio 18. numero secundo versiculo quinimo si subditus esset,& faciunt notata per Ioannes Iacobus de Leonard.inter consilio feudalia diuersorum consil. 114. numero 485. & per Boss.dict.titulo,de captura, num.16.& 17.

EPITOME.

De emptore rei furtiuæ scienter criminaliter puniendo, & ad restitutionem rei condemnando, & an pretium pro ea exbursatum recuperare debeat, si eam emens, protestatus fuerit,quod si ea non esset venditoris, illa pro Domino emere intendebat pretio sibi prius restituto,iuxta cautelam a nonnullis traditam,de cuius veritate disputatur; & quid in rebus redemptis per Christianos a Piratis,& latrunculis Turcicæ gentis,qui eas deprædauerant, & nostris vi abstulerant, vt sæpissimè euenit,si ab illarum primis dominis recuperari intenduntur.

SVMMARIA.

1 *Rem furatam scienter emens ad quæ teneatur,*

2 *Rem furatam scienter emens cum protestatione quod si res non erat venditoris,quod intelligebat illam emere pro vero Domino rei,an iuuetur tali cautela.*

3 *Rem furtiuam emens licet cogatur restituere Domino,etiā pretio sibi non restituto,Cautel. Cepol.est,vt emat nomine eius,cuius est res empta,restituto sibi pretio, & de vi huius cautelæ hic late.*

4 *Emens rem deprædatam, an tute emat cum cautela 10. Cæpol.*

Cautela Cepol.n.10.pro emente rem alienam scienter, an sit tuta in hoc casu differitur.

5 *Pretium rei furatæ emptæ non esse restituendum emptori, qui sciuit venditorem non esse Dominum,nec posse rem illā vendere.*

6 *Cautela,10. Cepol.pro emente scienter rem furatam reprobatur,& qui ea vtitur præsumitur in dolo.*

7 *Nimia*

7 *Nimia diligentia, vbi non expedit, prabet causam suspicandi de dolo.*
Vna via prohibitum, altera via concedendum non est, ibid.
8 *Cepol. cautel. 10. reprobatur a multis præsertim à Natta cons. 436. vltra alios.*
9 *Emens rem furtiuam cum cautel. Cepolla non potest dici, quod negotium Domini rei vtiliter gesserit, si habet Dominus pretium restituere pro re sua, vide infra nu. 20.*
10 *Actio negociorum gestorum non competit, quãdo quis putat vtiliter negocium gerere, & patrifamilias illud ita fieri non expedit.*
11 *Occasio emendi res furtiuas non est danda, propterea quod inuitarentur homines ad delinquendum.*
12 *Emens rem furatam scienter pro restituendo Domino, cui ablata fuit, non habet actionem negociorum gestorum contra Dominum, nisi ille ratum habeat.*
13 *Hostien. doctr. per Cepol. allegat. in caut. 10. qualiter sit intelligenda.*
Protestatio, quando publice facta dicatur, ibidem.
14 *Protestatio facta coram testibus, vel aliter per scripturam dicitur fieri palam, non autem publicè.*
Verbum palam, differt a verbo, publicè, ibid.
15 *Inueniens rem, quam scit non esse derelictam, debet protestari, & facere publicare velle restituere, & proclamata, & cridas manifestare, & si non inuenit Dominum, tunc tute retinebit.*
16 *Cridæ, vel proclamata circa rem inuentam excludunt quemcunque habentem ius in re, vel ad rem, & impediunt ne quis audiatur.*
17 *Emens rem deprædatam, vt Domino restituat, tunc potest recuperare pretium, et interesse suum, si Dominus illam rem nullo modo, vel cum magna difficultate recuperare posset, sed hanc impossibilitatem, vel magnam difficultatẽ emens probare tenetur.*
18 *Emens rem furtiuam non tenetur furti, sed eam restituere Domino absque eo, quod possit pretium repetere, secus si emit nomine Domini, et eius negocium vtiliter gessit, et num. 19.*
19 *Qui pro re aliena inuenienda expendit aliquid de suo, Dominus rei tenetur expensam restituere actione negociorũ gestorum.*
Limita, si parum expendit, vt ibi.
20 *Emens, vel recuperans rem alterius raptam ab hostibus, aut a Piratis, potest in restitutione habere pretium, quod expendit pro illa recuperanda.*
21 *Res a Piratis, Turcarum, captæ, an per Christianus tuta conscientia redimi possint, absque eo quod veri Domini valeant ipsas vindicare cum pretii, vel sine restitutione.*
22 *Res ab hostibus furatæ, et a nostris redemptæ, vero Domino sunt restituendæ si, et ipse pretium restituat redemptoribus, et in nu. 28.*
23 *Furtiuæ res non possunt ab emptore vsucapi, durante iure postliminii, declara vt hic.*
24 *Emens rem furtiuam scienter alienam, refuso sibi pretio, debet eam vero Domino restituere; secus si emens ignarus fuerit, quia transacto triennio non tenetur, etiam oblato pretio restituere.*
25 *Vsucapio sine titulo, et bona fide ex cursu triennali circa rem mobilem non procedit.*
26 *Res furtiuæ, et vi ablatæ non vsucapiuntur.*
27 *Furtum facere dicitur, qui rem alienam sciens vendiderit, vel ex alia causa tradiderit.*
28 *Redimentem rem alienam ab hostibus, et latrunculis gentis nostræ inimicis per triennium præscribere eam posse, nec teneri amplius restituere Domino etiam si velit pretium refundere, quod speciali fauore concessum est.*
29 *Dominia rerum non debent perpetuo stare sub incerto.*
30 *Dominium, quod redimens rem alienam ab hostibus, habet, est inductum de iure speciali, et fauore particulari.*
Vsucapio rei meæ alteri competit, quando res mea per me vsucapi non potest, ibid.
31 *Declara, quando tertius, penes quem res est, effectus est Dominus irreuocabiliter, secus si reuocabiliter.*
32 *Ius luendi rem captam ab hostibus, et ab eis redemptam, an per redimentem præscribi possit contra Dominum.*
Res aliena redempta, est obligata redimenti pro recuperatione pretii, quando effecta est reuocabiliter redimentis.

CASVS CC. LXXXXII.

1 CONdemnato emptore rei furtiuæ in pœnam bannimentorum, & ad ipsius rei restitutionem, tanquam legitimè conuicto, quod rem furatam scienter emerat, iuxta notata per Doctores in l. 2. C. de furt. & per Afflict. in cap. 1. §. raptoribus, colum. 2. in secundo notab. num. 6. in princ. de pace iuramen. firmand. in vsibus feudorum, dubitabatur, an pretium pro dicta re exbursatum restituendum esset, ex quo dum emeret,
2 protestatus fuit coram testibus, quod si ea res nõ esset venditoris, illam intelligebat emere pro vero illius Domino, iuxta cautelam traditam a Bartolom. Cœpolla caut. 10. si quis emit, per totam, vbi dicit, quod licet e-
3 mens rem furtiuam cogatur eam restituere Domino, etiam pretio sibi non restituto, per l. 2. C. de furt. tamẽ vt quis possit securè talem rem emere, ita quod non teneatur illam restituere, nisi prius restituto sibi pretio in emptione exbursato, cautela est, quod eam emat nomine eius, cuius est, paratus eam illi restituere, restituto sibi pretio a Domino, secundum Hostiens. in summ.
4 de pœnit. & remis. §. final. vers. quid si emit rem deprædatam. Idem dicit Cœpolla esse, quando quis emit rem furtiuam, vel vi raptam ab hostibus, vel a latrunculis, quia tunc pretium, quod soluit, recuperare potest a Domino, vt est casus in l. mulier in opus, ff. de capt. & postlimin. reuers. quæ dicta Cœpolla sequitur Iason. in l. si precium, C. de procurat. & de illis etiam meminit Bossio in practica criminal. titulo de furt. numero 50. vers. licet emens.
5 Et resolutum fuit pretium dicto emptori non esse restituendum, per textum Clarum in l. 2. C. de furt. cuius verba sunt hæc, In ciuilem rem desideratis, vt agnitas res furtiuas non prius reddatis, quam pretium fuerit solutum a Dominis, & ibi notant glos. & Scribentes omnes, & est alius text. in leg. si mancipium, C. de rei vendicat. in hæc verba, si mancipium tuum per vim, vel furtum ablatum alij ex nulla iusta causa distraxerunt, vindicanti tibi dominium soluendi pretij nulla necessitas irrogetur, & tradit in terminis Alba cons. 84. num. 1. & nuper Ioan. Bonifat. in tract. de furt. §. contrectatio, qui est 3, num. 29. vers. de eo tamen, nec curandum est de cautela Cœpolla supra relata, quia vera
6 non est; nec per protestationem illam ab emptore factam potest auferri libera rei vendicatio, quæ Domino competit, contra regulam l. id quod nostrum est, ff. de reg. iur. immo talis protestatio arguit in emptore dolum, cum ex coniecturis præsumatur, vt per Bart. in d. l. 2. in fine, & ipse putaret rem esse alienam, & nimia di-
7 ligentia vti voluerit, iuxta glos. in d. l. si quis sub conditione, ff. de condit. institut. & si aliter diceremus, iam aperta esset via euitandi euictiones, cum tamen quod vna via prohibetur, altera concedendum non sit, l. ti re oportet,

oportet.§.si mater.ff.de tutor.& curat.dat.ab ijs l.3.§. liberi.& l.post mortem.§.exhęredati.ff.de bonor. possess.secundum Tabul. & cap. cum quid vna via. de regul.iur. in 6. ex quibus iuribus & rationibus dictā cautelam Cępol.reprobat expressè Boss.d.tit.de furt. sub nu. 50. vers. sed eam non puto veram, & post eum Alciat.in tract.de pręsumpt.reg.3.pręsumpt. 29. num.3.
8 vers.prima est.Natta latè insistens cons.436.in toto,& nouissimè Ioseph.de Ludouic.decis. Perus. 42. sub nu. 1. & 2. & nouissimè etiam Ioan. Bonifat. in tract. de furt.§.contrectatio.qui est 3 num.98.vers. traditur etiā alia limitatio & licet Clar.lib.5.receptar.sentēt. §. furtum.nu.26. vers.sed hic incidenter quæro. facta mentione de dicta opinione Nattæ, subdat eam non affirmare, tamen ab ea recedendum non videtur, tùm ex authoritatibus, & rationibus prædictis, tùm etiam ex alijs adductis per Natt. d.consil. 436. vbi considerat,
9 quod non potest dici, quod emptor rei furtiuę, vel vi ablatæ negotium Domini vtiliter gesserit, si habet pretium restituere pro re sua, quam a fure, vel prædone
10 recuperare nullo reddito pretio potuisset, nec competat actio negotiorum gestorum, quando quis putat vtiliter negotium gerere, & patri familias id fieri non expediebat. l.sed an vltro.in fi. ff. de negot. gest. & quod aliàs si huiusmodi protestatio iuuaret inuitarentur homines ad emendum res furtiuas, vel vi ablatas, cum cu-
11 piāt illas alienare, & ex distractione ad pecuniam peruenire, quod ab omni ratione alienum est, & a quacunque lege detestandum cap.erit autem lex. 4. distinct.& l.cōuenire.ff.de pact. dotal. & adducit prætereà Bald. & Castrens. in l. 1. ff. de negot.gest.dicentes, quod qui
12 emit rem deprædatam pro restituendo illis, quibus est ablata, non habet actionem negociorum gestorum cōtra Dominum, nisi ille ratum habeat, quia istud est negocium, quod pertinet ad eum ratihabitione non autem re ipsa, vel ipso gestu,

13 Nec obstat Hostl. per Cępol. allegatus, quia debet intelligi secundum iura per ipsum adducta, vt per Bart. in l.non solum.§. liberationis, ff. de liberatione legata. & sic secundum l.non existimo.ff.de administrat. tutor. & cap.vt nostrum. §. fin. ff. de election. de quibus meminit Hostiens. quę loquuntur de protestatione publicè facta, quæ tunc intelligitur, quando solemniter publica fit, & publicatur, ita quod omnibus pateat, Bartol.in l.1.§.penult.per illum text.ff.de suspect. tutor.& dicitur publica quasi populica, Felin. in c.exceptionē, col.penult.de exception. Nec satis est, quod fiat coram
14 testibus, vel aliter per scripturam, quia tunc dicitur fieri palam, non autem publicè, vt ibi tradit Felin. constituens differentiam hanc inter verbum, palam, & publicè, vt bene aduertit Boss.d.tit. de furt. sub num.50. vers.sed quāuis, iuquies proptérea in hoc consistere totam vim decisionis Hostiensis, quam non bene gustauit Cępol. subditque se adhoc adducere text. apertum in l.falsus.§.qui alienum ff. de furt. loquentem de illo, qui inuenit rem, quam scit non esse derelictam, & di-
15 centem, quod si vult euitare suspicionem furti, debeę protestari se facere, vt restituat per cridas scilicet, & proclamata, vt ipse Bossius intelligit, per glos.in c.quia frustra, de vsur.& Felyn.in c.cum dilecti.col. 7. sub nu. 7.de accusation. sequitur Ioseph de Ludouic. d. decis. 42.num.3.vers. vlterius d.cautela, & nouissimè Ioan.
16 Bonifat.d.§.cōtrectatio sub nu.98.ad medium, Huiusmodi enim cridæ excludunt quemcunque habentem ius in re, vel ad rem, & impediunt, ne quis audiatur. Al-

ciat.consil.57.quæritur stante statuto.nu.2.& 5. tomo 1.lib.2.& post eum Ioseph de Ludouic. d.decis.42 ad finem.num.4. Vlterius aduertit Natta d.cons.436. sub num.5.vers.postremo, quod Hostiens. non simpliciter dicit, quod qui rem emit deprædatam, vt Domino re-
17 stituat, possit recuperare pretium, & interesse suum, sed ita demum, si alias Dominus rem illam nullo modo, vel cū magna difficultate recuperare posset, adeo quod ementi, volenti pretium consequi a Domino, incumbit onus hanc impossibilitatem, vel magnam difficultatem probandi, alias non obtinet, vt ipse Natta subiungit nu.6.& 7. Idem videtur tenere Afflict. a Natta non citatus in c.1.§. raptoribus. col. 2.num. 6.vers. secundo nota. de pace iurament. firmand. in vsib. feu-
18 dor. vbi ait, quod licet quando quis ignoranter emit rem furtiuam non teneatur furti, sed tantummodo teneatur eam restituere Domino absque eo, quod possit pretium repetere tamen si emat nomine veri Domini, comparente postea domino, & petente restitutionem rei, emptor ab eo recuperat pretium, si gessit vtile negotium ipsius Domini, secundum opinionem Hostiēs. sequutam a Cępol. pro qua dicit facere Bart.in l.falsus. §. qui alienam. in finalibus verbis. ff. de furtis, vbi inquit, quod si pro tua re inuenienda aliquid expendidi
19 teneris mihi ad illud reddendum actione negotiorum gestorum: subdit tamen Afflict. hoc esse limitandum, vt procedat, quando emptor emit modico pretio, quia tunc videtur vtile negotium domini gessisse, secus si emit magno precio, vel quanti res valet, tunc enim nō dicitur fecisse vtile negotium Domini, & consequenter tenetur eam restituere, & non repetit pretium, vt ibi per ipsum Afflict. quem sequi videtur ad eum simpliciter se remittens Boss. d.tit. de furt. sub nu. 50. in fine, & dicit Afflict. quod ita fuit in contingentia facti consultum, & obtentum in magna Curia Vicariæ Neapoli, & faciunt tradita per Felynum d. cap. cum dilecti. de accusat. sub num.7. vers. vtrum autem, & nuper Ioan. Bonif. d.t.d.§. contrectatio. num. 93. ad finem. Sanè te-
20 nendum dictum Cepolle supra relatum de emente ab hostibus, vel a latrunculis rem raptam, vt a Domino eam petente pretium exbursatum recuperet, sequutus est Alciat. in d.tract. de præsumpt.reg.3.pręsumpt.29. numer.4.vers. secundo declarat, & ante eum Iaso in l.si pretium. C. de procuratoribus, & nouissimè Ioan. Bonifat. in tract. de furt.§.contrectatio. num. 95. vers. qui autem a latronibus. folio mihi 14?. qui etiam ad idem allegat text. in bello.§.si quis seruum.ff. de capt.& postlim.reuers.& Simo de Pretis tractat. de interpret. vltimar.volunt.lib 3.dubitat.1.solut.3.nu.4. vers. quæritur cum illi & infra, fol. mihi 189.& 190. vbi querit, cum Piratæ Turcarum per deprædationem persona-
21 rum, & rerum per eos factam ex nostris Christianis in Mare quandoque prope litora nostra sistunt Naue ponunt vexillum fœderis, & redemptionis vulgariter nūcupatum, *la bandiera di riscatto*, an liceat nostris tuta, & bona conscientia ab eis emere res sic per eos a nostris raptas, & a Dominis ipsarum rerum possint vendicari cōtra dictos emptores absque restitutione pretij per eos soluti Piratis, & dicit videri non licere, quia quod illi latrones rapiunt non faciunt suum, & remanet Domini. l.postliminium.§.a Piratis, & l.latrones ibi.ff.de captiu.& postlim.reuers. vnde vendicari potest à Domino aliquo pretio non restituto. l. 2. C. de furt.
22 Contrarium tamen verum esse, & tenendum firmat, quod ab illis Piratis liceat emere res per eos raptas, quas

quas Dominus earum ab emptore redimere potest restituto pretio pro eis soluto Piratis, vt est casus in l. mulier in opus. ff. de capt. & postlim. reuers. allegatus per Bartolom. Cepollam in citata caut. 10. pro limitatione d.l.2.C. de furt. Subdit tamen Simon de Præt.
23 bene verum esse eas res, quia furtiuæ sunt, non posse vsucapi ab emptore, per text. in d.l. latrones tibi. quę lex intelligi debet, prout clarè loquitur, quando emuntur tales res post sequutũ postliminiũ, secus autem si emãtur, dum apud Piratas sunt in Naui in actu proximo abducẽdi eas ad ipsos Turcas hostes, quia credit hoc casu posse vsucapi ab emptore per triennium, ne postea Dominus restituendo pretium amplius luere possit, vt in l. in bello. §. si quis seruũ. & §. sequẽti, & ibi glos. ff. eodem titul. de captiu. & postlim. reuers. In qua re tamen
24 respectu luitionis aduertẽdum videtur, quod data emẽtis scientia rei alienæ licet Domino, oblato ei pretio, quod dedit. quandocunque eam recuperare, quamuis si fuerit emens ignarus, post lapsum triennium Domino pretium offerẽti, restituere nõ teneatur, quasi quod vsu cœpisse eam tãto tempore videatur, vt probat tex. in d.l. in bello. d. §. si quis seruum. & ibi etiam glos. in verbo, oblato, & in verbo, post legitimum tempus, & in verbo, intelligi non potest, in fine, & in verbo, tempore, & in verbo, rectè, ff. de captiu. & postlim. reuers. nec sine ratione, quia vsucapio sine titulo, & bona fi-
25 de ex cursu triennali circa rem mobilem non procedit. l. vnica. §. cum autem. C. de vsucapione transform. §. 1. Instit. eod. tit. Iacob. Mandell. Albensis consil. 84. ad finem numer. 3. latè Hostiens. in summa de præscription. rubr. de vsucapionib. numer. 14. & sequ. vers. primo requiritur, & infra, vltra quod res furtiuæ, vel vi ablatæ non vsucapiuntur. §. furtiuæ. & §. quod autem dictum est. Instit. de vsucapion. Hostiens. in loco citato
26 numer. 5. & in similibus vix est, vt vsucapio procedat, quia nec qui eas res bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, vsucapit, cum qui sciens alienam rem ven-
27 diderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum committere dicatur. d. §. quod autem dictum est, in fine, & §. nouissimè sciendum. Instit. de vsucapion. Ad sustinendam tamen opinionem Simonis de Pretis considerari potest, quod quodam particulari fauore concessum est
28 redimenti ab hostibus, & latrunculis inimicę nobis gẽtis res alienas, vt eas triennio pręscribere possit, & amplius à vero earum domino pro luitione restituto pretio exbursato non molestari, ex quo aliàs nulla penitus erat spes earum recuperationis, & vt nostri inuitentur ad eas redimendas, nec deterreantur ex eo, quod eorũ dominium sit semper futurum in incerto. Si verò do-
29 mino ius luendi quandocunque competeret, & restrictum non esset ad terminum triennij, quo res mobiles vsucapiuntur per iura allegata, & illud est, quod sensit Bart. in d.l. in bello. d. §. si quis seruum. nu. 2. vers. vlti-
30 mo nota, dum ait, quod dominium hoc, quod redimẽs habet in his rebus est introductum de iure speciali, & ex particulari fauore; Nec mirum videri potest, quod tali redimenti, qui ipsarum rerum redemptarum dominus efficitur, vsucapio competat, cum res mea, per me vsucapi nõ possit. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucapionib. quia hoc verum est, quando quis est dominus irre-
31 uocabiliter, secus autem si est Dominus reuocabiliter prout in hoc casu ob facultatem primo domino concessam de luendo, quia tunc vsucapit, ac si non esset dominus, ita eleganter tradit Bart. in d. §. si quis seruũ, in secunda oppositione sub num. 1. & in finalibus verbis sub numer. 4. & in l. sequitur. §. fructus, & partus ad finem nu. 4. vers. vel dic. ff. de vsucapion. & notat etiã Alberic. de Rosate in eod. §. si quis seruum, circa principium, vers. In glos. quandocunque, & ad finem vers. in eadem glos. quasi quod hoc casu potius dicatur pre-
32 scribere ius luendi primo domino competens, quam ipsum dominium sibi per redemptionem acquisitum, vt est de mente Alberic. Nec ex eo, quod res sic empta obligata, est redimenti pro recuperatione pretij, l. senatus. §. final. ff. de legat. 1. glos. in d. §. si quis seruum, in verbo, oblato, & res sua nemini est obligata, leg. neque pignus. ff. de regul. iur. arguitur, quod redimens non sit dominus, quia hoc procedit in re, quæ mea est irreuocabiliter, & tanquam talis non potest esse mihi obligata, secus, in re, quę reuocabiliter est mea, vt in casu isto, quia potest mihi esse obligata. l. ex sextante §. Latinus. ff. de execution. rei iudicat. ita distinguendo notat Bartol. in d. §. si quis seruum, in prima oppositionem num. 1. & in d. §. Latinus. post principium, vbi etiam in indiuiduo meminit de d. §. si quis seruũ, in terminis nostris: sequitur Dec. in d.l. neque pignus, nu. 2. vers. & ideo, & ibidem Cagnol. nu. 2. ff. de regul. iur. Afflict. decis. 8. nu. 1. vers. in contrarium, & decis. 16. num. 3. & 4. vers. replicabat Iacobus, & infra, & Tiraquel. plures alios referens in tract. de retract. Lignagier. §. 1. glos. 7. numer. 70. vers. & quod in simili dicimus, quibus additur Alexand. cons. 100. num. 6. vers. nec se fundat Dynus, lib. 7.

EPITOME.

Agitur de probatione adulterij, & an ad illud probandũ admittantur testes singulares ad effectum deueniendi ad condemnationem, vel ad alium finem, & de Testiũ singularitate obstatiua, cumulatiua, & diuersificatiua, & an, & quando in qualibet earum liceat coniungere testes, vt fidem faciant, & de alijs in hac materia.

SVMMARIA.

1 *Adulterium, an probetur per Testes singulares ita vt ex eis ad condemnationem deueniri possit.*
2 *Testium singularitas idem est, quod testium vnitas, & numer. 7.*
3 *Testis singularis propriè dicitur ille, qui in sua depositione contestem non habet.*
4 *Testium singularitas alia obstatiua, alia diuersificatiua, alia cumulatiua.*
5 *Testium singularitas obstatiua, quæ sit.*
6 *Singularitas in testibus non facit probationem.*
8 *Testiũ singularitas vbi est, ibi & varietas, & cõtrarietas.*
9 *Testes inter se varij & contrarij nihil probant, & nu. 14.*
10 *Testes singulares ob eorum singularitatem præsumuntur falsi, ac dolosi.*
11 *Singularitas diuidit, ac lacerat testium testimonia.*
12 *Testes singulares nihil probant etiamsi essent plures nu. & maximè in singularitate diuersificatiua, & numer. 22.*
13 *Testes singulares quanto magis sunt plures numero, tanto minus probant.*
15 *Testes singulares non possunt coniungi ad aliquam probationem faciendam.*
16 *Testes singulares non auxiliantur regula, quæ singula nõ prosunt, simul vnita iuuant.*
17 *Testes singulares in crimine falsi incidisse dicuntur, ita, vt Iudici detur materia contra eos procedendi super falsitate commissa.*
18 *Obstatiua singularitas, impedit dictum vtrisque esse verum.*

19 *Testium*

19 Testium singularitas diuersificatiua, quæ sit.
20 Testes singulares singularitate diuersificatiua qui sint, & qualiter cognoscantur & num. 2.
23 Testis vnus in actu reiterabili probat semiplenè, plures ac diuersi nihil probant.
24 Testium singularitas diuersificatiua non potest considerari, nisi in actu reiterabili.
25 Testium singularitas cumulatiua, quæ sit.
26 Testes deponentes de diuersis actibus, et diuerso tempore, licet sint singulares, tamen quia veniunt ad eundem rei finem per diuersa media, et per diuersas coniecturas sibi ad inuicem patrocinantes, probant semiplenè.
27 Testium singularitas cumulatiua admittit omnes probationum cumulationes.
28 Testes singulares an admittantur, quando agitur de probando quid in genere, et nu. 42.
29 Testes singulares in criminalibus non sufficiunt ad condẽnandum, et puniendum.
30 Testes singulares non recipiuntur, quando tractatur de certo actu in specie certo loco, et tempore facto, qui illicitus, et punibilis reputatur.
31 Adulteriũ in genere, idest, quod aliquis sit adulter, potest probari per testes singulares, secus de adulterio in specie.
32 Probatio generica, et specifica alicuius delicti quomodo intelligenda sit.
33 Vita impudica, et inhonesta vxoris põt probari per testes singulares, ad hoc vt priuetur vsufructu ei à viro relicto.
34 Testes varij loco, et tempore in facto non reiterabili non probant, aliter in facto reiterabili et quæsit ratio.
35 Probatio contra aliquem fit, vel per propriam scripturã, vel per propriam oris confessionem, vel per testes, vel per publicum instrumentum.
36 Testes quando dicantur singulares, et quando probent, vel non et num. 37.
38 Probatio, quæ habet in se cõtinuationem, et temporis perseuerantiam, siue sit totum vnum, siue habeat actos, et partes distĩctas, et separatas, põt fieri per testes singulares.
39 Obiectio, et responsio circa singularitatem testium.
40 Actus plures, quãdo habent vnum originem, et vnam causam, illa origo et illa causa probatur per testes singulares, secus quando actus sunt separati.
41 Adulterium cum non sit probatum sufficienter ad condẽnandum, si extant indicia ad torturam, reus torquetur, et si negat, purgata suspicione, absoluitur.

CASVS CC. LXXXXIII.

1 VIdi non semel in contingentijs facti disputari, an ad probandum adulterium ad mitterentur testes singulares ad hoc, vt ex eis ad condemnationem deuenire posset; pro cuius rei dilucidatione duo præmittenda censui, vnum quod testium singularitas idem
2 est, quod testium vnitas. Bald. consil. 406. in princ. lib. 1. adeò quod idem est dicere, quòd testes sint singulares, vel dicere quid sint soli, seu vnici, vt est text. cum glos. in cap. tam literis, in princ. extra de testibus, vbi gl. exponendo verbum, soli, ibi positum, dicit, soli, idest singulares, quam expositionem approbant, & communiter per Doctores teneri dicunt, Petr. in tract. de fidei. com, q. 12. num. 484. & rursus numer. 572. & Farinac. in pract. crim. titul. de oppositionib. contra dicta testiũ
3 q. 64. num. 2. Ille enim verè, & propriè dicitur singularis, qui in sua depositione contestem non habet, sed in ea solus, & vnicus est, Pract. Papiens. in forma oppositión. contra test. in glos. in verbo, suntque etiam singulares, num. 1. Mascard. in tract. de probationib. conclus, 856. num. 2. tomo 2. & Farinac. d. q. 64. num. 28. versic. tertia sit conclusio, & alij per eos allegati. Se-
4 cundum quod triplex reperitur singularitas, quicquid aliqui de minori, vel maiori numero dixerint, videlicet obstatiua, diuersificatiua, siue subalterna, & adminiculatiua, seu cumulatiua, vt voluerunt Bald. in cap. licet causam, num. 11. extra de probation. Cepol. cons. ciuili 3. num. 9. versic. & licet isti testes, & infra. Alex. de Neuo consil. 71. num. 7. 8 & 9. versic. vnde aduertendum est. Crauet. cons. 267. num. 3. 4. versic. tota difficultas, & infra. & in tract. de ant. qu. tempor. in 4. parte principal. in §. seu sectione, sed enim quia ista materia, nu. 1. & sequent. Gabriel. titul. de testib. conclus. 2. num. 9. & 10. versic. nota etiam. Ioseph. de Ludouic. decis. Perusina 9. numer. 10. versic. nec obstare dicebam. Petr. d. q. 12. nu. 488. & sequent. num. 585. versic. & si fortè. & num. 615. & seq. versic. & concludit. & Farinac. d. q. 64. num. 4. dicens esse magis communem Doctorum sententiam. Obstatiua enim singularitas est quando de
5 vno indiuiduo, seu de vnico tantum actu probando reiterabili, sed non reiterato agitur inter testes, in quo variatio loci, aut temporis inter ipsos interuenit, quia vnus dicit de vno loco, vel tẽpore, alter de alio, prout euenit in testibus Susannæ, quia cum de vnico tantum crimine adulterij argueretur, ex quo senes illi testes nõ deponebant pluries eam vidisse in adulterio, sed vnica tantum vice, & nihilominus, quia variabant in loco, ex quo vnus dicebat sub vna arbore, alter verò sub alia, obstantia, & contrarietas inter ipsos inducebatur, ex
6 qua singularitas resultabat, quæ nihil penitus probat, vt punctualiter voluerunt Bald. in d. cap. licet causam num. 11. de probationib. Cepol. d. cons. 3. num. 3. Crauet. d. consil. 366. numer. 3. versic. tota difficultas, & in dicta sectione, sed enim nu. 1. & 2. Petra d. q. 12. numer. 489. & 615. Ioseph de Ludouicis d. decis. Perusina 9. num. 11. versic. & obstatiua singularitas, & Farinac. d.
7 q. 64. numer. 5. Nec mirum quia cum singularitas idem sit, quod vnitas, vnicus testis non probat. l. iurisiurand. C. de testib. Petra d. q. 12. numer. 485. Farinac. d. q. 64. numer. 34. & quia vbi adest hæc singularitas in testibus
8 ibi dicitur adesse varietas, & contrarietas, & testes inter se varij, & contrarij nihil probant, quia vnus alteri
9 contradicendo, se inuicem collidunt, nec constat quis eorum veritatem dixerit. l. qui falsò, vel varie. ff. de testib. Bald. in rubr. de controuersia inuestit. num. 2. Crauet. cons. 41. num. 7. Petra d. q. 12. num. 510. 511. 582.
10 & 583. Farinac. d. q. 64. num. 35. & quia ex singularitate arguitur dolus, & falsitas, vt post Bal. l. in d. l. iurisiurandi, nu. 4. versic. deinde nota rationem. C. de testib. probat Foiler. in pract. crim. in 2. parte secundæ partis principalis, in verbo. Item quod commisit falsitatem, numer. 26. & post eum Farinac. d. q. 64. numer. 36. In-
11 fringit enim ac diuidit, & lacerat singularitas testium testimonia, quia omne diuisum laceratum est, ideoque testes singulares tanquam diuisi, & lacerati non probant. Bald. consil. 25. colum. 1. in fine. nu. 2. lib. 3. Crauet. consil. 41. nu. 7. in fine. Petra d. q. 12. nu. 6, 6. vers.
12 & ibi addit. Quod procedit etiam si essent plures numero, quia numerus hanc exceptionem non tollit, vnde tantum probant mille testes singulares, quantum vnus, Bald. in d. l. iurisiurandi. num. 4. versic. deinde nota rationem. C. de testib. Cepol. d. cons. Ciuili 13. num. 9. circa princip. Felyn. in cap. licet ex quãdam. sub nu. 2. versic. vnde tantum probant mille. extra de testib. Dec. in d. cap. licèt causam. num. 61. extra de probatió.

Marsil.

Marsil. sing. 14. vulgatum, post principium, versi. quinimo etiam, Cotta memor. in verbo, testes singulares, versic. ex his tantum probat, vnus, Anton. Gomez. lib. variar. resolut. Tomo 3. de delict. tit. 12. de probat. delictor. num. 10. ad finem, post versi. item adde. Ioseph. de Ludouicis d. decis. 9. n. 8. Petra d. q. 12. nu. 486. & 677. versic. & latius ac magistraliter, & Farinac. d. q. 64. numer. 37. & seq. in prima, & secunda ampliat. vbi etiam probat, quod immo cum plures sunt, tanto minus illis
13 credendum est ob maiorem contradictionem, vt considerat Bald. in d. l. iurisiurandi, C. de testibus quem sequuti sunt Dec. in d. cap. licet causam, num. 61. extra de probation. & cons. 189. num. 9. & alij de quibus meminit Farinac. supra relatus, quibus addo Cœpolla d. cons. Ciuili, 3. num. 9. post versic. & licet isti testes videantur esse singulares, & Petram d. q. 12. num. 487. & 677. vnde dicit Bald. in d. rubr. de controuer. inuestitur, numer. 2. quod si duo essent testes singulares non conferentes in vnum rei finem, qui eos produxit, non diceretur aliquem testem habere, quia propter varie-
14 tatem testimonij nulla fides adhiberetur, quia hæc obstatiua singularitas infringit testimonium, idem post Bald. tenuit Alexand. de Neuo consil. 71. sub numero decimo versiculo vnde Bald. Ita vt ex istis testibus sin-
15 gularibus nulla coniunctio ad aliquam faciendam probationem fieri valeat, vt in hac singularitate optimè resoluit Crauett. in d. sectione, sed enim, num. 6. versic. ista triplici differentia singularitatis testium, sic præmissa, & considerata. Petra nullam de Crauetta faciens mentionem d. q. 12. numero 489. & 490. versiculo, & dicit, nu. 678. versiculo, & in istis testibus singularibus, inquiens in talibus testibus non habere
16 locum regulam, quod quæ singula non prosunt, simul vnita iuuant, immo tales testes singulares in crimen
17 falsi incidisse dicuntur, ita vt Iudici detur materia contra eos procedendi, & inueniendi, quis ex illis falsitatem commiserit, cum vnus alterius dictum destruat, vt tradit Boss. in pract. crim. tit. de falsis, nu. 23. & seq. versic. nec illi testes Susannæ, quem sequutus est Ioseph. de Ludouic. d. decis. 9. nu. 11. versiculo, & obstatiua, singularitas, in fine, & facit Crauetta d. consil. 267. sub num. 3. circa principium, dum ait hos testes nedum non probare, sed necessario falsos esse, Id quod optimè probat text. in cap. nihilominus 3. q. 9. cuius hæc sciente verba nihilominus quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur, nec eorum voces tamquam plurium admittuntur. quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit, & ibi notant glossa, & scribentes, qui etiam loquuntur de testibus contra Beatam Susanam examinantis, & reprobatis, quia dicebant, quod in eadem hora, & in diuersis locis commissum esset per illam adulterium, quod committi non poterat eadem hora, & in diuersis locis per eos depositis, & propterea benè dicit Alexand. de Neuo d. consil. 71.
18 sub n. 7. quod ista obstatiua singularitas impedit dictū vtriusque testis esse verum, de eaque poni posse exemplum in Susanna, & Sacerdotibus, qui testificati fuerūt
19 contra ipsam. Diuersificatiua, siue subalterna singularitas est, quando in actu reiterabili testes ita deponunt, vt necessario factorum diuersitas ex tali depositione inducatur, vt si quis vellet probare mutuum, & articulare de decem aureis ea de causa numeratis, & aliqui testes dicant de mutuo facto in vno loco, & certo tempore, alij autem testificentur de mutuo facto in alio loco, & in alio tempore, quia tunc cum ex varietate loci, & temporis de necessitate insurgat
20 diuersitas mutui, isti testes non vti contrarij, & repugnantes, sed vt diuersi, & de diuersis actibus deponentes reputantur, propterea que dicuntur singulares, non singularitate obstatiua, sed diuersificatiua, ex qua plura mutua considerantur, vnum scilicet factum vno loco, & tempore, & aliud in alio loco, & tempore ex quo mutuum est reiterabile, & dicta omnium testium possint esse vera, licet non probent ipsum mutuum articulatum, ita in puncto tradunt Crauet. d. cons. 267. sub num. 3. versic. secundo dicitur singularitas diuersificatiua, & in dicta sectione, sed enim, num. 4. & 5. versic. alia, & tertia est singularitas, Ioseph. de Ludouicis d. decis. Perusina 9. num. 12. versic. diuersificatiua verò singularitas, Petra d. q. 12. numer. 488. post versic. alij verò, num. 585. & seq. vers. & si fortè, & infra, & num. 616. versic. secunda autem singularitas, & Farinacc. d. q. 64. num. 7. versic. diuersificatiua singularitas dicitur, & pulchrè Alexand. de Neuo d. consil. 71. num. 8. versic. secunda est, qui eam appellat multiplicatiuam singularitatem, eo quod ex
21 pluribus testibus inductis puta ad probandum vnum factum vsurarium nullus de eo deponit, sed vnus testificatur de vsura cum ipso commissa, & similiter alius, adeo quod non probant id, ad quod principaliter sunt inducti, sed deponunt de multiplicatione plurium actuum, quorum nullus plenè probatur; nec a prædictis dissentit Cœpolla dicto consilio Ciuili 3. sub numero nono versiculo secunda est singularitas, licet eam alio modo exemplificet, & de eo mentionem faciat Petra sub d. num. 585. & dicit Crauet. d. consilio 267. sub num. 3. in fine, & n. 4. quod in ista singularitate diuersificatiua propriè procedit, quod supradictum est, quod vbi testes sunt singulares minus probant mille, quam vnus, ita vt simul coniungi non possint ad
22 probandum plenè, vel semiplenè, ex eo quod cum actor solum petient vnum debitum ex causa mutui, & testes loquantur de pluribus, & diuersis mutuis, ignorat Iudex quod, & quale sit mutuum petitum, probatioque actoris propterea remanet dubia, & incerta, & non releuans, lege non hoc, C. vnde legitimi, & capitulo in præsentia, extra de probationibus, idem voluit ipse Crauett. in dicta sectione, sed enim, sub num. 4. & 5. & melius numero 7. versic. aut loquuntur, vbi id apertè explicat, & subiungit, quod si esset vnus testis tantum integer, & legitimè deponens probaret
23 semiplenè, sed vbi sunt plures diuersa loquentes in actu reiterabili, licet non sint repugnantes, nihil tamen probant, quia inuicem se debilitant, vt propterea cesset coniunctio, Ioseph. de Ludouicis d. decisione Perusina 9. sub d. numero 12. & 13. Petra dict. q. 12. nu. 387. in fine nu. 489. & 490. nu. 506. & seq. vers. & quod testes singulares non iunguntur. & nu. 582. & 583. versiculo, & ita illum testium, & numero 677. in fine, & nu. 678. versic. & quod plures, & infra, & est de mente Farinac. d. q. 64. nu. 48. & 49. versic. sublimitando præcedentem limitationem, dicit tamen Crauet. in dicta sectione sed enim, sub num. 5. in fine, quod
24 ista singularitas diuersificatiua non potest considerari, nisi in actu reiterabili, quia si poneres actum vnicum, & non reiterabilem, & in eo testes essent varij in loco, vel tempore, tunc dicti testes non essent singulares, sed contrarij, & repugnantes ad inuicem, & essemus in singularitate obstatiua, & est verissima considera-

sideratio, & propterea in hac tractatione ipse supra proposui casum in actu reiterabili, per vt faciunt alij Doctores de hac re loquentes excepto Farin.

25 Adminiculatiua, seu cumulatiua singularitas est, quando in testibus nulla est repugnantia, vel contrarietas, nec vlla resultat factorum diuersitas, sed potius vnus ex testibus adminiculatur, & patrocinatur alteri, quia omnes, licet per diuersa media, & per diuersas rationes, & causas loquantur, tendunt ad eundem rei finem, vt si vnus testis deponat de veritate rei, alter de illius confessione, vel de fama, & si enim testes ita de-
26 ponentes sunt singulares in eorum dicto, quia deponunt de diuersis actibus, & de diuerso tempore, tamen quia non discordant in vnum rei finem, sed veniunt ad eundem finem per diuersa media, & per diuersas coniecturas, sibi ad inuicem patrocinantes probant semiplenè, Bald. in dicta. rubrica de controuers. Iuest. col. 1. num. 2. Alexand. de Neuo d. consil. 71. numer. 9. versic. tertia est diuersitas, Alex. consil. 21. column. 2. num. 4. lib. 4. Cœpol. d. consil. Ciuili 3. sub num. 9. versiculo, & est tertia singularitas, & infra, Crauett. dicto consil. 267. sub num. 4. versic. tertia, & vltima est singularitas cumulatiua, & in d. tract. de antiquit. tempor. in 4. parte in §. seu sectione, sed enim, num. 3. versiculo alia est singularitas testium. Ioseph. de Ludouic. d. decis. Perusin. nona num. 14. versiculo. est igitur, Petra in tract. de fideicommiss. q. 12. numer. 488. & seqq. post versic. alij vero, & num. 585. versic. & si fortè, & rursus num. 618. & seq. versic. tertia autem singularitas, & Farinac. d. q. 64. num. 6. versic. adminiculatiua singularitas, & in hac singularitate adminiculatiua admit-
27 tuntur omnes probationum cumulationes, & proinde quod tales testes singulares coniunguntur ad plenam probationem faciendam, vt tradunt Castr. consil. 380. ad finem, num. 2. lib. 1. cons. 109. column. 2. ad finem primi dubij, consil. 143. column. penultim. & fin. versic. dico igitur lib. 2. Ioan. de Anan. consil. 55. in 2. dub. num. 2. & 3. & ibi etiam Bolognin. num. 8. Alex. cons. 53. num. 4. lib. 1. & cons. 76 in 2. dub. nu. 4. & 5. lib. 6. Anch. cons. 276. col. 2. nu. 4. vers. & ideo vnus testis Corn. cons. 13. in princ. lib. 1. Calcan. cons. 8. col. 5. sub n. 9. Dec. cons. 650. col. 2. sub nu. 10. Crauet. d. consil. 267. num. 5. & 6. versicul. in ista igitur singularitate adminiculatiua, & in dicta sectione, sed enim, numero octauo, & seqq. vsque ad finem, versicul. tota difficultas, in quibus locis latè insistit Crauett. & ex pluribus opinionem hanc firmat, adducendo pro ea infinitas Doctorum auctoritates, cum qua sententia conuenit idē Crauett. consil. 73. sub num. 34. post versic. alibi, & fortius scribit Gozad. & hanc esse communem, & receptissimam scribentium sententiam dicit Ioseph. de Ludouic. d. decis. nona nu. 15. & probat etiam Cœpolla d. cons. 3. numero 9. 10. & 11. versiculo imo dico plus, & infra vsque in finem, & voluit Petra d. q. 12. numero 489. & 490. & copiosè ostendit Alex. de Neuo d. cons. 71. n. 9. & seq. & ad finē, sub n. 21. ver. ex his cōcluditur.

28 His igitur præmissis dico, quod licet testes singulares admittantur, quando agitur de probando quid in genere, vt per Calcan. consil. 9. num. 3. versic. cum. n. & post antiquiores tradunt, Crauet. d. cons. 73. numer. 32. vers. non obstat, d. cons. 267. sub numero 4. versic. idem quando agitur de probando quid in genere, dicens esse opinionem veriorem, & magis communem, & in dicta sect. sed enim, num. 11. & seqq. versiculo eadem ratione videmus, vbi testatur ita fuisse iudicatum per Curiam parlamenti Gratianopol. Gabr. dict. titulo de testibus, conclus. 2. num. 19. versic. primo limita, vbi refert plures, hanc esse communem opinionem testātes, cum qua veluti magis communi pertransit num. 21. in fine, latissimè Petra in tract. de fideicomm. quæst. 12. nu. 538. & quamplurib. seqq. versic. decimus quintus effectus est, vbi quadraginta duos Doctores, tenentes hanc opinionem refert, quam magis communem fatetur, licet in ea persistere non videatur; & nouissimè Farinac. d. quæst. 64. num. 150. versicul. limita quinto, & generaliter, vbi alios cum eadem sententia transeuntes citat, quam postea tanquam magis communem retinet num. 152. tamen in criminalibus testes singulares, non sufficere ad condemnandum, & pu-
29 niendum clarissimum est, nam si in ciuilibus non probant, multo minus in criminalibus probare debent Abb. consil. 34. num. 4. lib. 1. Dec. consilio 189. num. 9. Marsil. cons. 1. nu. 25. Gomez. lib. variar. resolut. tomo 3. de delict. tit. 12. de probat. delictor. num. 10. versic. item adde, vbi testatur de communi opinione, Clar. in pract. crim. q. 53. num. 18. & 19. versic. dixi etiam, & Farinac. d. q. 64. num. 57. & seq. versic. amplia sexto regulam, & propterea cum de certo actu in specie, certo tempore, & loco facto tractatur, qui illicitus, & puni-
30 bilis reputatur, vt ex eo imputatus puniatur, clara illius probatio requiritur, nec testes singulares recipiūtur, Gabr. d. titul. de testib. d. conclus. 2. numero 57. & 58. vers. primo sublimita, dicens ita sumi ex glos. in l. ob carmen, §. fin. ff. de testib. & ponere Alex. in pluribus eius consil. & Gabriel. secutus est Bertaz. cons. crim. 41. num. 31. versic. nihil etiam facit, lib. 1. vbi eiusdem sententiæ alios de communi testantes refert. Nec nocet quod adulterium ex testibus singularibus probare dixerit Crauetta dicto consil. 73. numero 33. adducens Bal. id probantem cons. 207. num. 2. lib. 4. Gabr. d. conclus. 2. num. 51. versic. decimo sexto infertur, Clar. dict. quæstione 53. num. 19. versic. sed quid si agatur, & Farinac. dict. quæst. 64. num. 223. versic. limita decimo septimo, & num. 227. ver. & licet, Mascard. in tract. de probation. tom. 1. conclus. 59. num. 19. & conclus. 65. num. 1. & alij per eos adducti. Quia hoc intelligitur
31 procedere, quando agitur de probando adulterium in genere, puta, quod quis sit adulter, quia tunc secundum supra relatos doctores sufficit probatio per testes singulares, vt etiam dixit Alexand. consil. 189. num. 12. lib. 6. & cons. 13. num. 24. lib. 7. secus autem vbi agitur de probando adulterio in specie, quia tunc, vt condemnatio sequi possit, saltem duo testes contestes, & integri requiruntur, nec satis sunt testes singulares, ita inquit Clar. d. quæst. 53. num. 18. & 19. Subdens ita
32 vidisse seruari, & quod tunc dicitur agi de probando delicto in genere, quando tractatur non de pœna inferenda, sed ad alium finem, puta ad priuationem dotis, vel ad diminuendam fidem testis, tunc vero agi de probando delicto in specie, quando tractatur de puniendo aliquem criminaliter pro illo ipso delicto, & Clar. sequutus est Farinacc. d. quæst. 64. numero 156. & seq. vers. sublimita, quarto, & rursus num. 226. & seq. versic. sublimita primo hanc decimamseptimam limitationem, & num. 229. & seqq. versiculo sublimata tertio, cum qua opinione transit Bertazol. cons. crim. 452. num. 17. & 18. versic. secundo quicquid sit, libro 2. adducens Ioan. de Amic. cons. 127. numer. 6. & seq. Grat. cons. 50. nu. 9. & 10. lib. 2. & Clar. supra relatum, & optimè seruit Bal. d. cōs. 207. lib. 4. vbi agit de priua

tione vsusfructus relicti per virum vxori ob illius impudicam, & inhonestam vitam, volēs ad hoc sufficere
33 probationem per testes singulariter deponentes, quasi quod agatur de delicto in genere, secus autem vbi agitur de delicto in specie, quia tunc debent testes specificè concurrere in eodem actu probando, & dicit idē
34 Bal. in cons. 25. in 2. dub. nu. 2. lib. 3. quod quando deducitur aliquod factum non reiterabile, testes super eo deponentes si sunt varij in loco, vel tempore non probant, quia illa diuersitas inducit incomparabilitatem, & facit, vt falsum fuerit depositum, secus verò si factū esset reiterabile, quia tunc diuersitas ista in testibus, si non reddit eos contrarios, reddit tamen eos singulares & non probantes, quod est notandum, & quidem cum
35 ad probationem faciendam contra vnum requiratur propria scriptura, lege scriptura, Codic. de fide instrument. & l. rationes, C. de probat. aut publicum instrumentum, l. in exercendis, C. de fide instrument. aut testes, l. 1. & toto titul. C. de testib. aut propria oris confessio, auth. generaliter, & auth. contra qui propriam, C. de non numerand. pecun. & neutrum concurrat, absolutioni locus est, per regulam lege qui accusare, de edend. quia quo ad probandum nullæ aliæ probationum species reperiuntur, vt post Speculat. Nicol. de Matharell. Baldus, & Ioann. de Anan. dicit Ludouic. Bologn. in addit. ad cons. 55. Ioan. de Anan. nu. 8. vers. ad secundum verò. His conuenit, quid notat Anchar. cons. 277. ex prædicta facti narratione, num. 6. & seq. versic. non obstat, & infra, vbi eleganter dicit, quod quādoq; deducitur vnum factum, quod perficitur vno
36 loco, & tempore, puta vnum homicidium, vnum adulterium, vel vna obligatio ex consensu partium, vt mutuum, commodatum, vel depositum, & hoc casu si testes deponunt de diuersis locis, & temporibus, veluti singulares non probant vnicum homicidium, adulterium, mutuum, commodatum, vel depositum, deductum in iudicio, sed diuersum, & isti dicuntur singulares, & non probant identitatem facti, ex quo nascitur obligatio, & actio, quæ deductæ sunt in iudicio, & ita intelligitur exemplum de Susanna, & quod alias
37 dicitur de singularitate testium, quandoque deducitur quoddam factum, quod non cepit essentiam in momento temporis, vel Primo loco, vt conspiratio, coniuratio, & tractatus, quia conficitur vna commotio, & rebellio ex varijs partibus, siue præparamentis, vt quia vnus voluit inuadere hostiliter territorium, alius occupare castrum, alius capere dominum, alius aliquid facere, ex quibus tam varijs, & singularibus actibus perficitur vnus tractatus, vna rebellio, & commotio contra statum, & quilibet testis deponens de actu singulari, & diuerso ab alio deponit de tractatu, & conspiratione, & eam perficit, & hoc casu singularitas testium probantium, licet singulari-
38 ter hoc, & illud, non vitiat; adeo quod si volo probare aliquid, quod habet continuationem, & temporis perseuerantiam, siue sit totum vnum, siue habeat actus, & partes distantes, & separatas, singularitates testium respectu loci, & temporis non vitiat, alias lex astringeret ad impossibile de facto, si vellet omnia continuata, & distantia, siue separata per eosdem testes probari, nec inquit obstare, quod licet plu-
39 ralitas diuersorum actuum, ex quibus coniuratio, & tractatus perficiuntur, non requirat concordiam singulorum actuum in omnibus testibus, tamen videatur exigi necessario, quod quilibet actus singularis probetur per duos testes, quia respondet, quod hoc procedit quando id, quod est probandum, non propter se, sed propter illud, quod ex eo elicitur, est finalis intentio probare volentis, secus vero quando aliquid est probandum, quod per se, & propter se est finalis intentio probare volentis, quia tunc admittuntur testes singulares, & finaliter concludit, quod quando actus plures habent vnam originem, & vnam causam, illa
40 origo, & causa probatur per testes singulares, sed vbi actus sunt separati, dicuntur tamen reiterati per expressam similitudinem, non autem identitatem, requiruntur testes contestes, alias non probant, & vt latius tradit ipse Ancharan. hanc suam distinctionem clarius per exempla patefaciens quæ præsenti casui benè de-
41 seruiunt; Vnde si delictum adulterij non est ita probatum, vt ad condemnationem deueniri possit, & extant inditia ad torturam sufficientia, vt in casu Bald. cons. 427. quædam mulier, per totum, lib. 5. quod ad verbū reperitur etiam inter consil. Romani consil. 451. ad illam deueniendum est, & si in illa tortus perseueret in negatiua, quasi purgata omni suspitione debet absolui ex probationum defectu, vt concludit Bald. d. consilio 207. ante finem, numero 11. in fine, versiculo conclusio est, & Roman. d. consil. 451. pariter ad finem sequitur Mascard. d. conclus. 59. in fine, numer. 21. Additur
42 quod multi sunt, & magnæ authoritatis Doctores negantes delictum in genere per testes singulares probari posse, vt patet ex deductis per Crauet. d. consilio 73. dicto cons. 267. & dicta sectione, sed enim, num. supra citatis, per Clar. d. q. 53. sub num. 19. per Gabriel. d. conclus. 2. num. 21. versic. contrariam opinionem, & per Farinac. d. q. 64. num. 151. versicul. contrarium quod imo, & ita se habere magis communem, & verā scribentium sententiam dicit Ioan. de Amicis consilio 127. sub num. 1. in fine, & num. seqq. Bertaz. d. consilio crim. 41. num. 31. versic. nihil etiam facit, lib. 1. & consil. 452. num. 16. post versiculum, nec est verum, libr. 2. vbi pariter ait esse receptiorem, & veriorem, & copiosè Petra in tract. de fideicomm. q. 12. num. 150. & quā plur. seq. qui eam veluti veram, & magis communiter receptam probat, de quo non opus videtur plura nos hic agere, cum data pro nunc affirmatiua sentētia pro veriore, & communiore, illa in proposito nostro aufugiatur, cum agatur de probando delicto in specie.

EPITOME.

De Disciplina militari, Militibus, varijs militum delictis, illorum pœnis, militum Iudicibus, eorumdem priuilegijs, & alijs ad rem militarem pertinentibus.

SVMMARIA.

1 *milites boni institutione fiunt.*
2 *milites cibo, vinoque graues, scortis, rapinisque propensi, ad prælium non sunt idonei.*
3 *milites in acie, nec sui generis, nec sanguinis memores esse debent.*
4 *milites sine Principis licentia vxores, vel alias mulieris in Castris habere prohibentur.*
5 *milites in prouincia vbi degunt vxores ducere non possunt.*
6 *milites, qui vxores apud se in Castris habent, de illarum delictis tenentur.*
7 *Principes nō debēt permittere mulieres in Castris morari.*
8 *Libido in re militari seuerè castiganda est.*
9 *Pœna militis libidinosi ex macrino Imperatore quæ erat.*

10 mi-

10 milites corpus, atque arma ad bellum parata semper habere curent.
11 milites annonam sibi debitam semel accipere recusantes, eam amplius, nec eius precium consequi possunt.
12 Pagani, in quorum territorio exercitus transit in parato habere debent, vnde milites alantur.
13 milites suis cibarijs, ac stipendijs sint contentis.
14 milites concutientes, & opprimentes populos puniuntur, & quadruplum restituere tenentur.
15 milites militando in bello iusto non delinquunt, militando vero propter prædam grauiter peccant.
16 milites etiã de iure canonico licitè possunt hostes occidere.
17 milites non occidentes hostes, cum possint, Rei sunt Imperij spreti.
18 milites hi dicuntur, qui sacramento obstricti, & in numeros relati sunt.
19 milites etiam nautæ, & remiges in classibus dicti sunt.
20 Clerici militare prohibentur.
21 Arma Clericorum aduersus hostes sunt orationes.
22 Clerici secularibus negocijs se immiscere non debent.
23 Clerici militantes amittunt gradum, nisi sint in minorib.
24 Clerici in minoribus militantes non fiunt irregulares, nisi hostem occiderint, aut vulnerauerint.
25 Coloni non sunt cogendi militare, nec vltro se ad militiam offerentes recipiuntur.
26 militiæ decus cum sordibus agrorum non satis conuenire videtur.
27 milites veterani ad quietem donati rei rusticæ operam dare prohibentur.
28 Serui ad militiam aspirare non possunt.
Item nec qui status controuersiam patiuntur, nec pro liberis habiti, aut redempti ab hostibus prius quam seluant.
29 milites esse non possunt rei capitalis criminis, vel ad bestias damnati, aut in Insulam deportati, & n. 97.
30 Relegati vero ob causam non famosam à militia non repelluntur, secus ob causam famosam.
31 miles esse non potest, qui cum adultero vxoris suæ pactus est.
32 Hæretici militare prohibentur.
33 milites ignominia missi, in militiam amplius non recipiuntur.
34 Nomen armatæ militiæ in fraudem ciuilium munerum nemo assumere potest.
35 miles, qui litis causa, vel metu criminis militiam adeptus est, ab ea eximitur.
36 Vagus, & veteranus debilis in milites assumi non possunt.
37 milites esse non possunt, qui sunt membris debilitati.
38 Testiculum vnum habens non dicitur membris debilitatus, nec morbosus, aut vitiosus.
39 milites desertionis causa militia priuati ad eam amplius non aspirent.
40 milites nec agriculturam, nec mercaturam, nec alia negotia exercere possunt.
41 milites in prouincia prædia emere non possunt, & n. 46.
42 milites non possunt eodem tempore duas militias diuersi generis habere.
43 miles procurator esse non potest præter quam in rem suam.
44 milites accusare non possunt, nisi in crimine læsæ maiestatis, vel nisi suam, suorumuè iniuriam prosequantur, & num. 39.
45 milites obsequio Principis deputati sine ipsius licentia, nec etiam proprijs negotijs vacare possunt.
47 Aetas militiæ apta quæ sit.
48 milites veterani Tironibus præferendi sunt.
49 Principes proprijs militibus, non externis vti debent.
Petri Caballi Centuria Tertia.
50 Arma propria longè aptiora sunt, quam aliena.
51 Iuramentum qualiter olim, & hodie a militibus præstetur num. 52.
53 metatores, ac Præpositi qui sint, & ad quæ teneantur.
54 Diuisiones domorum pro militibus hospitandis quomodo fiant, & cui militum optio concedatur.
55 Tabernæ mercibus deputatæ ab hospitio militum sunt immunes.
56 milites, qui in loco, vbi exercitus moratur domum habent, non possunt aliam petere hospitij gratia.
57 milites hospitio recipere quæ personæ non teneantur.
58 milites ab hospite, nec pro se nec pro animalibus quinquam petere possunt.
59 metatores, qui per concussionem ab hospitibus pecuniam acceperint, exilio damnantur, & duplum reddere coguntur.
60 milites semel militiæ adscripti sine demeritis deleri non debent.
61 missio militum alia honesta, alia causaria, alia ignominiosa.
62 missio honesta quæ sit, & eius priuilegia.
63 missio causaria, quæ sit, & eius priuilegia.
64 missio ignominiosa quæ sit, & quibus pœnis afficiantur tales sic missi.
65 missio ignominiosa, quæ ad tempus, fit, non irrogat infamiam.
66 Infamia quid differat ab ignominia.
67 milites omnes, tam priuati, quam graduati possint ignominiæ causa mitti.
68 missio altera, addita ab Authore ex Vulpiano, & quæ sit, declaratur.
69 Imperator solus, vel Dux exercitus missionem dare possunt.
70 Natura prona est ad malum.
71 Delicta impunita non remanere Reipublicæ interest.
72 Delicta militum, aut propria, aut communia sunt.
73 Delicta propria, quæ sint ex capitulis militaribus magni Ducatu Aetruriæ declaratur.
74 Delicta communia quæ sint.
75 Dolus in quocunque militum crimine requiritur, alias pro modo culpa pœna minor ordinaria imponitur.
76 milites grauius quam alij pro delictis militaribus puniuntur, & n. 83.
77 Dux in castigandis delictis militaribus placidus esse debet.
78 Pœnæ militares quæ sint.
79 Pœna fustium quæ sit, & qualiter antiquitus, exequebatur.
80 Differentia inter fustibus cædi, & castigari, siue admoneri.
81 Pœna fustium leuior est, quam flagellorum.
82 Legio si deficiat, vel in aliquod flagitium conspiret, ex authorari potest, n. 99.
84 Delicta militaria culpa tantummodo commissa aliquando capite puniuntur.
85 Voluntas, & iudicium distingunt maleficia.
86 Ebrietas minuit pœnam.
87 milites, vel antequam nomen dederunt, vel post delinquunt.
88 Delictum ante nominis dationem quod sit, & qualiter puniatur.
89 Pater qui filium debilitauit, vt ineptus esset ad bellum, vel alio modo militiæ subtraxit, qua pœna multetur, n. 90.
91 Pœna militis, qui metu hostium languorem simulat, vel se vulnerat, vt militiam euitet, et n. 184.

92 Pœna militis, qui sciens se inhabilem militiæ in militum numero legi passus est.
93 Pœna militis, qui sine Principis iussu, nullo dato nomine, ordinibus se immiscet.
94 Pœna Ducis, qui sine Principis iussu milites elegit.
95 Pœna militis, qui nomen suum militiæ dedit, vt concussionem faceret aduersario cum ipso litiganti.
96 Pœna militis, qui post desertionem in aliam militiam nomen dedit.
98 Delictum militis post nominis dationem, quod sit.
100 Milites, qui se hosti dederunt, iusto metu coacti, excusãtur a pœna.
101 Milites deficientes loco transfugarum habentur.
102 Pœna militis agmen, vel ordinem, aut statum deserẽtis, vel rumpentis, & n. 134.
103 Pœna militis captiuos euadere permittentis.
104 Desertores qui dicantur, & qualiter puniuntur, & num. 107. 116. 124.
105 Desertor militiæ grauius punitur, si in aliam militiam se legi passus fuerit.
106 Desertor a quolibet occidi potest.
108 Bona defunctorum in desertione publicantur, & n. 125.
109 Pœna desertorem receptantis, occultantis, vel dissimulãtis quæ sit, & n. 117. 122.
110 Desertor, si sponte redeat, etiam post quinquennium leuius punitur.
111 Desertor restitutus non recuperat stipendia eius temporis, quo in desertione stetit.
112 Pœna militis munus stationis relinquentis.
113 Pœna militis ab excubatione Præsidis, vel cuiusuis Præpositi desistentis.
114 Pœna militis ad diem cõmeatus præstitutũ nõ veniẽtis.
115 Pœna militis e carcere efracto fugientis, vel ad id auxilium dantis.
118 Delicta desertionis, læsæ Maiestatis, & patriæ oppugnatæ, vel proditæ aboleri non possunt.
119 Miles crimine desertionis damnatus non potest iure militari testari.
120 Ductor exercitus crimine desertionis damnari potest.
121 Milites de publicis bellis fugientes iure canonico sunt infames, & nu. 188.
123 Desertor remittitur puniendus ad suum Ducem sed si graue est delictum, ibi punitur, vbi facinus commisit.
126 Pœna desertoribus pro modo culpæ infligitur, & quæ rationes sint habendæ in ipsam infligendam.
127 Milites intra munimenta consistere debent.
128 Emansor quis dicatur.
129 Delictum emansoris leuius est, quam desertoris.
130 Miles, imminentibus hostibus, a loco suo recedens capite punitur.
131 Miles vallum transcendens, vel per murum Castra ingrediens decapitatur.
132 Muri Castrorum sacrosancti sunt.
133 Miles deferens nocturnas vigilias, & pacem turbans pœna mortis naturalis punitur, et 158.
135 Existimatio ante actæ vitæ plurimũ delinquẽti prodest.
137 Miles, qui in Commeatu agit, non videtur Reipublicæ cã abesse, et n. 264. 265.
138 Absens Reipublicæ causa is dicitur, qui non sui commodi causa sed coactus abest.
139 Milites excedunt non solum discedendo a Castris sine licentia, sed etiam in propria domo manendo.
140 Emansor, si se offerat, vel ab alio offeratur, pœnam desertionis euitat.
141 Pœna sponte confitenti minuitur.
142 Miles ab hostibus captus, si, cum possit redire, non rediit, pro transfuga habetur.
143 Emansor qualiter differat a desertore.
144 Milites prohibentur per prouincias vagare.
145 Milites non possunt de vno numero ad alium transire sub pœna libræ auri.
146 Arma sunt membra militum.
147 Pœna militis arma in bello amittentis vel alienantis.
148 Tiro arma in bello amittens venia dignus censetur.
149 Arma non redeunt postliminio.
150 Pœna militis aliena arma Commilitoni surripientis.
151 Milites furtis, et rapinis incumbere prohibentur.
152 Fures, latrones viarum, disrobatores, et eorum auxiliatores possunt impune occidi.
153 Milites, qui relictis Castris ad latrocinia se conferunt, morte puniuntur, et ipso iure sunt infames.
154 miles vxoris mœcho, et honoris prodigus, qui pecunia trãsigit, deportatur.
155 Pœna militis dantis se militem, cui non licet.
156 Pœna falsi tenetur, qui pro milite se gerit, cum non sit.
157 miles seditionem in exercitu concitans, capite punitur, et num. 163.
159 miles falsam vocẽ in exercitu ponens, arbitrarie punitur
160 Pœna militis frumentum exercitus lucrifacientis.
161 Pœna militis Patriam, vel Dominum oppugnantis.
162 Dissensio intestina militum perniciosissima res est.
164 Pœna militis Ducis mandata non seruantis, etiam si res bene gesta sit.
165 Obediẽtia in exercitu apprime inter alia desiderãda est.
166 Inobedientia in exercitu ex noua superueniente causa, an permissa sit, et n. 169.
167 Indignatio Principis ob inobedientiam concepta fælici successu temperanda est.
168 Fines mandati diligenter sunt custodiendi.
170 Bellum mouens sine Principis licentia, quando incurrat crimen læsæ maiestatis.
171 Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quam caritas liberorum.
172 miles, qui a Præpositi executione desistit instar desertoris habetur.
173 Pœna militis, qui Centurioni suo eum castigare volenti restiterit.
174 Centurio in castigando non debet excedere modum, nec iniuste castigare, alias militi licita esset defensio.
175 Contumacia qualibet aduersus Ducem, vel Præsidem capite punienda est.
176 Milites, qui manus intulerint in Præpositum vel eũ defendere noluerint, capite puniuntur.
177 Vassallus, qui Dominũ in prælio dereliquit, priuatur feudo
178 Milites sine ignominia a Superiore cædi possunt.
179 Miles nõ protegẽs suũ Præpositũ, cũ potest similis est ĩuasori, & si moriatur Præpositus, miles etiã morti traditur.
180 Miles, qui ex carcere fracto aufugit, vel deseruit quem custodiebat, capite punitur.
181 Miles iniustè captus potest impunè carcerem frangere, et aufugere.
182 Miles licitè resistere potest Iudici iniustè exequenti.
183 Milites contumaces, segnes, ac desides puniendi sunt.
185 Miles, qui prior in acie fugit, propter exemplum, capite punitur.
186 Fuga solo metu, ac segnitie tẽtata est crimen punibile in milite.
187 Segnities, & desidia militis fraudi ascribenda est.
189 Miles, qui armis victus hostib. se dedit, postliminio caret.
190 Miles in statione, custodia, aut excubijs dormiens, occidi, vel

milites, quibus preest, quā habēt Magistri militū, et nu. 280.
278 Magistri militum habent merum Imperium.
279 Magistri militum de quibus delictis cognoscere possint.
281 Pœna birrouariorum qui per somnolentiam, vel incuriā captiuos fugere permiserint.
282 Pœnæ omnes in Principe sunt arbitrariæ, & nu. 293 & arbitrium ex celesti motu descendit, n. 295.
283 Casus contingens non excusat quem a pœna, nisi probet carentiam culpę.
284 Custos alicuius rei, si mercedem pro custodia accipiat, tenetur etiam de damnis magna vtilitatis, & fatalibus.
285 Custos Castri quando teneatur de dolo casu, & culpa, tā lata, quàm leui, & leuissima.
278 Custos eadem pœna plectitur, qua ipse fugiens.
289 Dux belli fidas excubias, et vigilias habere debet.
290 Vigilię mutāde, duplicande, & etiā quadruplicāde sunt, cū dubitatur, an hostiū exploratores in Castris morētur.
291 Vigiliæ, leges, & arma vtroque tempore bellorum & pacis necessaria sunt.
292 Magister militum potest cognoscere, an delictum sit militare, vel commune.
294 Seueritas in re militari salubrior est misericordia.
295 Respublica tum rectè gubernatur, cum recta fit distributio pœnę, ac præmij, circa benè, vel malè meritos.
257 Militariæ dona apud Roman. & Athenienses quæ erant.
298 Si milites duo, pluresuè eodem momento Castrum ingrediuntur, banderiam, vel vexillum capiantur, aut muros ascendant, an nullus, an omnes ad premium admittantur, cum premiū debeat dari primo ascendenti, & nu. 308. 311.
299 Victoria inter pares non datur.
300 Primus dicitur non solum qui ante aliquem est, sed etiā ante quem nemo est.
301 Proximus est quem nemo antecedit.
302 Sententia Scipionis Affricani inter duos milites murum Carthaginis pariter ascensos.
303 Statuto dictante, quod equus primus adueniens lucretur brauium, si duo eodem momento temporis veniunt, an iterum currendum sit, & an omnes equi iterum current, vel illi duo solum num. 304. & quid si ex alia causa legitimè non fuit cursum, nu. 305. Et an cum eisdem equis, vel cum alijs nu. 306. Et an de nouo venientes ad cursum admitti debeant, num. 307.
309 Statuto disponente, quod quicunque ex Confaloneriis primo intrauerit Castrum habeat centum, an qui non est Cōfallonerius, & tamen cum vno Confallono in manu intrauit habeat dicta centum.
310 Statuto disponente, quòd præsentans bannitum habeat centum, an si plures illum ceperint, & præsentauerint, quilibet debeat centum habere.
312 Differētia inter quæstionē Brauij, & quæstionē Praconij.
313 Omnes incendimus ad studia propter gloriam.
314 Milites ex causa æris alieni in carcerem duci non possunt, & non nisi in quantum facere possunt conueniuntur, vnde bonis cedere non tenentur. nu. 315. Et huic priuilegio renunciare non possunt nu. 316.
317 Nobiles an possint carcerari pro debito Ciuili, & an condemnentur vltra quam facere possint.
318 Arma, & equi militum in causa iudicati accipi nō possūt.
319 Executio non potest fieri in militum stipendijs si creditor aliunde potest satisfieri.
320 Stipēdia militum, nec in specie, nec in genere, nec ex priuata, nec ex publica causa possunt obligari.
321 Præbenda Canonici, vel fructus beneficiorum eadem habet priuilegia, quæ habent stipendia militum: idem est dicendum in honorario Doctorum, & num. 322.
323 Priuilegium ne quis conueniatur nisi in quantum facere potest, non est obligationis, nec actionis, nec iudicati.
324 Bona militis absentis Reipublicæ causa possunt in causa iudicati possideri, nō tamē in totū creditoribus adiudicari.
325 Miles Reipublicæ causa absens quomodocunque læsus sit restituitur in integrum.
326 Miles a tutela, vel cura immunitatem habet.
327 Miles inuitus testimonium dicere non cogitur.
328 Res Militis ob non solutam gabellā non cadunt in cōmissum, debet tamen eas confiteri, & gabellam soluere, & numero 329.
330 Res empta cū pecunia militis poterit à milite vēdicari.
331 Miles dicens se indebitas pecunias soluisse, non grauatur onere probandi: limita, si de tota summa contentio sit, secus si de parte, & numer. 332.
333 Ignorantia iuris militem excusat.
334 Milites magis tenentur scire arma, quàm leges.
335 Ignorantia iuris militem non excusat in delictis.
336 Milites non subijciuntur tormentis, nec plebeiorum pœnis, nec ad bestias damnantur; sed an ad furcam. nu. 338.
Idem de eorum filijs ac nepotibus dicendum est.
Fallit in crimine læsæ Maiestatis. nu. 337.
339 Nobilitas prodest ad minuendam pœnam.
340 Pœnæ, quæ nō possunt militibus irrogari, ex capitulis militaribus Magni Ducatus Hetruriæ recensentur.
341 Militia non liberat filium à patria potestate.
342 Miles in Castrensi peculio est Dominus proprietatis, & vsusfructus.
343 Actio inter patrem, & filium ex causa Castrensis peculij consistere potest.
344 Filiusfamil. miles creditam pecuniam accipens non iuuatur beneficio Senatusconsulti Maced.
345 Donatio causa militiæ facta à patre filiofamil. valet, & efficitur Castrense peculium.
346 Donatio causa militiæ facta inter virum, & vxorē valet.
347 Peculium Castrense est quicquid filiusfam. occasione militiæ acquirit.
348 Nuda militis voluntas pro testamento habetur, dummodo sit roborata saltem duobus testibus.
349 Miles in ipso dimicandi actu potest facere testamentum absque vllo teste: Quinimo, & in clipeo, & in puluere hæredem scribere potest.
350 Testamentum militis iure militari factum valet vsque ad annum post missionem.
351 Miles pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest.
352 Miles ad certum tempus potest hæredem sibi instituere, & postea adimere, et alij directo dare
353 Ius accrescendi non habet locum in testamento militis.
354 Miles potest in testamento filium præterire, nec agnatione posthumi eius testamentum rumpitur.
355 Miles potest hæreditatem in Codicillis directo relinquere
356 Miles incertus de statu suo testari potest.
357 Testamentum à Pagano iure militari factum valet, si miles decedat.
358 Testamentum militis nuda voluntate reuocatur.
359 Miles potest decedere cum duobus testamentis.
360 Miles potest in testamento legare vltra dodrantem, et eius legata non minuuntur per Falcidiam.
361 Miles mutus, et surdus rectè testatur.
362 Filiusfamil. miles de Castrensi peculio iure testatur.
363 Testamentum militis non subiacet querelæ inofficiosi, si præteritio sit cum causa.
364 Miles testamentum non solum sibi, sed etiam filio pupillo de Castrensibus facere potest.

365 *Miles impubes nec etiam iure militari testamentum facere potest.*
366 *Miles directo hoc modo, si hæres extiterit, et intra aliquod tēpus decesserit, alius sit hæres, hæredi substituere pōt.*
367 *Miles capite damnatus ex militari delicto potest testamentum facere de bonis Castrensibus dummodo sacramenti fides rupta non sit.*
368 *Miles ex militari delicto damnatus, et intestatus decedens successores habet proximiores, excluso fisco.*
369 *Miles, qui inconsulto adijt hæreditatem non tenetur vltra vires hæreditarias.*
370 *Miles nec testamento relinquere, nec donare potest mulieri, in quam turpis cadit suspicio.*
371 *Miles mortuus in acie ob rerum gestarum gloriam, in eternum viuere intelligitur.*
372 *Miles mortuus en acie prodest patri ad ius triū liberorū.*
373 *Statuto disponente, quod filius secundo genitus patri superstes in successione præferatur nepoti ex filio primogenito mortuo ante patrem si filius ille primogenitus in acie perierit, nepos, præfertur filio secundo genito iure primogenituræ.*
374 *Priuilegia, & beneficia militum ad alienam iniuriam porrigi non debent.*
375 *Non videtur rem amittere cuius propria non fuit, nec desijsse habere, quā nunquam habuit.*
376 *Creditores non fraudantur cum quid non acquiritur a debitore, sed cum aliquid de bonis eius diminuitur.*
377 *Statutum iuri communi contrarium, quam strictissimè interpretandum.*
378 *Beneficia aliqua recensentur concessa filijs militum ob memoriam eorum patrum in bello mortuorum.*
379 *Priuilegia militaria non aliter militibus conceduntur, quam si fortiter, ac strenuè militiam exerceant.*
380 *Remiges, & Nautæ priuilegijs militaribus fruantur.*
381 *Facultas testandi iure militari extenditur etiam ad alias personas castra sequentes.*
382 *Mulieres in Castris degentes quibus priuilegijs gaudeant.*
383 *Priuilegia militaria an habeant locum in militibus hodiernis, & quæ requiruntur ad hoc vt quis verè dicatur miles, & fruatur priuilegijs militaribus, & numero 384. 385 & 386.*
387 *Notarius in vna Ciuitate non est Notarius in alia.*
389 *Capitanei hodie de Generali consuetudine cognoscunt de omnibus delictis ab eorum militibus commissis.*
390 *Miles delinquens in exercitu Mutinensi posito in Territorio Bononiensi potest puniri a Præfecto Mutinensis exercitus.*
391 *Miles de aliquo delicto condemnatus ante susceptam militiam, deinde captus a Iudice ordinario, non remittitur puniendus ad suum Capitaneum.*
392 *Probat strenuitatis, ac fortitudinis militis minuit pęnā.*
393 *Milites, & Doctores propter delicta possunt degradari, & nu. 394.*
395 *Forma degradandi Doctores quæ sit.*
396 *Forma exauthorandi milites.*
397 *Milites an possint torqueri.*
398 *Milites priuati hodie torquentur, quando contra eos legitima præcedunt inditia, & nu. 399.*
400 *Banniti, et contumaces etiam non præcedentibus indicijs torqueri possunt.*
401 *Equites, et Capitanei de consuetudine hodie tormentis subijciuntur.*
Fallit in Equitibus Diui Stephani, qui non torquentur sine licentia magni magistri, et nu. 402.

403 *Iura non seruantur tempore belli.*
404 *Miles de crimine læsæ Maiestatis accusatus, constito de delicto habetur pro hoste.*
405 *Equus in acie vulneratus, et domi mortuus, in bello mortuus præsumitur.*
406 *Arma, et equos in bello perdere turpissimum est.*
407 *Miles gratis seruiens non tenetur ad emendam Equi sibi mortui in bello.*
408 *Pactum, et consuetudo, quod pro conducendo pedites mutuentur pecuniæ, et equi, valet quo casu si spoliati fiūt in itinere, non tenentur ad refectionem ablatorum.*
409 *Miles desertor, et a patre oblatus Curiæ, non punitur pęna capitis, sed mittori idem è conuerso dicendum est, et num. 410.*
411 *Hæres non tenetur vindicare mortem Testatoris ab eius Patre occisi, nec è contra.*
412 *Exercitus potest bona amicorum, accipere, vendere, et donare necessitatis tempore, nec excusantur exemptes, et immunes, et nu. 413.*
414 *Dominus transeundo per loca sua cum exercitu alimentari debet ex prædijs, vbi transit.*
415 *Miles conductus ad certum tempus discedens ante finitum conductum, an, et quando stipendijs emeritis priuetur, Et an idem sit in aduocato, et Medico, et num. 418.*
416 *Nihil videtur impletum, cum aliquid restat ad implendum.*
417 *Famulus conductus ad certum tempus discedens ante finitum tempus, pro ratha temporis stipendiū consequitur.*
419 *Operarius, qui impeditus fuit pluuia, vel aitate ne in opere versaretur, integram mercedem petere non potest.*
420 *Casus fortuitus contingens in persona locatoris vel in re locata, cedit ad damnum locatoris.*
421 *Stipendiarius de licentia Domini itinerando debet habere salarium quatenus stetit in itinere.*
422 *Miles infirmus quo ad salarium seruire videtur, secus est in famulo, & nu. 423.*
424 *Miles interficiendo adulterum vxoris suæ in adulterio repertum excusatur a pœna.*
425 *Clericus iam monitus, & repertus cum vxore confabulare potest absque pęna excommunicationis verberari.*
426 *Milites propter necessitatem possunt propria auctoritate accipere vtensilia a quolibet pro se, & equis nec peccant, & nu. 429.*
427 *Princeps pro vehēdis impedimentis, tā pro suo, quā pro belli vsu, nauibus, & plaustris subditorum vti potest, sed tenetur mercedem soluere.*
428 *Naues, et Plaustra a Dominis occultata ne Princeps eis vtatur, possunt de iure confiscari.*
430 *Officialis pecunias publicas propter necessitatem sui vsus ad lucrum Reipublicæ mutuare potest.*
431 *Iudex si proprias pecunias exbursauerit in vtilitatem Ciuitatis poterit propria authoritate de pecunijs publicis, ipsius Ciuitatis sibi satisfacere.*
432 *Pœna illius, qui sine Ducis præcepto exclamauit, Ciuitatem, arcem, vel oppidum deprædari, aut comburi, et Marci Antonij exemplum in plures Milites, qui in huiusmodi delictum inciderunt.*
433 *Pœna falsificantis literas Ducum, et Superiorū militiæ.*
434 *Filum, vel uictam literarum Principis rumpens falsum committit.*
435 *Priuatus terendo ad obsequium suum pro bello ciuili militem matriculatum, tenetur pœna librarum quinque auri.*
436 *Consuetudo maris in Classibus, consuetudo terræ in exercitu quo ad pœnas infligendas seruari debet.*

437 Con-

437 Consuetudo, vel statutum pecuniarias pœnas in capitales et è contra conuertere potest.

438 Filius potest patrem occidere hostiliter contra Ciuitatem venientem, et è contra, quod procedit etiam si non sit bannitus.

439 Filius prius natus est patriæ, quam patri.

440 Miles in Insulam, vel ad Triremes damnatus, captus, et venditus a latronibus, refuso emptori pretio recuperari potest, et in pristinam pœnam remitti.

441 Miles existens in Comitiua cum amico suo, cui facta fuit violentia potest impune socium defendere, dummodo hoc non fiat ex interuallo, quia tunc nec ipsi offenso licebit, et cum moderatione inculpatæ tutelæ, et nu. 442. 444. 446.

443 Amici pro defensione rerum nostrarum in auxilium licitè vocari possunt etiam ex interuallo, et nume. 445.

447 Moderatio inculpatæ tutelæ consistit circa modum tempus, & caussam.

448 Milites, à quibus homicidijs, vulneribus, percussionibus, et verbis iniuriosis excusari debeant, ex capitulis militaribus Magni Ducatus Hetruriæ declaratur.

449 Miles excedens modum inculpatæ tutelæ de excessu tantum puniri potest.

450 Cadauera delinquentium etiam post mortem aliquando puniuntur, licet regulariter secus sit et num. 451.

452 Milites vnde dicti.

453 Militia non est dignitas.

454 Militia est honor.

455 Exercitus dictus est ab exercitatione.

456 Exercitus ex quot militibus constituatur.

457 Statutum loquens de exercitu; intelligitur de exercitu generali, non de vna Cohorte, vel vna ala. num. 460.

458 Statutum loquens de Ciuitate intelligitur de tota Ciuitate, non de vna porta, vel vno quarterio.

459 Statuto disponente, quod equi mortui in exercitu emendentur a Ciuitate, si Ciuitas tantum vnam partem hominum in exercitum misit, equi mortui in tali exercitu non emendabuntur, quia non est propriè exercitus, idem si Ciuitas promisit iuuare aliam Ciuitatem, vt non teneatur, quando pars tantum Ciuitatis est in exercitu.

461 Intellectus ad l. quod ait prætor, §. exercitum, ff. de his qui not. infam.

462 Dictio quasi est nota impropríetatis.

CASVS CC. LXXXXIV.

POpulum Romanum sibi Orbem terrarum subegisse armorum exercitatione, disciplina Castrorum, visuque militiæ omnes ex historiarum Lectione facile cognoscere possunt, si quidem videmus plures
1 exercitus Tironum, & imbecillium hominum sola militari disciplina bellicosissimos factos fuisse, & è contra alios exercitus Veteranorum militum inuictos sola licentia, varijs vitijs, neglecta militari disciplina corruptos fuisse, & ante perijsse, quam hostem vidissent; Vnde exercitatione ex imbellibus optimi milites efficiuntur, quod vt succedere valeat, disciplina militaris statuenda est, quæ in primis a vitijs, & voluptatibus mili-
2 tes auertat, somnus, enim vinum, epulæ, scorta, balnea, rapinæ, & otium corpora, animosque militum eneruãt, vires quæ ad victoriam reportandã tollunt, & qui belli gloria alios superarunt. militari labente disciplina
3 ab aliis superati sunt, nemoque in acie sui generis, aut sanguinis memor esse debet sed præsidio tantum socijs, & terrori hostibus. Quapropter mulieres castra sequi minimè phas æstimatur, & militi vxorem, vel famil iam apud se habere sine Principis licentia non permittitur, l. quicunque, C. de re militari, lib. 12. imo nec
5 in Prouincia miles vxorem ducere potest, l. eos ff. de ritu nuptiar. & l. & si contra, C. de nuptijs. si tamen eam
6 ducat, vel in castris apud se habeat, de illius delictis ipse tenetur, l. 4. §. proficisci, ff. de officio proconsul. meliusque Princeps faceret, si militi talem licentiam de-
7 negaret, & eum sine illa morari permitteret, vt in d. §. proficisci, cum hæ mulieres non nisi Impedimento esse possint militibus, quibus propterea, non omnibus tamen, Constantini constitutione prohibitum erat, ne cum quibusdam abiectis mulieribus matrimonio iungerentur; quam tamen legem Imperator Iustinianus penitus correxit, dictisq; militibus concessit, vt quascũque vellent modo ingenuas vxores ducerẽt. §. quia verò legem dudum posuimus, in versic. Constantiui verò, in authentico, vt liceat matri, & auiæ, & l. a Caligato, C. de nuptijs, Balthass. Ayal. in Tract. de iure, & offic. bellic. & disciplin. milit. lib. 3. cap. 1. de disciplin. militar. hinc dixit Iul. Ferret. in tract. de re, & disciplin. militar. tit. de militar. Instit. & pœnis desertor. inffigẽd.
8 num. 50. fol. 128. quod libido in re militari seuere castigatur, intantum quod Macrinus Imperator milites
9 adulteros in bouino corio viuos sepeliri mãdauit. De-
10 bet insuper miles curare, vt corpus validissimum habeat, arma apta, & cibum paratum ad subitis imperijs parendum, & si suo tempore annonam sibi præstã-
11 dam recipere recusat, eam amplius, nec eius precium consequi potest, l. fortissimi, & l. nulli militarium, C. de
12 erogatione militat. annonæ, lib. 12. sicut enim hi per quorum Prouincias militum transitus fit, & in quorum locis exercitus morari debet, in parato habere debent
13 vnde exercitus alatur, ita milites illis cibarijs contenti esse debent, & nedum non recipere, sed nec alia exigere possunt, vt in authent. de Transitu militum, post principium, in versic. eas etiam species, & aliter faciẽtes punientur, vt ibi subijcitur, vt verbis elegantibus varijs exemplis, & pluribus authoritatibus tradit Balthass. Ayal. in d. tract. de iure, & officijs bellic. & disciplin. militar. lib. 3. cap. 1. de disciplin. militar. & milites aliquid vltra stipendia accipientes pœna dignos esse ostendit Iul. Ferrer. d. tit. de militar. iustit. & de pœnis desertor. infiigen. num. 39. fol. 127. debent esse, n. contẽ
14 ti eorum stipendio, & concutiente, vel opprimẽtes populos puniuntur, & quadruplum restituere tenentur, vt idem Ferrer. ait, in eod. tit. num. 124. fol. 136. Paris de Puteo in tract. de sindicat. titul. de excelsib. milit. secular. cap. 1. numer. 1. 2. & 12. in fine.
15 Militare autem in bello iusto delictum non est, licet militare propter prædam peccatum sit, cap. militare, 2. q. 1. & cap. paratus, §. nam si Christiana. 23. q. 1. Ferret. tit. allegato num. 3. Paris de Puteo d. tit. de excess. milit. secul. numer. 5, & tam lege canonica, quam ciuili
16 permissum est militi hostem occidere. cap. mile. cap. si homicidium, 23. quæst. 5. l. 3. ff. ad l. Cornel. de sicar. & l. proditores, ff. de re milit. & si cum posset non fecerit,
17 reus est imperij spreti d. cap. miles 23. quæst. 5. Dicun-
18 tur autem hi milites, qui sacramento, & in numeros relati sunt, & in Classibus etiam nautæ, remiges sunt
19 milites, l. vnica, §. penult. ff. de bonor. possession. ex te-
20 stament. milit. Non tamen quiuis ad militiam recipiendi sunt, neque quicunque cogendi, clerici enim militare prohibentur, illorum namque arma aduersus ho-
21 stes sunt orationes, cap. non pila, 23. q. 8. cap. si quis vult. 26. distinct. c. 1. cap. si quis Episcopus, cap. si vo-
22 bis, 23. q. 8. nec sine ratione, quia militans Deo impli-

care

care se non debet negotijs secularibus, desijt enim esse miles seculi, qui factus est miles Christi, ideoque Clericis militias amittit gradum, cap. Clerici, & cap. statim,
23 23. q. 8. nisi in minoribus esset constitutus. qui pugnans in bello iusto non fit irregularis, nisi hostem occide-
24 rit, aut vulnerauerit, cap. petitio, extra de homicid, glos. in cap. si sciscitatis, 7. quæst. 1. Balthass. Ayal. d. lib. 3. cap. 4. tit. de militibus, & qui militare possunt nu. 4. vers. porro non quiuis.
25 Coloni etiam cogendi non sunt militare, imo nec vltro se offerentes ad militiam recipiuntur, l. 3. C. qui milit. poss. lib. 12. l. colonos, C. de agricol. & censit. lib. 11. non enim minus Reipublicæ interest, vt sint, qui agros colant, quam qui bella gerunt. l. originarios. C. de agricol. & censit. lib. 11. vnde alias statutum fuit, vt coloni qui se militiæ dederunt ad priorem conditionē reuocarentur, l. vltima. C. de mancipijs, & colonis patrimon. lib. 11. quandoquidem agrorum sordes cum
26 decore militiæ non satis conuenire videntur, l. 2. C. de præposit. sacr. cubic. lib. 12. Balthass. Ayal. d. cap. 4. nu.
27 5. versic. preterea Coloni, imo nec veterani milites ad quietem donati rei rusticæ operam dare debent, tela in vsum vomeris, & ligonis conuertendo, vt sunt verba d. l. vlt. in fine, & hinc esse potest, quòd milites puniuntur se ingerendo vilibus negotijs deturpando militiā, vt dicit Iul. Ferret. in tractat. de re, & disciplin. militar. titul. de militar. iust. & pœn. desertorib. infringend, numer. 74. fol. 131.
28 Serui quoque ad militiam aspirare non possunt sub pœna capitis, l. ab omni, ff. de re militar. & si domino sciente id euenerit, priuabitur dominus iure dominij, & patronatus, l. penult. C. qui milit. poss. lib. 12. Balthass. Ayal. d. cap. 4. num. 6. subdens idem esse in his, qui status controuersiam patiuntur, per illud tempus, quo lis pendet, & in ingenuis, qui bona fide seruiunt, & in his, qui ab hostibus redempti sunt priusquam soluant, per l. qui status ff. de re milit. & de seruo est alius tex. diuersam tamen pœnam illi imponens, & domino ignoranti mancipium reddendum statuens in l. 2. C. de Tironibus, lib. 12. & seruos militiam exercentes puniri vult etiam Ferret. titul. citato nu. 129. fol. 136. dicens quod militaris dignitas, & gloriosa nobilitas excludit seruos ab exercitio militiæ, & illos militare non permittit.
29 Rei insuper capitalis criminis voluntarij milites capite puniuntur, l. qui cum vno, §. reus ff. de re militar, similiter, & qui ad bestias damnati, vel in Insulam deportari militiæ se dederunt eodem modo puniuntur. d. leg. qui cum vno, §. ad bestias, & §. in Insulam. ff. de re mi-
30 lit. ad tempus vero relegatus, si expleto relegationis tempore militiæ se dedit, causa condemnationis inspicienda est, vt si contineat infamiam perpetuam à militia repellatur, alias verò militiæ honores consequi non prohibeatur, d. l. qui cū vno, §. ad tempus, vt per Ayal. d. cap. 4. num. 7.
31 Is etiam, qui cum Adultero vxoris suę pactus est à militia eijcitur, ampliusque deportatur. l. miles. ff. ad leg. Iul. de Adulter. Ayal. dict. capitul. 4. sub numer. 7. vers. sed & is.
32 Hæretici similiter militare prohibentur, l. quicunquem, C. de hæret. & Manich. & omnes similiter infamia laborantes, leg. 2. §. miles, ff. de his qui not. infam. proptereaque ignominia missi in Milites non recipiū-
33 tur, l. qui cum vno, §. ignominia, ff. de re milit. Ayal. in d. c. 4. num. 8. & 9.
34 in fraudem Ciuilium munerum nemo armatæ militiæ nomen assumere potest, leg. 2. C. qui mi lit. poss. lib. 12. & qui litis causa militiam adeptus est, petente ad-
35 uersario ab ea eximitur, l. 1. C. qui militar. poss. lib. 12. & l. qui cum vno, §. non omnis. ff. de re milit. prout, & eijcitur, qui eam adeptus est metu criminis, in quo ante Reus fuerat postulatus, l. fin. ff. de re milit. Vagus quoque, & Veteranus debilis in milites assumi non possūt
36 l. 1. C. de Tironib. lib. 12. nec qui paretes a quibus educatus est maleficos appellauit, l. 1. in fin. ff. de obseq. liber. Ayal. d. cap. 4. sub num. 9.
37 Membris debilitati, ita vt militiæ inhabiles reputētur in milites nō recipiuntur, l. qui cū vno, §. qui filium, ff. de re militar. in quo tamen numero haben dus non est, qui vnum tantum testiculum habet, vel quia sic na-
38 tus sit, vel quia alterum amisit, d. l. qui cū vno, in princ. ff. de re milit. Nec enim morbosus, aut vitiosus haberi potest vnum tantum testem habens, cū generare possit, l. Pomponius, §. fi. ff. de ædilit. ædict. Ayal. d. cap. 4. nu. 10. vbi etiam refert non nullos hoc habitu fuisse naturæ, qui tamen acerrimi fuerunt Duces. Milites pri-
39 uati militia per ignominiam desertionis non possunt amplius militare, & si permittunt se scribi in milites, morte puniuntur, Ferret. in loco citato num. 34. ad finem, fol. 127. per leg. 1. C. de his qui in exil. dati, vel ab ordin. mot. Iuni, lib. 12.
40 Vt autem possint milites armorum vsui vacare prohibentur agriculturam, vel mercaturam exercere, aut quæcunque negocia gerere, l. vnica, C. de erog. milit. annon. lib. 12. l. nemo miles, C. de re milit. lib. 12. milites. & l. final. C. locati, & l. officium, §. 1. de re milit. nec
41 etiam possunt in Prouincia agrum emere, ne agriculturæ studio militiam negligant, l. milites, ff. de re milit. eademque ratione duas militias diuersi generis, aut di-
42 gnitatem, & militiam eodem tempore quis habere nō potest, l. 5. C. qui militar. poss. lib. 12. Hinc etiam miles
43 procurator esse non potest, ne quidem pro patre, vel matre, vel vxore, sed tantum in rem suam, l. mil tem, & l. qui stipendia, Code procuratorib. & ratione prædiorum, quæ sibi donata asserit, si mutandi iudicij causa facta fuerit donatio, miles ipse nō agit, l. pen. ff. de alienat. iud. mut. causa fact. sed prior dominus experitur, ne videatur magis litem, quam rem in militem transtulisse, l. fin. C. ne liceat potentioribus, & aliter prohi-
44 bentur milites accusare l. qui accusare, ff. de accusationib. nisi in crimine Lęę Maiestatis, l. famosi, ff. ad l. Iul. Maiest. vel nisi suam, vel suorum iniuriam prosequantur, l. non. prohi bentur, C. qui accusare non poss. & qui milites ipsos priuatis negocijs implicauerint, & Reipub. subtraxerint, eos Imperator Iustinianus publicatione bonorum puniri censet, vt in Nouella, 116. de militib. & ita in prædictis recenset Ayal. d. cap. 4. sub num. 11. 12. & 13. versic. cæterum, & in fra. Decian. in. tractat. crimin. lib. 7. cap. 15. de varijs militum crimi-
45 nib. tomo. 2. nu. 38, 41. & 42. dum probat milites obsequio Principis deputatos, vel illius comitatui, non posse proprijs negocijs, vacare vel aliena obsequia agere sine licētia Principis, neq; agrorū cultui, custodiæ animaliū, aut quęstui negociorum, neque etiam ciuiles curas aut ciuilia munera suscipere, alias puniri, per l. nemo miles, C. de re milit. lib. 12. & l. milites, qui à Republica, & l. militares viros, eodem titul. quod repetit idem Decian. postea num. 63. & 64. inferens propterea, quòd ideo non possunt milites prędia comparare
46 in Prouincijs, in quibus militant. l. milites, l. a prima, & la seconda. ff. de re milit. neque per alios eorum nomi-

ne, &

ne,& si comperauerint fisco applicantur d. l. milites, la secōda. in princ. & dicis Paris de Puteo d. tit. de excessibus militum secular. cap. 1. num, 7. & 10. quod excedunt, quando vilificantes se assumunt officium procurationis, vel vacant negocijs mercatorum, vsuris, & vilissimis ministerijs, nō autē militiæ, imo eam deturpât.

47 Aetas vero militiæ apta videtur esse ab annis viginti quinque, vsque ad sexaginta, vt Federicus Imperator statuit in §. cōstitutionem. de qualitate, & ætate pupil. in fine, in vsib. feudor. licet, & antiquis, & modernis tēporibus multo iuniores vigintiquinque annis, & longè seniores sexaginta secundum temporum occasionem fuerint recepti, vt per Ayal. d. cap. 4. numer. 14. versic. reliquum est. vbi etiam num. 15. admonet, vt qui veteranum habere potest militem, non quærat Tironem, quia

48 pluris facienda est exercitatorum veteranorum parua manus, quam indocta, & belli expers multitudo, quę cedi exposita minima quæque formidat, & fugam magis quā gloriam meditatur, multaque exempla recenset, quibus constat paucos peritos plurimos superasse, quod & experientia rerum magistra docet.

49 Admonet idem Ayal. d. cap. 4. num. 16. Principes, vt proprio potius milite vtantur, quam externo, qui non tam pro gloria, quam pro stipendio militat, longè enim tutissima sunt præsidia domestica, & longè aptiora sūt

50 propria arma, quam aliena, & vbi necessitate cogente externis auxilijs vtendum sit, ne ita illis credant, vt nō plus suarum virium in Castris habeant ad corruptelas euitandas, & vt ad libitum talia auxilia expellere possint. Iurabant autem aliàs milites per Deum, & Christum, & Spiritum Sanctum, & per Maiestatem Imperatoris, aut alterius, pro quo militabant, se omnia strenuè facturos, quæ Imperator, seu Dux Belli iuberet, militiā nunquam deserturos, neque mortem pro illo recusaturos, vt hanc iuramenti formam, & alios varios iurandi modos refert Ayal. in d. tract. de iure, & officijs bellicis, & disciplina militari, lib. 3. cap. 5. de sacramento militari, per totum, Paris de Puteo in loco citato sub num. 7. ad finem, Agit etiam Ayal. vbi supra de alio iuramēto, quod aliquando subeunt milites, cum ingens subeunda esset dimicatio, & in effrenum discrimen res venisset, de scilicet nunquam redeundo in castra, nisi victis, debellatis, fusisque hostibus victores forent, ad cuius dicta curiosum Lectorem remittere censui.

51 Hodie etiam iurāt milites fidelitatem eorum Principi, antequam militiæ ascribantur, & litteras patētes, seu bulettinos recipiunt, quod iuramentum in Magno Ducatu Etruriæ præstant in manibus Dominorū Cōmissariorum militarium Legionum, quo honore nunc meritò decorati sunt Illustres Domini Raphael Medices, & Iacobus Cursius ambo nobiles Florentini, & de amplissimo Collegio quadraginta octo Senatorum Ciuitatis Florentię quod munus maxima cum dexteritate, & non sine ingenti omnium laude exercent.

53 Postquam autem receptus est miles, metatores, seu mensores Castris ponendis, tentorijs, ac tabernaculis collocandis, prępositi loca eligunt, & metas præfiniut, & excipiendis militibus in hospitio in vrbibus, Terris, oppidis, & villis domos designant, & metas præfigunt, adiecto nomine eius, qui in quaque domo hospitio accipiendus est, quas qui delere ausus fuerit, vt reus falsi condemnatur, leg. 1. C. de metatis. & epid. lib. 12. solet

54 verò domus in tres partes diuidi, quarum vna militi deputatur, data primum domino facultate primam eligendi, mox hospiti secundam, tertia deinde domino

55 relicta, Tabernæ autem mercibus deputatæ ab hac diuisione immunes sunt, Illustribus viris non tertia pars domus, sed dimidia deputāda, hac tamen lege, vt vnus æquis partibus diuidat, alter verò eligat, vt est text. in leg. 2. C. eod. tit. de metat. & epid. lib. 12. Et si miles in

56 Vrbe, Terra, oppido, vel villa, vbi exercitus moratur, domum habet, non potest petere aliam hospitij gratia sibi designari, l. omnes, C. eodem tit. Ayal. in tract. allegat. lib. 3. capitul. 3. de metat. siue mensorib. nu. 1. & 2.

57 Ab hac molestia hospitio accipiendi milites liberi sunt, medici sacri palatii, & Vrbis Romę magistri liberalium artium, & pictores ingenui, l. Archiatros, C. de metat. & epidem, lib. 12, similiter liberi sunt Consulares, Patritii, Consules, eorumque hęredes, & alii dignitate præfulgentes l. in hac lege, C. eod. tit. tenues quoque vitę homines minimè tenentur milites hospitari, l. illicitas, §. tenues, C. de offic. præsid. Ayal. d. cap. 3. nu. 3. Et vbi in vrbibus, terris, oppidis, aut villis sunt milites, hospitium tantummodo illis conceditur, nec ali-

58 quid ab hospite pro se, vel animalibus petere possunt, nec quidem à volentibus accipere, leg. deuotum, C. de metat. & epid. lib. 12. leg. vnica, C. de salgam. milit. non præst. lib. 12. l. 3. C. de erog. mili. annon. eod. lib. 12. Ayal. d. cap. 3. num 4. & dictum fuit supra, Sed metato-

59 res, qui ab hospitibus per cōcussionem pecuniam acceperint duplum eius reddere coguntur, & exilio damnantur, vt in authent. de Transitu militum, circa medium, Ayal. d. cap. 3. numer. 5. subdens, quod ex Galliæ constitutionibus căpite puniuntur, & dicit Clarus in pract. crim. q. 80. num. 3. versic. miles, quod miles metator, vel mensor, qui aliquid accipit ab hospite in cuius domo hospitatur, punitur in decem libris auri per d. l. deuotum, sed quod hoc malè obseruatur, quia a dominis ædium exigunt, rapiunt, & extorquent balnea, luminaria, confectiones, & quicquid volunt, ex Luc. de Penn, in l. hoc prospectum, C. de metat. & epid. lib. 12.

60 Militiæ semel adscriptus sine demeritis ab ea deleri non debet inuitus, & donec soluatur, à signis abesse, vel militiam deserere non potest, leg. penult. ff. ex quib. caus. maior. leg. non omnes, ff. de re milit. Ayal. in sæpe cit. tract. lib. 3 cap. 6. de missione, in princ. num. 1. & 2.

61 Tria autē sunt missionū genera, quibus miles exauthoratur, & iuramento soluitur, honesta, causaria, & ignominiosa, l. milites agrum, §. missionum, ff. de re milit. & l. 2. ff. de his qui notantur infamia, Honesta missio ea

62 est, quę post vigesimum militię annum militi conceditur, leg. sed & milites, §. quandoque ff. de excusat. tutor. l. fin. C. de his qui non implet. stipend. sac. miss. sunt, lib. 10. & ita missus habet vacationem à Ciuilibus muneribus, & pluribus alis priuilegijs gaudet d. l. sed & milites. d. §. quandoque, ff. de re milit. & l. penult. C. de his, qui non implet. stipend. sac. missi sunt, lib. 10. Causaria

63 missio dicitur, quę fit propter senectam, aut valetudinem aduersam, vel vitium corporis eius, qui minus idoneus militiæ reperitur, & semel cōcessa non solet missus iterum admitti prætextu cessati impedimenti, l. semel. C. de re milit. lib. 12. & est generale, quod ex quacunque causa missus denuo in militiam sine Principis mandato non recipitur, l. 2. C. de diuers. offic. lib. 12. & talis missus habet pariter vacationem à muneribus, nō tamen perpetuam, d. leg. sed & si milites, §. quandoque cum §. seq. ff. de excusat. tutor. nec enim his priuilegiis fruitur, quibus ille, qui impletis stipendiis missus est, aliis tamen veteranorum priuilegiis gaudet, & præmia veteranis concessa percipit, l. milites agrum, §. illud. ff. de re

de re militar. Nec missio hæc aliquam existimationis maculam aspergit. l. causaria, C. de re militar. lib. 12.
64 Ignominiosa missio est, quādo miles ob delictū exauthoratur, & ita missus ex Edicto Prætoris infamis efficitur, l. 1. ff. de his qui not. infam. & dignitatē amplius consequi non potest, l. 3. C. de re milit. lib. 12. & l. 1. C. de his qui non implet. stipend. lib. 10. nec in vrbe consistere potest, vel alibi, vbi Princeps est, l. milites agrū, §. missionem, ff. de re milit, l. §. ignominiæ, ff. de his qui not. infam. & l. 2. C. de re militar. lib. 12. quod adeò verum est, vt sine ignominiæ mentione missus nihilominus ignominia missus intelligatur in d. l. milites agrū. §. missionum. ff. de re milit. & si Vlpianus causam ignominiæ missioni addēdam censet in d. l. 2. §. ignominiæ.
65 ff. de his qui not, infam. quod sanè intelligendum est de missis perpetuo, quoniam ad tempus missis, impleto tempore non irrogatur infamia, leg. 1. C. de his, qui in exil. dati sunt, lib. 10. ita inquit Ayal. d. cap. 6. nu. 3. 4. 5. 6. versic. fuere autem tria, & infra, vbi etiam subdit
66 num. 7. Ignominiam ab infamia differre, quia infamia non infertur nisi per Iudicis sententiam, l. infamem, ff. de public. Iudic. Ignominia autē missio olim non erant infames, donec Prætoris Edicto effecti essent tales, l. 1. ff. de his qui not, infam. adeò quòd ignominia dici potest, quam nostri Doctores vocant infamiam facti, Infamia verò, quam infamiam iuris nominant. Addit idē
67 Ayal. d. cap. 6. num. 8. quod non solum Gregarius miles, sed etiam Centurio, Tribunus, & quilibet alius officialis imo etiam, qui exercitui præest, licet consularibus vtatur Insignijs ignominię causa ab Imperatore mitti potest, & missus nota infamiæ laborat, leg. 2. in
68 princ. ff. de his qui not. infam. sed & vltra tria suprascripta missionem genera. quartum addi potest ex Vlpiano in d. l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infam, quod est, quando euitandorum munerum gratia quis militiam adipiscitur, qui exauthorari debet d. §. ignominię & l. qui cum vno. §. non omnis, ff. de re milit. quæ missio tamen existimationem non lædit. d. §. ignominia, & l. qui cum vno, §. exauthoratus, Ayal. d. cap. 6. n. 9. so-
69 lus autē Imperator, vel Dux exercitus missionem dare potest militi, l. 1. ff. de his qui not. infam. Ayal. dicto cap. 6. in fine, numer. 10.
70 Quoniam verò milites, vel quia natura sit prona ad malum, vel alia de causa, solent delinquere, & reipub. interest delicta non impunita remanere, l. ita vul-
71 neratus, ff. ad l. Aquiliam, vt qui peccatum expunitione corrigatur, & de cętero ad viuendum, vt decet, prōptior existat, & vt eius exemplo à similibus delictis metu pœnæ abstineant cæteri, l. 1. C. ad legem Iuliam repetundarum, sciendum est militum delicta, aut propria, aut cōmunia esse, proprium militare delictum est quod
72 quis vt miles admittit, l. 2. ff. de re militar, quod est quotiescunque aliquis facit aliter, quam disciplina militaris exigat, leg. omne delictum in princ. ff. de re militar. Ayal. in d. tract, lib. 3. cap. 9. de pœnis militum, numer. 3. Decian. in tract. crimin. tomo 2. lib. 7. cap. 15. num. 3. de var. milit. crimin. & in capitulis militaribus Magni Ducatus Etrurię in cap. 2. propria militum delicta forma infrascripta declarantur, *Et li delitti proprij s'intē-*
73 *dino essere, & sieno le colpe, & peccati, che dalli descritti si commetteranno nella guerra, nelle Rassegne, et in ogni altro atto militare, come sarebbe partirsi di Campo et dalla guerra senza licenza, Truffare la paga, Abbandonare il luogo, doue alcuno fosse posto per sentinella, ò per altro innanzi al tempo, et senza licenza. Transferirsi à nimici, e douentare Transfuga, Reuelare loro i segreti, et li bisogni del campo, prestare loro aiuto, ò fauore direttamente, o indirettamente, disubbidire al suo Capitano nelle cose della militia, et al suo Luogotenente, Alfiere, Sergente, et altri graduati della sua banda, non andare alla guerra, ò doue la sua banda sarà comandata, vendere, ò impegnare l'arme, e fare qualunque altra simile transgressione,* Commu-
74 ne autem delictum est, quòd qui miles est, tanquā priuatus, & non vti miles committit, quo in casu subiacet legibus communibus, vt puta si adulterium in Ciuitate aliqua committat, quòd si capta Ciuitate contra Ducis præceptum adulterium committit, proprium esset militis crimen, leg. 2. in princ. & §. 1. ff. de re militar. vt formaliter dicit Decian. d. cap. 15. numer. 2. vers. hoc autem loco. Ommissa autem tractatione huius communis delicti, & insistendo in proprio militis tantummodo, dico quod etiam in quocunque militum crimi-
75 ne dolus requiritur, aliàs pro modo culpæ, pœna minor, quam sit ordinaria imponitur, l. 1. C. ad l. Cornel.
76 de sicar. § nam si Instit. de leg. Aquil. quod notat Decian. d. cap. 15. num. 4. & si milites grauius, quam alii, pro delictis militaribus puniuntur secundum Ferret. in loc. relato nu. 45. in fine, qui tamen subdit, nu. 46. fol.
77 127. quandoque Ducem debere esse placidum in puniendis delictis militaribus attenta qualitate criminū, temporum, locorum, & personarum. Sunt autem pœ-
78 nę militares castigatio pecuniaria, multa, munerum interdictio, militiæ mutatio gradus, selectio, ignominiosa missio, l. 3. §. pœna militum. ff. de re militar. in metallum autem non condemnantur, nec torquentur, nec ad bestias, nec ad furcas damnantur, l. 3. §. pœna. & §. is quis ad hostes, & vtrobique, glos. ff. de re militar. nec plebeiorum pęnis subiciuntur, l. moris, §. ille. ff. de pœnis, l. honor. C. eod. tit. sed ex graui delicto capite puniuntur milites, d. l. 3. §. is qui in exploratione. & §. in bello, ff. de re militari, aut fuste percutiuntur, l. quia actio. §. occisum. ff. ad leg. Aquiliam leg. 1. §. occisorum ff. ad Senatuscons. Syllanian. l. aut damnum, §. vlta primo, ff. de pœnis quod supliciū huiusmodi erat, accepto fu-
79 ste Tribunus vix damnatum tangebat, quod omnes in Castris existentes fustibus, & lapidibus illum cædebat, & quandoque occidebant, quod si aliquādo euadebat ad patriam redire non licebat, neque aliquis ex necessariis domi eū recipiebat; vnde penitus breui peribat, adeò quod idem est dicere fustè percuti, quod occidi, vel animaduerti, vt in iuribus supra citatis probatur, & differt ab eo, quod dicitur fustibus cœdi, castigari, vel
80 admoneri, quod non de capitali, sed leuiori pœna intelligitur, l. 1. §. cum patronus, ff. de offic. præfecti vrb. l. fin. ff. de iniur. l. 3. §. 1. & l. fi. ff. de offic. præfecti vigil l. veluti fustium. l. in seruorum, in princ. & leg. capitalium, §. non omnes, ff. de pœnis, leg. 3. §. in bello, ff. de re milit. leg. 1. C. de his notant. infam. multo enim le-
81 uior est pœna fustium, quam flagellorum, vt in prædictis locis legitur, & notatur, & ita optimè adnotant Ayal. d. cap. 9. num. 3. ad fin. & num. 4.
82 Quod si multi milites simul in aliquod flagitiū conspirant, vel si legio deficiat, exauthorari omnes solet, l. 3. in fine, versic. & si multi, ff. de re militar. Ayal. dicto cap. 9. ante num. 5.

Licet autem in bello parua offensa, magna quando-
83 que reputetur, tamen quædam delicta Pagano, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant, militi vero grauiorem, leg. quædam delicta. ff. de pœnis, Idcirco
84 nonnulla militaria delicta capite puniutur, quæ culpa

tantum modo committuntur, l. omnem delictum. §. 1. cum duabus sequ. l. qui commeatus, §. 1. ff. de re milit. Ayal. d. cap. 9. num. 6. nihilominus capitalis pœna per vinum, aut lasciuiam delinquentibus remittitur, & militiæ mutationem irrogat, d. leg. omne delictum. §. per
85 vinum, voluntas enim, & iudicium, quod nullum est in ebrio distinguit maleficium, leg. prima. ff. ad legem Corneliam de sicar. Ayal. d. cap. 9. numer. 7. & com-
86 munis est sententia, quòd & si ebrietas non excusat totaliter delinquentem, etiam sua culpa ebrium, à pœna, tamen eam moderat, ita vt non ordinaria, sed extraordinaria pœna talis ebrius puniatur, Plac. in epitom. delictor. libr. 1. capitul. 30. numer. 1. Menchiac. Illustr. & vsu frequent. controuers. libr. 3. capitul. 96. sub num. 31. versic. si aliquis. Tiraq. in tract. de pœnis temperand. aut remittend. causa sexta per totam, & Clar. in pract. crim. q. 60. nu. 12. vers. præterea quæro.
87 Delinquunt autem milites, aut antequam nomen dederunt, aut post, ante enim delinquere dicuntur, qui
88 militiam detractant, idest, qui ad edictum dandorum nominum, seu ad delectum non respondent, & vt proditores libertatis in seruitutem redigebantur. leg. qui cum vno, §. qui post. ff. de re milit. vnde, & in leg. si is cum quo. ff. communi diuidundo, dicitur fuisse dirutam villam eius, qui ad delectum non respondit, qui
89 etiam filium debilitauit delectu propter bellum indictum, vt inhabilis esset militiæ in Insulam deportatur, dict. leg. qui cum vno, §. cum qui, filium, ff. de re milit. Decian. dict. capitul. 15. numer. 6. versic. ante delinquunt. Ferret. in loco citato numer. 26. fol. 126. & dicit Ayal. dict. capitul. 12. de desertoribus numer. 4. quod non minus grauiter, quam in desertorem statutum est in eum, qui filium suum militię subraxit, quia
90 si belli tempore id fecit, exilio, & parte bonorum mulctatur, si in pace fustibus cęditur, & filius requisitus in deteriorem militiam datur, l. qui cum vno, §. qui filium. ff. de re militar. & idem dicit Ferret. loco citato numer. 26. fol. 126. & dicit Decian. in tract. criminal. lib. 7. cap. 15. de varijs milit. crimin. num. 60 tomo 2. quod imbelli, & pusilli animi, qui metu hostiū
91 languorem simulat, vt militiam euitet, capite punitur, dict. leg. omne delictum, §. exploratores, versic. sed & caligatus. per quem textum hoc notauit Angel. in leg. 1. §. non autem. numer. 4. ff. si quis testamen. liber. esse ius. fuerit, & pariter capite punitur, qui se vulnerauit, vt militię foret ineptus dict. leg. omne delictum, §. qui se vulnerauit. & idem notauit Ayal. in d. tract. de iure, & offic. bellic. & disciplin. militar. lib. 3. cap. 15. de is, qui in acie loc. cædum. aut victi se dedun. ad fin. num. 5. versi. denique. & qui sciens se inhabilem
92 legi, aut describi patitur capite punitur. l. 4. §. 1. & pluribus seq. §§. leg. qui status, & l. ab omni, ff. de re militar.
93 qui etiam sine Principis iussu nullo dato nomine se ordinibus immiscet, punitur, prout quoque puniun-
94 tur Duces, qui milites eligunt iniussu Principis, leg. neminem, C. de re militar. libr. 12. Decian. dict. 15. nu.
95 7. litigans quoque qui nomen suum militię dedit eo animo, vt concussionem faceret aduersario, exauthorandus est, dict. leg. 4. §. non omnis, ff. de re milit. De-
96 cian. vbi supra numer. 8. quia etiam post desertionem in aliam militiam nomen dederunt, aut legi se passi sunt, militariter puniuntur, l. qui cum vno, §. qui post desertionem. ff. de re militar. Decian. dict. capitul. 15.
97 numero, 9. versiculo qui etiam, qui verò metu criminis, in quo Reus iam fuerat postulatus, nomen suum militiæ dedit, statim sacramento soluendus est leg. qui metu. ff. de re milit. Decian. d. cap. 15. nu. 10.
98 Postquam verò nomen dederunt milites, & iam militare ceperunt delinquunt, & grauiter, si nullo virtutis, aut fortitudinis edito signo ignaui metu perterriti se hosti dederunt, leg. 2. §. fi. ff. de re milit. ideo dicitur in leg. 3. in princ. ff. ad leg. Iuliam Maiestatis, quod qui arcem non tenuerit, & qui hostibus castra concesserit lege Maiestatis crimine tenetur, quod adeò
99 verum est, vt etiam integra legio si deficiat, auocari à militia debeat, idest ex authorari, vt in leg. 3. §. penultimo. ff. de re militar. Decian. dict. capitul. 15. numer. 11. vbi tamen numer. 12. ait. in hoc considerandum esse, an qui deditionem fecerunt sponte, & dolosè
100 fecerint, an verò iusto metu, nam si hoc modo, idest ob iustum metum coacti fuerint, excusantur, neque puniuntur, Imol. consil. 34. num. 3. Panormit. consil. 3. in sexto dub. numer. 5. versic. videntur etiam prædicti. lib. 2. Socin. cons. 39. num. 8. lib. 3. Dec. consil. 604. numer. 8. cons. 690. nu. 8. 13. & 14. Grat. cons. 5. ad finem sub numer. 36. & 37. lib. 1. in eodem casu Decij, & cons. 51. num. 9. & seq. vsque ad finem eod. lib. 1. faciunt latè tradita per eosdem Dec. cons. 219. & Grat. cons. 38. & consil. 48. lib. 2. ad excusationem aliquid facientis per metum; Qui etiam deficiunt, idest, qui ab
101 his, qui sub principiū imperio militant descifcunt, & hostiū loco haberi volunt ad eorū numerum se conferēdo, puniuntur, & loco transfugarum habentur, vt in leg. amissione, §. 1. ff. de cap. diminūt. & infra in discursu Transfugæ dicetur, Dec. d. c. 15. nu. 3. & antea c. 14. de Transfugis, num. 15. Qui agmen, & ordinem,
102 siue statum, in quo in acie positus erat, excedit, delinquit, & pro modo delicti, & causæ, vel fustibus ceditur, vel militiam mutat. l. 3. §. in bello, versic. sed qui, ff. de re milit. Decian. d. cap. 15. numer. 46. Ferret. vbi
103 supra num. 44. Qui captiuos eorum custodię commissos euadere permiserint pro modo culpæ castigantur, aut militiam mutant. l. milites, & l. vltima. ff. de custod. reorum, requirendum tamen est, an nimia militum negligentia, an verò casu euaserint, vt in dict. l. milites, Ayal. d. lib. 3. cap. 17. de his qui excub. deserun. vel minus rectè agunt, numer. 4. dicit tamen Ferret. in loco allegato num. 204. fol. 141. quòd capite punitur miles custos, qui captiuum dimisit, per l. si quis aliquid §. miles, ff. de pænis.
104 Desertores militiæ grauiter puniuntur, sunt enim qui per longum tempus vagati, capiuntur, & reducuntur, l. desertorem, §. desertor, & l. qui cum vno, §. edictum, ff. de re militar. Ayal. in tract. lib. 3. capitul. 12. de desertor. in princ. Decian. d. cap. 15. numero, 15. Nam qui militiam in pace deserit, si fuerit eques, gradu pellendus est, si pedes militiam mutat, in bello autem capite idem crimen punitur, l. non omnes, ff. de re milit. Ayal. d. c. 12. post principium, Decian. d. cap. 15. num. 14. & quidem, vt Decian. arguit, si qui accusationem à se institutam deserit, punitur, leg. 1. §. si quis autem ab accusatione, & §. incedit, ff. ad Senatusconsult. Turpill. & leg. 3. C. vbi causæ fiscales, multò magis puniendus est, qui patriam, dominum, fidem datam, sacramentum præstitum, & disciplinam, quam profitetur, defraudat, grauius tamen in eo reputatur crimen hoc, qui post desertionem in aliam mili-
105 tiam se dedit, legiuè passus sit, vt Ayal. dicit dict. capitul. 12. sub num. 1. per leg. qui cum vno, §. qui post. ff.
106 de re militar. & adeò graue æstimatum est, vt Imperatores

ratores cuilibet permiserint desertorem occidere, l.
fin. C. quando liceat vnicuique sine Iudice, se vendica-
re, quod tamen nouissimè a Leone Imperatore restri-
ctum videtur in desertore, qui inuentus voluerit resi-
stere leg. 2. C. de desertorum lib. 12. vt animaduertit
Ayal. d. cap. 12. sub numer. 1. ad finem, & tradit etiam
Decian. d. cap. 15. num. 67. & 74. & dicit Ferret. in lo-
co citato num. 107. fol. 134. quod desertores sunt, qui
107 in bello fugiunt, qui dominos deserunt in prælio in-
ter hostes, & sunt rei læsæ Maiestatis, notat etiam Pa-
ris de Puteo dicto titulo de excessibus milit. secur. nu-
mero sexto quod excedunt milites aufugientes de bel-
lis, & dominos deserentes inter hostes, & capite pu-
niuntur, nisi defendere non potuerint, & numero 13.
quod pariter excedunt, qui ante victoriam dimittunt
bellare, vel a militia ante tempus discedunt, & capite
puniuntur, Defunctorum quoque in desertione bona
108 publican tur, leg. defunctorum, C. de re militar. libro
12. Ayal. d. capitulo 12. num. 1. in fine, & non solum
ipsi desertores puniuntur, sed, & qui eos occultant, &
109 Iudex, qui gratia, vel dissimulatione debitam pœnam
non irrogauit desertori, lege prima Codic. de deserto-
ribus libro 12. Ayal. d. cap. 12. numero 2. Contra verò
qui desertorem prodit, premio afficitur, d. leg. prima
C. de desertorib. Ayal. d. cap. 12. sub num. 2. ipsi tamen
desertori, qui se obtulit, indulgeri, solet, l. qui cum vno,
110 §. edictum, ff. de re militar. non tamen ad totaliter
effugiendam pœnam, sed ad eam diminuendam, quia
si se spontè offerat, leuius punitur, & in Insulam de-
portatur, leg. non omnes, §. qui, in desertione, eodem
titulo vbi est text. Clarus, etiam si post quinquennium
se obtulerit, vt in l. milites, agrum, in finalibus verbis,
ff. de re milit. & tradunt Ayal. ita intelligendus dicto
cap. 12. numer. 2. in fine, & Decian. d. cap. 15. numero
111 23. versic. minuitur autem, & restitutus desertor ex
indulgentia non recuperat stipendia eius temporis,
quo in desertione stetit, l. cum allegatis, C. de re milit.
lib. 12. & l. ex causa, ff. eod. titul. Ayal. d. cap. 12. num.
3. Decianus d. cap. 15. num. 25. & Ferret. in loco sæpè
citato numer. 121. fol. 136. inquiens quod desertor.
miles a Principe restitutus, vel ab hostibus captus, &
ad suos reuersus stipendium non consequitur pro tem-
pore, quo fuit desertor, vel captus per l. 1. & d. l. cum
allegatis, C. de re militar. lib. 12. & benè, quia, qui mili-
tiæ tempus in desertione impleuit, stipendijs priua-
tur, etiam pro anteriori tempore leg. tertia, §. qui mili-
tiæ, ff. de re militar. Decian. d. cap. 15. numero 19. Qui
112 stationis munus relinquit plus, quam emansor est, i-
deo pro modo delicti, aut castigatur, aut gradu deijci-
tur d. l. desertorem, §. Qui stationis, Ayal. d. libro tertio
capitulo 17. de his, qui excub. desertorum, vel minus
rectè agunt, sub num. 2. Ferret. vbi supra numero 120.
Decian. d. cap. 15. num. 16. & 32. qui ab excubatione
113 Præsidis, vel cuiusuis Præpositi desistit crimen de-
sertoris committit, l. 3. §. si Præsidis, ff. de re milit. nam,
& qui excubias Palatij deserit capite punitur, leg. qui
excubias, eodem tit. Ayal. d. cap. 17. num. 3. Decianus
d. cap. 15. num. 17. & 24. Si quis etiam ad diem com-
114 meatus præstitutum non venerit, perinde est, ac si e-
mansisset, vel deseruisset pro numero temporis d. l. 3.
§. si ad diem, & l. commeatus, ff. de re militar. Decianus
d. cap. 15. num. 18. & 33. & ante eum Ayal. vbi supra
libro tertio capitulo 11. de emansorib. num. 5. eius fu-
gam, qui sub custodia, vel in carcere erat, in numero,
desertorum non computandam, scriptum est quia cu-
stodiæ refuga est, non militiæ desertor, cum tamen
115 qui carcere efracto aufugit, etiam si ante non deser-
uerit, capite sit puniendus, l. militer agrum, §. eius fu-
gam, ff. de re militar. Ferret. vbi supra numero 71. &
iterum numero 203. Decian. d. cap. 15. numero 16. &
idem est secundum Ferret. num. 72. in dantibus instru-
menta carceratis ad rumpendos carceres, & fugien-
dum, quia, & hi capite puniuntur, prout fugientes,
quod si plures deseruerint, deinde intra tempus reuer-
si sint gradu pulsi in diuersa loca distribuuntur dicta
116 lege tertia, §. si plures Decianus d. cap. 15. num. 20.
Desertor etiam dicitur non solum qui proximè signis
felicibus applicatus militiæ rudimenta timuerit, ve-
rum etiam qui stipendijs militaribus degenerem la-
tebram quæsisse monstratur, leg. 1. §. neque solum. C.
de Desertorib. lib. 12. Decian. dict. capitul. 15. nume-
ro 70. & pro desertore etiam habetur, qui belli tem-
pore abfuerit à signis dict. leg. 1. §. desertor autem.
Decian. dict. capitul. 15. numer. 71. qui relictis milita-
ribus castris se ad deprædationem, vel latrocinium
contulit, tanquam desertor seueritatem Iudicis non
euadet. l. fin. C. de desertor. lib. 12. Decian. d. cap. 15.
num. 76. Receptans quoque desertorem scienter in
117 agro, vel in domo si est actor, vel procurator capite
punitur, & ager, vel domus publicatur. leg. 1. C. de de-
sertorib. lib. 12. Decian. d. cap. 15. numer. 68. qui verò
eum prodiderit mediocris loci ingenuus immunitate
potietur, leg. 1. §. si qui, C. de desertor. lib. 12. & seruus
liber erit, leg. fin. C. ex quibus caus. ser. ad libert. De-
118 cian. vbi supra num. 69. nec delictum hoc desertio-
nis aboleri potest, prout neq; læsæ Maiestatis, neque
Patriæ oppugnatæ, vel proditæ, l. fin. in fin. C. de abo-
lit. neque eo crimine damnatus potest Iure militari
119 testari, licet ex alijs militaribus delictis damnatus
possit. l. ex militari, ff. de milit. testamen. in princ.
Decian. d. cap. 15. num. 77. & 78. Ductor quoque e-
120 xercitus, qui Imperium exercitumuè deserit hoc
crimine, & læsæ Maiestatis tenetur, leg. 3. ff. ad l. Iulia
Maiestatis, Decian. dict. capitulo 15. numer. 83. & de
121 Iure canonico fugientes de publicis bellis infames
sunt, cap. infames, 6. quæst. 1. Decian. d. cap. 15. num.
122 82. & Rectores Prouinciæ, qui vel gratia, vel dissi-
mulatione desertore persequi, & punire differunt pa-
trimonij, & existimationis damnum subeunt, & in offi-
cijs Priores capitaliter vindicantur, l. 1. §. fi. C. de de-
sertoribus lib. 12. Decian. d. cap. 15. num. 73. nec per-
mittere debent, quod milites prætextu falsarum litte-
rarum missionum, vel euocationum desertionis eo-
rum crimen defendant, nec facultatem habeant sup-
positis, & commentitijs epistolis pœnam, euadendi l.
2. §. 1. C. de desertorib. lib. 12. Decian. d. cap. 15. num.
123 75. Sed ipsos desertores repertos auditos prius ad
suum Ducem cum elogio mittere debent, præterquam
si quid grauius in ea Prouincia, in qua reperti sunt ad-
miserint, quo in casu ibi puniri debent, vbi facinus
commissum est leg. tertia in princip. ff. de re milit. De-
cian. d. cap. 15. num. 79. Licet autem pœna deserto-
rum sit castigatio, pecuniaria mulcta, munerum
124 interdictio, militiæ mutatio, gradus deiectio,
ignominiosa missio, l. 3. §. 1. ff de re militar. & defun-
ctorum in desertione bona publicentur, defunctorum,
125 C. de re milit. lib. 12. Decian. d. cap. 15. num. 27. vers.
pœna autem non tamen omnes desertores æquali pœ-
na similiter puniuntur, sed ratio habetur ordinis,
126 & stipendiorum, gradus militiæ, loci, tem-

poris, muneris deserti, ante actæ vitæ, an deseruerit
solus, aut cum altero, aut pluribus, an semel, aut plures
deseruerit, aliudue crimen desertioni adiunxerit, quid
postea fecerit, & an spontè, vel coactus reuersus fue-
rit d.l.non omnes, ff. de re milita. & tradunt Ayal. dict.
capitulo duodecimo, in princ. & Decianus d. cap. 15.
num. 21. versic. non omnes, qui propterea subdit nu.
22. versiculo augetur, & num. 23. vers. minuitur, quod
augetur crimen istud, si illi aliud additur delictum, d.l.
non omnes, in princ. & in §. qui desertioni, ff. de re mi
litar. & in l. final. C. de desertoribus libro 12. item si re-
stitutus iterato delinquat deserendo dicta lege non om
nes §. desertor. versic. alibi appræhensus, minuitur ve-
ro si spontè desertor se offerat, vt dictum est, Item si
per vinum, aut lasciuiam deseruit, quia capitalis pœna
remittitur, & militiæ mutatione, vel deportatione pu-
nitur, l. milites agrum in fin. vers. item Diui Seuerus, &
Antoninus, ff. de re milit.
127 Quoniam vero milites intra munimenta consiste-
re debent, nec vagi esse, tum ob pericula hostium eua-
denda, tum ad rapinas aufugiendas, qui agmen exce-
dunt ex causa vel fustibus ceduntur, vel mutare mili-
tiam solent, lege 3. §. sed qui, ff. de re militar. Ayal. in
loco toties citato libro 3. capitulo 11. de emansorib.
128 post principium sub num. 1. & 2. Qui autem diu va-
gatus sine commeatu ad castra reuertitur, cum nun-
quam animum deserendi habuerit Emansor dicitur,
129 cuius crimen leuius est, quam desertoris, l. 3. §. eman-
sionis, & l. qui cum vno, §. penult. versiculo leuius, ff. de
re militar. sicut in seruis leuius est delictum erronis,
quam fugitiui, l. quis sit fugitiuus, in princ. & in §. erro-
nem, ff. de ædilit. edict. Ayal. d. cap. 11. num. 3. Decian.
d. cap. 15. num. 28. vnde examinantur causæ emansio-
nis, & cur, & vbi fuerit, & quid egerit, & datur venia
valetudini, affectioni Parentum, & affinium, & si ser-
uum fugientem persequutus est, vel si qua huiusmodi
causa sit, sed ignoranti adhuc disciplinam Tironi igno-
scitur d. l. qui cum vno, §. final. ff. de re milit. Ayal. dict.
cap. 13. sub num. 3. Decian. d. cap. 15. num. 29. Hosti-
bus tamen imminentibus, qui in exploratione emanet,
130 aut qui a fossato recedit capite punitur, lege tertia
§. is qui in exploratione, ff. de re milit. Ayal. d. capitulo
10. sub num. 2. ad finem, & Decianus dicto capitulo
131 15. num. 31. Similiter, & qui vallum transcendit, aut
per murum Castra ingreditur capite punitur d. l. 3. §. in
bello, ff. de re milit. muri enim sacrosancti semper ha-
132 biti fuerunt, §. sanctæ, Institution. de rerum diuision.
Ayal. d. cap. 11. numer. 4. Decian. d. cap. 15. num. 47.
versic. grauius tamen, vbi etiam subdit, quod qui fos-
sam transilierit, militia reijcitur, & dicit Ferret. in loco
relato nu. 43. & 44. folio 127. quod desertores vigilia-
rum nocturnarum, & pacis turbatores pœna mortis
133 naturalis puniuntur, & excedentes agmina fusti-
bus ceduntur, & bona mortuorum desertorum con-
134 fiscantur, & qui a loco; & signis cesserint, vel
propriæ cohortis desertores fuerint arbitrio pruden-
tis Ducis puniuntur, prout, & rumpentes ordines in
militia nunquam coronantur, sed iure puniendi sunt,
quod in desertioribus, & pacis fractoribus, & turbato-
ribus repetit postea num. sextuagesimoprimo fol. 131.
Reuertenti autem emansori, & asserenti se non transfu-
gisse, sed captum euasisse, credendum non est: si tamē
135 alias bonus antea miles existimatus est, ei credere-
tur, lege non omnes, §. a Barbaris, ff. de re mil. Decian.
d. cap. 15. numero 30. sunt enim milites capti ab hosti-
bus digni venia, Ferret. vbi supra n. 25.
136 Ex edicto Germanici Cæsaris is miles desertor
fiebat, qui diù abfuisset, vt inter emansores haberetur,
vt scilicet si quis diù abfuit, eo animo, vt tanquam e-
mansor puniretur, tamen quia diù abfuit, loco deser-
toris habetur, sed si rediret, vel spontè, vel depræhen-
sus pœnam desertionis euitat, leg. qui cum vno §. edi-
ctum, ff. de re militar. Decian. d. cap. 15. numero 34. &
adeo odiosum videtur a signis abesse, vt miles, qui in
137 commeatu agit, non videtur Reipublicæ causa ab-
esse, l. 1. ff. de re militar. puta si vagetur, aut domi suæ
138 orietur, lege miles, ff. ex quibus causis maiores, hi
enim tantum Reipublicæ causa abesse intelliguntur,
qui non sui commodi causa, sed coacti absunt. l. Rei-
publicæ, ff. ex quibus causis maiores, Ayal. d. cap. 11.
ad fin, sub numero 5. & istud est, quod voluit Decian.
d. cap. 15. numer. 36. Dum ait non solum in Castris e-
mansionem puniri, sed etiam in stationibus in quibus
prohibentur milites euagari per agros, & per posses-
siones, quia cum signis proprijs in mansionibus soli-
tis, & publicis manere debent, alias sæuerissimè pu-
niuntur l. Tribuni. C. de re militar. libro duodecimo, &
propterea dicit Ferret. in loco adducto numero 120.
fol. 136. quod excedant milites non solum disceden-
139 tes a Castris sine licentia, & desertores fiunt, sed e-
tiam in propria domo manentes, & Paris de Puteo d.
titulo de excessibus milit. secular. cap. 1. num. 8. quod
excedunt milites, qui commeatu non accepto se ab-
sentant, vel stant in domo volentes gaudere priuilegio
militari, & habere stipendium contra lege miles, &
140 lege qui mittuntur, ff. ex quibus caus. maior, Si tamē
emansor, qui diù abfuit, se offerat, vel ab alio depre-
hensus offeratur pœnam desertionis euitat d. leg. qui
cum vno, §. edictum, Decian. d. capitulo decimo quin-
to num. 37. dicens hoc mirum videri, quod scilicet æ-
què exequetur is, qui depræhensus inuitus offertur, &
is, qui spontè se offert; Nam, & desertor spon-
tè se offerens mitius punitur, quia in insulam deporta-
tur, cum si depræhendatur capite punitur, l. non om-
nes, §. qui in desertione, ff. de re militar. sic, & alias spō
tè confitenti minuitur pœna, non autem conuicto, vt
141 per glossa in capitulo De hoc autem, in versiculo in
iure, de Simonia, sed ita lex scripta est, vt Decianus
subdit, si tamen captus miles ab hostibus potens redi-
142 re, non redijt pro transfuga habetur, & rediens reci-
pitur, si euasit, & non transfugauit, & non receptus
non recuperat Ciuitatem, Ferret. vbi supra numero
143 56. folio 129. Cæterum differt emansor a deserto-
re tum tempore, quia desertor diù, & longo tempore
abest, neque reuertitur, Emansor autem breuiori tem-
pore euagatur, tum animo, quia desertor eo animo di-
scedit, vt non reuertatur, Emansor verò vt reuertatur,
leg. 3. §. emansor, & §. disertorem, & d. leg. qui cum v-
no §. edictū, ff. de re militari, & notat Dec. d. c. 15. n. 35.
144 Prohibentur etiam milites per Prouincias relictis
proprijs numeris passim vagari, quod si fecerint cor-
recti custodiuntur, donec Princeps, quid de eis statuē-
dum esset, rescribat, l. nemo miles, in fin. C. de re milit.
lib. 12. Decian. d. cap. 15. nu. 39. Sic prohibentur de v-
145 no numero ad alium transire sine Principis iusso sub
pœna libræ auri, l. contra publicam, C. eod. tit. Decian.
d. c. 15. n. 49.
146 Arma membra militū esse antiqui scriptores vo-
luerunt, ideoque graue crimen habitum fuit in bello
147 arma amittere, vel alienare sub pœna capitis
l. 3.

l.3.§.miles qui,ff.de re militar. Hocque delictum deser
tioni æquiparatur, si omnia alienata sunt, sed si
pars eorum tantum alienata fuerit ad id tantum,quod
interest condemnatur miles:Nam si tibiale,vel hume-
rale amisit,vel alienauit,verberibus castigatur, si verò,
loricam,gladium, scutum, galeam, desertoris similis
erit, quasi quod paria sint militiam deserere, vel ea
instrumenta non habere, sine quibus militia esse non
potest; Tironi tamen in hoc facilius parcitur, cu-
148 stodique armorum, plerumque ea culpa imputatur,
si arma militi commisit non suo tempore, l. qui com-
meatus, §.final. de re militar. Ayal.dicto libro tertio,
capitulo decimosexto, de his, qui arma alienant, vel
amittunt,num.1.Decian.d.cap.15.num.43. versic.ar-
ma quoque. Ex eoque,quod turpiter arma amittantur
149 in bello, constitutum fuit arma non redire postlimi-
nio,l.2.in fin.ff.de captiuis, & postliminio reuersis,
Ayal.d.cap.16.numero 2.vbi plura circa ignominiam
amittentium arma in bello, ex plurium Authorum le-
150 ctione recenset, qui vero aliena arma surripuerit
commilitoni gradu militiæ pellendus est, lege tertia,
§.qui aliena arma, ff.de re militar. Ayal. d.libro tertio,
cap.19.de furtis,& alijs quibusdam delictis militarib.
num.3.Decian.d.cap.15. num.44. Nec mirum, quia
151 militibus non licet rapinis, & furtis incumbere, vnus
de Iureconsultis militem in furto balneario depræ-
hensum ignominia mittendum respondit in leg.final.
ff. de furtis balnear. tollit enim delictum huiusmodi
vinculum beneuolentiæ inter milites,cuius nexum plu-
rimum æstimatur, ita vt ea de causa qui commilito-
nem gladio ferret capite puniretur, qui verò lapide
vulneraret, militia reijceretur, lege omne delictum,
§.si quis, ff.de re militari,Ayal.dicto cap.19. numer.
4.Ferret.in loco allegato num.33.& rursus, num.208.
qui propterea in eodem tit. num.75.& seqq. fol.131.
152 ait,quod fures,latrones, viarum disrobatores, & a-
liena bona furantes milites, & eorum auxiliatores,
participes, & ipsos, & furta scienter receptantes sunt
plectendi pœna mortis naturalis, quod quæ latrones,
& stratarum publicarum disroboratores a quocunque
possunt impunè occidi, & milites, qui relictis Castris
153 se contulerunt ad latrocinia, & depredationes de-
bent morte puniri,per lege final. Codic.de desertorũ,
lib.12.& hoc casu debent furca suspendi, quia sunt
infames ipso iure, quæ infamia eos priuat militia, &
omnibus militaribus priuilegijs,l.2.§. miles, ff.de his,
qui notan.infam & tales delinquentes exauthoratur,
Paris de Puteo vbi supra in fi.nu.14.
154 Miles honoris sui prodigus,qui pecunia transigit,
mecho vxoris suæ sacramento soluitur,& deportatur,
l.miles,ff.ad l.Iul.de adulterijs Ayal.d.c.19.sub n.4.
155 Graue etiam crimen habetur dare se militem, cui
non licet, & augetur vt in cæteris delictis dignitate,
gradu,specie militiæ,l.2.ff.de re milit.Ayal.d.capitul.
29.nu.5.
156 Qui pro milite se gerit cum miles non sit,pœna fal.
si tenetur l.eos,in fin.ff.ad leg.Cornel.de falsis, quæ
deportatio est cum publicatione bonorum,l.1. ff.ad l.
Cornel.de sicarijs,Ayal.d.c.19.in fi.nu.6.& 7. Ferret.
vbi supra num.92.fol.132.& ipse probaui in alijs reso-
lut.crim.cent.2.casu 176.per totam.
157 Miles atrocem militum seditionem concitans ca-
pite punitur,quod si intra vociferationem, aut leuem
querelam seditio metu seditionem, ff. de re militar.A-
yal.d.lib.3.cap.14.de seditiosis,sub nu.2.Decian.d.c.
15.num.48.versic.pariter miles,subdens nu.49. quod
eodem modo turbator pacis capite puniendus est, l.
158 qui metu,in fin.ff.eodem titul.quodque lege Longo-
bardorum cauetur,vt qui foris, in exercitu seditionem
leuauerit contra Ducem,aut contra eum, qui ordina-
tus est a Rege ad exercitum gubernandum, aut ali-
quam partem exercitus seduxerit, animæ suę incurat
periculum, quodque varia seditionum grauiter puni-
tarum recenset Petrinus Bellus in tractau de re milita-
ri, part.8.num.8.& ipse aliquid addit, & copiosius lo-
quitur Ayal.d. cap.14. sub num.2.& pluribus sequen-
tibus vsque ad finem, versiculo, ex constitutionibus,
& infra.
159 Miles falsam vocem in exercitu ponens arbitra-
rie punitur.Ferret. d. tit. de milit. iust. & de pęnis de-
sertor.infligend.nu.128.ad finẽ,vers.& quia. fol. 136.
160 Frumentum exercitus lucrifaciens,emens, vel ali-
ter ad manus suas reducens,si honestior est,bonis om-
nibus publicatis deportatur, si verò vilior, capite pu-
nitur. l. final. C. quæ res vendi non poss. Ferret. d.tit.
num.179. fol. 140.
161 Excedunt milites expugnando patriam, & Domi-
num cui seruire tenentur ex debita fidelitate. Paris de
Puteo d.titul.de excessib.milit.secular.numer.3.
162 Est autem perniciosissima res intestina militum
dissensio propter quam non pauciores exercitus di-
scordia, & seditione proprijs viribus consumpti sunt,
quam ab hostibus prostrati, & propterea contra se-
163 ditiosos, & seditionum authores acriter fuit sem-
per prospectum, tanquam in criminis læsæ Maiesta-
tis reos,l.1.ff.ad leg.Iul.Maiest.& seditiosos pro qua-
litate personæ in furcam tolli,aut bestijs subijci, aut in
insulam deportari statutum est,leg. si quis aliquid,§. ex
metallo,& §.authores,ff.de pœnis,l.1.& l.2.C. de sedi-
tios. Ayal. dicto libro tertio, capitulo decimo quarto,
de seditios,num,1,& 2.
164 Qui rem a Duce prohibitam in bello facit, aut
mandata eius non seruat capite punitur, etiam si res
bene gesta euaserit,l.3.§.in bello,ff.de re milit.quia ad
stabiliendam disciplinam militarem illud præcipuum
165 est,vt edicto Ductoris exercitus, & superiori parea-
tur, Ayal. dicto libro tertio capitulo 2. de offic. legat,
Tribun.& alior,num.4.& cap. 10.de contumac.& Du-
cum edicto non parentibus, eosque non protegenti-
bus,in princ.& num.5. Decian.d. cap. 15. num.45. &
antea eodem lib.7.cap.12.num.2.post Hieronim. Gi-
gant.in tract.de re milit.lib.1. Rubr.qualiter, & a qui-
bus crimen læsæ Maiestat. committat. quæstione 31.
num.6.& sequent.nec dissentit Petr.Bell.in tractat.de
re milit.in 8.part.titul.vnico,de delict. militar, & corũ
pœn.num.53.& 54.vers.Qui mandata Ducis, & con-
uenit Ioann.de Lignano in tract.de bell.cap.17.ad me
dium versiculo,&.sic debent, & latius cap.30. per to-
tum, & Paris de Puteo d.cap.1.num.12.versic. exce-
dunt etiam quia non obediunt. Quod tamen non ita
166 simpliciter intelligendum est,sed ita demum,nisi no-
ua aliqua causa superuenisset Principi mandanti latẽs,
quam si sciuisset,non ita mandasset; Indignatio enim
167 Principis ob inobedientiam concepta fœlici succes-
su temperanda est, præsertim si non appareat in-
obseruantia dolosa, sed iusta aliqua causa pro inobe-
diente stet, & præcipuè si constet talem causam, si
Principi nota fuisset, illum, & quemcunque ali-
um sapientem impulsuram fuisset, vt id fieret,
quod feliciter gestum est, ita in terminis dicunt Cre-

mensis singular.151. incipiente, mandatum Roch. de Curte in repetit.cap.vlt.de consuet.cart.23.versic. limita modo prædictam conclusionem Tiraq.in trac. de pœna temperand.aut remitt.in præfat.num.37.& Decian.d.cap.15.num.45. post dictum vers. item qui rem, quam tamen limitationem dubitabilem putat Petrin. Bellus in tractatu de re militar. parte octaua num.53.& seq.& falsam dicit Ioan.de Lignano in tractat.de bello, quæst.trigesima, quia fines mandati dili-
168 genter custodiendi sunt, & nihil contrafaciendum est, etiam si eo facto videri possit res euentura prosperius, & ex vtilitate negocium mandantis, leg.diligenter, ff.mandat.vt in proposito ponderat Ayal.d.capit. 2.sub numero 5.versic.etenim, & d.capitulo decimo, n.5.vers.cuius disciplinæ.Sed pro ea videtur stare tex.
169 notab.in l.si hominem, ad fi.ff.mandat. vbi ex causa licet transgredi superiorum mandata, & faciunt notata per Gigantem d.quæst.31.ad finem, num.9. versic. supradictam tamen conclusionem, vbi tradit, quod conclusio per eum antea firmata, quod mouens guer-
170 ram sine licentia superioris incurrat crimen læsæ Maiestatis, non procedit, si absente Principe, cuius copia haberi non poterat ad consequendam licentiam, immineret euidens periculum, si arma non expedirentur contra parentes inuadere Prouinciam, quia tunc ducens exercitum pro tuitione Prouinciæ bellum gerens excusaretur per text.in l. si alius, §. bellissimè, ff.quod vi, aut clam, & in l.ait prætor, §. si debitorem, ff.de his, quæ in fraudem credit. & per notata in lege nullus, Codic.de Iude.per quæ iura ita tenuit Martino Laudens, in tractatu de bello, quæstione 2.sequitur Decian.d.cap.12.num.3.vers.fallit tamen, cum quibus conueniunt Felyn.in cap. 1.in sept. fallen. num.48.49.& 50.versic.fallit septimo, de constitut. & in cap.quod super num.4. vers. fallit primo, de maiorit.& obedient.& latè tradit Ayal.d.cap. 2.numero 5. vers. sunt tamen qui existiment, adeo quod limitatio hæc de iure subsistentabilis videtur, licet non sine scrupulo transeat sub Principe duro, & inexorabili, cum præsertim quamplura extent exempla per præfactos Scribentes recensita maximorum exercitus Ductorũ, qui etiam proprios filios inobedientes sæuerissimè tractarunt ob res bene gestas, & gloriosam victoriam obtentam contra ipsius Ductoris mandatum, quasi quod disciplinam Castrorum antiquiorem Romanis
171 fuisse, quam liberorum charitatem, l.postliminium, §.filius quoque, ff.de captiu.& postlimin.reuers. & notat Ayal.d.c. 10. n.6. dicit tamen Ioan. de Lignano d. c.30.quod licet alij teneant, quod propter egregium factum inobediens pœnam euadat, tamen hoc ipse non putat verum, sed quod Princeps benè potest pœ-
172 nam remittere, & facit, quod instar desertoris habetur, quia Præpositi exequutione desistit, cumque non sequitur, l.3.§.si Præsidis, ff.de re milit.Bellus in d.8.p. numero 8.

173 Miles, qui Tribuno, vel Centurioni suo eum castigare volenti restiterit infamia notatur, l.milites agrum §.irreuerens, ff.de re milit. & si vitem, qua flagellabatur tenuerit, militiam mutabit, si verò ex industria fregerit, vel manum Centurioni intulerit, capite punietur dicto §. irreuerens, & tradunt Ayal.d.capitulo 10.num.2.& Decian.d.cap.15. nu.57. & 58. cadit enim delictum hoc sub nomine irreuerentiæ, & miles irreuerens omnino coercendus est, vt in d.§. irreuerens, & ponit Decianus dict.cap.15.numero 56.ipsi tamen Tribuno, Centurioni, vel Superiori cauendum est, ne modum in castigando excedat, lege officium in fin. ff. de re milit.l.item quæritur, §.item Iulianus, ff.locati, & si iniustè militem inuadat, & non castigandi animo ob crimen aliquod metas officij sui excedat, militi defensio licita videtur, l.prohibitum, C.de iure fisci, libro decimo, Ioann. de Lignano in tractatu de bello, capitulo 101.& Francis.Arias in tractatu.de bello, & eius Iust.num.43.vers.vnde licita, qui etiam adducunt tex. in l.deuotum, C.de metat.& epydem, lib.12.& ipse dixi in prioribus resolutionibus criminalibus centuria 2.casu 132.num.6. & sequentib.vsque ad finem, alias vero non erit resistendum cap.qui resistit, 2.quæstione
175 tertia, quia omnis contumacia aduersus Ducem, vel Præsidem capitalis est l.omne delictum, §.contumacia ff.de re milit. Petrin.Bellus in tract. de re militar. in 8. part.titul. vnico, de delict.milit.& eorum pœnis num. 55.Ferret.vbi supra numero 217.& num. 125.in fine, Ayal.dicto capitulo 10. numer.3.versic.cauendum ta-
176 men Decian.d. cap.15. num.55. Et non solum capitalis pœna statuta est in eos, qui manus intulerunt in Præpositum l.omne delictum, §.qui manus, & l.milites agrum.§.irreuerens, ff.de re milit. Petrin. Bellus d. parte 8.num.58.versic.morti etiam, Ferret.in loco citato num.35 & rursus num.109.Ayal.d.cap.10.num. tertio, in fine, & Decian.d.cap.15.numer.52. verum etiam in eos, qui eum defendere noluerunt, vel deseruerunt, occidique permiserunt, l.3.in fine, & d.l. omne delictum, §.fin.ff.de re militar.Ayal. d.cap.10. num.4. Ferret.vbi supra numero 33. & Decian.d. capitul.15.
177 num.51. vbi etiam addit, quod ideo vassallus, qui Dominum dereliquit in prelio priuatur feudo, cap.1. §.qui Dominum, titulo quæ fuerit prima causa benefic.amitt.cap.1.quibus mod.feud.amittit.& capitul.si quis miles, quibus modis feudum amittatur il secõdo, cum quibus conuenit Bell.in d.8.part.numero 58. vbi tamen inquit, quod licet noxæ sit quæuis resistentia, tamen distingui solet qualis sit, vt ibi per eum, &
178 subdit num.59. quod ideo superiori cedenti non est resistendum, quia quod a superiore cederentur milites, non erat eis ignominiæ, aut infamiæ magis, quam sit puero, si cum flagris eum cedat Ludimagister. Nec mirum, quia militis tanta debet esse erga suum Præpositum obseruantia, vt debeat se periculo offerre
179 pro salute illius, & si non protegat eum, cum potest, similis est Inuasori lege omne delictum, §. fin. & si moriatur Præpositus, miles, qui eum deseruit, morti traditur d.l.3. in fine, Bell.in d.8. parte numero 60. versiculo tanta vero vbi limitat, numero 61. nisi ea esset vis, cui resisti non poterat, quia tunc militi licet consulere propriæ saluti, & vitæ dicta lege omne delictum, & d.§.fin.& dicit Ioan.de Lignano in tract. de bello, cap.94.quod miles tenetur iuuare Præpositum belli, si potest, alias capite punitur per iura supracitata, & si grauius sit deserere in prælio, idest in ipso conflictu, & certamine, quam in bello, vt dicit Bell.in dicto tract.in secunda part.tit.5.rub.an liceat Vassallo Domin.in prelio deserer.nu.9.

180 Miles, qui ex carcere effracto aufugit, pœna capitis punitur, l.si quis aliquid, la seconda, 38.§. miles, qui ex carcere ff.de pœnis, & lege milites agrum, §. eius fugam, in fin.ff.de re milit. Decian.d.cap.15. numer.50. vers.miles etiam, Subdens eadem pœna teneri eum, qui deseruit, quem custodiebat per dictum §. miles, qui ex carcere. Et supra etiam fuit actum, quod si nul-

si nulliter captus fuisset, & iniuste detineretur, vtique
181 impunè carcerem frangere, & aufugere posset gratia libertatis, & propriæ salutis, cui de facto iniuriabatur propter iniustam detentionem a Iudice factam, cui
182 iniustè exequenti resisti licitè potest, vt probat Ferret. in loco citato n. 72. & ipse dixi in prior. resol. crim. cent. 1. casu 42. n. 1. vbi tamen, n. seq. cõtrariũ probaui.
183 Segnes etiam, contumaces, & desides puniuntur, quia hæc sunt contra militarem disciplinam, l. non omnes, §. a Barbaris, in vers. si autem negligens, & l. omne delictum, in princ. ff. de re milit. Decianus d. capitulo
184 15. num. 54. Ideoque qui metu hostium languorem simulant capite puniri iubentur, vt supradictum est, & ponit etiam Ferret. vbi supra n. 216. fol. 141.
185 Qui etiam in acie fugam prior fecit spectantibus militibus propter exemplum capite punitur, l. omne delictum, §. qui in acie, ff. de re milit. Ayal. dicto lib. 3. cap. 15. de his qui in acie loco cedunt, aut victi se dedunt numero 2. Ferret. supra relatus numero 36. & numero 211. Decian. d. cap. 15. num. 59. subdens num. 61. & 62. quod ideo in l. 3. §. 1. ff. ad l. Iul. Maiestat. dicitur eos, qui in bellis cesserunt, & lege Iulia puniri, propterea que integros exercitus pro fœda fuga fuisse castigatos, & signiferos, qui signa amiserant, & Centuriones, & alios, qui ordines reliquerant, virgis cæsos securi fuisse percussos, cæteram verò multitudinem decimatam, & dicit Bell. in tractatu de re milit. in 2. parte tit. 5. Roman liceat vassallo Dominum in prælio deserere numero 7. quod fuga solo me-
186 tu, & segnitie tentata crimen est in militiæ punibile per d. l. omne delictum, in principio, Vnde postea vult idem Bell. in octaua parte numer. 62. versic. hinc est,
187 in fine, quod segnities ipsa militis, & desidia fraudi est ascribenda, per dictam l. omne delictum, §. qui in acie, & subdit num. 63. & seq. quod posset esse adeò intempestiua, vt morte digna esset, per exempla ibi posita, est etiam talis miles sic fugam arripiens iure cano-
188 nico infamis, cap. infamis, 6. q. 1. Ayal. d. cap. 15. vbi plura de hac re agit num. 2. qui etiam subdit numer. 4. non solum apud Romanos turpe fuisse, & animaduersione dignum fugere, sed etiam per deditionem in potestatem hostium venire; Ideoque eos, qui armis victi
189 se hostibus dedunt postliminio carere, l. postliminiũ, ff. de capt. & postlim. reuers.
190 Milites in statione, vel custodia, aut excubijs dormientes occidi posse, vel præcipitari de loco, in quo excubabant certissimum est, vt ex pluribus ostendit Ayal. dicto cap. 17. sub nu. 2. ad finem, & num. 3. quod, & hodiernis temporibus obseruari solet.
191 Qui arcem non tenuit, aut castra hostibus concessit l. Iulia Maiestatis tenetur, l. 3. ff. ad leg. Iul. Maiestat. & meritò, quia, vt dicit Ayal. dicto lib. 3. cap. 18. de eo, qui arcem, vel oppidum cuius præsid. imposit. est a-
192 mittit, vel hostibus dedit in princip. numer. 1. si serui periculo captis domus custodiam tam à domesticis, quam ab extraneis præstare coguntur dominis, leg. prima in princip. ff. ad Senatusconsult. Silanian. multo magis illi, quibus custodia arcis, vel oppidi, & publica salus commissa est, pro qua tuenda, nec mortem recusare debent, propterea que in ea re exactissima diligentia præstanda est, argumento. leg. 1. §. quia sciendum. ff. de offic. præfect. Vigil. In tantum
193 quod etiam contra patrem, filium, vel quondam dominum quis pugnare debet, & omni periculo se exponere, & necessitate famis cogente potius filium comedere deberet, quam hosti Arcem, vel oppidum dare, argumento l. 1. & 2. C. de patrib. qui filios distra, neque excusabitur eo, quod hostes mortem vxori, aut liberis, aut patri, aut quibus vis alijs sanguine coniunctis minerentur, quia salus Reipublicæ caritati coniunctorum, & et liberorũ præferri debet, l. postliminiũ, §. filius quo
194 que, ff. de capt. & postlim. reuer. Ayal. d. c. 18. sub n. 2.
195 Cum tamen a Iustitia alienum sit, quem sine culpa puniri, cum qui culpa caret, a pœna sit immunis l. sancimus, C. de pen. & c. sine culpa, de reg. iur. in 6. si Præfecto Arcis, vel oppidi ab hostibus capti, vel his dediti nulla omnino culpa, aut negligentia imputari possit, eum etiam à pœna securum esse debere æquitas suadet, argumento l. milites, & l. vltimæ, ff. de cust. reor. quod approbat Ayal. dicto capit. 18. num. 3. Vnde qui necessitate coactus, quam humaniter superare nullus
196 potuisset, & omni ope destitutus arcem, vel oppidum tradit hosti, nullo supplicio dignus est, quia, qui
197 facit, quod potuit legem adimpleuit, cum impossibi-
198 liũ nulla sit obligatio, c. impossibiliũ. de reg. iur. in 6.
199 Hinc est quod vassallus non tenetur præstare fidelitatem Domino, nisi quatenus facere potest, cap. fin. de feud. sine culpa non amitten. & ibi Aluar. & alij, gl. & Bald. in cap. 1. in princ. eodem. titul. eadem ratione multi existimant Ciuitatem isto præsidio carentem
200 excusari a crimine læsæ Maiestatis, si hosti dedatur, vt per Afflict. lib. 1. constitution. Regn. rubric. 101. de contumac. vniuersitat. in constitutione, dubitationem, numer. 15. præsertim si non mittatur subsidium, Ioan. de Imola cons. 34. num. 3. Abb. cons. 3. in 6. dub. num. 5. lib. 2. Socin. consil. 39. num. 8. lib. 3. Decianus consilio 604. num. 8. in fin. Decian. cap. 15. num. 12. versic.
201 vnum tamen. Hinc quoque est, quod Præfectus Arcis non tenetur eam defendere, si Dominus ea, quæ ad defensionem sunt necessaria, non suppediret, vt concludit Grat. cons. 5. num. 36. & 37. & cons. 51. num. 9. & seqq. lib. 1. quem sequitur Ayal. d. capitulo 18. num. quarto vbi subdit, quod propterea nec vassallus tene-
202 tur præstare seruitia domino, nec eum in dominum recognoscere quoties ipsum reliquit in necessitate, c. qualiter dominus, propriet. & ibi Aluar. & alij, & cap. 1. §. domino committente, & ibi Bal. & alij, titulo. si de feud. fuerit controuers. inter domin. & agnat. & dicit Additionator ad Decianus consil. 604. in additione in verbo, metum, sub litterar. a D. quod Antiqui Reges Galliæ vrbibus, quas defendere non poterant, hostibus se dedere permittebant, & benè; quia, qui hostium
203 vim ferre non potest, sibi quocumque modo consulere debet, nec in hostium potestate ire debet, expectando finem, cuius euentus nihil ad eius commodum operari potest, l. stipulatio, §. diuus, ff. vt legat. nomin. caueat, & sicut debitor speciei etiam in mora consti-
204 tutus non tenetur de interitu rei, quæ æquè apud creditorem erat peritura, l. si plures. ff. depositi. l. illam, ff. de petition. hæreditat. lege quod te, & ibi Doctores, ff. si certum petatur, ita non tenebitur Arcis Præfectus se, & præsidium indubitatæ morti obijcere, sed potius omni ope humana, & spe subsidij destitutus, pacto, vel
205 aliter sibi, & præsidio consulere poterit, vt demonstrat Ayal. d. c. 18. n. 5. Ad prædicta optimè seruit, quod
206 dicitur de vassallo assumente arma contra Dominum, & alteri fidelitatem iurante ob metum vitæ, & perditionis sui status, & propter imminentia bella, & iusta pericula, vt non amittat feudũ, nec dicatur rebellis, vt pro Duce gramine, qui cõtra Imperatorẽ sũpsit arma,

arma, consuluit Dec. consil. 604. 605. & 690. & post eum Grat. cons. 5. lib. 2. & faciunt optimè in istis ter minis tradita per Grammar. consil. crimin. 13. in causa Miloniana, per totum, & cons. 31. in causa Magnifici Ioannisbaptistę, etiam per totum, In quibus ex quamplurimis per eum congestis consuluit pro excusatione feudatariorum à pœna rebellionis ob iustum metum perditionis vite feudi, & aliorum bonorum, qui non redierant ad obedientiam sui Domini, sed cum inimicis eius steterunt, & feudum tradiderunt, & iuramentum fidelitatis præstiterunt, ac alia multa in eius fauorem contra præfatum dominum fecerunt, cũ quibus conueniunt tradita per Boss. in pract. crim. tit. de plurib. violent. num 100. vers. quidam in feudum accepit Castrum, licet in contrarium faciant congesta
207 per Grat. cons. 1. & cons. 2. lib. 1. vbi loquens in casu, in quo Roma capta, ac depopulata a militibus Ducis
208 Borboniæ, qui Romanos ceperunt, & varijs tormentis affixerunt, & trucidarunt, Sacerdotibus in maximis dignitatibus constitutis non pepercerunt, sed varijs contumelijs affectos turpissimè morti tradiderunt, & nonnullos in Tyberim proiecerunt, Clementẽ septimum Pontificem Maximum in Arce constitutum expugnauerunt, ceperunt, captumque custodierunt, donec timore exercitus contrarij recedere coacti fuerunt, consuluit feudatarios Sedis Apostolicæ, qui sum mum pontificem de his, quæ dicta sunt certiorem red dere potuerunt, & minimè fecerunt, alios qui iter, ac annonam dictis militibus præbuerunt, alios, qui cum eisdem militibus adhæserunt, ipsumque Pontificem a Carceribus liberare potuerunt, & noluerunt, cecidisse a feudis, reosq; læsæ Maiestatis fuisse.
209 Contra Transfugas acerrimè semper animaduersum fuit, hique hostium numero habendi sunt, & capite puniuntur, l. postliminium, §. Transfugæ, ff. de capt. & postlimin. reuers. l. proditores, ff. de re milit. & vbicunque inuenti quasi hostes interfici possunt lege 3. §. final. ff. ad lege Cornel. de sicar. lege final. C. quando liceat vnicuique sine Iudice se vindic. & legis Iuliæ Maiestatis rei sunt, l. 2. ff. ad leg. Iul. Maiestat. & ad bestias, vel in furcam condemnari possunt, quamuis milites pœnas istas non patiantur, l. 3. §. is, qui ff. de re militar. Ayal. dicto lib. 3. capitulo 13. de Transfug. & proditoribus in princip. num. 1. Decian. in tract. crimin. tomo 2. lib. 7. cap. 14. de Transfug. num. 1. 3. 5. & 10. & dicit text. in l. si quis aliquid, ff. de poen. & in l. aut damnum, §. hostes, eodem titul. quod Transfugæ ad hostes, vel in ea suspenduntur, vel exuruntur, & in l. desertorem, §. is qui ad hostes. ff. de re milit. quod etiam, is, qui volens transfugere deprærhensus est, capite punitur, Ayal. d. cap. 13. sub num. 1. versic. is etiam, & Decian. d. cap. 14. num. 11. versic. sed, & qui volens: et tamen qui
210 Transfugit, & postea multos hostes appræhendit, & transfugans demonstrauit parci potest, l. non omnes, in fin. ff. de re milit. Ayal. d. cap. 13. num. 1. in fin. & Decian. d. c. 14. n. 13. vers. si quis autem.
211 Nullum habent ius postliminij transfugæ neque restitui possunt, l. item et, ff. ex quibus causis maiores, & l. postliminium, §. transfugæ, ff. de captiu. & postlim. reuer. Decian. d. c. 14. n. 6. nec ab hostibus remissi milites restituuntur nisi constiterit eos captos fuisse, l. non omnes, §. à Barbaris, cum §. sequent. ff. de re militar. Ayal. d. c. 13. sub n. 2.
212 Et pro transfuga habetur etiam is, qui cum posset redire captus, non redijt, vt supra dictum fuit, leg. non omnes, §. qui captus, ff. de re milit. Ayal. d. cap. 13. num. 2. Decian. d. cap. 14. num. 9. versic. item qui, vbi sub fit, quod, & qui in præsidio captus est in eadem conditio-
213 ne censetur, licet si ex improuiso dum iter facit, aut epistolam fert, capiatur quis, veniam mereatur, per eundem §. qui captus, quamuis enim; quod captus in præsidio pro transfuga habeatur, videatur carere ratione, tamen intelligendo quod hoc procedat, quando potuit redire, & noluit, cessat difficultas, & dubitationem faciebat, quia cum finitum esset munus, quo captus fungebatur in custodiendo loco illo, non videbatur adstringendus deinceps redire, cum tamen eius, qui in campo militat munus finitum dici non possit, finito bello; Vnde Petr. Bell. in d. tract. de re milit. parte 8. de delictis militantibus numer. 12. in hoc recurrit à d. l. prospexit ff. qui, & à quibus. quod scilicet dura
214 sit lex vt captus in præsidio pro transfuga habeatur, quamuis ex quo scripta est, seruanda venit, quod dictũ mordet Decian. in d. versiculo item qui, in fine, & subdit Decianus numero 12. versiculo at si, quod si ex improuiso, dum quis iter facit, capiatur ab hostibus, inspecto eius præcedentis vitæ actu, venia dignus erit, & si expleto militiæ tempore redeat, vt veteranus restituetur, & merita accipiet d. l. desertorem, §. is qui ad hostes, versic. sed si ex improuiso, ff. de re milit.
215 Verè autem Transfuga is dicitur, qui ad hostes eo animo se confert, vt nolit redire, l. postliminij, §. captiuus, & l. si captiuus, ff. de captiuis, & postliminio reuersis, sicut dicitur de seruo fugitiuo in l. qui sit fugitiuus, §. item apud, ff. de ædilitio edicto, Decian. d. capit. 14. numero 9. qui etiam antea numero 7. ait, quod non solum is Transfuga dicẽdus est, qui aut ad hostes aut in bello Transfugit, vt per Bar. in extrauaganti, ad reprimendum, in versic. qui sint Rebelles in verbo, tenore, verum, & qui per induciarum tempus aut ad eos, cum quibus nulla amicitia est sede suscepta transfugit, maloque Consilio, & proditorio animo patriam relinquit, l. postliminium, §. transfuga, ff. de capt. & postli.
216 min. reuers. additque quod, & Transfuga metalli dicitur, qui ex metallo aufugit, l. in bello, §. si deportatũ, eod. tit.
217 Dicitur etiam transfuga deficere, quia deficere dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, decilcũt, & in hostium numerum se conferunt, l. amissione, §. 1. ff. de capit. dimin. licet secundum Bart. in extrauaganti, qui sint Rebelles, in verbo, tenore, numer. 3. & De-
218 cian. d. cap. 14. numero 15. versiculo dicitur etiam, Transfuga propriè dicatur, qui recedendo a suo Principe ad hostes se confert, deficiscere autem dicatur,
219 qui non se transfert ad hostes, sed locum suum puta Castrum, vel Ciuitatem tenens, se hostem facit, & in numerum hostium haberi vult, qui etiam, vt Decian. subijcit numero 16. mediam capitis diminutionem pati dicitur, vt in d. §. 1. maximam enim non patitur, quia seruus non efficitur, l. si quis tutor, ff. de tutel s.
220 An autem Transfuga de libero fiat seruus si postea ad suos reuertatur, non modica videtur differentia inter nostros Doctores, qui interpretando, l. Transfuga, ff. de acquirend. rerum domin. in illis verbis, Transfugam iure belli recipimus, varij varia dixerunt, nam Accurs. ibi apertè fatetur, quod efficiatur seruus, si prius fuit liber, & interfici licitè possit l. 3. §. fi. ff. ad lege Cornel. de sicar. quam expositionem improbat Cuiac. lib. 4. obseruation. cap. 9. in princip. & post eum Decian. d. cap. 14. n. 14. versic. verba hæc, ex eo quod iure cauert

re caueri non reperitur, quod Transfuga, si liber fuit, & postea ad nos reuertatur, seruus efficiatur, Vnde lex
221 illa loqui videtur de seruo, quia iure poliminij domino redditur, vt l. postliminium, §. Transfugæ, ff. de capt. & postlimin. reuers. & est alia expositio adducta per Accurs. in d. l. Transfuga, quam reprahendit Cuiac. dicto capitulo nono sed eam latè defendit rationibus Cuiac. respondens Decianus dicto capitulo decimoquarto sub d. numero decimoquarto ibi aliam tradit interpratationem Accurs. & infra, adeo quod con-
222 cludi potest Transfugam ad suos redeuntem, si liber erat, seruum non fieri, vt ex prædictis constat.
223 Exploratores etiam, qui secreta hostibus nunciant proditorum loco habentur, & capitis pœna puniuntur lege omne delictum, §. exploratores, ff. de re militar. & viui exuri, aut furca suspendi solent, l. si quis aliquid ex metallo §. Transfugæ, & l. aut damnum, §. hostes, ff. de pœn. Ayal. dicto capitulo 13. num. 3. versiculo. porro, & quando capiuntur curandum est ex ipsis ma-
224 gna diligentia, & arce scire secreta, & arcana suorũ, quandoque humano vultu, & quandoque cruciatu eos variè interrogando, considerando etiam signa corporis, vocem, & aspectum, vt per exteriora cognoscan-
225 tur interiora, iuxta §. pauonum, Instit. de rer. diuision. & tradit Ferret. in d. tract. tit. de exploratorib. & ex cub. nu. 19. fol. 96.
226 Et proditoribus annumerari possunt, qui ad hostes tela, & arma, equos, pecuniam, vel aliud, quod illis adiumento esse possit, deferunt, est enim grauissimum delictum pœnam capitis, & bonorum confiscationis secum portans, l. 1. C. quæ res export. non debeant, & l. 4. ff. ad leg. Iul. Maiestat. vnde, & ferrum hostibus vendere sine capitis periculo non licet l. cotem ferro, ff. de publican. & vectigalibus, Ayal. d. cap. 13. num. 4. in fine, addens, quod qui operam dabant, vt Barbari Romanos deprædarentur, & prædam cum ipsis Barbaris diuidebant, viui exuri solebant, l. is qui, C. de re milit. lib. 12. & tradit Decian. d. lib. 7. cap. 13. de committit. crimin. læsæ Maiestat. circa hostes, & milit. numero. 7. versiculo item is, & numero 16. versiculo mutuans, in quibus locis vult hoc procedere etiam si quis hostibus mutuaret pecuniam falsam, vel reprobam, vt eos iuuet, quia qualiscunque ea sit, hostibus iuuamento esse potest, qui quandoque etiam adulterinis pecunijs vtuntur, vt in terminis concludit Hieron. Gigas dicta rubr. qualiter, & a quibus crim. læsæ Maiestat. committat. quæstione 34. num. 19. & sequentib. versiculo sed incidenter quæro, & infra vsque ad finem, & facit Grammatic. decisione sexta numero primo, & secundo adductus a Decianus in posteriore loco, & in portantibus arma, vel ferrum ad hostes, vel illis vendentibus, quod capite puniuntur, vult etiam Ferrettus dicto. tit. de militar. iustit. & pœn. desertorum infligend. numer. 122. & num. 200.
227 Verum Transfuga ad hostes non facilè per eos recipiendus est, quia minimè tutum sit illi credere cum suos prodat, & propterea non multa fides illi habenda sit, vt tradunt Ayal. dicto capitulo decimotertio ad finem, numero septimo versiculo, quibus etiam exemplis docemur, & Decianus dicto capitulo decimoquarto pariter ante finem, numero 18. versiculo quanquam autem.
228 Qui literas hostibus populi Romani, miserit, nunciumuè, quibus illos quoquomodo adiuuet l. Iulia Maiestati tenetur, lege prima ad fin. ff. ad lege Iulia Maiestat. & ibi Bartol. not. glossa in Clement. si Summus Pontifex, in verbo, literis, de sentent. & re iudicat. Mar. Laudens, in tractatu de crimine læsæ Maiestat. quæst. secunda Cœpolla consilio crimin. 17. numero tertio, Afflictus in capitulo primo §. & bona committentium numero 65. in titulo quæ sint regal. in vsibus feudorũ, Vnde dixit Angel. in dicta lege prima in fin. ff. ad lege Iulia Maiestat. quod caueant Ciues, ne rebellibus ciuitatis mittant literas, neque eis aliquod signum, vel consilium præbeant, quo iuuari possint, nam si id admitterent, in crimen læsæ Maiestat. inciderent. Et idem di-
229 citur de illis, qui literas ipsas scienter portant, licet non sint complices, vt per Bartol. in d. leg. 1. quem ibi sequitur Alex. in addit. ad eum, & rursus in additio. ad lege prima §. incidit, ff. ad Senatusconsult. Turpillian. & Baldus in lege prima §. ne autem, numero 18. versiculo extra quæro, Codic. de caduc. tollend. Gigas in tractatu de crimine læsæ Maiestat. lib. primo rubrica qualiter, & a quibus crimine læsæ Maiestatis committat. quæstione vigesima numero primo, & seq tentibus vbi etiam in fine numero decimoquarto refert Roman. consilio 365. dicentem, quod si quis literas aperuit, ex quibus aperiens consilium ineat, quo hostes iuuentur, incidit in crimen læsæ Maiestatis, & cum prædictis patribus conuenit Decian. d. cap. 13. numer. 15. versiculo item qui literas, facit Ferret. d. tit. de militar. iustit. & de pœn. desertorum infligend. numero 57. di-
230 cens, quod nuntiantes secreta hostibus capite puniũtur, & pariter illi, qui loco sibi dato per Ducem dolo cesserunt, per l. ob delictum, §. qui in acie, cum l. seq. ff. de re milit. & num. 183. fol. 110. inquiens, quod qui ad hostes confugit, & illis consilium dat, & auxilia manifestat morte punitur.
231 Similiter dans signum hosti in damnum Principis, vel Reipublicæ, & per quod hostes ipsi adiuuantur in crimẽ læsæ Maiestatis incidit, vt resoluit Andreas Barbat. consil. 70. num. 50. lib. 4. & post eum Boss. in prac crimin. titulo de crimen læsæ Maiestatis, numer. 17. & seqq. quos secutus est Decianus, d. cap. 13. sub nu. n. 15. versiculo item qui literas, in fine, & volunt Angel. in d. l. 1. in fin. ff. ad l. Iul. Maiest. de quo meminit Gigas d. q. 20. num. 2.
232 Consilia Principis, vel Ducis exercitus hostibus reuelans crimine læsæ Maiestatis tenetur, l. 4. ff. ad lege Cornel. de sicar. Afflict. in cap. 1. §. & bona committentium, num. 88. titulo de quæ sint regalia in vsibus feudorum Hieronim. Gigas dicta rubr. qualiter, & a quibus crim. læsæ Maiestat. committat. quæstione 51. in tota, Grammatic. dicta decisione 6. nu... & 3. Decian. dicto capitulo 13. num. 17. versiculo Item qui consilia, Ferret. dicto titulo de milit. iust. & de pœnis desertorũ infligend num. 184. & vt dicit text. in l. si quis aliquid, ff. de pœnis, quem dicti Doctores adducunt consiliorum renuntiatores, aut furca, suspenduntur, aut exuruntur.
233 Qui exploratores, & vt vulgo dicitur, spiones hostium celauerit, aut annonam illis dederit, capite punitur, Decianus, d. capitulo 13. in fin. num. 24. vers. qui scameram.
234 Qui etiam hostes docet naues ædificare, vel alia instrumenta bellica præparare in damnum Classis, vel exercitus in quo ipse est, capitali supplicio punitur, lege final. Codic. de pœnis Decianus dict. capitulo 13. num. 19.
235 Is quoque cuius opera, aut conniuentia hostes prædam

prædam egerunt ex amico territorio, igne comburitur, l. si quis à Barbaris, C. de re milit. lib. 12.

236 Aggrediens hostium Castra, aut menia Ciuitatis sine Ducis belli licentia, & belli necessitate non vrgente pœna capitis punitur Ferret. d. tit. de milit. iust. & de pœn. desert. infligend. num. 27.

237 Milites priuatum carcerem exercētes pœna mortis tenentur, l. 1. C. de priuat. carcer. Ferret. dict. tit. de milit. iust. & pœn. desertor. infligend. nu. 78. in fin.

238 Puniuntur quoque qui proditorè tractant mortem amicorum, & commilitonum, cum inimicis eorum, secundum Ferret. vbi supra nu. 100. in fin. per l. si quis a Barbaris. C. de re milit. lib. 12. l. vniuersis. C. vbi caus. fiscal. leg. milites, §. reuerentes, & leg. omne delictum, ff. de re milit.

239 Delinquunt pariter, qui missiones impetrant causa iniusta, vel ementita expressa, vt per Decian. d. cap. 15. de var. milit. crimin. num. 66.

240 Homicidę, & homicidiorum mandatores milites vltimo supplicio puniuntur, l. ideo minus, C. de accus. vt pœna vnius sit metus multorum, l. 1. C. ad leg. Iul. repetund. Ferret. dicto tit. de milit. iust. & pœnis desertor. infligend. num. 6.

241 Milites, qui in se manus intulerunt propter delictum, vel occiderunt, capite puniuntur, & bona confiscantur, sin autem id fecerunt ob tedium vitę, ob amorem, dolorem, morbum, impatientiam, aut aliam causam, nec vitam amittunt, nec confiscationem bonorū patiuntur, sed aliam pœnam merentur, l. ob delictum, ff. de re milit. Ferret. vbi supra, numer. 74. ad finem, de quare videnda sunt notata per me in dictis prioribus resolut. casu 137. per totum.

242 Et non solum milites delinquunt, sed & Duces eorum, dum militum numerum mentiuntur, & eorum, qui non sunt milites, stipendia recipiunt, l. fin. §. hoc autē. C. de offic. præfect. Prætor. Affric. latè bellus in tract. de re milit. par. 8. tit. vnico numer. 11. & 12. Decian. d. cap. 15. num. 65. versic. Duces Ferret. loco citato num. 106. fol. 134. de quo ipse egi in prioribus resolutionib. crimin. cent. 1. casu 99. nu. 36.

243 Si Ductor exercitus, dato sibi successore à Principe, exercitum illi consignare recusat læsæ Maiest. crimin. tenetur, l. 3. §. eadem lege. ff. ad legem Iul. Maiestat. Hyeron. Gigas in dicta rubr. qualiter, & quib. crimen læsæ Maiestat. committat. q. 50. in tota, dicens ad idem facere text. in l. 1. C. vt omnes Iud. tam ciuil. quā milit. Decian. d. lib. 7. cap. 12. de committen. crimen læsæ Maiestatis circa exercitum, & arma. num. 4. Ferret. d. tit. de milit. iust. & pœn. desertor. infligend. num. 107. ad finem, fol. 134.

244 Qui etiam exercitum deseruit lege Iul. Maiestat. tenetur, & eius quidem legis primo capite l. 2. & leg. 3. §. 1. vers. quique imperium, ff. ad l. Iul. Maiestat. Decian. d. cap. 12. num. 8. subijciens, num. 9. eadem lege teneri, qui culpa exercitum amisit.

245 Qui Arcem, vel castra hosti tradiderit læsæ Maiestat. reus est, l. 3. in fine principij, ff. ad l. Iul. Maiestat. Capic. decis. 130. numer. 9. Decian. d. lib. 7. cap. 13. de committentibus crimen læsæ Maiestat. circa hostes, & militiam. numer. 3.

246 Eodem modo qui exercitum in insidias hostium deduxit, vel hostibus prodidit, læsæ Maiestat. tenetur l. 4. in princ. ff. ad l. Iul. Maiestat. Gigas d. tit. qualiter, & a quib. crim. læsæ Maiestat. committat. q. 60. per totam, Decian. d. cap. 13. numer. 4. & probatur in l. proditores, ff. de re milit. id, quod multis modis, astutijs, & coloribus fieri posse ostendit Afflict. in cap. 1. §. & bona committentium. num. 87. in tit. quæ sint regalia, in vsib. feudor. de quo meminit Gigas dicta q. 60. in finalibus verbis, cui simile est, quod postea eod. cap. 13. nu.

247 11. tradit idem Decian. vt scilicet eadem lege teneatur is, cuius ope, aut consilio dolo malo prouincia, vel Ciuitas hostib. prodita est, per l. pen. ff. ad l. Iul. Maiest.

248 Qui etiam hostes publicos in domo repit, & tenet læsę Maiest. tenetur. l. Metrodorum. ff. de pœnis, Dec. dicto cap. 13. nu. 13. vbi refert verba legis Longobardorū, quod si quis inimicum publicū intra Prouinciam inuitauerit, aut introduxerit, animè periculū incurrat, & bona ammittat.

249 Paciscens etiam, vel transigens cum hostibus, aut cum illis confœderationem faciens contra Principem, eo inconsulto, in crimen Rebellionis incidit, vtque, & bonis priuatur, prout & Vassallus ex hac causa a Domino feudo priuatur. Bald. in l. liberti, circa finem, C. de inoffic. testam. Martin. Lauden. in tract. de confœderation. q. 26. Dec. consil. 506. num. 3. Gigas in d. tract. de crimin. læsæ Maiestat. lib. 3. Rubric. de plurib. & var. quæst. q. 17. & seq. Decian. d. cap. 13. numer. 14. versic. omnes etiam transactiones, & num. 18. versic. contrahens etiam. Permittens etiam hostes liberè trā-

250 sire propè arcem, aut castra, & ire, & redire cum possit impedire eos, vel profligare, crimen læsæ Maiestat. incurrit, & vnius comburitur, l. si quis a Barbaris, C. de re milit. lib. 12. Bald. in cap. 1. circa medium, tit. quib. mod. feud. ammitt. in vsibus feudor. Guido Papæ decis. 191. in vltimus verbis, Decian. d. cap. 13. nu. 20. aiens numer. 21. idem esse in eo, qui permittit literas hostiū

251 liberè pertransire, cum posset prohibere, vel intercipere ex notatis per Dec. cons. 604. numer. 1. & 2. sic & permittēs hostes venire ad castra, si prohibere potuit, & ratione officij tenebatur capite punitur, Ferret. d. titul. de milit. iust. & de pœn. desertor. infligend. num. 223. versic. item qui permittit.

252 Qui etiam iniussu Ductoris exercitus militem dimisit, officio, quod gerebat, priuandus est, vt idem Decian. tradit. dicto cap. 13. numer. 22.

Oportet autem, quòd delicta in bello commissa impunita non remaneant, & à suo Iudice vindicentur, &

253 propterea milites non nisi ante suum Iudicem conueniri possunt, nec si pœna digni sunt, ab alio condemnari debent l. Magister. C. de Iurisdict. omn. Iud. & l. 1. C. de exhibend. reis, & propterea capti à Præside ad proprium Iudicem remittuntur d. l. 1. C. de exhibend. reis, nisi in desertione agentes aliquod enorme delictū

254 commiserint, de quo Præses Prouincię cognoscere velit, & eos in loco delicti punire, l. desertorem, ff. de re milit. l. fin. ff. de accusationib. l. militib. ff. de custodia reor. l. 1. C. vbi Senatores, vel Clarissimi, & l. 1. C. de fals. moneta, Ayal. in sępè citato tract. lib. 3. cap. 8. de Iudicijs militarib. numer. 1. & 2. Subdens quòd alias neque Dux exercitus, vel Magister Militum in Prouinciales, neque Præses Prouinciæ in Milites vllam habebat iurisdictionem.

255 Quod si miles in obligatione professus fuerit, se nō vsurum fori priuilegio propter cingulum militię, huiusmodi pactum seruandum esse vult Ayal. d. cap. 8. nu. 3. per leg. si quis, C. de pact. cuius contrarium ipse latè probaui supra hac eadem cent. 3. casu 225. Nec ibi dicta hic superfluo repetenda putaui, & infra etiam dixi.

256 Quod si quis postquam in ius vocatus est Miles esse

ceperit,

ceperit, vtique ius forum reuocandi non habet, quasi præuentus, l. si quis postea, ff. de iudic. nam vbi lis cœpta est, ibi terminari debet, l. vbi coeptum, ff. de iudic. Ayal. d. cap. 8. num. 4. in quæstione videnda sunt, quæ ipse notaui in prioribus resolutionibus crimin. cent. 2. casu 147. in toto, vbi diffusè quæstioné hác pertractaui.

257 Miles qui falsum testimonium coram Iudice Pagano perhibuit, ab eo puniri potest, nec eius forū militiæ prætextu recusare potest, & remissionem ad proprium Iudicem impetrare, quia sic falsum deponendo coram dicto Iudice illius iurisdictioni se subieciisse videtur, l. nullum, C. de testib. Ayal. d. cap. 8. nu. 5. & dixi in priorib. resolut. crimin. cent. 2. casu 116. per totum.

258 Eodem modo miles negotiator subest Iudici illius negotiationis, leg. fin. C. de iurisdict. omn. iudic. Ayal. dict. capitul. 8. num. 6.

259 Super causis autem publicis, quas dum quis militaret, exercuit, & super ratiocinijs militaribus, in militari iudicio respondere debet, & non coram alio iudice, quam militum, etiam si militiæ cingulum deposuerit, l. 2. C. vbi de ratiocin. tam public. quam priuat. Ayal. d. cap. 8. sub num. 6. versic. porro vnusquisque, vbi
260 subijcit, quod reus capitalis criminis voluntarius miles effectus non est remittendus ad locum, vbi reus postulatus fuit, sed vbi accedente causa militiæ audiendus est, ibi puniri debet, l. qui cum vno, §. Reus, ff. de re milit. & qui in patria priuilegium habet, vt erant Ciues Romani, in quorum caput iniussu populi animaduerti prohibitum erat, solumque eos coercere, & in vincula adducere permissum erat, l. 2. §. initio, ff. de orig. iuris, In Castris tamen illud non habet, In quibus Dux exer-
261 citus supplicium summere potest, l. de militibus, ff. de custod. & exhibit. reorum, vbi tamen id ad milites caligatos tantum restrictum videtur, qui viliores, & abiectiores erant, §. quisquis. in auth. quib. mod. natural. effic. legitim. adeò quòd in alios inconsultò Principe animaduerti non posset, saltem per inferiores Duces, quibus vitę, necisque potestas data non erat in milites, sed tantum leuis coertio permissa erat. l. officium. in fin. ff. de re milit. dum in ea dicitur Tribuni officium esse delicta secundum suæ authoritatis modum castigare, quod notauit Ayal. d. cap. 8. num. 7. & 8.

262 Proceditur autem in militaribus iudicijs ex bono, & æquo, & etiam diebus feriatis, leg. dinus, ff. de ferijs, Ayal. d. cap. 8. in finalibus verbis, maximè verò ibi agitur de defensione rerū, Ferret. dict. tit. de milit. iust. & pen. desert. inflig. num. 78.

263 Officium autem Regentis exercitum non solum in danda, sed etiam in conseruanda militari disciplina consistit, proptereaque parcissimè commeatum militibus dare solet, nec eos piscatum, aut venatum mittere debet, l. officium, §. 1. & l. nemo, C. de re milit. lib. 12. in tantum, quod, quando omnia tuta sunt, non pluribus quam triginta commeatum dare possit Tribunus, & si
264 pluribus datus fuerit illorum stipēdia in fiscum deferantur, iubeturque Tribunus, qui Commeatum dedit, illa militibus refundere, pœnaque ammissionis cinguli coercetur. l. iubemus, §. super his, §. non danda, C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Tempore verò hostis imminentibus nulli omnino à signis abesse licet, & capitale crimen est commeatum dare l. 1. C. de commeat. lib. 12. quia adeò odiosum est à signis abesse, vt qui in Commeatu agit non videatur Reipublicæ causa abesse, l. 1. ff. de re milit. & tradit Ayal. prædicta dicens d. lib. 3. cap. 2. de offic. legat. Tribun. & aliorum, qui militib. præsunt, numer. 6. 7. Non tamen pro desertore
265 habetur, qui à suo Duce commeatum habet, imo pro præsente habetur, Ferret. vbi supra num. 35. per l. hac lege, & l. in sacris, C. de proxi. sacro. scrin. lib. 12. & l. penult. C. de errog. militar. annon. eod. lib. 12.

266 Non potest præterea is, qui exercitui præest, milites à numeris ad alios numeros pro libito suæ voluntatis transferre, sed vtilitatis publicæ causa tantum, quia honoris augumentum non ambitione, sed labore
267 ad vnumquemque conuenit peruenire, vt dixit text. in l. contra publicam. C. de re milit. lib. 12. Nec debet quis ad dignitatem suffragio, sed laboribus, atque ordine militię prouehi. l. 1. & 2. C. de offic. magistr. offic. isque cæteros antecedere debet, quem stipendia longiora, vel labor ante ire fecerit, d. l. 2. ad finem, & l. 2. C. de offic. Præfect. Præt. Affric. Ayal. d. cap. 2. num. 8. qui tamen post aliqua in hanc rem deducta ait, quandoque, & olim, & hodie in indignos, & in impuberes militares dignitates fuisse collocatas, & collocari, leg. sed & similes, § iam autem, ff. de excusat. tutor. & l. fin. C. de testam. milit. & verum est. Est autem officiū Du-
268 ctoria exercitus habere curam Castrorum, & exercitus, ne sine munimento, sine custodijs sint, peruigiles excubias tenere, ne quid occultè hostes moliri possint, milites in Castris habere, audientes, & intentos imperio, ad exercitationes ducere, in stationes mittere, claues portarum suscipere, vigilias circum ire, frumentationibus Commilitonum interesse, frumentum probare, mensorum fraudem cohercere, querelas militum audire, eorumque delicta secundum suæ authoritatis modum castigare, valetudinarios inspicere, finem eorum curam gerere, in primisque milites ad solemne iusiurandum adigere, l. officium, §. officium, ff. de re milit. Ayal. d. cap. 2. numer. 10. vers. præcipuum verò Tribunorum munus. Debetque propterea curare, vt milites delinquentes in inferendo vim Annotarijs, & alijs esculenta, & poculenta, & alia necessaria pro victu, & vestitu, & armorum vsu portantibus, debitis puniantur pœnis, vt non suspecti cum necessarijs ad exercitum tuto die, noctuque ire, & recedere valeant cum publico etiam saluo conducto emisso proclamate, leg. 1. C. quæ res vend. non poss. Ferret. d. tit. de militar. iustit. & pœnis desert. infligend. numer. 1. fol. 123. vbi etiam refert num. 2. exempla decem militum necatorum pro furto pulli gallinacei restituto duplicato pretio cum interdictione etiam ignis, & cibi cocti, & prohibitione non vescendi alia re, quam aqua frigida cum pane, & allegat text. l. desertarem, §. miles, ff. de re militar.

269 Et debet omninò Ductor exercitus, Tribunus, Cēturio, vel alius cauare, ne falsum numerum militum referat, stipendia intercipiens, quia ita faciens condemnatur in quadruplum, & dignitate priuatur, l. fin. §. pro limitaneis. C. de offic. præfect. Prætor. Affric. Ayal. d. cap. 2. num. 11. & hoc graue esse crimen dicit Bell. de re milit. in 8. part. tit. vnico, numer. 12. versic. atque et id. & ad finem, num. 90. versic. idem, & si falsum referat numerum militū. Paris de Puteo, d. tit. de excessib. milit. seculari. numer. 4. dicens, quod excedunt milites, qui non seruiunt, vel seruiunt, sed non cum tot personis, vel equis, cum quot deberent seruire, & tenentur restituere stipendia, quæ recipiunt, & benè, quia ea vsurpant, & furantur, de qua re supra etiam fuit dictū.

270 Et qui ob militem legendum, mittendumve pecuniam accepit lege Iulia repetundarum tenetur, leg. eadem lege, §. lege Iulia, ff. ad leg. Iul. repetundarum,

vnde

vnde exilio, vel alia grauiori pœna punitur, l. lex Iulia §. hodie. ff. ad leg. Iul. repetundarum, & Tirocinij causa datum repeti potest, tanquam datum ob turpem causam, leg. 3. C. de condit. ob turp. caus. Ayal. dict. capitul. 2. sub numer. 11.

271 Qui verò occasione transitus ab Vrbibus, villis, vel prædijs per concussionem aliquid accipit, in duplum tenetur, vt in authent. de Transitu militum, post principium, & in nouel. Constitut. Iustinian. de Transitu militum, constit. 123. versic. neque magistri militũ. collatione decima, & qui Prouinciam nuda ait, ad eã remittitur, & quadruplum restituere cogitur, l. 1. C. ad l. Iul. repetundarum, Ayal. d. cap. 2. in fin. nu. 11.

272 Dux autem exercitus vbicũque sit cum ipso exercitu ibi dicitur habere territorium, Bart. in l. Pupillus. §. Territorium ff. de verbor. significat. & propterea secundum Bald. in l. Præses. la seconda. numer. 3. versic.
273 quærunt Doctores. ff. de offic. Præsid. potest etiam in alieno Territorio existens delinquentes punire, sequitur Bell. in d. tract. part. 2. titul. 18. qui est vltimus ad fin. sub numer. 12. vers. ad idem facit. Dicit tamen Ferret. tit. allegato num. 130. fol. 136. quod si Ciuitas iuit
274 ad exercitum Castramentum in Territorio suo, & aliquis de exercitu deliquerit in Territorio illius Ciuitatis, vel in exercitu illo, Potestas illius Ciuitatis poterit illum punire, quia illa Ciuitas potest cognoscere de commissis in suo Territorio, & numer. 152. quod milites conueniuntur coram Ducibus, Magistro militum,
275 Præfecto Prætorio, & similibus secundum consuetudinem in hoc attendendam, & numer. 166. quod Iudices Prouinciarum, & Ciuitatum in exercitu extra suã iurisdictionem, vbi pro priuatis habentur, non possunt punire subditos nec inter subditos cognoscere, & iudicare, & dat cautelam, vt in territorio suo ante congregationem exercitus, vel post faciant legem, vel statutum, quod omne, quod ipsi facient in exercitu, valeat, quia tunc valebunt gesta per ipsos in exercitu vbicunque existente; Contrarium tamen cum prima opinione relata, quod miles delinquens in exercitu puniri possit extra exercitum, & extra territorium tenet idem. Ferret. eodem loco numer. 231. adducens Bald. in leg. 2. §. exercitum ff. de his qui notant. infam. & in leg. cunctos populos. C. de summa Trinit. & fid. cattolic. pro quo
276 facit idem Ferret. in ipsomet tit. nu. 39. dicens quòd milites stipendiarij conueniri possunt in loco, vbi merentur stipendia, per l. municipes, §. fin. ff. ad municipal. & ita seruatur; vt dixi infra versic. & dictis supra.

277 Idem dicitur de Capitaneo Triremium, qui habet iurisdictionem in milites, quibus præest, vbicunque sit ad instar Magistri militum, & in hostes gladij potestatem habet, saltem de facto, Bald. cons. 194. præmissis verbis lib. 2. facit Angel. cons. 35. quidam Nobilis in toto, qui tamen loquitur in Custode Arcis, Alex. in l. 1. in primis verbis ff. de iurisd. omn. iud. videtur dicere, quod eius officium est nudi Ministerij, & absque iurisdictione, & Bar. in leg. 1. ff. de offic. Præfect. vigil. ait, quod Capitaneus Guardię habet modicam coertionẽ in sontes, sed crimina grauiora debet denuntiare domino, de quo videtur text. apertus in l. 1, C. eod. tit. & hoc verius est, secundum Bell. in d. tract. part. 10. tit. 2. num. 8. 9. & plur. seq. versic. quæro extra materiam, vbi prædicta recenset, & dicit etiam videndum Luc. de Penn. in l. quicũque, per totam C. de exactor. & execut. l. 12. vbi latissimè tractat materiam Custodis Ciuitatis, vel Arcis, & multa elegantia dicit, quæ ibi videri possunt, Addo videndum Vincent. de Franch. decis. Neapolit. 88. Hieronymus Carbonus, per totam in prima parte, vbi ponit casum de Capitaneo Regiarum Triremium existentium in mole magna Neapolis inquisito de raptu stupro, & furto Commissis intus Ciuitatem Neapolis per Magnam Curiam Vicarię, & remisso, vt petierat ad audientiam dictarum Regiarum Triremiũ per decretum dictę Magnę Vicariæ, quod appellatione ab eo per partem offensam interposita fuit per sacrum Consilium reuocatum, quia delictum non erat militare, sed commune, & Cõmissum intus Ciuitatem Neapolis, cuius cognitio propterea spectabat ad Magnam Curiam Vicariæ Tribunal ordinarium omnium, delictorum in Ciuitate Commissorum extit vbi de crim. agi oport. cuius iurisdictioni non intelligitur derogatũ per l. Magisterię C. de iurisdict. omn. iud. ex qua Magistro militum competit merum Imperium in mi-
278 lites, qua nisi aliud expresſè dicatur in priuilegijs, quę similibus dantur ministris iurisdictio intelligitur data tali magistro cumulatiuè, & non priuatiuè quò ad alios
279 officiales ordinarios, vnde concludit Franch. quod aut delictum est militare, & magister militum cognoscit, & punit, aut est delictum cõmune, & tunc aut graue, aut leue, primo casu cognoscit, & coercet Præses Prouinciæ, secundo casu etiam Præses cognoscit, sed militem puniendum remittit ad Magistrum militum, cum quibus concordat Boss. in practic. crimin. titul. de foro competent. num. 3. & 4. versic. sed an miles, vbi eandem distinctionem facit, & dicunt præfati Doctores, quòd hoc non habet dubium, quando delictum commune commissum est extra locum militię, nam si committeretur in loco militiæ, vtique cognitio, & punitio ad magistrum militum, vel Præfectum Triremiũ, vt loquitur Franch. vel Præfecto Arcis, in quo loquitur Boss. spectaret, dicit tamen Bald. relatus per Bel. vbi supra in leg. 1. C. mandati, debere considerari mandatum dicto.
280 Capitaneo traditum & secũdum illud negotia per eum esse expedienda, quod est verissimum, & vsu obseruatum, quia huiusmodi Præfecti habent ab eorum dominus mandata, & instructiones de omni, & toto eo, quod facere possunt, vel non possunt.

281 Notandum est etiam, quod Birroarii, quibus data est cura conducendi captiuos, vel condemnatos ad aliquem locũ, si per incuriam, aut somnolentiam permiserunt eos fugere, grauiter peccant, quia custodibus præceptum est, vt vigilent, debentque ex ipso nomine scire quid eos facere oporteat, l. 1. C. de offic. Præfect. Vrb. cum enim sint custodes captiui, vel condemnati, videre debent, vt id, quod est, esse non desinat, l. defensores, C. de defensorib. Ciuit. ita in custode Castri dicit Bell. d. part. 10. tit. 2. num. 93. & sequ. versi. quæro modo, subdens, quod caueant ab indignatione Principis,
282 in quo sunt pœnæ omnes arbitrariæ, quia vidit iussu Principis caput amputari militi, qui obdormiuit in custodia cuiusdam captiui magnæ importantię, dum duceretur ad Principem, & dum ille dormiret aufugit captiuus, & subdit. num. 96. & seq. quod quamuis somnus sit accidens naturalis, cui resisti non potest, cum nemo possit semper vigilare, tamen non excusat in vera culpa, Bald. in l. 3. §. cognoscit in vltimis verbis. ff. de offi. Præfect. vigil. glos. in l. cum ita, §. species. ff. de legatis
283 secundo, & quando custodiam quis debet præstare ex incumbenti sibi officio non excusatur propter casum contingentem, nisi probet carentiam culpę, imo dicit

dicit Luca de Penna in l.quicunque, column.3.versic. hæc omnia iusta ratione, C.de exactorib. & executo-
284 rib.lib.12. quod custos periculo capitis sui tenetur ad custodiam, & col.penult. versiculo quanquam possit ab his, quod qui mercedem accipit pro custodia, tenetur etiam de damnis magna vt illatis, immo, & de fatalibus: verum postea idem Bell.num.98. & seqq. ex Oldrad.& alijs concludit, quod si dolo custos Castri illud amisit, est inexcusabilis: & pariter si lata culpa, l.ad
285 Commentariensem, C.de custod.reor.imò, & de leui, & leuissima culpa tenetur, sed nō tam grauiter erit puniendus, l.milites, & l.fin.§.1.ff.de custod.reorum si verò nulla adsit, sed per vim amisit, omnino excusatur l.si ea res, ff.de action.empt.l.sed, & damno, ff.locati, nec enim a custodibus impossibile est exigendum Bal. in l.3.ff.de offic.Præfect.Vigil.& impossibilium nulla
286 est obligatio, cap.impossibilium, de regul.iur.in 6. nisi culpa præcesserit casum, quia tunc casus non excusaret, sed custos puniretur, pro modo culpæ, l. merces, §.culpæ ff.locati, secus si non præcessit, l. qui fortuitis, C.de pignorat.action.l.si vt certo, §. nunc vidēdum, ff.Commodati, & l.contractus, ff.de regul.iur. & ita in Castellano, vt teneatur de violentia, si culpa eā procedit, alias non resoluit Martin.Laudens, in tract. de Castellan. & Castr.quæst.5. & dicit idem Bellus in eodem tractatu part.8.titul.vnico num.73. quod pari
287 pœna plectuntur milites Custodes alterius, si militē passi sunt fugere, qua ipse fugiens, l.si quis aliquid, §. similes, ff.de pœnis, quamuis latius, & æquius distinguatur in l.milites, C.de custod.reor.an ob nimiam custodis negligentiam effugerit, an solus, an cum multis; facit, quod ibidem dicit Bell. num.14. versiculo atqui, quod præpositi nostri non solum desertorem
288 stationis, sed etiam eum, qui in ea obdormiat, morte afficiunt, l.3.§.qui stationis ff.de re milit. quod ipse inurbanum existimat, nisi cū magna vrget causa, quia sunt vicini hostes, & quod debent hi citra mortem regulariter puniri, & dicit num.15.versic.desertor, quod Principis excubias deserens morte punitur l.qui excubias ff.de re militar. quod, & voluit Martin. Laudens in tract.de Principe quæst.182.inquiens, quod qui vigilias nocturnas ad Palatium Principis deserit morte
289 punitur, vnde Dux Belli excubias, & vigilias fidas habere curare debet in Ciuitatibus, Castris, & exercitibus, & extra l.qui excubias ff.de re militar.l. 1. de offic.Præfect.vigil.l.quamuis, C.ad leg.Iul. de adulter. & l.penult.in fin.C.de aqueductibus Ferret. in allegat. tract.tit.de exploratorib.& excub. numer.1. fol.94. si dubitetur exploratores hostium fuisse in Castris ad ex
290 plorandum, mutandi sunt incontinenti deputati custodes de locis, in quibus erant positi, & alij in locum remotorum sunt ponendi, nouis factis prouisionibus militaribus, duplicatis, & triplicatis, ac quadruplicatis vigilijs, & excubijs, qui si non adimpleuerint fideliter iniunctum onus, vltimo puniuntur supplicio l.desertorem §.his qui ad hostes ff.de re militar. Ferret. vbi su-
291 pra num.10.& nedum tempore belli, sed etiam pacis requiruntur vigiliæ, leges, & arma, sine quibus nihil boni sequi potest, vt in eodem loco notat Ferret.n.21. iura probantia adducens.

292 Nec omittendum est, quod vbi disputatio esset, an delictum aliquod militare esset, an verò commune, standum esset declarationi Magistri militum cuius est cognitio, quando sunt delicta militaria, vt optimè probat Vincent.de Franch.decis.Neapol.88.num.2.3.& 4.in prima parte, ita tradit Boss.in pract.crim.titul. de foro competent.num.151.& seq.versic.& cui spectet cognitio, & ipse notaui supra casu 225.vbi est vidēdū.

293 Quoniam vero pœnæ omnes in Principe sunt arbitrariæ pro facti qualitate, & temporis, pro temeritate, pro exemplo, pro euentu, & alijs, de quibus meminit Bell.dicta parte 8.titul.vnico nu.77.sciendum est, quod seueritas in re militari misericordia melior est,
294 & salubrior, vt idem Bell.ibidem dicit nu.81. qui etiā subdit num.87.quod in hac materia pœnarum militarium nulla certior potest dari doctrina, quam quod pœnæ omnes in Principe sunt arbitrariæ, quia ex celesti motu sumitur eius arbitrium, ex Bald.in l. 1. C. de
295 summa Trinit. & fide Catholic.in vltima oppositione, & tradit Afflict.in Constitution. Regni, lib.1.Rub. 35.de officialibus reipubl. in Constitutione officiales in 2.not.num.4.& rubr.101.de cont.vniuersit.in constitutione, dubitationem, in vltim. notabil. num.16. & ipse dixi in prioribus resolutionibus criminalibus, centur.1.casu 99.num.103.& 104.versic.& quando.

296 Sicuti verò milites, & alij, qui delinquunt, debitis afficiuntur pœnis, vt ex supradictis apparet, ita, & qui benè se gerunt, commendatione, & premio digni sūt, nulla enim re melius quamcunque Rempublicam gubernari certum est, quam pœna, & premio, vt ex multorum Philosophorum sententijs demonstrat Ayal.d. lib.3. cap. 20. de premijs militum, in princ. vbi plura dicit, ad quæ Lectorem remittere satis mihi esse putaui. Inter alia autem dona militaria, quæ priscis tempo-
297 ribus militibus a Ducibus dabantur hoc vnum erat, vt post exhaustos labores, emeritis stipendijs, sanguine, & sudore partis agris donarentur, ex quibus letissimos fructus, tanquam optimam prædam laborum, periculorumque acciperent, per ea, quæ leguntur in leg. item si verberatum, §.item si ff.de rei vendicat. & in l. in agris, ff.de acquir.rer.domin. Ayal.d. cap.20. num. 8.vers.porro militaria dona.

Lege etiam Solonis apud Athenienses cautum fuit, vt præter dona, quæ militibus Duces impartiti fuerāt, filij eorum, qui in bello occubuissent, publicè alerētur, bonis disciplinis instruerentur, & Constantinus Imperator filios in paternam militiam vocari voluit, l.1. & 2.C.de fil.official.milit.lib.12. Ayal.d.c.20.in fine, sub n.11.vers.cæterum.

298 Proponunt etiam Duces belli aliquando ex diuersis occasionibus militibus diuersa premia, & præcipuè primo ascendenti muros hostium, quo in casu, si duo, vel plures simul eodem momento ascendant, quæri solet, an omnibus debeatur, an nemini, & quod nemini debeatur, videtur probari in l.si fuerit, ff.de rebus dub. quasi quod inuicem sibi obstent, & alter alteri sit impedimento l.inuicem, ff.de hæred.instituend. & inter pares nulla possit esse victoria, l. si reus, ff. de duobus
299 reis, Ayal.d.cap.20.num. 10.inquiens hoc esse verū, si constet Imperatorem vni tantum dari voluisse, argumento dictę l.inuicem, puta, si pro premio assignet vnum equum, cum huiusmodi species multiplicationē non recipiat, alioquin omnibus premium deberi exi-
300 stimat; nam primus non solum is dicitur, qui ante aliquem est, sed etiam is, ante quem nemo est l. ex duobus ff.de vulgar.& pupillar.substit. Vnde, & proximus, is est, quem nemo antecedit, l.proximus, ff.de verbor.
301 significat. & subdit Ayal.idem dicendum esse etiam si dubium sit, quis prior ascenderit, argumento leg.qui duos, & l.si fuerit, §.fin.ff.de reb.dub.refertque ita Sci-

pionem

pionem fecutum effe,nam cum captam Cartagine no-
302 ua inter Quintum Tiberilium Centurionem Lenio-
nis quartæ , & Sextum Digitium Socium Naualem
magna contentio oriretur , & quilibet profiteretur, fe
primum murum afcendiffe , ideoque muralis corone
decus ad fe pertinere , Scipio concione aduocata pro-
nuntiauit,fe fatis compertū habere, eos pariter in mu-
rum afcendiffe,feque eos ambos virtutis caufa coronis
muralibus donare.In qua re,cum alia in quęftione Bra-
uij non nulla fcripferim , placet , quę tunc dixi hic in-
ferere,& funt infrafcripti tenoris , videlicet.

SPIRITVS SANCTI GRATIA
Illuminet Intellectum meum.

QVæftio Brauij, de qua tractant Doctores in pre-
mio Digeftorum,§.itaque, in l. qui filiabus,§.1.
ff.de legat.1.in l.cum qui nouiffimis , ff. ad Trebellian.
l.hoc articulo.ff. de hæred. inftit. in leg. ex duob.ff.de
vulg.& pupill.fubftit. in §. plures & in §. proximus. In-
ftit.de legit.agnat.fucceffion.& in cap.capitulum , ex-
tra de refcript.& in alijs locis vulgaribus , eft diuerfa à
quęftione Pręconij de premio dando primo capienti
handeriam feu vexillum inimicorum, vel prima afcen-
denti muros , aut primo ingredienti caftrum , de qua
etiam tractant Doctores in dictis locis , & habet ter-
minos , & caufas differentes , vt infrà patebit , & ideo
non eodem,fed diuerfo modo per fcribētes deciditur;
303 In terminis enim ftatuti, aut confuetudinis concedē-
tis brauium equo primo venienti ad illud,fi duo pari-
ter eodem temporis momento veniunt , nullus illud
confequitur,fed iterum currendum eft , Alber. de Ro-
fat.de ftat.lib.1. q.107. num. 1. & 2.vbi dicit ita com-
muniter tenere Doctores.Bald.in d.§ itaque, fub num.
13.verfic.item pone quod confuetudo,Caftr. in d.l.cū
qui nouiffimis,num.3.& 4.aiens fic feruari , Alex. in d.
l.qui filiabus,d.§.1. num. 5. verfic. quid fi ftatutum,di-
cens,quod ifta videtur veritas, & quod ita de facto fer-
uatur,& in d.l.cum qui nouiffimis num. 4. Aret.in d.§.
proximus fub num.2.verfic.fed idem.Felyn.dicens effe
communem opinionem in d.cap.capitulum, num.18.
verfic. de duobus ad Brauium pariter peruenientibus,
quòd ea ratione eft, quia ftatutum videtur velle , quod
vnus folus brauium habeat,& non plures cum fit actus
tendens non ad vtilitatem Reipub.fed ad honorem,&
honorabilius fit , quod vnus tantum illud confequatur
fecundum Alber. d. q. 107. & Caftrenf. in d.l. cum qui
nouiffimis,qui clarius hoc tradit , vbi etiam Alex. ean-
dem rationem adducit,fubiunges propterea,quòd vbi
de alia mente conftaret,fecus effet , quia admitterētur
ambo in folidum,vel pro parte,fecundum notata in d.
304 l.qui filiabus.d.§.1.per ipsūmet poft alios,ad quæ fe
remittit,in qua quidem admiffione plures diftinguntur
cafus , vt infra dicitur in alia q. An autem omnes equi,
4 qui cucurrerunt, debeant iterum currere , an illi duo
tantum,qui fuerunt primi,quæftionis eft non modicæ,
in qua Alex.in d.l.qui filiabus,d.§.1.in finalibus verbis,
& Aret.in d.§.proximus,fub num.2.verfic. vbi etiam
dant remiffiones , & in ea Doctores funt varij , Bald.
enim in d.§.itaque fub num.13.& 14. verfic. fed nun-
quid current.tenet, quod illi duo tantum debeant cur-
rere exclufis alijs negligentibus , & pofterioribus, &
hanc opinionem plures fequuntur, fed Caftrenf.in d.l.
cum qui nouiffimis , fub num. 3. fequens Angel.ibi di-
cit , quod ad nouum curfum admittuntur omnes , qui
primo currerunt, quia primus curfus habetur pro non
facto, & ex quo nemo illorum duorum vicit , nemo il-
lorum victus eft,idem tenet ibi Alex.numer.5. & hanc
opinionem fequitur Felyn.in d.cap. capitulum. num.
18.d.verfic.de duobus pariter ad brauium peruenien-
tibus.in fine , & ita de facto obferuari audio , licet Al-
ber.d.q.107.fub num. 3. dicat de cōfuetudine feruari,
quod currant denuò illi duo tantum,licèt multi teneāt,
quòd omnes debeant currere ex rationibus fupra ci-
tatis,& dicit Alex.in d.l.cum qui nouiffimis. numer.5.
quod idem eft , quando ex alia aliqua caufa legitimè
non fuit curfum, vt quia aliquibus ex Ragatijs pręftitū
305 eft impedimentum,vel motus non fuit iuftus.
306 Cū eifdem autem equis currēdum eft , & non cum
alijs,quia nihil eft innouandum propter curfum.Bald.
in d.§.itaque, fub nu. 13.verfic. fed fi non gratificabit.
& quia intereft aliorum,ne quis currat cum equis, qui
non cucurrerunt,qui non funt tam feffi, prout funt illi,
qui cucurrerunt,vt bene ad illud propofitum confide-
rat Alex.in d.l.cum qui nouiffimis fub num.5.
307 Sed fi alij de nouo venirent ad curfum , non effent
admittendi, quia non venerunt in termino , fecundum
Caftrenf.in d.l.cum qui nouiffimis , cum qua opinione
poft multa tranfit Alex. ibidem num. 5. quia & fi cur-
fus habetur pro non facto , tamen intereft eorum , qui
primo cucurrerunt , ne alij cum equis non feffis acce-
dant ad curfum,& quia curfus reiteratus videtur idem
cum primo, ad quem in termino non venerunt , fed in
contrarium faciunt notata per Alber.d.q.107. fub nu.
3.verfic.quidam tamen , vbi quod curfus eft confuma-
tus,intantum,vt denuò deftricto iure non effet curren-
dum , quafi de primo curfu iam peracto fuerit cogita-
tum , nec ad alium fit deueniendum , nifi ex noua vo-
luntate eorum , qui illum ordinauerunt , licèt de con-
fuetudine , vt fupra dictum eft, feruetur , quod iterum
curratur,fi enim hoc effet de iure verum,etiam omnes
alij equi effent admittendi,quia eft nouus curfus.
308 Diuerfum autem fit iudicium in terminis pręco-
nij , aut decreti dantis premium primo capienti ban-
deriam,feù vexillum inimicorum , vel primo afcendē-
ti muros , aut primo ingredienti Caftrum, nam fi duo
fimul eodem tempore id faciant , fi pręconium loqui-
tur per verba diftributiua,puta,quis quis , aut quicun-
que , vel quilibet , & premium eft multiplicabile, puta
confiftens in quantitate , omnes admittuntur infolidū
ad illud.Bald.in d.§.itaque fub num. 13. verf. non ob-
ftat.Fulgof.confil.47.fub num.1.verfic. quo exemplo.
Angel.Aret.in d.§.plures num.1.dicens ita communi-
ter tenere Doctores , & latius in d. §. proximiores fub
num.1.verf.tu autem dic.& fub num.2. verfic. aduer-
tas tamen,dicens ab hac opinione non effe tutum re-
cedere confulendo,Socin.in l.fi fuerit.fub numer. 7.in
prima conclufione atteftans de communi , ff. de reb.
dub. & ita etiam intelligendus eft Caftrenf. hanc opi-
nionem tenens fimpliciter in d.l.cum qui Kalendis nu.
4.& ita etiam intelliguntur dicta per Alberi.de ftat.lib.
1.q.106.fub num.1.2. & 3. vbi poft relatas varias opi-
niones firmando punctum in ftatuto , quod quicunque
ex Cōfalonerijs primo intrauerit tale Caftrum habeat
cētum à Communi,firmat eam opinionem, quod vni-
cuique debeatur premium infolidum, quia omnes funt
primi,& quia agitur de premio, & remuneratione pe-
riculi,quod in omnibus fuit par,& fubdit num.4. quod
309 fi vnus,qui non erat Confalonerius,cum vno Confa-
lono in manu prius intrauit Caftrum, ille habebit pre-
mium

mium ex mente statuti, quæ est attendenda, cum qua
opinione transit ipse Alber. in eod. tract. lib.4.q.104.
vbi in ea quæstione, si statutum dicat, quod præsentans
310 bannitum habeat centum à Communi, & plures il-
lum cœperunt, & præsentauerunt, nunquid quilibet
debeat habere centum, dicit, quod ea potest termina-
ri secundum quod terminatur similis quæstio de pluri-
bus ingredientibus Castrū simul, an omnes habere de-
beant præmium ordinatum insolidum, vel omnes si-
mul, de qua dixit supra in eodem tract. Si verò præ-
311 mium non sit multiplicabile, puta consistens in spe-
cie, si est diuisibile ambo admittuntur pro parte. Bald.
in d.§. itaque sub num.13. vers. aut est præmium diui-
sibile, Aret. in d.§. proximiores, sub num.1. versic, &
idem est Castrens. qui ita intelligendus est in d. l. eum
qui nouissimis numero 4. & Socin. in d.l. si fuerit, in
2. conclus. num.9. Si autem non est diuisibile, vt est fa-
cere eum Comitem, donare sibi Vexillum suum, vel
dare aliquam in vxorem, nullus admittitur, sed est lo-
cus gratificationi, vt ex mente aliorum dicit Socin. in
dicta 2. conclus. sub num.9. ad finem, licet Bald. nolit
ei esse locum in d.§. itaque, sub num.12. & 13. versic.
& tunc aut præmium est indiuisibile. Si verò Præco-
nium loquitur per verbum qui, nullus admittitur de
proprietate Sermonis, qui in vno tantum verificatur,
licet ex mente disponentis vterque admittatur, Aret.
in d.§. proximus, sub num.1. versic. si verò dictum fue-
rit. Socin. in d.l. si fuerit in 3. conclus. num.10. & licèt
Alex. in d.l. qui filiabus d.§. 1. num.2. & 3. post multa
putet, quod neuter admittatur ad præmium indistin-
ctè, siue præconium dicat quicunque, siue qui, quod
ante eum latè tenuit ibidem Imol. sub num.2. versic.
extra glos. quam sententiam sequi videtur Felyn. in d.
cap. capitulum num.17. versic. de duobus Castrum in-
gredientibus, & eam de iure veriorem dicit Aretin. in
d.§. proximus sub num.2. vers. aduertas nihilominus
tamen non est recedere consulendo ab opinione con-
traria, vt Aret. ibi dicit, quæ etiam communis est, &
defenditur ab impugnatione prædicta, per Socin. in
dicta 1. conclus. numero 7. & 8. in d.l. si fuerit, & istud
est, quod voluit Castrens. in d. l. eum qui nouissimis,
num.4. volens simpliciter hoc casu vtrunque admitti
ad integram summam, vel pro parte ad speciem, se-
cundum distinctionem factam in præcedenti mem-
bro, quia in istis terminis præconium non intendit ex-
cludere pluralitatem, sed potius intendit eam induce-
re ad actum, qui est vtilis Reipublicæ, vt facilius per-
ueniatur ad finem, ad quem præmium propositū fuit,
quam rationem sequitur Socin. in d.3. conclus. sub
num.10. Reperio tamen, quod circa portiones in ter-
minis Præconij dantis præmium in quantitate primo
capienti vexillum inimicorum, dubia redditur opinio
Castrens. supra relata, quòd vterque integram summā
consequatur, ex dictis per Aretin. in d.§. proximus sub
num.2. ad finem, versic. item facit iste text. vbi vult,
quod etiam si præconium vteretur verbo distributiuo
duplici, quicunque, si duo simul capiunt, quilibet non
habet integram summam, sed simul ambo, quia qui-
libet non dicitur accipere per se, sed simul cum alio,
sicut quando simul plures fuerunt trabem, quod subti-
le est secūdum ipsum Aret. sed fortè opinio Castrens.
melior est, attento communi periculo vtriusque, & per
alia deducta in præcedenti membro circa verba distri-
butiua. Si verò præconium loquitur per verbum, om-
nis, quilibet admittitur ad partem indistinctè, siue
sit quantitas, siue species diuisibilis, quia cum sit ver-
bum Collectiuum, & non distributiuum vocat simul
omnes ad præmium, & non quemlibet de per se, Aret.
in d.§. proximus sub num.1. versic. secus, Quod si præ-
conium loquitur per verbum, vni, nullus admittitur,
quia de vno tantum sensit, Bald. in d.§. itaque nu.12.
versic. aut forma dantis est, facit Aret. in d.§. proxi-
mus, num.1. in princ. dum vult ponderanda esse verba
dispositionis,

312 Differt autem, vt initio dixi, quæstio hæc præconij
à priore Brauij, nam in hoc actus non actus non est ite-
rabilis, prout est in illa, in qua curri iterum potest ad
Brauium, si primo legitimè non est cursum, non sic au-
tem euenire potest in actibus bellicis capiendi vexillū,
ascendendi muros, aut ingrediendi Castrum inimico-
rum, qui pro iterabilibus non habentur, licet possibi-
le sit iterari posse, & hanc differentiam ponit Bald. in
§. itaque sub nu.13. versic. ista quæstio distat à superio-
ri. Rursus in hac consideratur vtilitas publica, in illa
autem honor tantū; Vnde in hac non excluditur plu-
ralitas, sed potius cōsideratur, & inuitatur, vt actus de-
sideratus ad finem perducatur, in illa autem reijcitur
pluralitas, & magis consideratur vnitas, in qua maior
honor elicitur, vt punctualiter tradit Castrens. reddens
causam diuersæ decisionis vtriusque quæstionis in d.l.
eum qui, num.4. quæ etiam colligitur ex dictis per Al-
beric. dicta q. 107. ad finem sub num.3. Anno 1590.
Florentiæ.

Hactenus supradictæ allegationes habent præterea
313 milites quamplura priuilegia, & rectè, quia onos
alit artes, & omnes incedimur ad studia propter glo-
riā, miles etenim ex causa æris alieni in Carcerem Du-
314 ci non potest, & non nisi quatenus facere potest cō-
uenitur l. miles, & l. item miles, ff. de re iudic. idest qua-
tenus eius facultates patiuntur §. sunt præterea, Instit.
de action. habita scilicet ratione ne egeat l. in cōdem-
315 nationibus ff. de reg. iur. l. inter eos, ff. de re iudic. vn-
de bonis cedere non tenetur, Doctores in d.l. miles,
Bald. in l. 1. in fine C. qui bon. cedere possint, Alex. in l.
Centurio. num.20. & sequent. ff. de vulgar. & pupillar.
substit. Ias. in l. miles. nu. 1. & plur. seq. ff. de re iudicat.
Et est communis Doctorum opinio, vt testatur Ayal.
dict. lib.3. cap.7. de priuil. militar. sub numero 1. vbi
tamen subdit plerosque arbitrari, hoc ita demum
procedere, si debitum sit contractum in Castris, & ex
causa militiæ, glos. & Doctores in d.l. miles, & facit
text. in l. fi. C. de testam. milit. quod in dubio præsumi-
316 tur, l. fin. C. ad Senatus Consult. Macedonian. cui
quidem priuilegio renunciari per militem non potest, l.
alia causa §. eleganter. & ibi Alex. ff. solut. matri. q. cū
personæ cœreat non contractui, Ias. in dict. l. miles, in
princ. num.1. ff. de re iudic. Dec. in l. Diuus. numero
8. ff. de reg. iur. Ayal. d.c.7. num.1. ad finem, & dixi su-
pra casu 225. versi. sic & descripti in militia,

317 Idem aliqui volunt in priuilegio eorum, q. nobilita-
tis dignitate decorantur, vt scilicet & illi Carcerari
pro debito Ciuili non possint, sed in quantum facere
possint solummodo teneantur Bald. in l. 1. in fin. C. qui
bon. cedere possint Alex. in l. Centurio nu.24. de vul-
gar. & pupillar. substit. Ias. in d.l. miles, num.4. ff. de re
iudicat. Ayal. d.c. cap.7. num.2. inquiens, quod licet
iure communi dubium sit, Regia tamen Hispaniorum
lege constitutum est in his, quos Hidalgos vocant.

Sed iure communi hi nobiles non habent priuile-
gium, ne conueniantur vltra, quam facere possint, cū

id nullibi expressum appareat, sed tantum ne ex causa æris alieni in Carcerem mittantur. Cyn. & alij Doct. in d.l.miles.& in dicta leg. Centurio, Ayal.dict.capitul.7. sub numer.2.

318 Arma, & Equi militum in causa iudicati accipi nō possunt, quia ea membra militum esse constat, glos. Alciat.& alij in leg. nepos Proculo. ff. de verbor.signific. Bald.in rubr.C.qui bon.ced. possint. C yn. & Salyc.in l.1.eiusdem tituli. Ayal.d.c.7.sub nu.2.

319 Sed nec in stipendia militum fieri debet executio, si aliunde creditori potest satisfieri, l. stipendia. C.de execut.rei iudic.Ayal.d.c.7.num.2. in fine, Abb.in c. 1.nu.4.in fine, extra de cleric.egrotant. militum enim

320 stipendia non possunt, nec in specie, nec in genere, nec ex priuata, nec ex publica pactione obligari, l.spē. C.quæ res pign. oblig. poss. & proinde nec in eis executio facienda est pro debito, vel condemnationibus militum, d.l.stipendia, nisi in subsidium, quando scilicet nihil aliud extat, super quo fiat executio, nam tunc in illis fieri potest.l.commodis, ff.de re iudic.glos. & scribentes in dictis locis, Afflict. in Constit. Regni lib. 3. rub.12.in Constit.si dominus Vassallum.sub numer.6.

321 versic.sicut dicimus Boer.decis.226. nu.3. qui idem dicit in prębenda Canonici, vel fructibus beneficiorum Clerici, Borgni. decis.12. numer.6.in 3.part.vbi inquit idem esse in honorario Doctorum, subdit tamen

322 Boer. vbi supra, quod militi, & Clerico tantum dimittendum est, vt victus illis non desit, & Reipublicæ, & Ecclesiæ seruire possint.

323 Sanè dictum priuilegium, ne quis conueniatur, nisi quatenus facere potest, nō est obligationis, nec actionis, nec Iudicati, quia actor solidum petit à reo, quem Iudex condemnat tantum in id, quod facere potest l. maritum.ff.soluto matrim.l. verum vers. condemnari. ff.pro socio, & licet iudex per errorem condemnaret in solidum, non posset tamen Actor iudicatum exequi, nisi quatenus reus facere potest leg. Nesennius ff. de re iudic. qua ratione dicitur expectari tempus rei iudicatæ l.rei iudicatæ ff. solut. matrim. vnde quamuis tēpore sententiæ fuerit reus soluendo proderit nihilominus exceptio l. verum §.tempus ff. pro socio, & ita resoluit Ayal. dict. capitul. 7. numer. 3. versic. sciendum verò.

324 Et si in causa contra eum mota non defendatur miles absens Reipublicæ causa, possunt quidem eius bona ex causa iudicati possideri, sed non tamen omnino creditoribus adiudicari.l.ignorare, C.de restitut.milit.& si creditores militis bona distraxerūt iure pignoris secundum formam l.fin.C.de iur.domin.impetr.restituitur miles persoluto debito, vel refuso pretio venditionis, si minoris venditum est pignus, quam sit debitum l. si cum militarib. C. de restitut. milit. nam miles

325 dum Reipublicæ operam suam præstat, quomodocunque læsus restituitur in integrum, vt tradunt Doctores toto tit.C.de restit.milit. & C. de tempor. in integr. restit. & C. quibus non ob long. tempus pręscr. Ayal.d.c.7.num. 4.

326 Excusatur miles à Tutela, & Cura, §. idem, & in milite.Inst.de excusat.tutor. & ab alijs munerib.publicis l.3.§.his qui.ff. de munerib. & honorib. Ayal. dict. cap.7.num.5.

327 Non cogitur miles inuitus testimonium dicere l. 3. §.final.& leg.inuiti.ff.de testibus, ne propter priuatam vtilitatem cogatur abesse a Signis, vbi vniuersam tuetur Republicā l.milites, C.locati, Ayal.d. c.7.sub nu.5.

Et quamuis miles non sit liber à vectigalibus. leg.ex

328 prestatione C. de vectigalib. non tamen res suæ cadunt in commissum ex eò quod non soluerit gabellam, neque etiam res fuerit confessus l.omnibus C. de vectigalib.& commiss.Ayal.d. cap. 7. numer. 6. eas nihilominus profiteri debet, prout & Clericus, & quilibet alius immunis, & priuilegiatus à solutione gabellarum l.fi. §.diuus, & ibi Bartol. ff. de publican. & vectigalib.

329 Bal, cons.79.col.2.lib.2.Roland. alios referens cons. 71.num. 22. & 23.lib.4.sed si datiario non denuntiet miles, nōn perdit eas, sed gabellam tantum soluere tenetur, vt in dicta l.omnibus expresse dicitur, & in hoc consistit eius priuilegium.

Sic licet res empta cum pecunia mea non sit mea

330 l.si ex mea C.de rei vendicat. res tamen empta cum pecunia militis potest à milite vendicari l.si vt proponis C.de rei vendicat.Ayal.d.c.7.num. 7.

331 Et licèt dicenti se indebitas pecunias soluisse incumbat onus id probandi, miles tamen onere leuatur, quod in aduersarium transfert, qui se bene accepisse probare debet leg. cum de indebito §. si autem is ff.de

332 probationibus Ayal.d.c.7.numer.8. subdens hoc ita verum esse, si totam summam indebitam esse contendat miles, non etiam si partem tantum per eundem §.si autem is.

333 Militi etiam non nocet ignorantia Iuris, quia magis tenetur scire arma, quam leges, l.regula, & l. fin.ff. de iur. & fact. ignor. Vnde ei permittitur si exceptio-

334 nē peremptoriam per iuris ignorantiam non obiecit, vt eam post sententiam possit opponere l. 1. C. de

335 iur. & fact. ignor. præterquam in delictis, in quibus iuris ignorantia non excusat militem l.2.ff. de re milit. l.miles, in princ. ff.ad leg.Iul.de Adult.ab his enim, natura duce abstinendum est, in quibus nihilominus in hoc fauetur militi, quod non subijcitur tormentis, nec

336 Plebeorum pęnis, etiam si emeritis stipendijs missus sit l.miles, C.de quæstion.l.nullus C.ad l.Iul. maiestat. c.miles, de pace tenen.in vsib. feudor. nec ad bestias, nec ad furcā cōdēnatur l. 3.§.is qui, ff.de re milit.quod & in filijs militū, & Veteranorum pro cedere videtur l.1.& l.3.ff.de priuileg.Veteran.imo vsque ad nepotes extēditur, eorum scilicet, qui ad summum gradum militię peruenerunt, l. Diuo Marco. C.de q.

337 Quod tamen priuilegium minimè procedit cum agitur ex causa criminis læsæ Maiestatis d. l. nullus C. ad l.Iul.Maiestat.proditionis l.3, §.is qui, ff.de re milit. maleficij, l.& si excepta, C. de malefic. & mathemat. falsi.l.si quis decurio, C.de falsis, vel priuati Carceris, l.vnica.C. de priuat. Carcer. & tradit Ayal. d.c.7.nu. 9.10.& 11.vers.est quoque, & infra.de eo tamen, quod

338 dictum est de furca, nō ita simpliciter procedere videtur, quia quandoque suspenduntur, & alijs poenis ignominiosis puniuntur, ac si non essent milites, iuxta ea, quæ tradit Clar.in practic.crim.quæst.60.sub num. 24.post vers.prodest.etiam probatio nobilitatis, & ipse latiùs ostendi in priorib.resolutionibus criminalibus

339 cen. 1. casu 99. numer. 105. & seq. versicul. nec impositioni, & infra, vbi est videndum, quibus additur Grammat.in Constit.Regni.Rubric.de furt. num. 22. & plurib. seq. in verbo, suspendio condemnetur fol. 121. & 122. Vnde ex capitulis militaribus in Magno Ducatu Etruriæ in cap.4.ad finem, ita cautum reperitur, videlicet, *Nō possino li descritti pero essere cōdennati*

340 *da prefati loro Giudici alla Scopa, ne alla mitera, ne alla Gogna, ne ad essere bollati, tagliato il naso, ò l'orecchie, ne ad*

ad essere scoreggiati, ne menati su l'asino, ne in altra pena vituperosa, se non per furto, rapina, latrocinio, bestemia, soddomia, assassinamento, ò altri simili, ò maggiori delitti, quo in casu tales sic condemnatos statim priuatos esse militari cingulo idem capitulum statuit, & de tortura egi infra in vers. An autem milites.

341 Miles quoque, quamuis militia non liberet filium à patria potestate §. filius familias Instit. quib. mod. Ius patr. potestat. soluit. & l. erat, C. de Castrens. pecul. lib. 12. quoad Castrense peculium habetur pro parte fa-
342 milias l. final. C. de inoffic. testam. In eoque pater nihil iuris habet l. miles præcipua, leg. ex nota, C. de Ca-
343 strens. pecul. l. 12. in tantũ, vt inter patrem, & filium militem, quem habet in potestate ex causa Castrensis peculij actio consistere possit, licèt aliàs lis nulla inter eos esse possit l. lis nulla ff. de iudic. Vnde etiam filius
344 familias miles ex quacunque causa creditam pecuniam acceperit, Senatus Consulto Macedoniano non iuuatur, leg. final. §. penult. C. ad Senatus Consult. Macedonian. & eadem ratione, quamuis inter patrem, & filium in potestate existentem donatio non consistat. l. 2. & l. donationes, 31. §. pater ff. de donatio, donatio tamen à patre filio causa militiæ facta, valet, & effici-
345 tur Castrense peculium l. si mulier. l. miles præcipua, & leg. Castrense ff. de Castrens. pecul. & ex eadem causa donatio inter vir. & vxor. consistit. leg. si militi.
346 & leg. si forte ff. de Castr. pecul. licèt aliàs sit inualida, toto titul. de donation. inter vir. & vxor. Ayal. d. c. 7. numer. 12. & 13. versiculo porro quamuis, vbi subiungi numero 14. quod Castrens. peculij censetur esse,
347 quicquid filius familias occasione militiæ acquisiuit. leg. Castrense ff. de Castrens. pecul. imò & hæreditas vxoris affectione militiæ marito filio familias relicta l. Diuus & l. dotem ff. de Castrens. pecul. licèt diuersum sit in dote marito data, vel promissa, quæ cohærens matrimonij oneribus liberis communibus, qui in Aui sunt potestate, defertur, d. l. dotẽ ff. de Castrens. pecul. fratris quoque, patruelis, vel alterius Commilitonis hæreditas Commilitoni delata iure Castrens. peculij habetur l. miles filium in fi. ff. de Castrens. pecul. l. cum allegas C. eodem titul. lib. 12. dummodo tamen in eadem Prouincia militauerint, & vel affectione militiæ relictum fuerit, aliàs secus, d. l. dotem, in final. ff. de Castrens. pecul.

Et quoad testamentum tàm lata testandi facultas militi permissa est, vt omnes solemnitates in Testamẽtis requisitæ illi remissę videantur, cum illi liceat quo-
348 quomodo velit facere testamentum, sufficiatque nuda voluntas leg. 1. ff. de Testam. milit. & §. 1. Instit. de milit. Testam. Vnde dictum est militis voluntatem esse Testamentum leg. eius militis ff. de milit. Testam. latè Clar. in §. Testamentum quæstionem 15. numer. versic. sed quæro nunquid, & verissimum est, si dum in expeditione est, testetur d. §. 1. Instit. de milit. Testam. & l. penult. C. eod. tit. & duobus vocatis testibus talis voluntas militis probetur §. Cæterum Instit. de milit. Testam. l. Diuus & l. Lucius ff. de milit. Te-
349 stam. in ipso tamen prælio Testamentum militis factum, etiam nullo vacato, valet, & sufficit, si in Clipeo, vel in puluere hæredem scribat. leg. milites ff. de milit. Testam. Sed citra expeditionis necessitatem Iure cõmuni testari tenetur §. illis autem Instit. de milit. Testã.
350 In expeditione autem Testamentum Iure militari factum valebit vsque ad annum post missionem §. post missionem Instit. de milit. Testam. l. Testamenta
351 eorum ff. de milit. Testam. In quo tam laxa illi testãdi facultas permissa est, vt pro parte Testatus, & pro parte Intestatus decedere possit l. si miles vnum ff. de Testam. milit. l. 1. & 2. C. de Testam. milit. de quo plures casus distinguens diffusè tradit Clar. in §. Testamẽtum q. 16. per totam, dicens in fine, quod in Palatijs nõ multum versatur ista materia, nec de ea vidit vnquam in facto aliquam quæstionem, sed vt plurimum huiusmodi controuersiæ tractantur coram Auditoribus exer-
352 citum, corã quibus plerunque deciduntur, ommissis subtilitatibus iuris Ciuilis, iure militari: & ad certum tempus possit hęredem instituere, & postea hæreditatem adimere, & alij directò dare, & si neminem vocauerit legitimi hæredes eã capiant. l. in fraudem §. miles l. miles ita, ff. de milit. Test. neque iuri accrescẽdi locus
353 est in Testamento militis l. si ex duobus, & l. ex militari §. filium ff. de milit. Testam. Ayal. d. cap. 7. numer. 15.
354 Potest quoque miles in Testamento filium præterire silentio, cuius præteritio scienter facta pro tacita exhæredatione habebitur, qua ratione, & agnatione filij Testamentum militis non rumpitur, si de mente eius constat. l. qui iure militari l. militis §. miles ff. de milit. Testam. & l. sicut cũ l. seq. C. de Testam. milit. Ayal. dict. cap. 7. sub num. 15.
355 Militi quoque permissum est hæreditatem in Codicillis directo relinquere l. militis Codicillis in princ. & leg. quærebatur ff. de milit. Testam. licèt aliàs id fieri non possit l. 2. §. hæreditas ff. de iure Codicill. l. hæreditatem C. de Codicillis & §. Codicillis autem Instit. de Codicill. Ayal. d. c. 7. sub num. 15.
356 Et miles incertus de statu suo rectè testatur leg. ex militari §. miles ff. de milit. Testam. & Testamentum à
357 Pagano iure militari factum valet, si miles decedat. l. in fraudem §. Testamentum ff. de milit. Testam. Ayal. d. c. 7. sub num. 15.

Et licèt nuda voluntate, vel cepto tantum, & non perfecto Testamento, non rumpatur aliud Testamentum iam factum à Pagano, §. ex eo. Instit. quib. mod. Testam. infirment. l. 2. ff. de iniusto. rupt. & irrit. fact. Testam. l. hæres §. si quid post ff. de Testam. militis, ta-
358 men Testamentum nuda voluntate facilè rumpitur d. l. in fraudẽ §. sicut & §. seq. ff. de Testam. milit. Ayal. d. c. 7. sub num. 15.
359 Potest quoq; miles decedere cum duobus Testamentis validis leg. 1. & 2. ff. de iniust. nupt. & irrit. fact. Testam. leg. quærebatur in princ. ff. de milit. Testam. Ayal. d. c. 7. sub num. 15.
360 Et vltra dodrantem potest miles legare in Testamento, & eius legata non minuuntur per falcidiam l. si certarum §. fi. cum l. seq. ff. de milit. Testam. leg. in Testam. milit. 12. C. de Testam. milit. & l. 1. ff. ad l. Falcid. Ayal. d. cap. 7. sub num. 15.
361 Mutuus quoque, & Surdus, si miles est, rectè testatur. l. iure milit. ff. de Testam. milit. §. quinimo. Instit. de milit. Testam. Ayal. d. c. 7. sub num. 15.
362 Filius familias miles de Castrensi iure testatur, leg. ex milit. ff. de Testam. milit. quod etiam ad inermem militiam extenditur, l. fin. ff. de inoffic. Testamen. Ayal. d. c. 7. sub num. 15.
363 Militum Testamenta nõ subiacent querelæ inofficiosi Testamenti leg. Testamentum l. fi. C. de inoffic. Testam. Ayal. d. cap. 7. & sub num. 15. Clar. in §. Testamentum q. 40. nu. 6. versic. sed quæro d. 41. numer. 3. versic. benè verum, & q. 48. numer. 2. versic. & hæc omnia dicẽs hoc procedere vbi præterito sit cũ causa,

quia aliàs Testamentum esset nullum, & dicit esse c. m munem, cum qua transit antea quæstionem 15. i b numero quarto, ver ficulo sed q. æ o in fine, & vbiq e plures Doctores de communi testantes refert.

364 Et miles non solum sibi Testamentum facere potest si filius familias sit, sed etiam filio pupillo de Castrēsibus leg. cum filius familias Miles & lege in fraudem §. Miles ff. de milit. Testam. quod priuilegium testandi filio familias militi concessum ad impuberes nō extenditur, qui fauore fortè in militiam recepti sunt,

365 vt quandoque fieri solet, iuxta lege sed & si milites, ff. de excusat. tutor. quia tali impuberi licet militi testari non licebit, neque iuri communi, neque iure militari propter lubricum illis ætatis consilium, correcto in hoc iure antiquo, quod id licebat leg. final. C. de milit. Testam. Ayal. dicto capitulo septimo, sub numero 15. ante finem.

366 Rursus, & si Paganus extraneo, vel filio puberi hæredi instituto ita substituere directò nō possit, si heres extiterit, & intra aliquod tempus decesserit, alius ei sit hæres, sed tantum per fideicommissum hæredem obligare possit ad hæreditatem totam, vel eius partē restituendam §. final. Instit. de pupill. subst. id tamen militi facere cōceditur l. Centurio, ff. de vulgar. & pupill. subst. l. 5. §. miles ita hæredem & §. exhæredato, ff. de milit. Testam. & l. in Testam. C. de testam. militar. Ayal. d. c. 7. num. 15. in fin.

367 Permissum est etiam capite damnatis ex militari delicto Testamentum facere de bonis Castrensibus, si sacramenti fides rupta non sit l. es militari ff. de militar. Testam. & l. si quis filio §. sed & si quis fuerint ff. de iniusto rupt. & irrit. fact. Testam. & id iudex, qui damnauit in sententia permittat l. si quis §. miles ff. de legat. 3. l. cum hic §. si miles ff. de donation. inter virum, & vxor. quod in Pagano non admittitur l. eius qui §. 1. & fin. ff. de Testam. Ayal. d. c. 7. num. 16.

368 Damnato ex militari delicto intestato decedenti succedunt proximi ab intestato excluso fisco l. 1. & 2. ff. de veter. milit. successl. bona verò militis successorem non habentis deferuntur Legioni non admisso fisco l. si quis filio §. eius qui ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. Testam. leg. 2. C. de hæred. decur. Ayal. dict. cap. 7. numer. 17.

369 Miles, qui inconsulto adijt hæreditatem, non tenetur vltra vires hæreditarias l. final. in fine C. de iur. deliberan. Ayal. dicto cap. 7. num. 18.

Non tamen semper fauor militum in estendenda testandi facultate consistit, sed aliquando etiam in ea restringenda, vnde quamuis Concubinæ, vel meretrici Testamento aliquid relinqui, vel donari possit l. affe-

370 ctionis & l. donationes §. de donat. milles tamen mulieri, in quam turpis cadit suspicio, nihil Testamento relinquere, vel donare potest l. m les §. mulier. ff. de militar. Testam. l. mulierem ff. de his, quibus vt indignis & l. 1. C. de donat. inter vir. & vxor. qua ratione, & militis dispositio, quæ vel turpis sit, vel bonis moribus contraria non valet, prout non valeret à Pagano facta l. si a milite §. Edictum Prætoris ff. de militar. Testam. Ayal. d. cap. 7. num. 19.

371 Miles mortuus in bello pro Republica ob rerum gestarum gloriam in æternum viuere intelligitur, modo tamen in Acie, & in conflictu moriatur, non si in obsidione, vel alias ex causa belli, ideoque filius fami-

372 lias miles, qui in Acie pro Republica pugnans obijt, prodest patri ad ius trium liberorum, quod eum à tutela excusat. l. bello admissi ff. de excusat. tutor. §. filij autem Instit. de excusat. tutor. & pariter prodest ad aliorū m nerum excusationem l. final. ff. de vacat. & excusat. muner. Ayal. d. cap. 7. nu. 20, & 21. vers. superiori-

373 bus adde inferius propterea, quod si statuto cauetur, vt filius secundo genitus patri superstes in successione eiusdem patris præferatur nepoti ex filio primogenito mortuo ante patrem, si filius ille primogenito in Acie pro Republica obijt, putat hoc casu statutum non procedere, & propterea Nepotem præferendum, quia pater eius censetur in æternum viuere, cui successio iure primogenituræ debetur, & ita inquit in prorsus simili facti specie iudicatum fuisse, & dicit num. 22. huic rei nō obstare, quòd priuilegia militum ad alienā

374 iniuriam porrigi non debeant l. Impuberi ff. de administrat. tutor. & beneficia in damnum alterius non conferantur l. sed cum. ff. ad Senatus Consultum Trebellian. l. Imperatores ff. de seruitut. rustic. prædior. l. nec Auus C. de emancipat. & l. rescripta C. de præcib. Imperat. offeren. quoniā nulla iniuria videtur inferri filio secundo genito, cui nihil adimitur, sed tantum nō

375 acquiritur, nec videtur rem amittere is, cuius proprie nō fuit l. non videtur ff. de reg. iur. nec potest videri desijsse habere, qui nunquam habuit l. non potest ff.

376 de reg. iur. nec enim fraudari dicuntur creditores, cū quod non acquiritur à debitore, sed cum aliquid tantum de bonis suis diminuitur l. qui autem, in princ. ff. quæ in fraud. credit. & l. non fraudantur ff. de reg. iur. nec in hoc casu dici potest, quod militum priuilegia ad alienam iniuriam porrigantur, quia hoc procedit, quando euidens iniuria fieret alteri, vt in d. l. impuberi ff. de administrat. tutor. quod non est in propo ita facti specie, in qua & iure communi Nepos in parentis sui locum etiam mortui extra bellum succedit §. cum filius Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. Et statu-

377 tum iuri communi contrarium, quam strictissimè est intelligendum cap. 1. in fin. de filijs præsbit. lib. 6. Abb. in c. ex parte extra de decim. & addit n. 23. Lege Re-

378 gia Hyspaniæ præmia debita mortuo in bello filijs, & proximis Agnatis deberi, legeque Solonis apud Atenienses filios mortuorum in bello publicè alendos, & bonis disciplinis imbuendos, & ex legibus Constantini Imperatoris, filios in paternam militiam vocari l. 1. & 2. C. de filijs offic. milit. libr. 12. de quo etiam supra aliquid dixi.

379 Sed ommittendum non est militaria hæc priuilegia non aliter concedi militibus, quam si fortiter, & strenuè militent. l. cum de indebito, §. fin autem ff. de probatio. l. fin. C. de restitution. militum, & ad veteranos nō extendi l. idem est, & si Testamento, cum l. seq. ff. de militar. Testam. l. filius §. veterani cum §. seq. ff. de procuratorib. l. ad veteran. ff. ad leg. Falcid. & l. fin. §. quia militibus C. de inoffic. Testam. quamuis, & veterani sua habeant priuilegia toto titul. ff. de priuilegijs veteranor. l. 1. & 2. ff. de veter. milit. Suell. l. 1. 2. 3. 4. C. de veteranis, libro 12. lege sed & militis ff. de excusat. tutor. §. illis Instit. de militar. Testam. Ayal. dict. cap. 7. numer. 24.

380 Remiges etiam, & Nautæ cum in Classibus sint milites, militaribus fruuntur priuilegijs l. vnica §. in Classibus ff. de bonor. possess. ex Testamento militis, Ayal. dicto c. 7. nu. 24. in fine.

381 Non solum autem militibus, sed etiam alijs qui Castra sequuntur militaria quędam priuilegia cōceduntur, vnde omnibus, qui sunt eius gradus, vt iure militari

testari

testari non possint, si in loco hostili deprehendantur, quomodo velint, & quomodo possint, testantur l. ti. ff. de militar. Testam. Ayal. d. cap. 7. num. 25. Clar. in §. Testam. quaest. 15. in fin. num. 5. & est glos. in leg. scriniarios in gl. fi. C. de Testam. milit. quam communiter esse approbatam dicit Paris consilio 32. numero 25. libro 2.

382 Mulieribus etiam, quę cum maritis adsunt in bello pro republica in actionibus temporalibus, si exclusae fuerint, ad exemplum militum subueniri solet leg. 1. C. de vxorib. militum, quibus etiam cum maritis in expeditione existentibus, longi temporis prescriptio nō officit. l. 2. C. de vxoribus militum, Ayal. dicto cap. 7. num. 26. subdens huc spectare, quod supra dictum est de bello amissis, quę ad tutelae excusationem prosunt cuiuscunque sexus, vel aetatis sint, modo in acie perierint, moxque exemplis docet, mulieres in bello versari solitas, & egregiam non nunquam operam praestitisse.

383 Dubitari autem consueuit, an milites nostri temporis hisce priuilegijs militaribus gaudeant, in qua quaestione dicit Ayal. dicto c. 7. num. 2. versic. Caeterum licet, quòd verius est militibus, qui in numero sunt relati, & fortiter, & strenuè militant, haec priuilegia concedi, vel ea saltem, quae vsus non redarguit, nō obstāte, quòd solemnitates, quibus olim milites sacramēto militiae ascribebātur recesserint ab aula, cum videamus solemnitates actionum antiquas nostra tempestate nullas esse l. 2. §. denique ex his legibus ff. de origin. iur. l. 1. & 2. C. de form. & impet. sublat. & nihilominus eiusdem esse efficaciae l. actio ff. de negot. gest. facit l. ordo ff. de public. iudic. & l. decreto C. ex quibus caus. infam. irroget. accedente, quod causa, seu ratio cōcedēdi militibus, tam ampla priuilegia fuit, vt pro tutela, & defensione Romani Imperij omnibus soluti curis expeditissimi operam darent armis leg. aduocati C. de aduocatis diuersor. Iudicum, l. militem in fin. C. de procuratoribus l. 1. ff. de militar. Testam. & l. milites C. locati, quae & nostri temporis militibus conuenit, vt propterea idem quoque ius manere debeat l. illud quaesitum in princ. ff. ad leg. Aquil. quam sententiam probarunt Iacob. de Rauenna, Cyn. Bart. & Salycet. in l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. Alberic. de Rosat. in l. militem C. de procurat. Roman. sing. 53. & cōs. 506. num. 3. versic. nec curo Alex. in l. Centurio. num. 23. & seq. versic. hoc tamen fallit. ff. de vulg. & pupill. substil. Dec. in Rubr. C. de Testam. milit. & Franc. Zoanet. in tract. de Roman. Imperat. numer. 80. Quod tamen, nostri temporis militibus priuilegia antiquis militibus concessa non competant ex eo, quod non creantur cum illis solemnitatibus, cum quibus antiqui eligebantur, voluerunt Amede. Iustinus in tract. de findic. in verbo, magnificum, & generosum militem numer. 37. & 38. Paris de Puteo in terminis nostris torturae in eodem tractatu, in verbo, doctor. capitul. 2. numer. 5. & Afflict. in Constitution. Regni lib. 1. rubr. 9. de illicit. portation. armor. in constitutione, intentionis in 5. notab. num. 27. & sequent. vbi etiam refert

384 sex esse necessaria ad hoc, vt quis dicatur miles, primum quod sit negotiator, secundum quod examinetur si sit aptus ad militiam, Tertium quòd praestet sacramentum, quòd mortem pro Republica non euitabit, quartum, quòd in brachijs signetur, quintum, quòd ei ensis cingatur, sextum, quod scribatur in libro vbi scripti sunt alij milites, & isti sunt, qui habent priuilegia militum, alij autem, quos hodie faciunt Reges, Imperator, & Papa, & non obseruant praedicta, & tantū ponunt galeam in capite, cingunt ensem ad latus, & ponunt torquem in Collo, & ab alijs militibus deaurata calcaria in pedibus poni faciūt, quos equites vocamus, si quidem armis incumbunt, artemque militarem exer-

385 cēt, gaudent priuilegijs militaribus, quia ista noua insignia successerunt loco veterum insigniorum, secùs verè si stant otiosi, vel vacant negotiationibus, aut literis, quia non gaudent priuilegijs militaribus, quòd si sine aliqua solemnitate fiant milites, isti non gaudent praedictis priuilegijs, nec dicuntur veri milites, & cum praedictis omnibus non tamen ita clarè explicatis conuenit Amed. Iustin. in loco proximè citato, nec dissentire videntur Alex. in dicta lege, Centurion. numero vigesimo, cum seqent. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Iason in dicta lege miles numero primo, & plurib. seq. ff. de re indicat. & Bossi. in practic. crimin. tit. de indit. & consideraт. ante torturam numer. 104. & seq. versic. & dum dicunt, & infrà. Farinac. in practic. crim. in 1. parte titul. de indit. & tortur. q. 41. num. 33. in prima sublimitatione Clar. in pract. crimin. q. 64. numero 18. versic. quae etiam, vult tamen Bossi. supra num. 113. quòd praedicti milites solemniter creati,

386 & equites nuncupati, gaudeant priuilegijs militaribus in eo tantum territorio, in quo creati, secus autem in alio loco, in quo tractantur tanquam priuati, quemadmodum Notarius in vna Ciuitate, non est

387 Notarius in alia, & propterea alibi proterunt torqueri, & pro debito personaliter capi, & pro non militibus tractari, & dicit quòd aliter dicere esset absurdum, quòd est valde notandum, & ad praedicta faciunt notata inferius in versic. an autem milites de iure torqueri possint.

388 Et notandum est, quod de iure communi milites prohibentur accusare nisi suam, vel suorum iniuriam prosequantur l. non prohibentur, & l. de crimine. C. de accusat. quia debent curare ea, quae ad militā pertinent, non autem se criminalibus litibus immiscere, sed quicquid olim esset in militibus antiqui temporis, hodie milites nostri temporis indistinctè admittuntur ad accusandum, & ita communiter concludere Doctores omnes testatur Nouellus in pract. crim. in tract. ad defensiam fol. 73. numer. 32. quem refert, & sequitur Clar. in pract. crim. quaest. 14. numer. 4. versic. quaero etiam nunquid miles.

389 Et dictis supra de Iudicibus militum addendum est, quòd licet de iure communi Capitanei nullam habeāt iurisdictionem contra milites, nisi respectu delictorum militarium, tamen de generali consuetudine belli cognoscunt de omni crimine per armigeros, & pedites commisso, & puniunt, aut puniri faciunt, & ad ipsos Capitaneos cōtra dictos milites pro iustitia recurri solet, vt firmat Boer. in tract. de custodia clauium nu. 28. & 29. quem refert, & sequitur Clarus in pract. crim. q. 35. num. 24. versic. quaero modo, & dicit Ioannes maria Riminald. consil. 293. num. 4 lib. 2. quod milites coram Magistro militum conueniri debent, & Farinac. in pract. crim. in prima parte titul. de Inquisit. q. 4. in quarta ampliatione sub numer. 4. quod Capitanei, & Duces Belli habent omnimodam iurisdictionem puniendi quoscunque milites suos delinquentes in Castris, subdit tamen Clar. vbi supra, quod licet in Ducatu Mediolani adsit super hoc decretū conditum a Senatu distinguens quomodo, & per quos Iudices delicta militum

militum cognoscĳ debeant, & illud fuerit iussum obseruari, tamen non semper fuit executum, quia quandoque ex iussu Senatus remissi fuit milites delinquentes ad iudices loci, quandoque verò ad Præfectum militum, ibique in specie meminit vidisse remitti ad Præfectum militum quendam militem Cataphractum, qui alterum militem dum esset in custodia interfecerat, de quo latius loquitur idem Clar. postea quæst. 38. sub nu. 4. post versiculo quæro etiam, ibi, & in hoc proposito dum refert mirabilem decisionem Senatus cōtra quēdam Ioannem Raffam militem Cataphractum, qui dū esset hospitatus cum eius comitiua in Ciuitate Papiæ commisit homicidium super territorio Placentino, & conclusum fuit, quod licet ipse non esset subditus Ducatui Mediolani, neque ratione originis, neque ratione domicilij, neque ratione delicti, nihilominus poterit tanquam subditus ratione militiæ puniri, iuxta ea, quæ tradit Bart. in l. 1. num. 13. ff. ad municipal. & perfecto processu fuit damnatus ad Triremes perpetuo, vt ibi per ipsum Clar. pro quo facit Abb. in capit. fin. sub nu. 27. de foro compet. qua ratione idem Clar. d. quæst. 38. num. 4. versic. quæro etiam determinat,

390 quod si aliquis delinquit in exercitu Mutinensium posito in Territorio Bononiensi, poterit puniri à Præfecto Mutinensis exercitus, secundum Martin. Silim. in l. cunctos populos, C. de summa Trinit. & fide cathol. vbi etiam Bart. num. 46 ita de consuetudine seruari testatur, quod, & firmat Bald. ibidem num. 24. in fine, & in l. 3. num. 3. ff. de offic. Præsid. & esse commune dictū ait Corset. in repert. Abbat. in verbo, Iudicis incompetentia, limit. 33. sequitur Grammat. in Constitut. Reg. fol. 64. num. 6. & 7. & dictum etiam fuit supra in versic. Dux autem exercitus.

391 Sanè si aliquis miles reperiretur condemnatus antequam militiam suscepisset, & deinde caperetur à Iudice ordinario, nullo modo esset remittendus ad suu Capitaneum, sed sententia condemnatoria cōtra eum esset mittenda executioni, vt tenet Clar. d. q. 35. sub num. 24. post versiculum, quæro modo, id finem, ibi, si verò aliquis miles, & ita refert Senatum fieri debere rescripsisse, quod dubium habere non videtur.

392 Solet autem militi prodesse probatio, quod fis egregius miles, & vtilis Reipublicæ ad pœnam, quæ alias inferreretur, penitus tollendam, vel saltem mitigandam, vt dicit glos. in l. & si seuerior. in verbo, certis rationibus C. ex quib. cau. infam. irrog. quam omnes Doctores sequi dicit Cœpoll. consil. crimin. 36. ad finem, sub num. 13. versic. & vltimo addo. Sequitur Clar. in pract. crim. q. 60. num. 25. versic. item prodest, pro qua re benè faciunt, quæ ibidem subdit Clar. num. 26. versic. pariter etiam, per l. ad bestias, ff. de pœnis, & alia, quę latè deducit. Non nunquam etiam milites pro.

393 pter militaria delicta puniendi degradantur, & cingulo militari exuuntur, Marianus. in cap. proposuisti, post num. 34. de for. compet. loquens, quod ita seruāt Duces, & Capitanei armorum, quando faciunt aliquē suspendi ex his, qui portant sua signa, quę nos diuisam appellamus, quia scilicet prius illos denudant tali diuisa, sequitur Clar. in pract. crim. q. 74. in fine, sub num. 5. post versic. scias autem ibi, idem etiam in militibus, vbi etiam in simili loquitur de degradatione Doctoris

394 qui propter aliquod delictum priuandus sit cingulo doctorali, de qua re latius loquutus fuit antea q. 73. num. 2. versic. Iudex committens baratariam, vbi etiā circa formam talis degradationis se remittit ad Grāmat. in Constit. Regn. fol. 122. post num. 18. tit. de furtis, qui in contingentia facti ait, quod quidam Dominus Donatus de Falconibus de Licio V. I. D. & vnus ex Auditoribus Prouinciæ Calabriæ inquisitus de falsificatione subscriptionis Don Ferdinandi Alarconi Gubernatoris Prouinciæ prædictæ, nec non de corruptione certæ pecuniarum quantitatis, & condemnatus ad pœnam deportationis eius vita durante ante executionem dictæ sententiæ fuit degradatus hoc modo, quia asportatus fuit per executores iustitiæ ad forum magnum Ciuitatis Neapolis, & super thalamū,

395 vbi consueuerunt delinquentes iustificari, & ibi asportatis duobus libris Legalibus, & super quadam Tabella apud ipsum apertis, & mox clausis, proiecti deinde fuerunt in terram, & pariter eleuato sibi bireto à capite per ministrum iustitiæ, & annullo à digito, qui similiter proiecti fuerunt in terram, & ita degradatus fuit deportatus in Insulam, forma autem exauthorandi milites hæc est, quod eis calcaria tolluntur à pedi-

396 bus, ensis à latere aufertur, & galea à capite tollitur, vt notat Paris de Puteo in tract. de sindic. rubr. de excessib. militum secularium cap. 1. in fine sub num. 14. versic. & ideo milites, fol. mihi 123. ad quem simpliciter se remittit Gram. sub d. n. 28.

397 An autem milites de iure torqueri possint quęstionis est, in qua videtur text. decidens pro negatiua in l. milites, C. de quæstion. quod quidem in militibus antiqui temporis nullum habet dubium, sed, & in militibus nostri temporis, hoc idem procedere dicit esse communem opinionem Grilland. in tract. de quæst. & tort. in 6 quæst. princip. li num. 3. & idem dicit Boss. in practic. crim. tit. de indit. & considerat. ante tort. nu. 504. quod tamen procedere intelligitur in his, qui hodierno tempore appellantur Equites, & in Capitaneis, seù Ductoribus militum, secus autem in militibus priuatis,

398 qui quotidie torquentur, vt declarat Clar. in practic. crim. quæst. 64. num. 18. versic. quæro etiam nunquid milites, adducens Boss. in loco iam citato num. 18. & declarat etiam nouissimè Farinac. in pract. crimin. in prima parte titulo de indicijs, & tortur. quæst. 41. nu. 31. & seq. in prima sublimitatione, & dictum fuit supra in vers. dubitari autem consueuit.

399 Non deuenitur tamen ad torturam contra dictos milites priuatos, nisi legitima contra eos præcedant inditia, l. milites C. de quæstion. & l. 1. ff. eodem titulo, & l. sicut C. de falsis, etiam quod inquireretur de crimine læsæ Maiestatis, glossa, & Baldus in l. si quis alicui C. ad leg. Iul. maiestat. Ferret. in tract. de re, & disciplin. milit. titu. de milit. iust. & de pœn. desertorib. in fligend. sub nu. 17. versic. nec deueniri, vbi subdit hoc fuisse in Bannito, & legitimo contumace, qui si cum-

400 paruerit ad purgandum contumaciam torqueri poterit absque aliis inditiis præcedentibus, vt per Bald. post Nic. de Materell. in l. 1. de hæred. instituen. & in l. quicunque, Cod. de seru. fugit. per Francis. Brunum in tract. de indit. & tortur. colum. 35. & per glosam capit. quæstionem 12. quæst. 2. & per glos. & Doctores in d. l. si quis alicui, & ipse dixi in prioribus resolut. crimin. cent. 1. casu 110. num. 15. & 26. & casu 181. numer. 6. De consuetudine autem etiam contra Equites, Capitaneos, & alios militum priuatorum superiores deuenitur ad tortūram, nec in hoc aliqua prærogatiua potiuntur, vt testatur Farinac. d. q. 41. num. 34. in 1. sub-

401 limit. in fin. & iterum in 2. sublimit. nu. 35. & 36. post Franc. Cason. in tract. de torment. cap. 10. numero 14. Nicol.

Nicol.Pignolat.in addition.ad Roman.singul.494.in fine additionis,& Cyril.Fulgeon.in summa crim.rubr. 29.de quæstion b.§.2.sub num.1.post medium,versic. tamen eo res progressa est, a qua licet a pluribus impugnetur,minimè recedendum dicit Farinac. Sanè in statu Serenissimi Magni Ducis Etruriæ vidi hoc serua-
402 ri indistinctè in omnibus Equitibus, præterquam in illis Sancti Stephani, cuius ipse est Magnus Magister, contra quos eo inconsulto non deuenitur ad tormenta in quocunque casu.

403 Tempore belli non seruantur iura,Ferret. vbi supra num.23.post Ioann.Fabr.in proemio institut. qui tamen subdit,quod sanctius foret,quod illo etiam tempore seruaretur iustitia magis,quam alio tempore, licet rigior ipsius seruari non deberet.

404 Et miles dè crimine læsæ Maiestatis accusatus constito legitimè de delicto habetur pro hoste,& nullo iuuatur priuilegio, Ferret.titul. de militar.Iustit. & de pœnis desertorib. infligen. num.68. versic. quæritur, facit textum in lege, & si excepta, C. de malefic. & mathematic.

405 Et si miles eat ad bellum, pro quo sibi mutuatus fuit Equus à Communitate,& talis Equus in bello fuit vulneratus,& postea in Ciuitatem deductus, vbi deinde mortuus est,pro eo nō tenetur ad aliquid,quia perinde est,ac si mortuus fuisset in bello l.ait lex.& l.huic scripturæ ff. ad l. Aquiliam l. damnum §. Sabini ff. de damno infecto,Bartol.in l.1.ff.de incend.ruin.& naufrag.in l.item mela §.si.ff.de excusat.tutor.& in l.quod ait,C.ad l.Iul.de adulterijs,Ferret. dicto cap. de milit. iustit.& de pœnis desertorib. infligend. num.90. sub-
406 dens turpissimum esse in re militari perdere arma, & equos,per l.qui Commeatus spatium,l.3.§. qui plures,& l.qui cum vno,ff.de re militar.quod si miles gratis seruiebat Ciuitati,& sibi in pugna mortuus fuit E-
407 quus,Ciuitas ad emendam tenetur,licet secus si fuisset stipendiatus ab ea,Alex.in l.1.ff.ad l.Rodiam de iactu, Ferret.vbi supra num.111. & dicit idem Ferretus eodem tit. nu.119.quod valet pactum, vel consuetudo, quod pro conducendo pedites mutuentur pecu-
408 niæ,& equi, quo casu, si polianrur in itinere,tenentur ad refectionem ablatorum per l. si quis.ff. locati.

409 Nec silentio transeundum est,quòd desertor miles patre oblatus Curiæ non punitur capite,cuius est propria pęna,sed mitius Iudicis arbitrio citra mortem, vt est text.in l.milites agrum,§.desertorem,ff.de re militar.vbi hoc notant Iacob.de Rauen.Rayner. de Forliui,& alij,Peiyn.in cap.accusasti, colum.fin. sub num. 13.extra de accusation.Marsil.in l. inauditum filium, num.8.versic.modo vlterius ff.ad l. Cornel. de Sicarijs,& in l.1.§.ad quæstionem nu.16. versic. quinimo, & in l.vnius,§.seruus nec si num. 7. ff. de quæstion. & in l.diuus,num.15.ff.ad leg.Pomp.de Parricid.Ferretus titul.citato num.102.fol.134.Salicet.in l. propter insidias,C.qui accusare non possunt, Cœpoll. in tract. cautelar.caut.1.Neuiz.in Silua nupt.lib.1. num.58. & sequen.versic.deueniendo igitur,Cott.memor.in verbo,filius patrem honorare tenetur, Carer.in practica crim.in §.nono quæro,num.16.fol.mihi 120.Clar. in pract.crim.quæst.60. num.29. versic.solet etiam dici, Blanc.in pract.crim.in cau.pro defendendis reis, caution.2. incipiente, hominem,in princ.sub num.2. Iaf. in l.1.num.4. versic.nota ergo, C.de his quib.vt indign.Tiraq.in tract.de pœn. temperan.aut remitt. causa 18.per totam,Menoch.in tract. de arbitr.Iudic.lib. 2. cent.4. casu 347.num.1.& 2.Decian.in tract.crim. lib.9.cap.6.num.4.tom.2.Craset.consl.209. siscus, in primo dubio,sub num.3,versic.tertio considero,& videtur de hoc esse alius text. in l. qui cum vno §. qui filium suum ff.de re militar.quem adducunt Cœpoll. & Tiraquel.supra citati, & idem è conuerso dicendū est
410 in patre reo mortis per filium præsentato,vt,& ipse eam propter filium euitet,& mitius puniatur, Marsil. in dicto §.ad quæstionem num.17.& in d.l. inauditum num.9.Tiraq.vbi supra caus. 19.& Decian. dicto cap. 6.num.4.Carer.vbi supra num.17. ex Angelo in leg.si adulterium cum incestu,§.liberto. in fine num.2. ff. de adult.vbi dicit,quod si filius patrem bannitum capiat, & ad Magistratum ducat, debet patri vita concedi propter filium,qui illum præsentauit,Menoch. vbi supra in fin.num.4.Seruit Iaf.in d.l.1.in allegato versic. dum vult, quod sicut hæres Testatoris non tenetur
411 vindicare mortem Testatoris ab eius patre occisi, ita nec pater hęres Testatoris tenetur vindicare mortem Testatoris ab eius filio occisi, sed hanc cautelam periculosā esse,maximè vero in crimine læsæ maiestatis dicit Cœpoll.dicta caut.1.Clar.etiam in loco relato ait, quod difficile esset secundum eam obtinere in facto,& quod nunquam vidit in practica illam proponi,quod,& ipse testari possum pro veritate,eam etiam periculosam existimat Carer.d.num.16.& non obseruari per Iudices dicit Menoch.dicto casu 347.in finalibus verbis.

412 Et potest exercitus bona amicorum accipere, & vendere, donare, & alienare, vel aliter disponere necessitatis tempore Bal.in leg. neminem C. de sacrosanct.eccles.& dicit Bart. in l.2.& 3.C.de quibus muncrib.licet se excusare lib.12. quod quando dominus equitat ad aliqua loca debentur sibi expensæ, nec poterit quis se excusare immunitate aliqua, vel priuilegio, prout nec quando Princeps facit exercitum de his,quæ sunt necessaria, etiam si alias quis esset exem-
413 ptus, & idem est, vbi collecta imponitur propter aliquam necessitatem, quia nullus etiam habens immunitatem excusatur,l.1.C.de super interdic. lib.10. lege Prætor,§.Diuus.ff.de sepulcr.violat. quia non est ordinaria præstatio,sicut antea fuit, & si Dominus tran-
414 sierit per loca sua cum exercitu, alimentari debet ex prædijs vbi transit,l.si pendentes,ff.de vsufructu, & ibi Bald.& in d.l.neminem,C. de sacrosanct. eccles. & notat,Ferret.titul.citato num.112.versicul.quæro an Exercitus,fol.135.

415 Miles conductus ad certum tempus discedens ante finitam conductam,vbi per ipsum stetit, quod tempus non adimpleuit,satisfieri non debet pro tempore, quo stetit in seruitio,l.si ita fuerit, ff.de manumiss. testamen.ea ratione,quia in actu,in quo honor publicus consideratur, vt in Doctore conducto ad legendum, vel ad aduocandum, aut in medico conducto ad practicam Medelæ,& ad medendum, & in milite conducto ad stipendium, in quo vnus casus potest valere tāti, quanti mille, nihil ipsis debetur si discesserint ante
416 tempus, quia nihil videtur impletum,cum aliquid restat adimplendum, & per eos steterit stipendiarius.n. conducitur propter casus futuros, & si recedit ante tempus,nihil habere debet, prout, & aduocatus lite dimittens tempore substantiali, & periculo imminente,l.1.§. Diuus, ff.de varijs, & extraordin. criminibus In actis autem,in quibus consideratur interesse pecu-
417 niarium,& nobis damnum non est, neque interesse,

vt in

vt in famulis militum,& Ciuium discendentibus,solni-
tur stipendium pro rata temporis, quamuis si tantum
damnum paterentur milites, vel Ciues ex famulorum
recessu, quantum commodum habuerunt ex seruitio,
& accessu, non tenentur propter compensationem
hinc inde, adeo quod vbi de honore tractatur, vt in
Doctore,Medico,& stipendiario, non cadit distinctio
partitiua operis,nec rata temporis,vt per Bald.in leg.
Edem,C.locati,& tradit Ferret.in loco citato numer.
418 113.vers.quæro de milite, quod si non stetit per sti-
pendiarium, quin tempus adimpleret, sed per casum,
vtique pro rata temporis,quo seruit, non autem pro
toto tempore conductæ, stipendium consequitur, vt
subdit Ferret.nu. 115. exemplificans in peditatu Ger-
maniæ conducto ad certum tempus, & pro certo sti-
pendio per ducem Mediolani,qui si dum erat in itine-
re, captum fuisset Mediolanum ab aliquo Principe,
non debet habere salarium pro toto tempore,sed tan-
tum pro rata præstiti seruitij, etiam quod per ipsum
non steterit per l.penult.C.de erogatio milit.anon.fa-
cit Natta consil.229.paruulæ, num.1.vbi consuluit,
419 quod operarius impeditus pluuia, ne in opere ver-
setur,non debet consequi a cōductore integram mer-
cedem totius diei,sed tantum pro rata temporis, quo
operatus est, quia casus fortuitus contingens in per-
420 sona locatoris,vel in re locata cedit ad damnum lo-
catoris,secundum glos.in l.si vno, §.cum quidam, in
verbo personis,ff.locat.quam ibi sequuntur Bartol. &
Bald.& in alijs locis ibi allegatis, & tradit, Abb.in ca-
pitulo 1.num.9. versic.an autem extra de cler. egro-
421 tant. Dicit etiam ibidem Ferret. & antea numer. 14.
quod Doctor Medicus, vel stipendiarius,si de licentia
Domini itineratur, debet habere salarium quatenus
stetit in itinere,quia tunc dicitur seruire glos. in l.exa-
ctorem,§.diem,ff.de re milit.& in l.desertorem,§.si ad
diem ff.de iure fisci, & l.hac l. C. de proximis sacror.
scrinior.lib.12.Bart.in l.1.§.Diuus, ff. de varijs, & ex-
traordin.crim.Bal.in l.si ea conditione, C. de condit.
indebit.cum quibus conuenit Marcus Antonius de A-
matis in decisionibus Prouinciæ Marchiæ decis.52.
per totam, vbi re ad partes disputata resoluit, quod
Auditores Rotæ absentes pro certo tempore cum su-
perioris licentia debent consequi salarium illius tem-
poris, & adducit plures authoritates in puncto,& glos.
in l. desertorem. §.si ad diem Commeatus. ff. de re
milit. dicente, quód rediens intra tempus statutum
a dante licentiam percipit interim salarium, quod per-
dit si negligit redire,& est text.in l.hac lege,C.de pro
xim.sacror.scrinior.lib.12.

422 Miles infirmus suum debet habere stipendium, an
si esset sanus,quia seruire videtur, Abb.in c.1.num.4.5.
& 6.de Cleric.ægrotant. Doctores in l.si hæres, §. sti-
cus,ff.de stat.liber.Bartol.in l si vno §.cum quidam, ff.
locati,& in l.opere,ff.de vsufruct.legat.Bald. in l. cum
quidam,C.de condit.insert.Ferret.in loco citato nu.
423 118.Contrarium tamen in famulo,qui pro tempore
infirmitatis salarium habere non potest a Domino di-
cunt Abb.in c.1.num.9.de Cleric.egrotant.Imol. in l.
si cum dotem,§.sin autem in sæuissimo, sub num. 23.
& ibidem Alexan.num.6.ff.solut.matr.Bart.in l.si vno
§.item cum quidam,num.8.ff.locat.& in l.opere.in fi-
ne ff.de vsufruct.legat.addent.ad Alex. in l. diuortio,
§.impendia,in verbo,famulo infirmo,ff.solut.matrim.
etiam si alio tanto tempore seruire vellet,vt dicit Bar
tol.in d.§.item cum quidam,num.9.Addent.ad Abba-
tē in d.cap.1.in addit. sub num. 9.in litera,C,ad mediū,
vers.& adde.

424 Miles,qui interficit Adulterū repertum cum eius
vxore in adulterio,non punitur,l.marito,& leg.capite
quinto,ff.ad leg. Iul.de Adulter.l.Gracchus,C.eodem
titul.nec in pœnam excommunicationis incidit ille;
425 qui monitum Clericum confabulante cum vxore
sua verberauit,cap.si verò de sent.excomm.Ferret.tit.
sæpè relato nu.140.

426 Licet autem, vt supra dictum fuit milites debeant
esse contenti eorum stipendio,& nihil vltra consequi,
vel extorquere,tamen ob necessitatem possunt accipe
re propria authoritate vtensilia pro se, & equis, si ea
venalia non inueniunt,nec puniuntur, l.2. C. de pac.
public.lib.11. & eodem modo boues, Currus, & alia
Iumenta pro causa vrgente, & necessaria vna cum in-
strumentis quantumcunque alienis, & glebæ adscri-
ptis,l.pro locis,C.de annon.& tribut.lib.12.quia Prin-
427 cipis est priuilegium,& gloriosæ militiæ Currus, &
naues accipere subditorum pro vehendis rebus de lo-
co ad locū,si necessarium fuerit tam pro vsu suo,quam
pro bello,& si fiscus acceperit plaustra,& Naues pro
exercitu,& Classe mercedem soluere tenebitur,vt vo-
lunt Doctores in cap.1.§.plaustrorum, in titulo quæ
sunt regalia,in vsib.feudorum facit lex Proculus, ff.ad
leg.Iul.de adulter.& l.3. C.eodem titul. nec plaustra,
428 & Naues, occultari debent per Dominos, quia si id
fieret,possent confiscari de Iure bello iusto existente,
secundum Alberic.de Rosat.in l.iubemus,C.de sacro-
sanct.Eccles.quem sequutus fuit Ferret. prædicta om-
nia dicens titulo allegato num.153.& plurib.sequent.
versic.quæro de militib.& infra,vbi etiam ait post An-
gel.in l.2.ff.ad leg.Rod.de iactu, & Felyn.in capitulo
429 quærelam,de iur.iurand.quod licitum est stipendia-
rijs necessitatis tempore depredare impunè in bello
iusto pro vsu,& victu,nec peccant milites, quibus non
præbeantur necessaria si quærunt vnde viuant,& ne-
cessitatibus proprijs subueniant, & officialis habens
430 publicas pecunias fisci in manu, licet ad suam vtili-
tatem non possit eas alicui mutuare sine magna pęna,
l.1.C.de his,quæ ex public.collat.illata sunt non vsur-
pan.lib.10. potest tamen eas mutuare propter neces-
sitatem militum stipendiariorum sub vsuris ad lucrū
Reipublicæ,& non ipsius,l.1.C.de auri publici pro
sequuto lib.10.Bartol.in l.diuus,ff.de bonis damnator.
vbi etiam dicit,quod si Iudex propria pecunia aptaue-
rit cameram suam Palatij Communis Ciuitatis ad ip-
sam expensam commune Ciuitatis tenebitur, a quo si
431 non posset habere pecuniam expensam, illam reti-
nere posset de pecunijs Communis impunè, prout e-
tiam si Iudex causa quærendi aliquod maleficium pe-
cuniam exbursauerit de sua propria crumena, non va-
lens pecunias publicas habere ad dictum effectum po-
terit, quod expendit, extrahere de pecunijs,quæ exi-
guntur ex qualibet ordinaria multa, quod optimè no-
tauit Ferret.vbi supra num.159. & seqq.versic.quæro
de officiali.

432 Et qui sine Ducis sui præcepto exclamauit Ciui-
tatem,Arcem,vel oppidum deprædari, vel comburi,
sequuta deprædatione, vel incendio, vltra damni re-
fectionem pœna mortis naturalis punitur, & eius Ca-
dauer postea abijcitur,vt careat sepultura,l.penult.ff.
de vi public.l.si quis,ff.ad leg.Cornel.de Sicar. & cap.
pessimam,33.q.vlt.Ferret.in loco toties allegato, nu.
162.referens Marcum Antonium quatuor millia mili-
tum

tum necari mandasse, quia oppidum Regium sine iussu sui Ducis diruperant.

433 Falsificantes literas militiæ Ducum, & superiorum suorum morte naturali puniuntur, cap. dura, & cap. ad falsariorum, extra de crimine falsi, Ferret. vbi supra n. 165. vbi etiam dicit, quod falsum committit ille, qui
434 sciens rupit filium, vel niciam literarum Principum ex notat, per glos. in cap. in memoriam Beati Petri, 19. distinctione, & per Marsil. in rubr. titul. ad leg. Cornel. de fals. nu. 18. versic. & facit etiam, & sing. 163. crimen falsi post medium, vers. & teneas menti.

435 Et scias, quod priuatus militem in matricula militiæ descriptum tenens ad obsequium suum pro bello Ciuili contracto odio intestino inter homines alicuius Ciuitatis, vel loci, tenetur pœna librarum quinque auri, l. nemo C. de re milit. lib. 12. & authentic. vt neque milites, in princ. Ferret. tit. citato nu. 229. vers. quæro de priuato.

436 Insuper notandum est, quod circa impositionem pœnarum in Classibus consuetudo Maris debet seruari, sicut in exercitu seruatur consuetudo Terræ, vt in authent. de vsur. marit. §. fin. quia statutum, vel consue-
437 tudo potest alterare pœnas a iure communi statutas & capitalem pœnam in pecuniariam conuertere, & è contra pecuniariam capitalem facere, vt de primo est textus in l. qui cum vno, §. post ff. de re milit. & de secundo in l. saccularij, §. sunt quædam, ff. de extraordin. crim. vt benè aduertit Ferret, in loco relato, num. 226. vers. item est notandum.

438 Licet autem filio militi resistere Patri venienti hostiliter Contra Ciuitatem ac ipsam delendam in ipso actu hostili, & illum occidere, sicut è conuerso licitum est patri filio eodem modo venienti resistere, & illum occidere, quia tunc occidens dicitur occidere defendendo se ipsum, & patriam cui est natus, prius, quam
439 patri, vel filio, & hoc siue pater, vel filius, vt supra veniens sit bannitus, siue non bannitus, vt in l. 1. §. si ea, ff. de ventr. in possess. mitten. ita determinat Angel. de Perus. in l. si adulterium cum incestu, §. liberto. num. 1. versic. potest dicere, ff. ad leg. Iul. de adulter. cum cuius dicto, illum tamen non adducendo, conuenit Tiraquel. in tractat. de pœn. temperan. aut remitten. caus. 20. sub n. 6. post vers. propterea licet, & sub n. 11. vers. & pro opinione Bar. ad finem.

440 Nec ignorandum est, quod miles damnatus ad Insulam, captus, & venditus a Latronibus, recuperari potest pretio restituto mercatori ementi, & in pristinam pœnam remitti, vt notauit Ferret. dicto tit. de militar. Iustit. & pœn. desertorib. infligen. num. 125. per l. mulier. ff. de capt. & postlim. reuers. quod vidi obseruari in damnatis ad Triremes perpetuo, vel ad tempus certum, qui ante finitum tempus fuerunt capti, & postea aufugerunt a Capientibus, quia reuersi ad locum, in quo fuerant condemnati, fuerunt remissi ad Triremes, vt in illis starent per tempus, quo permanere debebant.

441 Quæri etiam non raro solet, an miles existens in Comitiua cum amico suo, cui fuit facta violentia, & iniuria possit impunè socium defendere, & vim, & violentiam illi illatam, repellere, in qua difficultate dicēdum est, quod id militi facere licitè sine metu pœnæ, quia non solum amico, sed etiam ipsi militi in eius Comitiua existenti iniuria facta videtur, quam repellere potuit, l. vt vim, ff. de iust. & iur. & videtur text. in lege item apud Labeonem, §. si quis virgin. ff. de iniurijs, & famoso, libell. vbi propriè loquitur in defensione Comitis, & hoc incontinenti, non autem ex interuallo, per text. in l. cum fundum. 18. ff. de vi, & vi armata, &
442 rectè, quia nec ipsemet offensus potest licitè ex interuallo vim sibi factam repellere, sed tantum incontinenti, secundum glos. in d. l. cum fundum in verbo, postea, & est text. ad literam in l. 3. §. cum igitur, & in l. qui possessionem, 17. ff. eod. tit. de vi, & vi armata,
443 Additur, quod licitum est violentiam passo vacare amicos pro defensione rerum suarum, glos. in d. l. 3. §. cum igitur, in gloss. in verbo, sed ex continenti in versic. sed quid si in villis deiectus venit ad Ciuitatem pro amicis, & in d. l. cum fundum, in glos. in verbo, postea, in versiculo sic, & per alium, ff. de vi, & vi armata, quam ibi tanquam singularem notat Bolognet. in additione Marginali ad hoc, quod facultas capiendi propria authoritate, vel faciendi vindictam de offensa potest exerceri, per alium, non solum per nos met ipsos, quibus competit ista facultas a lege concessa: Vnde multo magis hoc licitum esse debet pro defensione personæ, quæ rebus anteponitur, l. sancimus, C. de sacrosanct. eccles. l. 1. ff. de iure deliberandi, capitulo de caus. de officio delegat. & cap. dilecto, de sententia excommunicationis, lib. 6. licet ergo militi defendere
444 amicum comitem incontinenti, non autem ex interuallo, & ita quæstionem hanc resoluit Ferret. d. titulo de milit. Iust. & de pœn. desertor. infligen. num. 84. & seq. versic. an miles, fol. 132. vbi etiam subdit differentiam esse an iniuria fuerit illata personæ, an verò rebus, quia primo casu repellenda est incontinenti, secundum etiam ex interuallo conuocatis amicis pro earum recuperatione, si per viam iuris haberi nō pos-
445 sunt, ea ratione diuersitatis existente, quod illata violentia in persona restaurari plus non potest, in rebus autem secus, & actus defensorius fieri debet ad defensam, & non ad vindictam, vt ibi per ipsum, dicit tamen ipse Ferret. vbi supra, quod talis defensio debet
446 esse cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod est
447 verissimum, quæ consistit circa tria scilicet modum, tempus, & causam, vt per Ludouic. Bolognin. consilio 36. num. 10. & sequent. per Blanc. in pract. crim. in §. tertia pars defensionis, num. 1. & plurib. sequent. folio 146. in quibus locis hæc omnia optimè declarat, & ea sequutus est Clar. in §. homicidium num. 14. versic. scias tamen, quibus adduntur Bald. consil. 311. per totum, & consil. 312. etiam per totum, lib. 4. Rouelcal. in addit. ad ipsum Bald. consil. 305. eod. lib. 4. quæ disputatio in Magno Ducatu Etruriæ cessat propter capitula militaria ex dispositione capituli quinti, infra-
448 scripta verba habentis, *Et li descritti non possino essere condennati per quelli homicidij, che commetteranno, ne per quelle ferite, o percosse, che daranno a difesa, o per difesa dell' honore, & delle persone loro proprie, delle loro donne, de lor padri, madre, figliuoli, figliuole, fratelli, e sorelle o d'altri loro congiunti, o attenenti, e de loro Compagni, & amici, et de loro Capitani, et delli altri loro Superiori nella militia, ne per quelle ferite, o percosse, che daranno, ne per quelle parole ingiuriose, che diranno per conseruatione, o difesa solamente dell' honore loro, se già non eccederanno i termini, et modi della moderata, et incolpata difesa, ne quali casi debbino essere puniti di quanto ecce-*
449 *derano i detti modi, e termini di pena non vituperosa, secondo, che si conuerrà alle transgressioni dell' incolpate, et moderate difese, et non del tutto in alcuno modo.*

Quod

Quod totum conforme est dispositioni iuris communis per ea, quę latissimè notant omnes scribentes in d.l.vt vim, ff.de iust.& iur.in l.scientiam, §. qui cum aliter, in l.si ex plagis, §.Tabernarius, ff.ad leg.Aquil. & in l.1.C.vnde vi, Clar.in §.homicidium num.24. & sequent.versic.excusatur autem homicida, & infra, vbi etiam num.28.post Bartol.Dec.& Alciat.per ipsum citatos probat nostram conclusionem defensionis extranei, ex Communi, & ab omnibus Doctoribus approbata conclusione, quod si modum in defendendo quis excedat de excessu ipso puniri debet, licet non de toto, arbitrio Iudicis pœna mitiore, quam sit ordinaria, vt post Cepol. Socin. Grammat. Carer.Bertran.Plac. & Dydacum Couar.ex communi, & receptissima omnium sententia firmat Clar.in d.§.homicidium, sub n. 34.post versic.scias tamen, ibi, benè verum est, quibus addo Petr. Foller. in pract. crim. in fragment. titulo vnde vi, num. 57.& 58.& Ludouic.Bolognin. consil. 36.sub numero 14.& seqq. versiculo, & quanquam.

450 Nonnunquam etiam pro qualitate delictorum in conspectu exercitus mortuorum delinquentium Cadauera suspenduntur, comburuntur, varijs modis laniantur, lacerantur, & cruciantur ad aliorum terrorem in delictis notorijs, nam, & si mortuo reo de crimine confesso, vel conuicto, vel etiam condemnato, nullo modo sæuiendum sit in eius Cadauer, & Iudex aliter facient repræhensione, & pœna dignus sit, iuxta notata per Parid.de Puteo in tract.de Sindicat.in verbo, mortuus cap.1.num.1.fol.325.per Boss.in practic. crim.titul.de accusat.num.33.vers.septimo quæro, & per Clar.plures alio referentem, & de communi opinione tèstantem in pract.crim.quæst.51.num.15.vers. sed hic incidenter quęro, & latè tradunt Dec. in leg. pupillum.§.in hæredes, num. 1.& 2. & ibidem Cagn. eod.numer.1.& 2.ff.de reg.iur. qui etiam alios idem tenentes referunt, & ea est ratio, quia mortuo corpo-
451 re extincta est pęna corporalis, de qua meminit Paris de Put.loco citato, & ponunt etiam Dec. & Cagnol.in d.§.in hæredes, & est text.in l. 1.ff.de public. iudic.in l.in Senatus, §.si propter mortem, ff.ad Senat. Consult. Turpilian.& toto titul. C. si reus, vel accus. mort.fuerit, tamen quicquid sit de iure in casibus grauibus, & enormibus, & vbi opus est exemplo, contra reum seruatur, & cadauera delinquentium suspenduntur, comburuntur, in frustra scinduntur, & alijs etiam modis lacerantur, Doctores in d.l.Pupillum, §. in hæredes, ff.de regul.iur.vbi præcipuè Cagnol.sub nu. 2. attestans ita in practica seruari, Paris de Puteo in dicto verbo, mortuus, cap. 1.numero 3. versiculo secundo fallit, qui etiam dicit, hoc non esse mirum, qua propter delicti immanitatem ad facti memoriam, etiam animal irrationale aliquando punitur, Boss.d.titul.de accusation.sub num.33. tit.de execut. sent.num.18. vers. mortuo damnato, Anton.Gomez.tom.3. variar. resolut.cap.1.nu.78.& 79.versic.item etiam similiter quęro, & infra, Clar.d.q.51. sub num.15. versic. sed certè quicquid sit de iure, & infra, referens plures firmantes se ita de facto obseruari vidisse, de qua obseruantia testatur etiam ipse Clar.quod, & ipse alias seruari vidi maximè in latronibus insignibus, & in terminis nostris militaribus hoc notauit Ferret.d.tit.de milit.iust.& de pœn.desertor.insligen.num.143.versic. pro qualitate delictorum, subdens numeris seq.quam vtile sit ita fieri ad Terrorē, & exēplū aliorū, & perniciosū nimia lenitate, & indulgentia in criminū punitone procedere.

452 Postremò cum de militibus, & de exercitibus actū sit in tota hac disceptatione non ab re aliquid de vocibus istis dicendum est, miles itaque dicitur a malo, quod arcere milites solent, vel a malitia, id est duritia, quam pro nobis sustineant, vel à mille eo quid vnus ex mille eligitur, ita tradit Amed. Iustin. in tract. de Sindicat.in verbo magnificum, & generosum militem, n. 37.versiculo miles dicitur, vel dicitur miles a numero mille, quos Romulus Rex Romanorum ex populo Romano prælegit, vt fines sub Fabio Duce a finitimis tuerentur secundum Alberic.de Rosat.in dictionario litera, M, in verbo miles vnde dicitur, & est, textus apertus de dictis omnibus expositionibus in l.1. §. fin. ff.de militar.Testament.vbi etiam glos.finalis, & Doctores notant, nec militia dignitas est, quia libertus po-
453 test esse miles l.fin.C.de libert.& eorum libert. & tamen non potest habere dignitatem l.omnes, C.de metat.& Epidem, & libro 12.ideoque militia, & dignitas ponuntur tanquam diuersa sub diuersis titulis, vt in l. fin.C. qui milit.non possunt, & in l.1.C. de dignitatib. & Equestr. dignitat. lib.12. non tamen negari potest,
454 quin sit honor, per l.qui cum vno, §.ad tempus, ff.de re militar.in illis verbis, & honores petere militiæ non prohibetur, & ita resoluit Amed.Iustin.vbi supra num. 38.versiculo an autem militia sit dignitas, & notat Bart.in l. 1.num. 83.versic.4.infertur ex prædictis, C. de dignit.lib.12.

455 Exercitus autem nomen ab exercitatione traxit, vt dicit text.ad literam in d.l.1.§.fin.in vltimis verbis, ff.de milit.testam.quem ad hoc ponderat Alberic. de Rosat.in dictionario litera E, in verbo, Exercitus quis dicatur.

Et dicitur quando congregatus est aliquis notabilis numerus militum ad pugnandum, l.quod ait Prætor, §. exercitum ff. de his qui notant, infam.vbi præcisè
456 dicitur, quid exercitum dicimus non vnam cohortē, nec vnam alam, sed numeros multos militum, quia exercitui præesse dicimus eum, qui Legionem, vel Legiones cum suis auxilijs ab Imperatore commissas administrat, & propterea dicit Alberic. in tract. de stat. lib.1.q. 117. quod statuto cauēte, quod si aliquis fa-
457 ctus est Ciuis alicuius Ciuitatis teneatur ire in exercitum, quando Ciuitas facit exercitum, si Ciuitas non facit exercitum generalem, sed solum vna exportis, vel vnus Quarterius Ciuitatis iuit in exercitum, ille factus Ciuis non tenebitur ire, quia vt dicit d.§.exercitum, vna cohors, vel vna ala nō est exercitus, & vna cohors, vel vna ala videtur vna Porta, vel vnus Quarterius Ciuitatis, nec inquit Alberic. obstare vltima verba dicti, §.exercitum, vbi habetur, quod etiam exercitus dicitur aliquis numerus militum, vnde videtur, quod vna Porta, vel vnus quarterius ciuitatis faciat exercitum, quoniam respondet, quod primum dictum est verius, licet Vbert.de Bobio non determinet, & subdit idem esse in quæstione, quam vidit de facto Pergami, vbi sunt
458 quædam Communitates Burgorum, quæ non tenentur ad aliqua onera, nisi quando Ciuitas subijt, vt scilicet non teneantur, si vna Porta Ciuitatis tantum, vel vnus quarterius subeat, licet in fraudem dictarum Communitatum, quando Commune volebat eis imponere aliquod onus rusticanum, puta refectionis stratarum imponebat modicam partem toti Ciuitati, idē effectualiter tenet ipse Alberic.eodem lib.1.q.161.vbi
459 ait, quod si statuto cauetur, quod equi mortui in exercitu emendentur, & Commune Ciuitatis misit partem ho-

tem hominum in exercitū contra inimicos, equi mortui in tali exercitu non emendabuntur, quia non est propriè exercitus, quando vna pars Ciuitatis tantum adest, per d.§. exercitum, & ibi notant Onofre.d.Guid. de Suzar. & ipse Alberic. qui etiam in eadem quæstione dicit idem dici posse si Ciuitas promisit iurare aliā
460 Ciuitatem in exercitu, vt non teneatur, quando pars tantum Ciuitatis est in exercitu, & idem si ex statuto villæ, & Castra debent mittere tot homines, & tot plaustra ad exercitum sub certa pœna, vt non teneantur quando pars tantummodo Ciuitatis, est in exercitu, & idem si in contractu datiorum, seu Pedagiorum vini continetur, quod de vino, quod venditur in exercitu, datium non soluatur, vt si solum, pars Ciuitatis sit in exercitu, datium exigi possit, cum non sit propriè exercitus, & ad versiculum eiusdem §. exercitum, qui contra omnia prædicta multum facere videtur, & probare etiam dici exercitum aliquem numerum militum, respondet hoc non esse ex proprio significato vocabuli huius vocis exercitus, sed est speciale fauore Reipublicæ, & odio militum deserentium militiam,
461 secundum Iacob. de Bello visu, sed aliter ego respōdeo, & dico, quod versiculus ille nihil obstat, nec probat, quod aliquis numerus militum exercitus dicatur, ibi enim agitur de milite misso, & dicitur, quod in hoc proposito etiam missus quasi ab exercitu acipietur, qui ab aliquo numero militum missus est in hæc formalia verba, sed hic etiam eum, qui ab aliquo numero militum missus est, quasi ab exercitu missum, sic accipiemus; vnde glos. ibi in verbo, sed hic, dicit, vt infra formaliter, nota hic mirabile, quia odium ampliatur, nam hic non remittitur ab exercitu, quia a numero militum minori remittitur, & tamen est infamis, hactenus d.glos. cui accedat, quod dictio, quasi, in eo textu
462 posita, improprietatis nota est, l. hoc colore, & ibi Bartol. ff. de inoffic. Testam. & in l. diuortio, §. si fundū in princ. ff. soluto matrim. Dec. cons. 539. num. 11. & est text. in l. item mela, §. sed si plures, & §. sequent. ff. ad leg. Aqu. & in l. si quasi, C. de non numerat. pecunia dicit tamen additio ad Alberic. de Rosat. in ditionario litera E, in verbo, Exercitus, quod quandoque dicitur exercitus tota Ciuitas, quandoque pars, quod inquit facere ad multa.

Hæc sunt quæ in hac ampla rei militaris materia summatim ex multorum Lectione Auctorum in vnum Collegi inter tot, & tantas publicas, grauissimas, & continuas occupationes humeris quidem meis impares, & quibus immensa Omnipotentis Dei misericordia, & gratia tantummodo resistu, vt propterea mirari quis non debeat, si aliquid imperfectum in his scriptis cognouerit, si enim tempus permisisset, materiam magis ordinatam, & pluribus suffultam authoritatibus, meliusque digestam, tractassem, qualiacumque tamen ea sint, potius sic incompta emittere volui, quam in puluere delitescere sinere, locum emendationis benigno Lectori relinquens.

EPITOME.

De alienatione bonorum stabilium facta per hæreticum tempore, quo hæresis erat occulta, & postea ipsa hæresi detecta, condemnatum in pœnam vitæ, & confiscationis omnium bonorum, an de iure valida sit, vel non, & dato quod non sustineatur, an saltem subsistat bonis prius ad cridas positis cum termino volentibus opponere, & nullo contradicente, & sequuta etiam sententia imponente perpetuum silentium omnibus in illis ius aliquod prætendentibus, iuxta formam ordinum variarum Italiæ Prouinciarum; Et quid in crimine læsæ Maiestatis humanæ, & in alijs delictis, in quibus ex iure municipali bona delinquentis a die criminis Commissi obligata sunt, & Hypothecata fisco, an scilicet, & tunc prohibita sit alienatio, donec delictum stat occultum, & si fiat, reuocari possit per fiscū, vbi crimine detecto sequuta est condemnatio; Quidue dicendum sit, in ære alieno eo tempore contracto respectu creditorum, qui cum tali occulto delinquente contraxerunt, & an illis satisfaciendum sit de bonis dicti debitoris postea per sententiam condemnati ante fiscum.

SVMMARIA.

1 *Alienatio bonorum facta ab hæretico occulto, an post sententiam de hæresi retractari possit, & n. 10. & 36.*
2 *Bona hęreticorum ipso iure publicantur, & eorum administratione, ac dominio statim priuati censentur, et numer. 3. et 11.*
4 *Bona hæreticorum incorporantur, cum est sequuta sententia declaratoria facti.*
5 *Hæreticus post delictum commissum sit inhabilis ad testandum, & contrahendum, vel alios actus circa bonorum suorum dispositionem faciendum, et nu. 37.*
6 *Alienatio bonorum ab hæretico facta ipso iure reuocatur vna cum fructibus post delictum, et ante sententiam perceptis, et nu. 7.*
8 *Fructus consumpti ab emptore bonæ fidei, fisco non restituuntur, secus si extant.*
9 *Alienationes ab hęretico factæ reuocantur etiam sine restitutione pretij, si pretium non fuerit versum in eius vtilitatem.*
12 *Bona fides, et ignorantia emptoris, non faciunt emptionē perfectam, quando venditor est in mala fide.*
14 *Bona, quando propter delictum ex dispositione statuaria veniunt publicanda si alienantur, per rei vendicationem reuocantur, etiam a bonæ fidei possessore, et n. 17.*
15 *Bona fides facit fructus accipientis.*
16 *Titulus non requiritur quo ad acquisitionem fructuum, sed sufficit qualis qualis occasio possidendi.*
18 *Bona fides non est necessaria, quo ad fructuum acquisitionem, dummodo absit mala, inter quas datur medium.*
19 *Hęreticus occultus, et manifestus quis dicatur, et ex quibus signis cognoscatur, et n. 23. et 29.*
20 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
21 *Pœna, quæ ipso iure ligat delinquentem, intelligitur in foro conscientiæ, non in foro iudiciali.*
22 *Hæreticus occultus Deum solum habet vltorem.*
24 *Hęreticus patitur pœnam solę cogitationis.*
25 *Crimen hęresis perficitur ex sola animi deliberatione.*
26 *Inquisitor hęreticæ prauitatis potest punire hęreticum mentalem.*
27 *Deus cordium est scrutator.*
28 *Delictum, quod sola mente patratur non aliter, quam per confessionem proprij delinquentis probari potest.*
30 *Iudex, cui nihil constat, nihil iudicare potest.*
31 *Testimonium vllum maius mentis nostræ habemus, quam emissam verborum qualitatem.*
32 *Verba indicant animum.*
33 *Hæreticus per confessionem postea emissam præiudicat tertio, qui ex emptione ius sibi quæsitum habebat.*
34 *Lex contentatur illis probationibus, quæ haberi possunt, quando res aliter probari non potest.*

35 *Ven-*

35 Venditio facta ad haretico occulto tenet, quando antea fuisset de haresi absolutus, licet postea, iterum delecta condemnetur.

38 Cridæ præsupponunt habilitatem vendentis, & validitatem venditionis.

39 Crimen læsæ Maiestatis humanę non habet eadem specialia circa bona delinquentis, quæ habet crimen hæresis.

40 Sententia ipsa requiritur priuatiua in allodialibus pro ipsa Dominij perditione, ne dum pro auocanda possessione, & num. 46.

41 Reus læsę Maiestatis post commissum crimen amittit bonorum suorum administrationem, & nu. 59.

42 Licet bona non transeant in fiscum a die delicti commissi.

43 Bona alienata a Reo læsæ Maiestatis occulto, an, & quando reuocari possint vna cum fructibus, & cum restitutione pretij, vel sine, & n. 44.

45 Bona alienata ante sententiam, vel ante cęptum iudicium in cæteris alijs delictis occultis iure communi inspecto, nõ reuocantur.

46 Fiscus ante sententiam condemnatoriam, vel saltem ante cæptum iudicium, non habet hypothecata bona delinquentis, præterquam in crimine hæresis, & læsæ Maiestatis.

47 Hypotheca quæ ex iure municipali datur fisco post commissum crimen in bonis delinquentis, an impediat alienationis.

48 Delinquens, præterquam in dictis criminibus, remanet etiam Dominus, & Administrator bonorum suorum, & ideò per eum alienata non reuocatur, & nu. 49.

Et quid si alienatio est facta titulo lucratiua, cum magis præsumatur suspecta, ibid. nu. 50.

51 Vbi maior, vel eadem ratio militat, ibi maius, vel idem ius militare debet.

52 Hypotheca, quæ datur fisco in bonis delinquentis, non præiudicat tertijs possessoribus bona dicti delinquentis cum titulo possidentibus, & supra nu. 47.

53 Hypotheca acquiritur fisco in bonis delinquentis a die habitæ notitię delicti, in casibus in quibus delinquens retinet Dominum, & administrationem bonorum.

54 Bona alienata, in casibus, in quibus non confiscantur ipso iure, si reuocantur, non fit reuocatio fructuum, nisi a die sententiæ latæ.

55 Fructus bonorum reuocatorum tunc fisco restituuntur, cum habet hypothecam ex statuto a die commissi criminis.

56 Creditores ne dum hypothecarij, sed etiam personalem tantum habentes vel Chirographarij, qui cum occulto delinquente contraxerunt, fisco in hypotheca præferuntur, etiam si fiscus eam ex statuto haberet, & n. 57. & 60.

58 Debitores soluentes reo læsæ Maiestatis humanæ occulta liberantur, nec a fisco molestari possunt.

Etiam quod in eo crimine, sit interdicta bonorum administratio, & nu. 59.

61 Statuta correctoria iuris communis, quam strictissimè interpretanda sunt.

62 Statuta potius sunt improbanda, quam quod tertio aliquod damnum inferant.

63 Iudex ab interpretatione iam semel recepta in iudicando recedere non debet.

64 Delictum occultum dicitur illud, quod nulla ratione probari potest, vel de quo nullus loquitur, quia nescitur.

CASVS CCC. LXXXXV.

1 ELegans est quæstio, an alienatio bonorum stabi-
lium facta per eum, qui postea condemnatus fuit
de hæresi, Tempore, quo nihil de hæresi sciebatur,
licet ea commissa esset per alienantem, de iure sub-
stineatur, an vero potius nulla sit, & inualida, pro cu-
ius hæsitationis resolutione præmittendum est, quod
2 bona hæreticorum ipso iure publicantur, cap. cum se-
cundum leges de hæreticis, in sexto capitulo omnes
23. quæst. septima capitulo cum a nobis, de præscri-
ptionibus, & capitulo super quibusdam, de verborum
significatione, vt a die commissi criminis, eorum ad-
ministratione, & dominio priuetur hæreticus, vt notãt
Doctores in locis prædictis, Bartol. in leg. Imperator,
post principium, & in fine, ff. de iure fisci, & in authent.
de incest. nupt. in princip. numero 9. & 11. Brunus di-
cens esse communem opinionem in consilijs feudali-
bus consil. 31. num. 17. Carer. in tractatu de hæretic.
de cuius Inquisitionis officio, num. 24. fol. mihi 265.
& in §. expedito, num. 20. folio 275. qui quidem tract.
est in meo libro post pract. crimin. eiusdem Carer. Go-
mez. tomo 3. variarum resolut. de delictis capitulo
2. de crimin. læsæ Maiestat. num. 1. & cap. 14. de con-
fiscation. bonor. sub num. 4. post versic. item etiã prin-
cipaliter quæro, Gigas in tractatu de crimin. læsæ Ma-
iest. lib. 3. rubr. de plurib. & varijs quæstion. q. 15. sub
num. 16. Clar. in §. hęresis, num. 13. versiculo item bo-
na condemnatorum, Menoch. cons. 185. numero 8. &
consil. 218. num. 7. dicens vtrobique esse magis com-
munem, & magis veram opinionem, Roland. cons. 8.
num. 7. cons. 63. num. 6. & 26. & cons. 75. num. 6. lib. 3.
Bursat. consil. 7. num. 30. & seq. cons. 14. nu. 3. & cons.
448. num. 1. Peregrin. in tract. de iur. & priuil. fisci, lib.
5. titulo 1. de publication. bonor. numero 170. quam-
uis non appræhendantur, nec incorporentur bona ni-
4 si sequuta sententia declaratoria facti, vt probat text.
in d. capitulo cum secundum leges, de hæreticis, in
sexto, Bartol. in d. l. Imperator, & in d. authent. de in-
cest. nuptijs, Carer. in d. tract. de hæretic. dict. §. cuius,
num. 24. & d. §. expedito, num. 21. Grilland. in eodem
tract. de hæreticis, q. 5. numer. 7. lig. 1. Boss. in practica
crim. tit. de hæretic. num. 28. Gigas in dicto tractat. de
crimine læsæ Maiestatis, lib. 2. rubr. de pœn. committ.
crim. læsæ Maiestat. quæst. 25. num. 4. Roland. d. cons.
8. num. 7. d. cons. 63. num. 26. lib. 3. Menoch. cons. 99.
num. 169. & seq. & d. cons. 185. num. 5. Bursat. d. cons.
14. num. 36. cons. 43. num. 21. cons. 280. nu. 20. & 41.
Peregrin. d. tit. 1. de publicatione bonorum, num. 172.
vers. notandum tamen.

5 Post delictum autem commissum remanet hæreti-
cus inhabilis ad testandum contrahendum, vel alios
actus circa bonorum suorum dispositionem faciendũ,
vt notat Carer. in dictis locis, ita quod a quocunque
possessore possint bona alienata vindicari, quia a-
6 lienationes omnes ab hæretico tanquam de rebus
non suis factæ post delictum commissum ipso iure re-
uocantur, Angel. vt multi citant in l. meminisse, num.
1. & 2. C. ad l. Iul. Maiestat. Salycet. in l. si quis post
column. pen. & fin. C. de bon. proscriptor. & ante eos
Bartol. in l. si debitor, 7. sub numero 1, versiculo pone
ergo aliquis hæreticus, ff. quæ in fraudem, creditor.
Carpan. in comment. §. omnium, titul. de iur. & priuil.
fisci in constit. dominij Mediolani, circa finem, num.
911. versiculo de iure, Boss. in practica criminal. titulo

de bo-

de bonor. public. num. 76. & 77. Carer. in d. tractat. de hæreticis, in d. §. de cuius, num. 27. & in d. §. expedito, numer. 22. Gigas in dict. tractatu de crimine læsæ Maiestat. lib. 2. rub. de pœn. committit. crimen læsæ Maiestat. q. 24. num. 3. & 4. Gomez. tom. 3. variar. resol. de delictis, c. 2. de crimine læsæ Maiestatis, num. 2. & cap. 14. de confisc. bonor. sub num. 4. Grilland. d. q. 5. num. 7. & 8. Picus in leg. post contractum, numero 69. ff. de donationibus, & ibidem Ioann. Annibal. numero 222. Bursatt. multos referens d. consil. 43. num. 30. d. cons. 280. num. 4. & d. cons. 408. num. 12. Peregr. d. tit. de public. bonor. num. 173. & 175. vna cum fructibus post delictum, sed ante declarationem perceptis, qui
7 sunt fisco restituendi, glossa communiter approbata in authentica de incest. nupt. in princip. in verbo, imminere, quam ibi sequuntur Bart. & Angel. de Perus. Picus in d. l. post contractum, num. 120. ff. de donationib. & ibidem Ioann. Annib. num. 157. & seqq. Gomez. d. cap. 14. num. 4. in fine, Bursatt. d. cons. 43. numero 8. & sequent. Carer. in d. §. expedito, num. 21. Carpan. vbi supra numero 897. & Peregrinus d. titulo 1. de publicat. bonorum, num. 174. & licet Grillan. d. quæstion. 5. num. 7. videatur dicere contrarium, eius opinio procedit, quoad consumptos ab emptore propter bonam
8 fidem, quos restituere non tenetur secundum prædictos Doctores, secus autem in non consumptis, quos vna cum re empta fisco restituere debet, nec aliter intelligi debet Grilland. qui alioquin malè sentiret, & eius sententia nullo modo recipienda esset, &
9 etiam absque pretij restitutione, si pretium non fuerit versum in vtilitatem hæreticis alienantis, quia tunc fiscus illud restituere teneretur, ne alias rem, & pretium haberet, vt voluit Bartol. in dicta lege si debitor, in finalibus verbis, ff. quæ in fraud. creditor, Gomez. dicto cap. 2. num. 2. & d. c. 14. sub num. 4. Carer. in tractat. de hæretic. §. de cuius inquisit. officio, num. 28. fol. mihi 265. & d. §. expedito, num. 23. fol. 276. lat. se remittens ad Bartol. vbi supra in §. item si quis in fraudem, num. nonagesimo Institution. de actionib. Carpanus vbi supra num. 911. versic. de iure autem communi, Peregr. d. tit. de publicat. bonor. nu. 173. versic. in omnibus, & num. 175. versic. secunda conclusio, post principium, & alij per eos citati, & antea numer. 158. versiculo sed difficultas est, vbi aliquid in contrarium adducit, Bossio titulo de bonorum publicat. num. 77. in pract. crimin.

10 His sic præmissis videtur omnino dicendum, quod venditio facta per hæreticum occultum non teneat, quia satis est, quod alienans esset infectus hæresi, dum vendidit, licet ea fuerit postea detecta, cum a die commissi criminis hæreticus quantumuis occultus, & i-
11 gnotus priuetur bonis, vt supra probatum fuit iuribus, & authoritatibus apertis, cum quibus conueniunt quamplures summorum Pontificum bullæ ita specialiter disponentes, & ita post infinitos per eum adductos tradit Bursatt. consilio 289. numero decimo inquiens sententiam hanc probari lege, Canone, Constitutionibus Pontificum, & omnium Doctorum authoritate, & secundum eam Senatum Mantuanum sæpius iudicasse, quam opinionem tanquam veriorem, & receptatiorem post plures per eum relatos, probat Menoch. d. cons. 185. num. 8. & d. cons. 218. num. 7. & sequitur Peregr. d. titulo 1. de publicatione bonorum num. 170.

12 Nec prædictis obstat, quod cum tempore venditionis occulta esset hæresis alienantis, emptor fuerit in bona fide contrahendo cum eo, qui reputabatur catholicus, & qui bona sua administrabat, l. 1. §. si quis in fraudem, ff. de his, quæ in fraudem creditorum, Iacob. de Arretio de quo meminit Cynus eum sequens in lege meminisse, in fin. C. ad leg. Iul. Maiestat. dicens, quod si alienatio fit ignoranti, sustinetur si iusta fuit ignorantia, prout iusta videtur in eo casu, in quo alienans palam cum omnibus conuersabatur, & Catholicus communiter reputabatur, eo addito quod contractus fuit celebratus ad præsentiam Egregiarum personarum, & rogatu, per Notarium admodum fidelem, & probum, ita vt tanquam alienatio ab initio benè constituta ex casu superuenienti retractari non debeat, capitulo factum legitimè, de regula iure in 6. & lege quod ab initio, ff. eodem titulo, & in terminis nostris ad fauorem ementis ignoranter videtur text. in l. si fraudator. 25. in princ. & in §. si a socero, ff. quæ in fraud. creditor.

13 Quoniam respondetur bonam fidem emptoris nihil operari, stante mala fide venditoris, qui cum statim commissa hæresi dominium bonorum suorum amiserit, & illud in fiscum transiuerit, tanquam non dominus, non potuit facere emptorem dominum, nec dare, quod non habebat, lege ex empto ff. de action. empt. l. traditio, ff. de acquir. rer. domin. l. si filius, C. de donationibus l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. capitul. quomodo, de consecr. distinct. 4. & cap. Daibertum, 1. q. 7. qua ratione datur rei vendicatio, vt dicit Picus in d. lege post contractum, num. 69. ff. de donationib. vbi
14 etiam infert idem esse, quando propter delictum publicantur bona ipso iure a die ipsius commissi delicti per statutum, vel decretum, quia, & tunc fisco datur rei vendicatio, per quam res alienatæ auocantur a quocunque, etiam bonæ fidei possessore, quod antea voluit Salycet. in d. l. si quis post colum. penult. in post medium, versiculo sed quando alienatio est ante sententiam, C. de bonis proscriptor. de quo tamen infra dicetur, nec potest ita bona fides iuuare emptorem, quo ad dominium, sicut iuuat quoad fructus, quia quo-
15 ad fructuum acquisitionem non requiritur titulus, sed
16 sufficit qualis qualis occasio possidendi, Baldus in lege irritam, numero tertio, versiculo modo quæritur, C. pro donato, & in lege Celsus num. 19. ff. de vsucap. Francisc. Bec. cons. 95. numero 15. vbi amplius vult in acquirendis fructibus sufficere titulum iuris errore quæsitum, quod secus est, vbi agitur de dominio re-
17 rum, quarum acquisitio maioris est præiudicij, quam fructuum lucrum, Bald. in l. venditioni, numer. secundo versic. sed contrarium, C. de vsucap. pro emptor. Castrens. in l. quod vxor viro, versic. secundo casu, & versicul. aut quæritur vtrum lucretur fructus, ff. de acquir. possess. Curt. Sen. consil. 71. num. 14. versic. vel fuit ratio. Franc. Bec. d. cons. 95. num. 15. Surd. cons. 115. numero 4. 5. quinimo, & in acquisitione fructuum non
18 est necessaria bona fides, sed sufficit quod absit mala, licet non adsit bona, cum inter bonam, & malam fidem detur medium, Ruin. cons. 41. nu. 30. lib. primo, Corne. cons. 294. num. 7. lib. 4. Bec. d. cons. 95. numero 15. & in puncto tradit Surd. d. cons. 115. numer. 6. & 7. vbi etiam alios idem tenentes refert, adeo quod mirum non est si bona fides causet acquisitionem fructuum non autem acquisitionem rerum, & opinio Iacobi de Arretio, & Cyni in d. l. meminisse, C. ad l. Iul. Maiestat. communiter ab omnib. reprobatur, vt ex prædictis apparet,

19 Non etiam prædictis negotiũ facere videtur, quod
non constat aliter, quam ex testimonio admodum Re-
uerendi Domini Inquisitoris, & ex sententia declara-
toria, quod tempore venditionis alienans esset hære-
ticus, quæ attestatio, & sententia non habent aliud
fundamentum, quam confessionis ipsius delinquentis,
qui licèt malam fidem haberet, non tamen signa ali-
qua ostendit vnquam suæ peruersæ opinionis, & quod
propterea tanquam Hæreticus occultus pœna tem-
porali non videatur puniendus, quia Ecclesia non
20 iudicat de occultis, cap. sicut tuis, de Simon. capitulo
agitur, de pœnit. distinction. 1. & occulta solius Dei Iu-
dicio relinquuntur, cap. si omnia, 6. quæst. 1. cap. eru-
bescant 32. distinct. c. Christiana, 32. quæst. 5. capitul. si
quis diuina, §. incerta, 30. q. 5. per quæ iura ita dixit Lo-
catel. in sua Inquisit. iud. in versiculo occultum, numer.
3. versiculo quæ verò, Idem sentit Cardinal. de Vic.
ad Sanct. Thom. 2. 2. quæstione 11, art. 3. & 4. dicens
hæreticum occultum non subesse iudicio Ecclesiæ, i-
dem vult Locatel. in loco citato, in versic. hæreticus,
num. 24. & in versic. pœnæ, num. 6. inquiens, quod, &
21 si pœna ipso iure imposita liget delinquentem, id in-
telligitur in foro conscientiæ, non in foro Iudiciali, &
idem voluerunt Gondisal. in tractatu de hæretic. quæ-
stion. 10. Simanch. in Enchirid. de hæretic. cap. 42. nu.
1. Clar. §. hæresis, num. 23. versiculo quæro an occul-
tus hæreticus, Bursatt. d. cons. 14. num. 12. & d. consil.
22 180. num. 21. & 22. Quia responderi potest verum esse
hæreticum occultum pœna temporali non subiacere,
& solum Deum vltorem habere, non etiam Eccle-
siam, dum hæresim in mente retinet, nec alicui eam
exponit, nec aliter manifestat, secus autem, quando
quis confitetur hæresim diu mente, animo, & volun-
23 tate retinuisse, & approbasse, vt in præsenti casu, quia
tunc desinit dici hæreticus occultus, & ei infligitur
pœna legalis a die, qua ipsam hæresim amplexus est,
quia speciale est in hæresi, vt quis patiatur pœnam co-
24 gitationis, contra lege cogitationis, ff. de pœna
ea ratione, quia est delictum, quod perficitur ex
25 sola animi deliberatione, absque alio extrinseco re-
quisito, vt declarat Baldus in l. si quis nõ dicam ra-
pere, num. 4. versic. istud tamen fallit in hæresi, C.
26 de Episcop. & Cler. vbi etiam subdit, quod inquisitor
hæreticæ prauitatis potest punire hæreticum menta-
lem, qui sibi confiteatur delictum, quia cum solus Deus
sit scrutator Cordium, vt notatur in l. 2. ff. de interro-
27 gation. action. non aliter quam per cõfessionem pro-
prij delinquentis probari potest delictum, quod sola
mente patratur: Idem tradiderunt Ioann. de Anan. in
capitulo si quis Episcopus, num. 7. de hæretic. Felyn. in
tract. de Conat. colum. 2. versic. quis casus in 3. fallent.
28 Forzinib. in tract. de Lamijs, num. 69. & 70. Carerius
in d. tract. de hæret. in princ. num. 5. & 6. versicul. & di-
xit, fol. 254. Bursat. d. consil. 289. numero 13. & opinio
Locat. & aliorum supra citatorum in contrarium pro-
29 cedere potest in eo, qui corde tantummodo incidit
in hæresim, quam neque Iudici, neque alij manifesta-
uit, quo in casu verificantur rationes pro dicta sen-
tentia allegatæ, quia Iudex, cui nihil constat,
30 nihil iudicare potest, nec proinde Ecclesia debet eum
pro hæretico damnare, secus vbi quis fatetur, se am-
plexum hæresim, & de fide catholica aliter sensisse,
quam Sancta Mater Ecclesia Romana teneat, quia
tunc tamquam de re plenè cognita Ecclesia iudicat,
31 lege de qua re, ff. de re iudicat. nec enim vllum maius
mentis nostræ testimonium habemus, quam emissam
verborum qualitatem, Bald. in l. generaliter, in primo
notab. l. C. de non numerat. pecun. in l. ad cognoscen-
dos, C. de ingen. manum. in lege tres denuntiationes,
colum. 1. C. quomodo, & quando Iudex, in rubric. ex-
tra de testibus, & in c. super literis, colum. 2. extra de
rescript. Tiraq. in repet. l. si vnquam, in verbo, libertis,
n. 18. vers. & alibi, C. de reuocand. donat. vbi etiam alia
in hoc proposito valdè elegantia deducit, & verba in-
dicant animum, l. Labeo, ff. de suppellect. legat. cap. is
32 autem, 22. q. 2. Bal. in l. sed, & reprobaui, in princ. ff. de
excus. tut. Tiraq. in repet. d. l. si vnquã, in verbo, liber-
tis, n. 17. vers. & hæc quidem, C. de reuocand. donatio-
nib. vbi plura alia ad rem hanc allegat.
33 Quod si diceretur confessionem postea emissam nõ
debere præiudicare tertio, cui antea ius fuerat quæsi-
tum ex emptione, Anton. de Butr. cons. 5. num. 2. ver-
sic. item ex quo, Alex. de Neuo consilio 31. numer. 13.
Castr. cons. 134. numer. 2. cons. 110. num. 6. lib. 1. con-
sil. 79. numer. 2. cons. 337. num. 1. 2. & 3. in fine, lib. 2.
Crauet. cons. 40. num. 6. in fine, & in tract. de antiquit.
tempor. in prima parte, §. seu sectione, ampliatur nunc
num. 24. & 25. versiculo quod tamen sanè de §. seu se-
ctione, viso de verbis nunciatiuis, numero 16. versi-
culo istud tamen, responderi posset, quod id in hoc
crimine propter illius immanitatem tolleratur, &
ob fauorem animæ, vt timore pœnę auertantur homi-
nes ab hæresi, & ob id, quod cum hæresis in mente re-
tenta aliter probari non possit, vt supra dictum est, lex
34 contentatur illis probationibus, quæ haberi possunt,
& benè facit Bossio in practica criminal. titulo de pu-
35 blicat. bonor. numero 76. dicens vnum esse casum, in
quo emens ab hæretico occulto est tutus, quando sci-
licet antea fuisset absolutus, nam tunc alienationes po
stea factæ valerent, licet deinde detecta hæresi condẽ-
naretur, quod etiam voluit Pieus in d. l. post Contra-
ctum nu. 77. ff. de donat.
Et ita quæstionem hanc optimè resoluit Surd. de-
cis. Mant. a 47. Incipiente, hęretico, per totam, vbi ferè
omnibus suprascriptus vtitur fundamentis, licet non i-
ta roboratis, & subdit ita Senatum illum Mantuanum
sensisse, verum ab eius sententia reuisionem fuise im-
petratam, quę tunc pendebat, in qua tamen, quale fue-
rit iudicium ignoro, & si quod idem fuerit iudicatum
teneri potest ex traditis per eundem Surd. decis. Mant.
a 89. incipiente, inter alias quæstiones, vbi in causa in-
36 ter easdem partes ventilata, concludit venditionem
factam ab hæretico dum lateret hæresis, quæ postea
fuit detecta, rescindi posse, non obstante, quod ipsa
venditio facta sit re ad cridas posita, iuxta ordines Mã
tuæ, nemine opponente, aut contradicente, & lata sẽ-
tentia impositionis perpetui silentij, quibuscunque ius
in ea prætendentibus, ex eo quod detecta hæresi ven-
37 dens priuatus fuit dominio bonorum, & redditus in-
habilis ad contrahendum a die commissi delicti, & cri
dæ præsupponunt habilitatem vendentis, & validita-
38 tem venditionis, nec firmant alienationem nullam, vt
ibi per ipsum Surd. alijs etiam argumentis vtentem,
quod optimè notandum est ad propositum Constitu-
tionum Dominij Mediolani lib. 2. tit. de bonis ad cri-
das ponend. vbi traditur modus, per quem quis scire
possit, An bona sua aliquo laborent onere, an vero
sint libera, tam ad ea sibi, & posteris conseruandum,
quam ad vendendum, & alienandum, & faciendum
emptores tutos.

39 An

39 An autem idem sit in crimine læsæ Maiestatis hu-
manæ non parum dubitatur, quoniam, & si multi vo-
luerunt in hoc quoque bona ipso iure publicari, gl. in
l.fin.C.de iur.fisci,lib.10.Dyn.in leg.Imperator.ff.de
iure fisci,Angel.in l.si quis post sub numero 3. versicu-
lo 2. limito, C. de bonis proscriptor. & ibidem Saly-
cet.sub num.7. ad finem, versic.item quando post cri-
men contractum, Luc.de Penna in l.1.colum. 1. & 2.
C.de petit.bonor,sublat.lib.10. Boer.decis.277. num.
12. Clar.in §.læsæ Maiestatis, num.9.versic. præterea
licet, post principium, & Menoch.consil.99. numero
160. & seqq. tamen communis opinio est Doctorum
40 in contrarium,per tex.in l.quæsitum,ff.qui, & a quib.
in l.fin.C. ad leg.Iul.Maiestat. & propterea requiritur
sententia condemnatoria, & priuatiua, ne dum ad ad-
uocationem possessionis, sed etiam dominij, nec suffi-
cit simplex declaratoria criminis confessi, vt volue-
runt Bartol.Castrens. & Roman.in dict.lege post con-
tractum,ff.de donation.Bart.in d.leg.Imperator, ff.de
iure fisci,& in auth.de incest.nupt.in princ. & in leg.si
debitor,ff.quæ in fraud.credit.Bald.in l.1.C.ne ex de-
lict.defunct.Imol. Castrens. & Aretin.in l. qui a latro-
nibus,§.1.ff.de Testamen.Boss.in pract.criminal.titu-
lo de crimin.læsæ Maiestat,numero 76.& seq.& titul.
de sent.num.48.; versic.& in crimine læsæ Maiestatis,
Grammat.decis.105.num.11.Gigas dicta rubr.de pœn.
committen,crim.læsæ Maiestat.quæst.25. per totam,
vbi post multa hinc inde deducta arbitratur hanc opi-
nionem esse veriorem, Gomez.d.c.2. de crimin.læsæ
Maiestat.numero 17.versiculo item postremò, & d.c.
14.de confiscat.bonor.sub num.4. post versic. item e-
tiam,& nouissimè Peregrin.d.tit.1.de publicat.bono-
rum num.171.post versic.addunt nonnulli,pro qua o-
pinione est textus ineuitabilis in d.l.quæsitum, ff.qui,
& a quibus manumis, cuius verba hæc sunt, *Quæ-
situm est, an is, qui maiestatis crimine reus est manu-
mittere possit, quoniam ante damnationem Dominus est*,
nam si adhuc dominus est bonorum suorum, sequitur,
quod statum commisso crimine in fiscum dominium
non transiuit;Benè tamen verum est, quod licet domi-
41 nium bonorum talis rei non transeat in fiscum a die
delicti commissi, vt supra dictum est, tamen is eorum
administrationem statim amittit, vt probat Gigas di-
cta rubric.de pœn.com.mitten.crimen læsæ Maiestat.
q.24.sub num.3.& melius,& clarius d.q.25.ad finem,
sub num.6.& 7. versic.videtur propterea, & habetur
per Boss.d.titulo de bonor.publicat. numer. 76.& 77.
Gomez.dicto cap. 2. num. 17. versicul.item postremò
& d.cap.14.sub num.4.post versic.item etiam principa-
liter quæro,& ita intelligendus est text.in l.quisquis,§.
emancipationes, & in l.fin.C.ad leg.Iul.Maiestat. in l.
donationes in Concubinam, §, final.ff. de donationi-
bus in l.quæsitum est, ff.qui,& a quib.& in l.ex iudicio-
42 rum, ff. de accusation. Vnde non poterit delinquens
ipsa bona vlterius alienare, cum ei illorum sit interdi-
cta administratio, vt in prædictis iuribus probatur, &
in illis tradunt omnes scribentes, & latè ponunt Gi-
gas dicta quæstione 24. in princ.num.1.fol.mihi 302.
Boss.vbi supra,Gomez.d.cap.14.sub num.4. post ver-
siculo item etiam principaliter quæro, & Peregrinus
43 d.tit.de publicat.bonor.nu.175. versic. secunda con-
clusio, vbi subdit, quod propterea sequuta condem-
natione alienata per fiscum reuocantur; quod tamen
non ita simpliciter, & absolutè procedit, sed cum di-
stinctione, nam aut alienatio est necessaria, puta pro
solutione æris alieni, pro maritanda filia, cui dos
debetur, aut pro alia simili causa, & non reuocatur,
cum ad idem fiscus teneatur, nisi in eo, quod iustum
excederet, vel fraudem contineret, aut facta est ex
causa voluntaria, & tunc aut emptori scienti, & quo-
cunque titulo facta fuerit, reuocatur, aut ignoranti
ignorantia iniusta, & tunc quoque reuocatur, quia
talis ignorantia habetur pro scientia, aut ignoranti iu-
sta ignorantia,& tunc non reuocatur quia,nihil dimi-
nutum videtur,cum iustum pretium fuerit habitum,&
delinquens remanserit dominus bonorum, donec per
sententiam ei auferantur, nec bonæ fidei emptor hoc
damno affici debeat, ita tradit Cyn. post Iacobus de
Arretio in l.meminisse,post principium,versicul.circa
legem istam, C.ad leg.Iul.Maiestat.Idem voluit An-
gel.nullam de Iacob.de Arret. neque de Cyno men-
tionem faciens in eadem l.meminisse, post princ.& in
lege si quis post sub num.3. & 4. versic. in textu, ibi,
ante præscriptionem, & infra, Cod.de bonis proscri-
ptor.& ibidem Salycet.sub num.7.& seq.versicul.item
quando post crimen contractum, & sequuntur Gigas
d.q.24.num.2.& 3.fol.mihi 303.Boss.d.tit. de bonor.
public. numero 76. & 77. & Peregr. d.tit. de publica-
tion. bonorum num.176.& 177. vers.fallit secundum
Bart.nec dissentire videtur Gomez.dict. capitulo 14.
sub d.num.4.& licet Angel.in d.l. meminisse, in causa
necessaria exemplificandu in constitutione dotis aliud
videatur dicere, tamen eum reprobat Peregrin.d. nu-
mer.177. versic. quid ergo si alienauerit pro dotanda
filia, & ipsemet Angel.in d.l.si quis post, tran sit eum
eadem sententia supra relata, a qua non videtur rece-
dendum,& cum prædictis conuenit Carpan. in Com-
mentar. ad capit.omnium circa finem,numero 902.&
sequent.versic.ex causa onerosa, & num.911. versic.
de iure autem, in Constitutione domini Mediolani,
titulo de iure,& priuileg.fisci, & vbi reuocation locus
44 est, vna cum re alienata veniunt etiam hoc casu fru-
ctus,vt per Gomez.d.capitulo 14. sub num.4. in fine,
versic.alia item in casibus, & per Carpan.in d.§.om-
nium,num.897.versic.reuocatio alienatorum, & de
pretio idem dicendum est, quod supra dictum fuit in
hæresi per ibi allegata,quæ hic minimè sūt repetēda.
45 In alijs autem delictis præter crimen læsæ Maie-
statis Diuinæ, & humanæ iure communi inspecto abs-
que aliqua difficultate procederet conclusio, quod
quæcunque alienationes a delinquente occulto factæ
ignoranti, & bona fide acquirenti valerent, nec
reuocari possent per fiscum, qui ante sententiam
46 condemnatoriam, vel saltem ante cœptum Iu-
dicium criminale contra talem delinquentem, non
habet illius bona hypothecata, vt tradit in d.l. si quis
post, C. de bonis proscript. Cyn.in fine, Bald.num.4.
versic.quærit Cynus, Angel.sub numer.4.versic, restat
ergo videre, & Salycet. sub numer. 9. versiculo, sed
tunc reuocari potest in dubium. Bartol. Alexand, &
alij in l.rescriptum.in princ.ff. de pactis, vbi Ias. num.
49.testatur de communi, Glos. & Bart.in l.aufertur.§.
fiscus.ff.de iure fisci,ad quæ dicta se remittit idem Bar-
tol.in leg. quòd placuit. cod. tit. & ibi etiam Alberic,
de Rosate, qui ad ibi dicta se remittit in d. leg. aufer-
tur,§. fiscus. Fulgos. consil. 179. numer. 3, Gomez.d,
capitul. 14. de confiscat. bonor. sub numer, 4.versic.
secundo quia pro delicto.Neguzan.in tract. de pignor.
& hypothec, in secunda parte, in quarto membro nu.
115,Boss.in pract. crimin.titul. de bonorum publicat,

num.81.Clar.in pract.crim.q.78.in fi.num.21. Peregrin.in tractat.de iure, & priuileg. fisci, lib.6.titulo 6. de pignor.& hypothec.num.12.vers.secundo limita in poen.fiscalib.Farinac.in pract.crim.titul.de delict.& poen.q.25.num.190.& seq.versic.limita 14. & principaliter secundum regulam, Claud. Battandier.in practic.crim.regul.140.in princ.Franc.Bec.conf.57.n.6. Surd.conf.199.n.9.

47 Sed difficultas esse videtur quando ex iure municipali datur fisco hypotheca bonorum delinquentis a die commissi per eum delicti pro omni poena, quae ex eo illi imponeretur, in quo casu videretur ius fisco cõpetere ad reuocationem quomodocunque alienatorum post ipsum commissum delictum propter dictam
48 hypothecam, sed certè ex quo delinquens non solum remansit Dominus, bonorum suorum post delictum commissum, verum etiam eorum administrationem habuit, nec dominium statim in fiscum transiuit, vt in crimine haeresis, nec bonorum administratio prohibita fuit, vt in crimine laesae Maiestatis, vtique alienationes ne dum necessariae, sed etiam voluntariae, tam titulo lucratiuo, quam oneroso factae ad fauorem ignorantis, & bona fide acquirentis valere debent, nec reuocari possunt, quemadmodum non reuocantur in crimine laesae Maiestatis, in quo maior adest ratio, ex quo si dominium non transit statim in fiscum, nec publicatio fit ipso iure saltem bonorum administratio
49 inter dicta est incontinenti, quod secus est in alijs criminibus, in quibus nec confiscatio fit ipso iure, nec administratio bonorum interdicitur, vt voluerunt in d.lege si quis post C.de bon.proscript. Cyn. numer.2. versiculo 1. quaero, Bald.numer.2.versiculo in textu, ibi, emancipatos, Angel.num.3. & 4.versic. in textu, ibi ante proscriptionem, & infra, Salycet.nu.7. & seq. versic. item quando post crimen contractum, Boss.d. tit.de bonor. publicat.num.76.& 77.Peregrin.d.titul. de publicat.bonor. num.157. versiculo amplia deinde, num.158.versic.limita quę dicta sunt, & num.178. vers.tertia conclusio, vbi tamen multum dubitat, & non sine ratione in alienatione titulo lucratiuo facta
50 quae longè facilius arguitur suspecta, quam titulo onerofo facta per ea, quę ibi adducit Ant.Gomez. tom. 3.variar.resolut. de delict.cap.14.de confiscat.bonor. num.4. versicul.item etiam principaliter quaero, an in casibus, circa medium, ibi, si verò talis reus delinquens alienauit post delictum commissum, Carpanus in comment.cap.omnium, sub tit.de iur.& priuileg. fisci in nouis constitution.dominij Mediolani ad finem, numero 912. & 913. versiculo in alijs autem casibus, & videtur textus in lege post contractum, ff.de donationibus quiloquitur etiam in alienatione ex titulo lucratiuo facta, & a fortiori seruiunt authoritates citatę in crimine laesae Maiestatis ad sustinendas alienationes per delinquentem factas post delictum occultum acquirēti bona fide, quae enim valent eo in casu, magis,
51 subsistunt in alijs minoribus delictis, argumento auth. multò magis, C.de sacrosanct.Eccles.& authent. multo magis, C.de Episcop.& Cleric.& ad ius fisco ex hypotheca cõpetens respondetur, quod talis hypotheca
52 non praeiudicat tertijs possessoribus bona delinquētis cum titulo possidentibus, vt declarat Neguf. in dict.4. membro secundae partis num.116.versic.tenet etiam, qui in hoc sequitur Ales.in d.l.rescriptum, sub nu.9.ff. de pactis, & ad Negusant.se remittit Boss. in practica. crimin.tit.de fisco, & priuileg.eius, num.31.in fine post
53 versiculo fiscus dum contrahit, & sic videretur quodammodo dicta hypotheca incipere, cum de delicto habetur notitia, & non prius, quod apertius patebit ex infra statim dicendis in creditoribus talis occultis delinquentis, quibus hypotheca illa non nocet, & quan-
54 do in his casibus, in quibus bona non confiscantur ipso iure, nec interdicta est bonorum administratio delinquenti sit reuocatio alienatorum, tunc non fit restitutio fructuum nisi à die latae sententiae, vt concludunt Gomez.d.cap. 14. de confiscat. bonor. sub nu.4. in fine versi.an autem in casibus, & Carpan. in d.cap. omnium.numer.898.versic.aut non publicantur, licèt
55 subdat quod vbi ex statuto datur hypoteca à die commissi criminis veniat restitutio fructuum ab ipso die facti delicti, & pretium restituitur in dictis casibus, vt per Boss.d.titul.de bonor. publicat. nu. 77. per Carpan.vbi supra, nu.912.& 913.vers.in aliis, vbi dicit esse communem opinionem contra Bartol.& Peregr. d. titul.de publicat.bonorum.numer. 158.
56 Caeterum quoad creditores bona fide cum occulto delinquente contrahentes, res clara videtur, quod circunscripto statuto dante hypotecam fisco a die commissi criminis, ipsi creditores etiam personalem tantū habentes, vel etiam chirographarij fisco praeferuntur, quia nullum ius eo tempore competebat fisco in bonis delinquentis, quoad hypotecam, vt supra dictum est, & est communis opinio, Couar.lib.1. variar.resol. cap.16.post num.8.Clar.in pract.crim.q.78.num. 31. versic.vidi quandoque, Peregr.in tract.de iur.& priuil. fisc.lib.4.tit.vlt.num.11.versic.vtrum autem, & probatur in lege vnica, C. poenis fiscalib.creditor. lib.10. in l.quod placuit ff. de iure fisci, in l. rescriptum ff. de pact.& idem est stante dicto statuto dāte hypotecam
57 fisco a die criminis commissi, quia adhuc dicti creditores anteponuntur fisco, vt habetur per Doctores in d.l.si quis post vbi praecipuè Cynus ad finem, Ang. sub numero 4.versic.restat ergo videre, & Salycet.numer. 9 ad finem, versic.nec obstat, §.fiscus, latè Neguf.in d. 4.membro secundae part.num.115.post versic.& praedicta militant.& num.116.versic.tenet etiam, Boss.d. tit.de fisco, & priuil.eius, num.31.in fine.dum se remittit, ad Negusan.Carpan.in d.§. omnium in fine, num. 914. versiculo creditor quoque, & optimè facit Gigas d.tit.de poen.commit.crimen laesae Maiestat. q. 27.in tota fol.mihi 307.vbi etiam in crimine lęsę Ma-
58 iestatis humanae vult soluentem delinquenti occulto liberari, nec a fisco pro alia solutione molestari posse, etiam quod vt antea probatum fuit in eo crimine sta-
59 tim, quod commissum fuit interdicta sit delinquenti bonorum administratio, si etenim hoc est in eo crimine, multo magis in alijs procedit, in quibus delinquenti permissa est bonorum suorum administratio, vt ibi per ipsum Gigant.quem sequutus est Carpan.in d.§. omnium, num.861. & seq. versic.delinquenti autem, & infra, & est text.in d.l.aufertur, §.in reatu, ff.de iure fisci, cuius verba sunt infrascripta, *In reatu Constitutus bona sua administrare potest, eique debitor rectè, bona fide soluit*, secundum hanc opinionem vidi ipse
60 iudicari Florentiae per tres Iudices concorditer, qui fisco praetulerunt omnes delinquentis creditores ne dum hypotecarios, sed etiam personalem tantum habentes, & chirographarios, qui post commissum delictum cum occulto delinquente contraxerunt bona fide, nō obstante cōtradictione fisci ex lege anni 1565. dante ipsi fisco hypotecā in bonis delinquentis, statim

ipso

ipso delicto commisso, propter quam hypothecam prætendebat se potiorem dictis creditoribus in tempore posterioribus, etiam hypotecarijs, per regulam cap. qui prior in tempore, de regul.iur. in 6. a qua quidem determinatione non crederem facile esse recedendum prout ipse in contingentia facti non recessi, quia huiusmodi statutum est Correctorium iuris communis, & valdè iniquum contra creditores bona fide cum delinquente occulto contrahentes, vt per Boss.d. tit. de bonor. publicat. sub nu.76. vers. non omitto, vbi etiam subdit ex mente Pichi per eum relati, quod for-
61 tè non valet, vel saltem non est obseruandum, & dato quod valeret, & obseruari deberet, negari non potest,
62 strictissimè sit intelligendum, & ita interpretandum, vt tertio damnum sine sua culpa non inferatur, etiā impropriando eius verba, Doctores in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber. Alex. cons.36. num.15. lib.4. Dec. cons.445. num.50. Meno ch. consil.401. num.70. Cephal. consil.535. num.27. & alij, qui consulto omit-
63 tuntur, Nec paruifacienda est opinio eorū, qui ita iudicando tenuerunt, quia ex ea sic dicta lex Florentina interpretata videtur, a qua interpretatione non videtur recedendum, imo secundum eam est iudicandum, cap. dilectus, §. fin. de cōsuetud. l. si de interpretatione, ff. de legib. glos. in § omnis, in verbo, confestim Instit. de verbor. obligat. Castrens. cons.314. ad finem, lib.1. Dec. cons.344. num.2. Socin. consil.145. num.2. lib.1. Crauet. cons.201. nu.11. Onded. con sil.6. num.31. & 32. & consil.93. num.21. lib.1. Cephal. consil.331. nu. 31. & seq. Franc. Bec. cons.101. sub n.49.

Cum autem in tota hac exhitatione actum sit de alienatione facta, & debito contracto per delinquentē occultum, non ab re videndum videtur, quid sit delictum occultum, quod quidem esse dicitur, quādo nulla ratione potest probari, vel de quo nullus loquitur, quia
64 nescitur, vt docet Alberic. de Rosat. in dictionario in verbo, occultum, vel quando fuit commissum clam, & delatum non est, nec in cognitionem Iudicis fuit deuētum, vel quando non fit manifestum, publicum, aut notorium, Plot. cons.30. num.77. versicul. & prætensum, & tradit Carpan. in dicto cap. omnium, n.910. vers. & quando delictum occultum esset.

EPITOME.

An dicere ad Corpus, vel ad Sanguinem Dei sit blasphemia, adeò vt sic dicens pœna blasphemiæ puniatur, an vero mitius sit condemnandus, & an talia verba proferens ex iracūdia, vel dolore aliquo motus excusetur, vt saltem leuiori pœna teneatur, & de nonnullis alijs ad blasphemiæ materiam pertinentibus.

SVMMARIA.

1 *Blasphemia nunquid sit dicere ad corpus, vel ad sāguinem Dei, & n.7.12. & 25.*
2 *Natura diuina nec corpus, nec sanguinem habet.*
3 *Iurans per corpus, vel per caput, aut membra Dei puniendus est.*
4 *Blasphemia apud Legistas dicitur omne conuitium, contumelia, vel maledictum prolatum in Deum, vel sanctos, et numero 23.*
5 *Iurans per membra pudendi Dei blasphemare dicitur.*
6 *Blasphemia est dicere,* Potta della Nostra Donna Vergine Maria.
Beatissima Virgo Maria semper pro peccatoribus intercedit, ibid.
8 *Deus post Christi incarnationem dicitur habere corpus, et sanguinem.*
9 *Verba dispositionis cui non conueniunt, nec ipsa dispositio conuenire debet.*
10 *Christus est verus Deus, et verus homo.*
11 *Christus habet corpus, et sanguinem, Patrem, et Matrem.*
13 *Theologi sunt consulendi in materia peccati.*
14 *Verba hæc, ad corpus, vel ad sanguinem Dei, propriē Deo non conueniunt, nisi per communicationem Idiomatum.*
15 *Verba hæc, ad corpus, vel ad sanguinem Dei, prolata a persona scientifica, vel sæpius solita illa dicere, blasphemia sunt secus si a persona rustica et idiota quia citra pœnam blasphemiæ punitur, et n.16.20. et 31.*
17 *Voluntas dubia proferentis declaratur ab ipsomet proferente, vel in eius fauorem interpretatur.*
18 *Sententia benignior in obscuris sequenda est.*
19 *Fiscus vel obtineat, vel succumbat, non recuperat, nec restituit expensas.*
21 *Verba hæc, ad corpus, vel ad sanguinem Dei, possunt intelligi etiam de Deo creato.*
22 *Christus est Deus.*
24 *Blasphemia, conuitium, vel commedia, et maledictum valdè differunt inter se.*
26 *Oratio hæc, ad corpus, vel ad sanguinem Dei, non habet tempus præteritum, nec præsens, nec futurum.*
27 *Verba, ad corpus, vel ad sanguinem Dei, nisi in contemptū Dei proferantur, non sunt blasphemia.*
28 *Iurans, ad corpus, vel ad sanguinem, vel alia membra Christi irreuerenter, et in contemptum, punitur de blasphemia.*
Secus si non in contemptum, vt infra, nu.29.
30 *Iurans ad corpus Dei, magis punitur, quam iurans, ad corpus Christi.*
32 *Pœna blasphemiæ ex Decreto Magni Ducis Etruriæ quę sit.*
33 *Pœna blasphemiæ non puniuntur blasphemantes, ira vel dolore moti, sed mitiori.*
34 *Pœna blasphemiæ puniuntur blasphemantes ira, vel dolore moti, si dolor vel ira ex iniusta, vel leui causa ortum habuit.*
35 *Blasphemia vt plurimum ex iniusta causa procedit.*
36 *Pœna blasphemiæ non minuitur, licet quis raro, et non nisi iratus blasphemet.*
37 *Homicidia, vt plurimum ex iracundia committuntur.*
38 *Blasphemia æqualiter in omnibus punitur.*
39 *Exemplum pueri quinque annorum recensetur ob blasphemiam ad inferos damnati.*
40 *Blasphemia adeo immane crimen est, vt nihil inueniatur ipso odibilius.*
41 *Blasphemia a periurio quid differat.*
42 *Blasphemia veniam non mereretur apud Deum.*
43 *Blasphemia pœna mortis punitur.*
44 *Blasphemia multorum malorum est causa.*
45 *Principes, ac Magistratus non punientes blasphemantes grauiter peccant.*
46 *Blasphemia detestabilior est quolibet peccato.*
47 *Blasphemia quam graue sit peccatum, ex multis authoribus demonstratur.*

CASVS CC. LXXXXVI.

1 QVæsitum pluries fuit, an dicere ad Corpus, vel ad sanguinem Dei sit blasphemia, adeo vt sic dicens teneatur pœna statuti, vel Edicti punientis blasphemantem Deum, & prima facie videbatur dicendum quod esset blasphemia, ex quo tribuutur Deo ea, quæ non

que non sunt, quoniam Diuina natura, nec corpus, nec
2 sanguinem habet, secundum Beatum Thomam secun-
da secunde quæst. 13. artic. 1, latè Decian. in tract. crim.
lib. 6. cap. 2. numer. 1. Tom. 2. Horat. Rouat. in decis.
diuers. Rotæ Lucens. decis. 150, numer. 1. & 2. Farin. in
pract. crim. tit. de delict. & pœnis, quæst. 20. numer. 11.
versic. amplia tertio. Couar. in cap. quamuis, in prima
parte, §. 7. numer. 8. de pact. in 6. Menoch. in tract. de
arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 4. casu 375. num. 3. Mascard.
in tract. de probat. tomo 1, conclus. 195. num. 2. & 11.
Et propterea iurantes per corpus, vel per caput, aut
3 per membra Dei puniuntur, Bart. in authent. vt non
luxurientur contra naturam, per illum textum, Archi-
diac. in cap. si quis per capillum. 22. quæst. 1. Ioann. de
Anan. in cap. 2. colum. 9. in fine glosæ primæ, de Male-
dicis, Angel. & Imol. in l. his verbis, §. 1. ff. de hæredib.
instituend. Boer. decis. 301. num. 11. in princ. Decian.
d. cap. 2. numer. 13. & 14. versic. sed & iurare, Boss. in
pract. crim. titul. de inquisitione, sub num. 130. & 131.
versicul. sed si quis iurat per capillos. Bonifac. de Vita-
lin. in tract. de malefic. rubr. de pœna plaspeman. num.
1. Thesaur. decis. Pedemont. 241. in princ. sub num. 1.
Mascard. dicta conclus. 195. numer. 6. versic. an verò.
Farinac. dicta quæst. 20. numer. 18. & 19. in 7. ampliat.
Menoch. d. casu 375. nu. 12. & 14.

Quod præsertim videtur dicendum secundum Le-
gistas, penes quos omne conuitium, contumelia, vel
maledictum prolatum in Deum, vel in sanctos est blas-
phemia. Alex. cons. 233. sub numer. 3. versic. nec re-
fert, lib. sexto. Socin. cons. 102. num. 5. & 6. lib. 1. & cõs.
119. num. 2. & sequent. lib. 4. Grammat. decis. 50. nu.
6. & seq. Clar. in §. blasphemia. in princ. attestans de
communi opinione post Angelum de Malefic. & Au-
gustin. in additionib. in verbo, verba iniuriosa. numer.
13. & alios per eum relatos, cum quibus conuenit Lu-
cas de Penna in l. omnes, colum. 2. & sequent. versic. &
nota, quod blasphemia. C. de delator. lib. 10. idem te-
nuit Decian. d. cap. 2. sub d. numer. 13. & 14. & voluit
etiam Thesaur. decis. 241. sub numer. 3. ad finem, ver-
sic. item si dicatur ad Corpus, vel ad sanguinem & nu.
4. vers. ego tamen. Boss. vbi supra sub num. 131. versic.
aduerte tamen. Horat. Rouat. d. decis. 150. numer. 3.
versi. neque nos Mascard. dicta conclus. 195. numer. 3.
versic. item dicitur quis blasphemare. Alexand. d. cons.
233. numer. 3. versic. nec refert. lib. 6. Menoch. d. casu
375. num. 19. versic. ego opinor. Farinac. d. quæst. 20.
numer. 22. & sequent. in 8. ampliat. Grammat. super
Constit. Regni lib. 3. rubric. de blasphemantibus Deũ,
& Virginem Mariam, in Constit. blasphemantes. sub
numer. 24. vers. & dicit Bart. fol. mihi 214. Conrad. in
pract. crim. rubr. de injuriantibus, numer. 25. vers. pœ-
na itidem alia est, fol. 409.
5 Quod fortius procederet si iuraretur per membra
pudenda, quæ cum honestate non nominantur etiam
inter homines, vt voluerunt Bartol. in d. authent. non
luxurientur contra naturam numer. 2. Lucas de Penna
in d. leg. omnes in septimo modo. Summa Armilla in §.
blasphemia in princ. Alex. Socin. & Gramat. in locis
supra relatis, diffusè Decian. d. cap. 2. numer. 11. vers.
hinc etiam fit, & num. 19. versic. in Beatam etiam Vir-
ginem, vel Sanctos, Thesaur. d. decis. 241, numer. 1. in
princ. Boss. d. tit. de inquisitione. numer. 130. versic. &
quid sit blasphemia, & iterum num. 131. ad finem, ver-
sic. non obstat textus. Mascard. d. conclus. 195. numer.
5. versic. præterea, & alibi. Farinac. d. q. 20. numer. 16.
& 17. in sexta ampliat & numer. 21. versic. sublimita
præcedentem limitationem. Menoch. dicto casu 375.
num. 16. Grammat. in d. const. blasphemantes, numer.
6 10. versic & a ide. Boer. d. Decis. 305, sub num. 1. ver-
sic. & Baldus, Ex quibus alias de blasphemia punien-
dum putaui in pœnam Edicti contra blasphemantes
eum, qui dixerat, *Potta della Nostra Donna Vergine
Maria*, & nunc idem audacter facerem si casus eueni-
ret, & iudicium meum exigeretur, est enim valdè im-
pium iurare per similia verba tam pudenda Beatissi-
mæ, Immaculatæ, & Gloriosissimæ semper Virginis
Matris Mariæ, quæ semper pro nobis peccatoribus
apud Deum intercedit, & cuius præcibus, & auxilio
omnes tuemur, & qui in eam similia verba profert pu-
dibunda, omni malo dignus est, & sæuere puniendus,
non secus ac si in Deum ipsum maledixisset, a quo tot
gratijs, & priuilegijs impleta fuit etiam viuens in ter-
ris, & in proprijs istis terminis ita sentire reperio, Boe-
rius d. decis. 301. numer. 1. in fi. vers. & ideò quantum.
7 Cæterum, quod dicere ad Corpus, vel ad sanguinẽ
Dei, non sit blasphemia, nec proferens dicta verba de
blasphemia condemnari possit, probari videtur ex eo,
quòd Deus post Christi Saluatoris Nostri Incarnatio-
8 nem dicitur habere Corpus, & sanguinem, vnde dici
non potest, quòd aliquid attribuatur Deo, quòd verum
9 non sit, vel non conueniat, adeò quòd, si non conue-
niunt verba diffinitionis blasphemiæ, dispositio con-
tra blasphemantes procedere non possit per regulam,
quòd cui non conueniunt verba dispositionis, nec ipsa
dispositio conuenire debet. l. 1. §. dolum. ff. de dolo, l.
ita autem, in princ. ff. de administr. tutor. l. 4. §. toties. ff.
de damn. infect. cum vbique notat. per Doctores, Ca-
stren. cons. 291. numer. 1. in fine l. 1. Crauet. cons. 10.
numer. 7. Corne. cons. 90. num. 3. lib. 3. Tiraquel. in
tract. de retract. Lignag. §. 2. gl. 1. numer. 15. vers. quod
si hæc, quando quidem quilibet Christianus credit in
filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, qui est
10 verus Deus, & verus homo, & pro nobis effudit san-
guinem suum iuxta Simbolum Apostolorum recitatum
a Sacro Sancto Consilio Tridentino Sess. 3. super de-
creto Simboli fidei, in illis verbis, Deum de Deo, lumẽ
de lumine, Deum verum, de Deo vero, passus etiam
pro nobis, & homo factus est, & pluries in sacris litte-
ris, hoc idem in substantia legitur, cum in oratione do-
minica Beatissima Virgo Maria nominetur Mater
Dei, & etiam in hymno, Aue Maris stella, Dei Mater
Alma, Adeò quòd dicendo Deum habere Corpus, &
sanguinem, nihil falsum Asseritur, quia Iesus Christus
11 habet Corpus, & sanguinem, Patrem, & Matrem, &
propterea nulla resultat blasphemia: Hoc ipsum aper-
tissimè probatur ex verbis Edicti in Magno Ducatu
Hetruriæ in illis verbis, *Che non sia alcuno, che ardisca ò
presuma bestemmiare il santissimo nome dell'Onnipoten-
te Iddio, & della sua Illibata Genitrice Maria sempre
Vergine Gloriosissima*, quia dicta verba non tribuunt
Matrem Omnipotenti Deo Patri, sed Deo Creato Do-
mino Nostro Iesu Christo nato ex Maria Virgine, &
in puncto, quod sic dicere, non sit blasphemia, voluit
12 Summa Armilla in §. blasphemia. numer. 1. ad final.
Diuus Thomas secunda secundæ quæst. 13. art. 2. vers.
ad tertium, summa summarum part. prima, tit. de blas-
phemia, col. 2. versic. 7. Gaietan. in summa, in verbo,
blasphemia. vers. scito quoque. Viguer. Granat. in suis
institutionibus Christi numer. 10. lit. C. titul. de blas-
phemia; vers. nunc autem postquam Verbum caro fa-

ctum

ctum est. Frater Siluester de Prierio in summa, in ver-
bo, blasphemia, Nauar. in addition. ad Capit. quando,
de Consecratione distinct. 1. nu. 52. Et in Manuali Cō-
fessariorum sub rub. secundi præcepti cap. 12. nu. 81.
Frater Hieronym. Panormitan. ordinis Prędicatorum
in Confessionario sub rub. primi præcepti, ver. blasfe-
mare, & nouissimè Dominus Horatius Rouatus Pri-
scianensis vsque de anno 1581. Collega meus aman-
tissimus in Rota Senensi d. decis. 150. sub num. 2. qui-
13 bus quidem patribus maximè vero sacris Theologis
standum videtur, ex quo prędicta verba materiā pec-
cati concernunt, cap. licet mulieres, de iure iurando lib.
6. cap. veterum, & ibi glosa, nona distinctione, Innocē-
tius in cap. 1. de operis noui nunciatione, Lanfranc. de
Orian. in cap. quoniam contra, in verbo, testes, versic.
quæro nunquid in causa, de probation. Fulgos. in l. prę-
scriptione, C. si contra Ius, vel vtilitatem publicam,
Rouatus, d. decis. 150. nu. 2. in fi. & vltra eū latè Alex.
cons. 1. nu. 10. vers. & si. l. 2. Dec. cons. 111. nu. 6. & 7.
14 Nec tenendo hanc sententiam obstant Doctores in
contrarium allegati, quia intelligendi sunt, quādo Cō-
stat, quòd proferens talia verba intellexerit de Deo,
tanquàm de prima persona summæ Trinitatis, cui pro
priè non cōueniunt, nisi per communicationem Idio-
matum, & hoc modo accipiendo dicta verba, verum
esse dicere in illis diffinitionem blasphemiæ verificari,
quia omnipotenti Deo Patri tribueretur falsum, si-
15 ue quod illi non conuenit, & proinde esset blasphe-
mia, hocque procederet absque dubio, si persona, quæ
prædicta verba protulit, esset scientifica, & per ratio-
nem intellectus, & studij sciret discernere personam
Patris, à persona filij, considerata significatione ver-
borum, secundum Diuum Thomam d. art. 2. versic. ad
tertium. Item, & quando hoc eidem dicta verba dicē-
ti frequenter idem accidisset, nec curasset adhibere re-
medium opportunum, quasi quod tunc lata culpa do-
lo esset æquiparanda, l. quod Nerua, ff. depositi, An-
tonin. in Summa tit. 8. cap. 7. in princ. & ita in indiui-
16 duo respondet Rouatus d. decis. 150. sub nu. 3. versic.
neque nos, & infra. Secus autem quando persona pro-
ferens dicta verba esset ignara, rustica, Idiota, & ne-
sciens literas tales, ex quibus sibi innotescere possit di-
stinctio vera, & clara personarum Sanctissimæ, & In-
diuiduæ Trinitatis, quia tunc a blasphemia excusatur,
censeturque ea verba protulisse in sensum sibi minus
præiudicialem, intelligendo de persona filij, & sic de
Deo Incarnato, & præsertim vbi alias de simili ver-
borum prolatione molestatus non fuerit, ita dicit Ro-
uatus dicta decis. 150. sub numer. 3. versic. secus vero.
17 Additur, quòd in dubia volu tate, & intentione pro-
ferentis d. verba standum esset declarationi ipsius profe-
rentis, l. si quis intentione, ff. de iudicijs, Ias. in §. sed istæ,
num. 88. & sequ. versic. in ead. glos. ibi, per testes. In-
stitut. de actionibus, & eo non declarante in eius fauo-
rem facienda esset interpretatio, Alex. consi. 183. num.
7. lib. 5. Dec. consil. 493. num. 16. & tantò magis, cum
dicta interpretatio veniat ad excludendum delictum,
cap. Estote, de regul. iur. in 6. leg. meritò. ff. pro socio,
Alex. consi. 233. num. 9. lib. 6. Alciat. in tractat. de præ-
sumpt. regul. 3. præsumptione prima numer. 3. & 8. &
vt per Rouatum dicta decis. 150. num. 4. versic. sed da-
to etiam. Et benè facit Decian. d. lib. 6. cap. 6. num. 15.
versic. porro si verba, vbi probat, quod quando verba
possunt sonare in blasphemiam, & in non blasphemiā
nunquam ea proferens de blasphemia condemnatur,
quia amplectendus est ille sensus, per quem ea exclu-
18 ditur, nisi aliter ex coniecturis, vel ex qualitate perso-
næ proferentis suadeatur, Vnde Rouatus subdit per
Rotam illam Lucensem fuisse absolutum quendā Mat-
teum Idiotam, qui dicta verba protulerat à pœna bla-
spemiæ, in quam fuerat condemnatus à Domino Præ-
tore illius Ciuitatis, absoluto fisco ab expensis propter
sententiam, quam in prima instantiam fauorabilem
obtinuerat, licèt potuisset Rota illa dicere, quod fiscus
19 obtinens non recuperat a victo expensas litis, nec suc-
cumbens victori restituit. l. fin. C. de fruct. & lit. expens.
Antonius Colomb. in tract. de ordine procedendi in
causis criminalibus: art. 538. Bald. in l. qui crimen. num.
30. C. qui accusar. non poss. Boer. decis. 324. in princ.
20 1. Et secundum istam opinionem Rotæ Lucensis
sæpissimè votaui Florentiæ ad fauorem inquisitorū
de blasphemia; qui erant ignari literarum, & nesciebāt
scribere, nec legere, vel tantum non sciebant, vt capa-
ces dici possent veræ distinctionis personarum Sanctis-
simæ Trinitatis, & secundum vota mea iudicatum
fuisse certissimè scio, pro qua opinione faciunt Farin.
d. quæst. 20. sub num. 19. in fine, versic. & rursus. Dec.
d. lib. 6. c. 5. num. 3. vers. deinde volentes excusari a pœ-
na blasphemiæ dicentem ad corpus, vel ad sanguinem
Dei, quæ verba non sunt vnicuique nota, & aperta,
quòd importent blasphemia, cum possint intelligi de
21 Deo Creato, & quia communi vsus loquendi contun-
dit ista verba a Corpus Dei, & ad Corpus Christi, qui
22 etiam Deus est, Nec, vt aliquid vltra Rotam Lucen-
sem dicam, verum videtur, quod secundum Legistas
23 omne Conuitium, contumelia, vel maledictum pro-
latum in Deum, vel Sanctos sit blasphemia, quia valdè
differunt inter se blasphemia, conuitium, vel contume-
lia, & maledictum, vt docet Lucas de Penna in d. l. om-
24 ne. colum. 2. versic. differt autem. & vers. sic, & differt.
C. de delator. lib. 10. vltra quòd dici potest, quod quis
25 dicendo ad Corpus, vel ad sanguinem Dei non dica-
tur maledicere, quia nihil dicitur mali de præterito,
nec de præsenti, & sic loquendo non est optare malū
in futurum, & propterea non dicitur quis blasphema-
re, quia ista oratio non habet tempus pręteritum, nec
26 præsens, nec futurum, vt colligitur ex doctrina Bart. in
l. item apud Labeonem §. ait Prætor, num. 4. & 5. vers.
quæro vtrum, ff. de iniurijs, quem tamē reprobat Boss.
d. tit. de inquisit. num. 131. & latius. Farinac. d. quæst.
20. in 8. ampliat. nu. 22. & seq. & aliquid habetur per
Ang. de Malefic. in dicto verbo, verba iniuriosa, num.
12. & ibi etiam per August. in addition.
27 Non etiam qui talia verba dixit iniuriam, aut Con-
tumeliam Deo, aut homini fecisse videtur, ideoque de
blasphemia puniri non potest, nisi in cōtēptum Dei ea
protulisset, quo in casu ex mentem omnium de blas-
phemia puniendus esset, vt per Bos. d. titul. de inqui-
sitione, sub numer. 130, & 131, per Decian. d. cap. 2.
numer. 13. & 14. versic. sed & iurare. Per Thesaur. dict.
decis. 241. nu. 3. versic. secus verò quando in contem-
ptum. Boer. d. decis. 301. sub numer. 1. Farinac. d. q.
20. in 7. ampliat. numer. 18. & sequent. Conrad. in d.
rubric. de iniuriant. sub num. 25. versic. pœna idem alia
est fol. 409. Augustin. ad Angel. in d. verbo, verba iniu-
riosa sub num. 14.
28 Quimmo, & iurātes ad Corpus, vel ad Sanguinem,
vel ad alia membra Christi irreuerenter, & in contem-
ptum

ptum puniuntur de blasphemia secundum Boer.d.decis.301. sub num. 1. versic.quinto si Deo. Conrad. vbi supra sub dicto numer.25. Boss.sub d. num.131. ante finem, Angel.de Malefic.in loco allegato, num.14. & ibi etiam Augustin.in additionib.Grammat.in d.Constit. blasphemantes, num.11. & 12. & nouissime Decian.d. cap.2. num.13. & 14. qui tamen vult secus es-
29 se si non in contemptum sic iurassent, quo in casu pęnam blasphemiæ minuendam esse tradit,& latius hoc idem postea firmat eodem lib.6.cap.5.num.2. versic. prima ergo defensionis species, nec dissentire videtur Thesaur. d.decis.Pedemont.241.numer.4.versic. ego
30 tamen.dum facit differentiam, an dicatur ad Corpus Dei, vel ad Corpus Christi, infertque, quamuis vtraque videatur aliquo modo blasphemia, & irreuerentia, primam magis scandalosam esse, & sæuerius puniendam, & concordare etiam videtur, Farinac. d.q.
31 20.versic.limita hanc septimam ampliationem, Sanè & si dicere ad Corpus, vel ad sanguinem Dei blasphemia non sit in homine ignaro, & distinctionem personarum Sanctissimæ Trinitatis nesciente, tamen hoc minimè dicere licet impunè, & propterea sic irreuerenter in vanum,& sine proposito de Deo obloquens, aliqua pœna puniendus est, vt colligi videtur ex Thesaur. d. decis.241. vbi agit de eo, qui dixerat ad Corpus Christi,& concludit,quod licet non esset blasphemia tamen erat irreuerentia,de qua sic obliquens puniendus erat pœna arbitraria, leuiori pœna ordinaria blasphemiæ, prout ipse fecit absoluendo à pœna blasphemiæ Hebreum, qui ita dixerat, quæ erat scutorum vigintiquinque,& illum condemnando in libris vigintiquinq; monetæ nouæ,tertia poi loco,tertia fisco, tertia accusatori applicandis, quam sententiam per Senatum fuisse confirmatam refert, & concordare videtur Decian.sub dicto nu.13. & 14.in d. cap.2. & propterea in contingentijs facti sic dicentem puniendum votaui saltem pœna ducentarum librarum, vel alia mitiori tamen, quam ea, quæ expressa est in Edicto contra blasphemantes, quę est perforationis linguæ,
32 priuationis officiorum patriæ per sex menses & librarum ducentarum,& ita infinitis vicibus iudicatam fuisse vidi in Ciuitate Florentina, & in toto Magno Ducatu Etruriæ.

33 Sunt tamen qui prædicta limitant non procedere in eo, qui ira, vel aliquo dolore motus blasphemauit,quê in pœnam blasphemiæ, non esse puniendum, sed mitius, volunt Canonistæ in cap.2. de maledic. Archid. in c.quid ergo in fine, vigesima tertiam, quæst.5. Bonifat. de Vitalin. in tract. de malefic. titul. de pœna blasphemant. num.2. Dec. cons.163.num.10. Tiraquell.in tract.de pœn.temperand. aut remittend. causa prima,num.13.& sequent.Grammat.super Constit. Regni lib.3. rubr. de blasphemant. Deum, & Virginem, in constitu. blasphemantes num.5.fol.113.Couar.in d.cap.quamuis,parte prima §.7.num.13.de pactis, in sexto, Carer. in pract.crimin.§. Septimo excusat calor iracundiæ, num.4.fol.186.Fern. Vasq.Menchia, lib.5.controuersiar. Illustr. & vsu frequent.cap. 18.num.29.Clar.in pract. crim. q.60. num.9. versi.est etiam ira.& in §.blasphemia num.6. vers.excusari potest,Menoch.dicto casu 375.num.33.& Farinac.alios adducens,d.q.20.num.47.in 3.limit. & facit text.in l. quicquid calore, ff. de regul. iur. cum ibi notatis per Decium Cagnolum, & alios.

34 Quorum sententia ita demum admittitur si ira, vel dolor ortum habuit ex iusta, & non leui causa, secus autem si ex iniusta, vel leui occasione procedat, quia tunc nullatenus blasphemantem excusat a pęna blasphemiæ,Felyn.in cap.sicut, sub num.3. & 4. versic.in text.extra de iureiur.Carer.in d.§ Septimo excusat calor iracundię,num.5.& 6.Clar.in d.quæst.60.sub num. 9.versic. tu verò dic. & est communis opinio, vt dicit Menchiac.d.c.18.num.30.Cagnol.in d.l.quicquid nu. 7.& sequent.Decian.in.tract.criminal.tomo 2.lib.6.c. 5.num.9.Grammat.in d. constitutione, blasphemantes, sub num.5. & Farinac.d.q.20. num. 48. quicquid nonnulli in contrarium dicant, qui tamen Farinacc. hoc intelligit procedere in ira,& dolori tali, vt hominem a suo recto sensu alienauerit, quod, & Carer. voluit,vbi supra num.6.& tradit Lucas de Penn.in l.omnes,in fine,versic. item si per iracundiam, C. de delatorib.lib.10.Dec.in d.l.quicquid,num.8.inquiens difficillimum esse hoc probare,Felyn.in d. capitul.sicut, sub num.3.& sub num.4.quo fit, vt nunquam aut rarissimè ex ira,& dolore minuatur pœna blasphemiæ, cũ vt plurimum ex causa iniusta procedat, & ab eo, qui
35 operam rei illicitę dabat,puta ludendo,rixando,adulterando,aut alia illicita faciendo Felyn.in d.cap.sicut, num.3.& 4.extra de iureiurando, Tiraq.in d. tract. de pœnis temperand. aut remittend. causa prima sub nu. 14.Grammat.in d.constitutione, blasphemantes, sub d.num.5. Mascard.in tractat. de probationib.conclus. 194.num.11.lib.1.& Farinac.d.q.20.num.49.Cagnol. in d.l.quicquid calore iracundiæ, num.9. ff.de reg. iur. non etiam in hoc proposito omittendum est, quod cũ
36 quis non blasphemet Deum de facili, nisi iratus, non ita passim propter Dei reuerentiam minuenda est irato blasphemanti pœna,quæ merito contra irascentes Deo,vel ipsum per iracundiam blasphemantes introducta est,quia signanter blasphemia ex iracundia causatur,vt benè aduertit Lucas de Penna in d. l. omnes, in finalibus verbis,& tenuit Dec.in d. l. quicquid, sub num.6.& 7.versiculo prædicta regula dum ponderat,
37 quod si in delictis calor iracundię excusaret,rarò propter homicidium quis esset puniendus, quia plerunque cum iracundia committitur.

Vt autem a blasphemia omnes abstineant, placet referre literaliter verba Grammatici in d. constitutione,blasphemantes, sub num.24.column. fin.versiculo nec prætereundum arbitror, vbi post Beatum Thomam,Beatum Antoninum,& Beatum Gregorium, dicit delictum hoc blasphemię esse tam atrox,& abomi-
38 nabile, quod nec sexui, nec ætati parcitur propter luctuosum,miserrimum, calamitosum, & valdè tremendum exemplum relatum a dicto Beato Gregorio in
39 quarto dialogorum de puero ætatis quinque annorũ, qui a parentibus Romanis delicatè nutritus consueuerat pro quolibet minimo in Deum omnipotentem maledicere, qui puer superueniente peste in Vrbe inter brachia patris occubuit, acclamando adiuua me pater,& obsta,quia Mauri homines hic adstantes me capere volunt,abscondendo faciem suam in sinu patris, è Mauros illos, qui Demones erant in forma Maurorum, inspiceret, quos tamen pater non videbat, sicq; territus puer Omnipotentem Deum, vt eius moris erat,blasphauit,& blasphemando spiritum exhalauit, & a præfatis Demonibus delatus fuit ad Infernum damnatorum, quorum officium, ita citò didicerat, quamuis in ea,tenera,& infantili ætate non soleat quis vsum rationis habere, quem in eo puero acceleratum fuisse

fuisse credendum est, eumque propter peccatum maledictionis damnationem meruisse æternam, subditque Grammat. ex attestatione prędictorum Sanctorum Patrũ multos alios in ludis maladicendo, vel in alijs actibus blasphemando, à Demonibus arreptos fuisse, & terribiliter vexatos, quòd exęplum a Beato Gregorio relatum recensuit, etiam Boer. d. decis. 301. num. 5. In qua decisione multa contra blasphemantes dicit, contra quos longè plura eleganter deducit Lucas de Penna in l. omnes, C. de delatorib. lib. 10. colum. mihi 2. & 3. versic. & nota. vbi decem modis blasphemari ostendit, & blasphemiam adeò immane crimen censeri, vt
40 nihil odibilius ipsa blasphemia inueniatur, quæ in Cęlo ponit os suum, & qua omne peccatum leuius est, quia peius videtur blasphemare, quam peierare, quia peie-
41 rando falsę rei adhibetur testis Deus, & blasphemando de ipso Deo falsa dicuntur, vnde blasphemia venia non meretur, recitaq; Gregorium in quarto Dialogo-
42 rum cap. 19. dicentem paruulum infantem blasphemare assuetum à Demonibus raptum ex sinu patris, ac
43 æterno igne damnatum, vt propterea diuina lege, & iusta ratione videatur blasphemantem mortis pęna damnandum, quod multis sacrę scripturæ exemplis ostendit, & si ob defectum Religionis, & iustitiæ minimè feruetur, Immo iniuriam nostram vsque ad interitum acerrimè vindicemus, blasphemiam vero in Deũ dictam patientia execranda impunitam relinquamus; vnde non sine ratione in mortem rapimur, & in dire-
44 ptionem substantiæ nostræ dantur, vt Luc. de Penna dicit, de cuius dictis meminit Boer. dicta decis. 301. de qua re multa etiam ponit Claran. §. blasphemia. num. 3. versic. sed quæro quæ sit pœna blasphemiæ, vbi pro-
45 pterea dicit, quòd grauiter peccant Principes Christiani, & eius Magistratus, qui hoc crimen seuerissimè non puniunt, & quòd in hoc Respublica Christiana magna indigeret reformatione, pluraque recenset Farinac. d. quæst. 20. num. 2. & plurib. sequent. in discursu Primi casus, in quo a iure pęna mortis naturalis imponitur, vbi etiam blasphemiam detestabiliorem esse
46 omnibus alijs delictis probat, & grauiorem furto, homicidio, & quolibet alio peccato, & proinde a lege diuina, & Ciuili pœna mortis naturalis punitam, & de grauitate huius sceleris, malis inde prouenientibus, pęnis variæ, & acerbissimæ mortis Blasphemis diuinitus impositis, eleganter loquuntur Ioseph. Mascard. in tract. de probat. conclus. 194. in verbo blasphemia in prin. volũm. 1. & Decian. dicto lib. sexto, cap. 6. per totum, ad quos omnes supra relatos Doctores Curiosum Lectorem libentissimè remitto, quibus circa pęnam mortis addendi sunt Angel. in dicto verbo, verba iniuriosam, numer. 14. & ibidem, & numer. 15. Augustin. de Arimin. in additionib. & D. Hurtensius Caualcan. non vulgari amicitia, & beneuolentia mihi coniunctus in tract. de Brac. Reg. in 4. p. n. 19. & 20. vers. sed hodie.

E P I T O M E.

De delictis commissis per furiosum, tã continuam mentis alienationem, quam dilucida interualla habentem, an, quando, & quomodo puniatur, & quid in delinquẽte sanæ mentis, qui postea effectus sit furiosus, An scilicet, & iste condemnari possit, vel contra eum condẽnatio exequi, an potius differri, & quid in ebrio.

S V M M A R I A.

1 *Furiosus si quis post commissum delictum efficiatur, an debeat puniri, prout ante, & num. 17. & 41.*
2 *Furiosus mortuo assimilatur.*
3 *Mortuus pro delicto non condemnatur, nec in eius Cadauer fit executio.*
4 *Furiosus loco absentis habetur.*
5 *Pęna corporalis contra absentem inferri non potest.*
6 *Procurator, vel curator interuenit vbi pęna corporalis est imponenda.*
7 *Ebrius committens homicidium an puniatur pęna homicidij, & num. 8.*
9 *Ebrius committens homicidiũ magis punitur quã sobrius.*
10 *Ebrius committens homicidiũ, si est in culpa punitur pęna homicidij, si absque culpa leuior pęna coercetur.*
11 *Ebrietas affectata, & procurata non prodest, & num. 15.*
12 *Dolus verus multis culpis deterior est.*
13 *Ebrius licet quis dolosè, & data opera fiat, non tamen puniendus est pęna capitali.*
14 *Dummodo ad hunc finem, vt delinqueret ebrius factus nõ esset, quia tunc capitaliter puniretur.*
16 *Ebrietas ad hoc, vt excuset, debet esse magna, & tanta, vt mentis exilium inducat.*
18 *Tempus commissi delicti in delictis attenditur, non personæ mutatio.*
19 *Pęnę mollienda non exasperandæ sunt.*
20 *Furiosus si de proximo speraretur sanandus executio contra illum differri deberet, & interim suis sumptibus sustentari, vel de publico, si non habet. & num. 21.*
22 *Furiosus absque alia pęna satis suo furore punitur.*
23 *Furiosus quicquid mali facit est, ac si a quadrupede, vel casu factam esset, & num. 34.*
24 *Furiosus nullã volũtatem habet, nec intelligit, quod agit.*
25 *Voluntas, & propositum delinquendi vbi non adest ibi nõ est authoritas puniendi.*
26 *Furiosus delinquens non peccat etiam si sua culpa in furorem incidit. et num. 27.*
28 *Furiosus sua culpa factus si delinquat, an excusetur à pęna et num. 32.*
29 *Mens semel alienata ferè nunquam resipiscit.*
30 *Ebrietas est furor Momentaneus, et cito transiens.*
31 *Verisimile non est, vt quis se ipsum prodat, ad hoc vt alterum offendat.*
33 *Furiosus si post commissum delictum ad sanam mentem perueniat, aliqua pęna dignus censetur.*
35 *Furiosus ob immanitatem sceleris non excusatur a pęna.*
36 *Furiosus patrem in furore occidens, carcere mancipatur.*
37 *Intellectus ad illa verba; Consules nos, leg. diuus. ff. de offic. præsid.*
38 *Furiosus, qui habet dilucida internalla, si deliquit tempore furoris, non punitur, secus si tempore sane mentis.*
39 *Delictum commissum à furioso habente dilucida interualla in dubio præsumitur factum tempore furoris.*
40 *Passiones furoris præsumuntur continuò durare.*
42 *Furiosus delinquens in furore in carcerem detruditur, vel à coniunctis in custodiam recipitur.*
43 *Furiosus effectus post commissum delictum carceri traditur, donec resipiscat, et pena contra eum exequi possit.*
44 *Homines quandoque, vt pęnam capitalem euadant insanos se esse simulant.*
45 *Furiosus sub fida custodia retinendus est.*
46 *Consanguinei furiosi an possint molestari pro illius delicto, quasi quod negligenter illum obseruauerint.*
47 *Lex in procuratorem furiosi eligit proximiorem agnatũ, ad quem postea spectat periculum.*
48 *Consanguinei furiosi negligentes habere custodiam ipsius, priuantur eius hereditate ab intestato, et custodienti applicatur, et num. 49.*

50 *Consan-*

50 *Consanguinei furiosi, ita demum tenentur de delicto furiosi, si eis a Iudice iniuncta fuerit custodia, & fuerint negligentes.*

CASVS CC. LXXXXVI.

1 PVlcra est, & nobilis quæstio, an si aliquis committat aliquod delictum, propter quod esset decapitandus, vel suspendendus, & in pœnam confiscationis bonorum condemnandus, & postea efficiatur furiosus, debeat decapitari, vel suspendi, & in confiscationem bonorum condemnari, Bald. in l. furiosum, Cod. qui testamenta facere possunt, mouet hanc quæstionem, & determinat talem effectum furiosum post delictum non posse puniri in persona, sed benè in bonis, vt in l. diuus ff. de offic. præsid. quam sententiam tenet etiam idem Baldus in lege 1. C. de Confessis, in l. humanitatis C. de impuber. & alijs substitutionibus, & in cap. 1. in fine principij, titul. an ille qui interfec. patrem domini sui, in vsib. feudor. Imol. in l. ex facto, numero 22. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. & in cap. Raynutius num. 143. extra de testament. Alexand. in d. l. furiosum C. qui testamenta facere possunt, & ibidem Ias. n. 7. & in d. l. ex facto, nu. 30. ff. de vulgar. & pupill. substitution. & ibi etiã Ripa n. 73. Gulielm. de Benedictis in repet. dicti cap. Raynutius in verbo, si absque liberis moreretur in Tractatu de exemplari substitutione n. 23. extra de testamentis, & Cagnol. dicens de cõmuni in l. in negotijs num. 3. ff. de regul. iur. Ludouic. Gomez. in §. item si quis in fraudem, num. 6. Institut. de actionib. dicens esse communem, Hippolit. de Marsil. in l. 1. num. 58. versicul. & ideo, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. attestans pariter esse communem, Ang. in tract. de malefic. in verbo, scienter, & dolosè, numero nono, versicul. aduertas, & ibi etiam Augustin. de Arimin. in additionib. sub num. 11. Marcus Antonius Bauer. in §. item furiosi, num. 13. & 14. Instit. qui testamenta facere possunt, hanc etiam esse receptam Doctorum sententiam testantur, Roman. in d. l. furiosum, & in l. pen. ff. si ex noxali causa agatur, Ioan. Igneus in l. 3. §. ignoscatur, num. 79. ff. ad Senatus Consultum Syllanianum & Ias. in l. si seruum nu. 7. ff. si ex noxali causa agatur, licèt isti vltimi tres patres contrarium communi opinione reprobata teneant, & hanc conclusionem tamquam communem sequitur Fernand. Vasq. Menchiac. libro 3. controuersiarum Illustr. & vsu frequentium cap. 96. num. 31. vers. & ista faciunt, eandem opinionem tenent Gomez. tom. 3. variarum resolut. de delict. cap. 1. num. 72. vers. pulcrum tamen, vbi latè insistit, Clar. in pract. crim. q. 60. num. 7. versic. item quæro, ad finem, & nu. 8. vers. sed quæro, Tiraq. in tract. de pœnis. temper. aut remittend. causa 3. in princip. numer. 1. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. casu 325. nu. 12. vers. quartus casus.

2 Quæ opinio ex eo probatur, quòd furiosus mortuo assimilatur, l. si quis alicui iuncta glo. in verbo, acquisitam, ff. de acquirend. heredit. l. qui ad certum, ff. locat. l. bonorum, ff. rem ratam haber. qui quidem mortuus pro delicto non condemnatur, nec in eius cadauer iã 3 sequutę cõdemnationis fit executio, toto tit. ff. de Cadauer. punitor. l. defuncto, ff. de public. iudic. qua ratione vtuntur Fer. Vasq. & Tiraq. supra relati, & quia furiosus habetur loco absentis l. sed si vnius, §. filiofam. ff. de iniurijs, l. Iulianus. ff. de diuor. l. 1. §. adipiscimur, ff. de acquir. possess. l. 2. §. furiosus, ff. de procurator. l. vbi non voce, §. furiosus, ff. de regula iure, & lege 2. §. furiosus, ff. de iure Codicil. contra quem absentem pęna 5 corporalis inferri non potest, l. absentem, ff. de pœnis, vt deducit Tiraq. vbi supra, nec quidem cum curatore furiosi, quia vbi talis pœna venit imponenda non ad6 mittitur procurator, nec consequẽter curator illius, qui nullum habet intellectum, l. pen. §. ad crimen, ff. de public. iudic. vt dicit Augu. ad Ang. in d. verbo, scienter, & dolosè, sub n. 11. post vers. & in quantum.

7 Ad idem facit alia Doctorum conclusio, quod si aliquis existens in ebrietate, committat homicidium non debet puniri pęna homicidij, cap. sanè cum duobus sequentibus 15. q. 1. l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re milit. l. respiciendum, §. delinquunt, versic. impetu ff. de pœnis, & l. 1. cum gl. in verbo, temulentia, C. si quis Imperator maled. gl. in cap. inebriauerunt Loth. 15. quæst. 1. Bart. in l. aut facta, ff. de pœnis, Bald. in l. 1. colum. 2. C. vnde vi, & in l. data opera, n. 6. C. qui accusare non possunt, Ang. in l. si non Conuicij, C. de iniurijs, Abb. in cap. sicut, de Testib. Angel. in tract. maleficiorum in verbo, scienter, & dolose, num. 17. & ibi etiam Augustin. in additionib. ad eum, Roman. in l. 1. in prin. num. 9. ff. de verbor. obligat. Ioan. de Anan. in cap. de infantibus nu. 2. de his qui filios occider. Ripa in lege final. numero 79. C. de reuoc. donat. Marsil. in l. 1. nume. 63. ff. de sicar. & esse communem opinionem, tam iure Canonico, quam Ciuili, quod non debent puniri pęna homicidij, sed alia minori dixit Fernand. Vasq. d. c. 96. sub nu. 31. post medium, versic. si aliquis existens in ebrietate, Antonius Gomez, tomo 3. variar. resolut. de delict. capitulo 1. num. 73. versic. item quæro Pet. Duen. regul. 259. in 4. ampliat. Petr. a Plaz. in Epitome delictor. lib. 1. cap. 30. num. 1. & seq. vbi testatur de communi, Clar. in pract. crimin. quæst. 60. num. 12. in versic. præterea quæro, Anchar. Regiens. lib. 1. quæst. iur. famil. q. 13. num. 4. & 6. Farinac. in pract. crim. tit. de delict. & pœn. q. 20. num. 51. versic. generale enim est, Tiraq. in tract. de pœn. temperand. aut remittend. causa sexta nu. 1. & seq. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 326. nu. 1. & seq.

8 Sunt tamen qui contrariam tenent sentẽtiam, quod locus non sit minorationi pœnæ, Bart. sibi contrarius in l. respiciendum, §. delinquunt, numer. 3. ff. de pœnis, Baldus in l. 1. num. 45. C. vnde vi, Florian. in l. sed, & si quemcunque, §. iniuriam, num. 5. ff. ad legem Aquiliam, Gulielm. Mamer. in l. in totum, num. 68. & in lege ferè in omnibus, num. 3. ff. de reg. iur. Salicet. in l. frater, ad finem numer. 7. C. de sicar. Abb. in cap. 1. col. 2. de maledic. & Fernand. Vasquez in loco citato sub num. 31. circa finem, versiculo contrariam tamen opinionem, Tiraquell. in dicta causa 6. num. 9. & 10. vbi etiam ex 9 aliorum mente ostendit ebrium non mereri minorationem pœnæ delictorum, sed immo maiorem punitionem recipere debere, quàm si sobrius deliquisset, cum in eius potestate fuerit ebrium non esse, est enim in duplici culpa, ebrietatis scilicet, & criminis, & proptereà maiori pœna dignus; Vnde 10 alij existimauerunt in hac re distinctione vtramque opinionem sustineri posse, quod scilicet, aut delinquẽs sciebat se solitum manus ad arma imponere, hominesque percutere cum inebriaretur, eoque data opera factus fuit, & tunc ordinaria pœna puniatur, non secus, quam si sanus mente deliquisset, & ita procedat secunda opinio proximè relata, alias verò secus, & locum habeat prima opinio, ut tenuerunt Marianus Socin. in repet. capitul. ad audientiam, num. 15.

numer.15. de homicid. Ang. in d. tract. in verbo, scienter, & dolosè nume.17. Petrus Duen. reg. 257. & Fernand. Vasq. supra relatus sub d. num. 31. in fine, versic. tertia fuit opinio, facit Tiraq. dicta caus. 6. sub num. 10. post versic. de qua re, dum notat, quòd si quispiam de
11 industria, & dolo malo se se inebriauerit, vt in ipsa ebrietate, aliquid delictum perpetraret, ex eoque, vel impunitatem, vel diminutionem pœnæ postularet ipso delicto commisso, nullo modo illi esset parcendum, cùm non in culpa solum sit, sed etiam in dolo, nec ebrietas illa affectata ei prodesse debet, licèt alias esset secus, cùm
12 verus dolus sit deterior multis culpis, Menoch. dicto casu 326. numer. 8. & 9. versic. declaratur secundo.

13 Quæ tamen distinctio dubia ad modum videtur, quia licet dolosè, & data opera quis fiat ebrius, non tamen hoc videtur sufficere ad irrogandam pœnam ordinariam, & maximè capitalem, vt notat Fernand. Vasq. in dicto versic. tertia fuit opinio, dicens propterea Doctores in hoc errare, & est de mente Menoch. d. casu 326. sub numer. 9. versic. sed hæc declaratio, iunctis antedictis casu 325. numer. 9. in secundo casu. Sed hæc consideratio posset admitti, quando quis fieret ebrius
14 data quidem opera, sed non vt delinqueret, & postea ob ipsam ebrietatem, vel absolueretur, vel mitius puniretur, nam si ad hunc finem se inebriaret, excusatio tanquam affectata, & procurata non reciperetur, & ea reiecta locū haberet pœna delicti ordinaria, vt Tiraq. censuit in loco citato, & est vulgare, quod casu affe-
15 ctata, & procurata non prodest, vt idem Tiraq. tradit in eodem tract. causa 13. ad fin. numer. 30. versic. sed affectatam ignorantiam.

16 Illud sanè sciendū est, quod adhoc vt ebrietas excusset aliquo modo, ea debet esse magna, & tanta, quòd quasi mentis exilium inducat, nam si leuis est, nec delictum, nec pœnam minuit. Angel. de Malefic. in verbo, scienter, & dolosè, sub numer. 17. post vers. quid si quis propter ebrietatem deliquid, post Bald. in l. data opera colum. 2. versic. nunc de tertio, C. qui accusar. non possunt, sequitur Tiraq. dicta causa 6. numer. 11. vers. secundo quod dictum est, vbi etiam ad idem allegat Firmianum in tract. de Episcopo in 2. parte, l. 4. vers. 126. Menoch. d. casu 326. num. 7. vers. declaratur primo.

17 Cæterum, quod furor post delictum adueniens, nullo modo excuset, quin delinquens corporaliter puniatur, & ea pœna ordinaria, quam delicti qualitas expostulat, voluit Roman. in d. l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt, & in d. l. si seruū. ff. si ex noxal. caus. agatur, ea ratione, quòd in delictis publicis attenditur
18 tempus commissi delicti, non personæ mutatio, quam opinionem dicit esse veriorem de iure Ias. in d. l. furiosum, & in d. l. si seruum, & in l. ex facto. ff. de vulg. & pupillar. vbi etiam respondet est, quod dictum est furiosū esse loco mortui, & absētis, & alias rationes vltra Roman. pro eadem opinione adducit, de quibus meminit Tiraquell. dicta causa tertia, num. 5. versic. tamen Ludouic. Roman. & versic. & eam quidem opinione. & volunt alij relati per Gomez. d. c. 1. sub num. 72. versic. sed his non obstantibus, & per Clar. d. q. 70. sub nu. 7. post versic. item quæro.

19 Quorum tamen opinioni adhærendum non est, sed prima omnino sequenda, nec ab ea discedendum iudicando, aut consulendo, cum in pœnis sequenda sit mitior pars, vbi sunt diuersæ opinionis, & quia durum videretur, si verè furiosus decapitaretur, vt post Franc. Aretin. in leg. humanitatis, sub numer. 5. colum. 7. post versic. circa aliud. C. de impub. & alijs substitution. & in l. ex facto, 43. num. 16. versic. vtrum pro homicidio cōmisso ante furorem, ff. de vulgar. pupillar. substit. concludunt Ias. in d. l. ex facto, numer. 30. & 31. & Tiraq. d. caus. 3. numer. 6. & seq. versic. dicit tamen.

20 Si tamen de proximo speraretur, quòd furiosus esset sanandus executio esset differenda vsque ad recuperatam sanitatem, vt dicit Aret. in d. l. humanitatis. C. de impub. & alijs substitut. & in d. l. ex facto. nu. 16. vers. vtrum pro homicidio commisso ante furorem. ff. de
21 vulgar. & pupillar. substit. argumento l. prægnantis ff. de pœnis, & l. Paulus, ff. de stat. homin. & videtur esse verissimā, sentit Augustin. ad Angel. in d. verbo, scienter, & dolosè, sub numer. 11. ad finem, versic. quinimo dixit Imola. & clarius Gomez. dicto c. 1. sub numer. 72. ad finem, vers. ex qua causa, vbi etiā ait, quod interim suis sūptibus sustētatur, si habet bona, aliàs de publico.

Minor autem difficultas est in eo, qui furiosus existens, delinquit, de cuius pœna dissimulandum est, quia
22 satis suo furore punitur, illumq. fati infelicitas excusat absque eo, quòd alia afflictio addatur afflicto, vt est text. in l. congruit, §. furiosi. & in l. diuus, ff. de offic. præsi. l. cui consonare videntur. l. infans. ff. ad l. Cornel. de sicar. l. illud. §. sanè. ff. de iniur. cap. indicas. 3. quæst. 9. cap. aliquis, & cap. illa, 15. q. 1. & Clementina prima, de homicidio, & ita consulendo tradit Bald. cons. 347. Ecce formata apparet inquisitio, in princip. lib. 3. Angel. in tract. de malefic. in verbo, scienter, & dolosè. nu. 7. vers. quid in furioso. Nouell. in practic. crim. in tract. ad defensam in prima rubr. num. 39. & seq. Cotta memor. in verbo, homicidium post medium, Clar. in pract. crim. q. 60. num. 7. versic. item quæro, Gomez. tomo 3. variar. resolut. de delict. cap. 1. nu. 70. versic. item quæro. Grammat. consil. crim. 16. num. 8. & seq. Tiraq. in d. tract. de pœnis temperandis, aut remittendis, causa secunda, in princ. num. 1. & alibi in discursu, Menoch. d. casu 325. in princ.

23 Videtur enim factum a furioso habendum esse tanquam factum casu siue fato hominis, & non secus æstimandum, ac si à quadrupede commissum diceretur, l. sed & si quemcunque alium ferro se petentem, §. 1. ff. ad leg. Aquil. quia furiosus non intelligit, quòd agit. §. furiosus. Instit. de inutil. stipul. & nulla est ipsius volun-
24 tas, l. furiosi. ff. de reg. iur. & §. præterea. Instit. quibus permissum non est facere testamentum, & vbi non est voluntas, nec propositum delinquendi, ibi non est au-
25 thoritas puniendi, l. in l. ff. ad legem Cornel. de sicar. l. qui iniuriæ. ff. de furtis, & l. cum duobus, & l. damna fatalia, ff. pro socio, Bald. d. cons. 347. numer. 1. lib. 3. & Tiraq. d. causa secunda, num. 2. vers. quibus suffragatur. Menoch. dicto casu 325. num. 2. & seq. Nec obstat ratio Romani in contrarium allegata, quia nō habet locum in eo, qui ad instar mortui habetur, vt expressè dicit August. ad Angel. in d. verbo, scienter, & dolosè. sub nu. 11. in finalibus verbis, post vers. & in quantum.

26 Et ex eo corroboratur, quòd sacri Theologi constanter affirmant furiosos delinquentes non peccare, vt docet Tiraq. d. caus. 2. num. 3. Menoch. d. casu 325. num. 5. & proinde nec irregularem fieri, vt notat Dec. in l. in negotijs, num. 4. in fin. ff. de reg. iur. Menoc. d. casu 325. num. 6.

27 Quod adeò verum est, vt procedat etiam in eo, qui sua culpa in furorem incidit, vt voluit glos. in cap. si quis insaniens, §. sed hoc fortè 15. q. 1. quam sequuti sunt multi relati per Tiraq. d. caus. 2. num. 5. versic. & hoc

hoc

hoc fortè 15. q. 1. quam sequuti sunt multi relati per
Tiraq.d.caus.2. num. 5. versic. & hoc certè procedit.
vbi tamen num.6. & 7. citat alios in diuersam senten-
tiam euntes,quòd hoc casu non excusentur, quod ad-
mittit Tiraq.nu.7.procedere, vt talis furiosus sua cul-
28 pa factus, leuius puniatur delinquens, non autem om-
nino excusatur, quod probabile videtur, nec obstant,
quę diximus de ebrio dedita opera facto,& vt delinquē
do in totum, vel pro parte excusaretur, vt hæc excu-
saretur,vt hæc ebrietas nullo modo excusaret, quia si-
cut hoc facilè euenire potest, ita difficillimum est, ne
dicam impossibile, vt quis velit effici furiosus ad con-
sequendam aliquam veniam delicti perpetrandi, cum
29 mens semel alienata ferè nunquam resipiscat,ebrietas
verò sit furor momentaneus, & citò transiens.
30 Reperio tamen quid Menoch.dicto casu 325. num.
9.& 10.versic.secundus est casus, prædictam sententiā
non admittit, imò eam dubiam esse asserit, quia dato,
quòd reperiretur,qui suo facto, & opera ad hoc præ-
31 meditata ebrius fieret,quod non est verisimile, vt scili-
cet quis se ipsum prodat, vt alium offendat, tamen cū
tempore delicti mentem alienatam habeat ab eo,
quod facere prępofuerat,& ignoret,quod faciat,puni-
ri non potest quòd si non opera præmeditata, sed cul-
pa tantum in furorem deuenerit, talis culpa ad casum
32 delicti non ordinata sibi furioso nocere non potest,nō
audet tamen Menoch.hanc suam opinionem firmare,
sed super ea cogitandum relinquit, quia magna est au-
ctoritas interpretum aliud tenentium.
33 Porrò si furiosus post commissum delictum ad sanā
mentem peruenerit, aliqua ei pro delicto imponenda
est pœna,quod tolleratur, ne disciplina Ecclesiæ dese-
ratur,vt notat Lucas de Penna in leg. si apparitor,co-
lum.fin.C.de coart.lib.12.per textum in d. cap. si quis
insaniens, 15. q. 1. quem referunt Dec.in d.l.in nego-
tijs,sub num.4.& Tiraq.d. causa 2.numer. 8. quod ta-
men dictum reprobat Dec.d.num.4.& 5.per d.l. con-
gruit.§.furiosi.& per d.l.diuus,& d.l.penult.§. fin.ff.ad
leg. Pomp. de parricid. in quibus dicitur homicidium
34 esse impunitum,& quia factum a furioso videtur factū
à casu sine facto hominis,quid a nemine præstatur,nec
quod dicitur in d.cap.si quis insaniens, est approbatū,
vt ibi dicitur in §.sed hoc fortè,& in c.præcedunt, §.cū
itaque,& cum Decio sentit Tiraq.d.caus.2.nu.9.vers.
verum Filippus Decius. & post eū Menoch. dicto ca-
su 325.nu.8. vers. extenditur hic primus casus.
35 Posset autem esse tanta immanitas sceleris,vt ad ali-
quam pœnam arbitrariam deueniri possit contra fu-
riosum,nec ei omnino parcatur, vt voluit Ias.in d.l.ex
facto,& sentit Marsil.in l.1.num. 59. & seq. versic.sed
prędicta possent. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.& tradit
Tiraquel.in d.tract.de pęn.temperand. aut remittend.
caus.3.sub numer.7.ibi, & subiungitur, quod proptet
immanitatem sceleris,& latiùs causa 49. numer. 13.&
seq. vsque ad finem,maximè verò numer. 40. & 45.&
consonat l.congruit. §. furiosi. C. de offic. præsid.vbi
36 qui patrem in furore occidit,non punitur, sed in Car-
cere continetur,& videtur textus in d.l.diuus,ff.de of-
fic.præsid.in illis verbis, consulet nos, vt æstimemus,
an pro immanitate facinoris,si cum posset videri,sen-
tire commiserit,supplicio afficiendus sit,licet mihi vi-
37 deatur, quòd talis versiculus loquatur in furioso ha-
bente lucida interualla, non autem in continuo furio-
so, quem antea textus ipse dixerat impunitum rema-
nere, etiam pro occisione matris, eo nihilominus in
vinculis si ita expedire visum fuerit coercendo, quam
intelligentiam habuit etiam August.de Arimin.ad An-
gel.in d.verbo,scienter,& dolosè,sub nu. 11.ad finem.
38 Sanè si quis continuò non esset alienatus mente, sed
dilucida haberet interualla, & delinqueret, si quidem
tempore furoris delinquit,excusatur,quod si tempore
sanę mentis,vtique puniretur, vt est textus clarus in d.
l.diuus,& hoc non habet dubium, vt dicunt Menoch.
d.casu 325.num.11.versic.tertius est casus, & Gomez.
d.cap.1.numer. 70. versic.item quæro an furiosus. in
fine,quòd si sumus in dubio, an pręsumatur factum de-
39 lictum in furore,an vero in sana mente,quæstionis est,
in qua resoluendum videtur, quod vbi constat quē ali-
quando fuisse furiosum, semper præsumitur furiosus,
nisi probetur contrarium, quod commissi delicti tem-
40 pore fuerit sanæ mētis,quia passiones huiusmodi prę-
sumuntur durare, nisi contrarium probetur, maximè
in morbo furoris, qui non consueuit de facili recedere,
adeò quod impunitus euadet,nisi probetur, quòd tunc
erat mentis compos,ita determinant Angel. in d. ver-
bo,scienter,& dolosè,num. 8. versic. sed quid si male-
ficium,& ibi latiùs August.in Addit.num. 10.latè Ale-
xan.consf.141.nu.4.sequ. versic. his pręsumptis, & in-
fra,lib.1.& cons.86.num. 12. & seq. vers. hoc præsup-
posito,lib. 2. Dominic. de Sancto Geminiano in cap.
pastoralis,§.si verò nu.4.vers. nota gl. de cleric. egro-
tant.lib.6.Gomez. tomo 3.variarum resolut.de delict.
cap. 1.numer.71. versicul. dubium tamen est.
41 Ego vt verum ingenuè fatear, vidi furiosos delin-
quentes sępius me etiam ita aliquando votante, im-
punitos dimitti, etiam in causa homicidij, siue essent
perpetuò mente alienati, siue dilucida interualla ha-
berent,non constito,quòd tempore commissi criminis
42 sanæ mentis essent, sed tamen in Carcerē missos fuis-
se,donec resipiscerent,vel coniunctis, & propinquis in
custodiam reciperent, ne alijs de cętero damnum in-
ferrent, non tam ad pœnam furiosorum, quam ad tu-
telam, & securitatem aliorum, vt colligitur ex verbis
text.in d.leg.congruit.in §. furiosi. & in d.l.diuus.ff.de
offic.pręsid.& voluit Angel.in d.verbo,scienter,& do-
losè,sub num.9.ad finem, versic.interim tamen. Eos
vero,qui post delictum commissum in furorem venisse
43 dicebantur, nunquam vidi puniri pęna corporali, sed
in Carceribus coerceri, donec ad sanam mentem re-
deant,& pęna contra eos exequi posset,maximè, quia
multi,vt pęnam capitalem euadere possent,etiam pru-
44 dentes, furiosos, se atque insanos esse simularent, in
qua re multum cautus debet esse Iudex, ne decipiatur,
& iustitia eludatur, vt aduertit Angel.in dicto verbo,
scienter,& dolosè, sub num.9.versic.his tamen, & exē-
pla eorum, qui furorem, & insaniam ob impunitatem
comparandam ponit Tiraquel. in allegato Tractato
caus.2.numer.4.versicul. denique, & habetur in dicto
§.furiosi, in fine.
Cum autem in d.leg.diuus,per verba satis manifesta
45 dicatur, quod ad custodiam furiosorum aliquis depu-
tandum sit,qui si negligens fuerit, puniatur, quęsitum
in contingentia facti fuit, an furioso delinquente pos-
46 sint molestari cōsanguinei eius, ad quos spectabat cu-
stodia,& cura, quasi quòd negligenter illum obserua-
uerint,& non custodiuerint, ex quo lex ipsis talem cu-
stodiam,& curam imponit,vt custodient, ligent,vel in-
carcerent, l.congruit,§.furiosi,& d.l.diuus, ff. de offic.
præsid.quòd si non faciunt,puniuntur, tanquam negli-
gentes in officio eis a lege commisso, d. leg. diuus,&
notat

notat Bald. in d. §. furiosi num. 1. & 2. cum Bald. con-
uenit Aretin. in §. furiosi, num. 1. & numero tertio, In-
stit. de curatorib. vbi quod furioso statim ipso iure lex
47 prouidet de curatore, dando ei agnatum, cui hæredi-
tas defertur, in Curatorem, ad quē propterea spectat
periculum; Idem tenent ibidem Faber num. 1. & 2. &
Ioann. de Plat. num. 8. in fine, & cum hac opinione
nulla prædictorum habita mentione, transit Tira-
quel. in dicta caus. 2. in fine, nu. 10. versic. illud autem,
vbi præcisè inquit, quod, & si furiosi non sint punien-
di, parentes tamen, aut alij consanguinei, qui illos ne-
gligenter obseruarunt, puniendi sunt, vt est test. in d. l.
diuus, ante finem, idem colligitur ex Cepoll. in lege
quod si nolit, §. si mancipium, numer. 18. ff. de ædilit.
48 edict. volentes parentes, filios, aut alios, agnatos ve-
nientes ab intestato negligentes habere veram custo-
diam furiosi, & obseruantes illum, ne faciat stultitias,
& noceat alicui, priuantur illius successione, vt nota-
tur in Clementina primā de homicid. immo, & antea
dicit numero 17. quod si liberi, vel parentes furiosi
49 illum negligant, & aliquis denunciet illis, ne ita fa-
ciant, & postea ille denuncians recipiat furiosum in
domum suam, ipse succedit furioso, illius liberis, &
parentibus, ac alijs ab intestato venientibus exclu-
sis, & si nullus denunciasset, vti ab indignis fiscus au-
ferret hæreditatem mortuo furioso, per authentica
liberi furiosi, cum Glos. C. de Episcop. audient.

Bartol. verò aliter videtur sentire in summario d. l.
congruit in fine, & num. 2. etiam in fine, dicit enim tūc
50 demum consanguineos furiosi ob eius delictum puni-
ri si eis fuerit specialiter iniuncta custodia per Iudi-
cem, quod videtur satis consonum literæ d. l. congruit,
d. §. furiosi, & d. l. diuus, in quibus nihil est dictum, ex
quo possit inferri necessario coniunctos teneri pro de-
licto furiosi, nisi quando negligentes sunt in eorum
officio; & custodia furiosi illis est iniuncta, & per
consequens, quando erant adhibiti custodes, &
non obseruauerunt furiosum diligenter, vt sonare vi-
dentur verba dicta lege diuus, nisi dicamus ea intelligi
de officio, & custodia ipso iure a lege iniuncta con-
iunctis, vt voluerunt Bald. & alij supra citati, quorum
opinionem non vidi fuisse sequutam, sed potius am-
plexa fuisse sētētiā Bar. & cōiūctos, & attinētes furiosi
nō fuisse molestatos, nec a Curia Criminali inquisitos.

EPITOME.

An, quando, & in quibus casibus pęna delinquentis ante condemnationem mortui transeat ad eius hæredes, & quomodo ferenda sit sententia, an hæredes citandi sint, & an teneantur vltra vires hæreditatis, etiam si inuentarium non confecerint.

SVMMARIA.

1 *Sententia condemnatoria an ferri possit contra hæredes delinquentis, quando delinquens fuit, vel confessus, vel cōuictus de delicto, & obijt post litem contestatam, & num. 2.6.7.8.9. & 25.*

3 *Defuncto reo, crimen cum pœna extinguitur.*

4 *L. ex iudiciorum in fin. ff. de accusat. declaratur in quibus casibus procedat, & nu. 15.*

5 *L. Caius, ff. ad Senatusconsult. Syllanian. quādo locum habeat.*

6 *Pęna delinquentis defuncti transit ad hæredes, quando ex delicto damnatur memoria ipsius delinquentis.*

10 *Actio pœnalis post litem contestatam, & hæredibus datur & in hæredes transit.*

11 *Pœna pecuniaria in priuatis delictis ita demum ab hærede incipere potest, si viuo reo accusatio mota est, licet condemnatio non fuerit sequuta.*

12 *Pœna pecuniaria morte ingrati hęredis non extinguitur.*

13 *Reo mortuo, pendente appellatione, si ex sententia bona sint expressè ablata, sola causa capitis perimitur, bonorum remanente quęstione.*

14 *Actiones, quæ morte, vel tempore pereunt, in iudicio semel deductæ, saluę semper permanent.*

16 *Reus confessus vel legitimè conuictus potest damnari etiam post mortem.*

17 *Pœna pecuniaria, & confiscatio bonorum, veniens principaliter, & non in consequentiam pœnæ corporalis, extinguitur vna cum pœna corporali per mortem rei ante condemnationem.*

18 *Bart. distinctio l. ex iudiciorum ff. de accusat. in huiusmodi casu recitatur.*

19 *Vbi agitur de pęna non adest ratio diuersitatis propter quam magis pœna applicanda parti debeat transire in hæredes lite contestata, quam pęna applicanda fisco, quando ex officio Iudicis per inquisitionem proceditur.*

20 *Inquisitio subrogatur loco accusationis, eiusque naturam sapit.*

21 *Test. l. fin. C. de iure fisci, lib. 10. loquitur de reo conuicto, non de sententia.*

22 *Paria sunt sententiam esse latam, & reum esse confessum, vel conuictum.*

23 *Lex 3. & l. defuncto, ff. de pub. iudic. declarantur.*

24 *Pœna pecuniaria accessoriè ad corporalem, & tacitè ex ea veniens, mortuo reo confesso, vel conuicto, vel post conclusum in causa, non extinguitur.*

25 *Hæres delinquentis mortui post litem contestatam, & confessi vel conuicti de crimine, quoad confiscationem omniū bonorum, vel partis tantum damnari potest.*

26 *Nomen delinquentis tunc dicitur receptum inter reos, cū reus de crimine confessus, aut conuictus fuerit.*

27 *Nomen delinquentis quando est receptum inter reos, tūc delinquente mortuo, sententia contra hæredes eius, quoad pœnam pecuniariam ferri poterit.*

28 *Sententia, quando ex delicto defuncti mortui potest contra hæredem proferri, procedit nedum in Iudicijs publicis verum etiam in priuatis, criminaliter intentatis.*

29 *Hæredes delinquentis mortui, antequam ad sententiam condemnatoriam contra eos deueniatur, citandi sunt, & audiendi si forte vellent defuncti innocentiam ostendere.*

30 *Mortuo reo, licet sit extinctum crimen, quoad personam ipsius, tamen hæredes eius pro eorum interesse, & pro purganda infamia defuncti, possunt petere, quod procedatur ad sententiam, & declaretur defunctum non commisisse delictum.*

31 *Etiam si hæredes prædicti non possent molestari.*

32 *Sententia contra hæredes delinquentis mortui an possit ferri quando delinquens fuit contumax, & in cōtumaciam decessit, et n. 35. 41. 42. et 43.*

33 *Et præsertim, stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, vel conuicto, ex contra eum procedi possit ad sententiam condemnatoriam.*

34 *Confessio, quæ resultat ex contumacia non transit ad hæredes, nec personam contumacis egreditur.*

36 *Mors delinquentis citati ad comparendum, et transactis omnibus terminis, sequuta, operatur, vt contra absentem contumacem dicatur fuisse virtualiter conclusum in causa.*

37 *Practica condemnandi hæredes pro delictis defunctorum.*

38 *Hæres fuisse sit in vitio defuncti, et eadem personam cum defuncto censetur.*
39 *Contumacia defuncti transit contra hæredem et illi nocet.*
40 *Confessio tacita ex contumacia resultans, non transit ad hæredes, quia ipsi hæredes possunt purgare innocentiam defuncti, et num. 43.*
41 *Confessio ex contumacia propter statutum proueniens dicitur ficta, non vera confessio.*
44 *Hæres quando pro delicto defuncti tenetur, et pœna defuncti in hæredem transit, nunquam obligatur ultra vires hæreditarias.*
Etiam quod inuentarium non confecerit, ibid.

CASVS CCLXXXXVIII.

1 AN in causis criminalibus, in quibus de pęna confiscationis bonorum, vel patriæ, aut de alia pecuniaria tantum agitur, mortuo delinquente ante sententiam, post tamen litem contestatam, & reo de delicto confesso, vel conuicto, ferri possit sententia condemnatoria contra hæredes defuncti, consequenter an in dictis casibus pœna transeat ad hæredes delinquentis, quæsierunt Doctores nostri antiqui, & moderni, qui varij varia scripserunt, aliqui enim opinionem negatiuam tenent ex eo, quod defuncto reo, crimen cum pęna extinguitur, nec ad hæredes transit, nisi lis fuerit contestata, & condemnatio sequuta, lege prima ff. de priuat. delict. & lege tertia & lege defuncto, ff. de public. iud. capitul. leg. ex iudiciorum, in principio, ff. de accusationib. lege crimen. ff. de pęnis, lege sicuti pęna, & lege pupillum, §. in hæredes. ff. de reg. iur. leg. 2. l. 3. & l. fin. C. si reus, vel accusator mortuus fuerit, §. non autem omnes, in princ. Instit. de perpetu. & temporal. action. b. cap. admonere, 33. quæst. 2. cap. causam, quæ, il secondo, qui filij sint legitimi, per quę iura ita voluerunt Bar. in d. l. defuncto post gloss. per eum adductas, Marsil. in l. fin. num. 28. ff. de quæstionib. Angel. in l. vnica, sub num. 4. versic. si reus decedit in primo tempore, C. ne ex delict. defunct. Anton. de Butr. cons. 58. in princ. Bossi. in pract. crim. tit. de accusat. numer. 34. Gabriel, tit. de malefic. conclus. 35. in princ. Clar. in pract. crim. q. 51. numer. 12. versi. quæro nunc. & num. 16. versicul. vlterius quæro, Bertaz. inquiens, quod est frequentior, & verior opinio cons. crimin. 33. num. 4. versic. de pœna modo pecuniaria, lib. 1. Gomez. tomo 3. variar. resolut. de delict. cap. 1. sub num. 8 2. post vers. ad adde tamen, Vulpel cons. crimin. 1. nu. 4. vers. si verò.

4 Nec obstat text. in l. ex iudiciorum, in fin. ff. de accusationib. vbi contrarium decidi videtur, quia intelligi debet, quando ex delicto ageretur ciuiliter, vt videtur sentire Glos. penult. ibi, dum exponit, accusatio idest, actio, quam sequitur ibi Bart. in fin. Alberic. de Rosat. in leg. vnica, C. ne ex delicto defunctorũ, & ibi etiam Angel. colum. 2. vers. in priuatis vero criminibus, Dec. in d. l. pupill. in d. §. in hæredes, numer. 5. & 6. ff. de regul. iur. Bossi. d. titul. de accusationib. numer. 35. & sequ.

5 Nec etiam obstat l. Caius, ff. ad Senatusconsult. Syllanian. in qua contrarium expresse dicitur, quia loquitur in casu, in quo pęna ipso iure imponitur, tunc enim in hæredes transit Bart. in d. l. 1. numer. 3. ff. de priuat. delict. Angel. in d. leg. vnica, C. ne ex delicto defunctorum, sub numero quarto, versic. addo tibi alium casum, & ibidem Bald. numer. 7. versic. quædam sunt Cepol. consil. crimin. 28. nu. 8. & 9. Dec. in d. §. in hæredes, num. 5. & 6. Bossi. in practic. crimin. tit. de accusat. num. 34. vers. quo verò ad pœnam, titul. de pœnis, sub num. 34. vers. pœnæ delictorum. tit. de sententia 47. 48. & 49. vers. & sciendum est, & tit. de crimine læsæ Maiest. numer. 75. & 76. vers. est verum, qui nihilominus asserit, quod contrarium seruatur, non

6 vnquam vidit mortuo reo ante sententiam molestari eius bona, etiam in crimine læsæ Maiestatis, nisi post mortem damnata fuerit eius memoria, etiam stante decreto, quod a die commissi criminis bona ipso iure publicata intelligantur, & Bossium sequitur Clar. dict. quæst. 51. numer. 14. vers. scias etiam, vbi pariter di-

7 cit, se ita semper obseruari vidisse, vt scilicet sequuta morte Rei ante condemnationem nulla inferatur molestia per fiscum eius bonis, aut hæredibus, etiam quod de delicto per testes, vel per confessionem constaret, licet hoc de iure sustineri non posset, & est communis opinio, quicquid seruetur in contrarium in Ducatu Mediolani, vt iuribus, rationibus, & authoritatibus probat Farinac. in pract. crimin. titul. de inquisit. quæst. 10. num. 68. & sequ. in nona limitatione, & eius sublimatione, Gomez. tomo 3. variar. resolut. de delict. capitul. 1. sub numer. 80. versiculo, tertius casus est, vbi dicit communem, Cartar. in tract. de exequut. sent. contumac. capt. bannit. cap. 1. numer. 353. & sequ. vers. & si a lege, vel statuto, vbi pariter de communi testatur. Aretin. in §. interdum, numer. 2. Instit. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur, & in §. non autem omnes sub numer. 6. vers. secundo casu principali, Instit. de perpet. & temporal. action. Iafred. Bald. decil. 301. in tota. D. H. conf. Caualcan. in tract. de Brachio reg. in 4. parte num. 142. Curt. Sen. cons. 59. nu. 5. vers. vemio ad secundum. & num. 6. & sequ. vers. sed illis duobus non obstantibus.

8 Vnde meritò conclusionem hanc communi scribentium voto fulcitam esse testantur Couaru. in Epitome de sponsalib. & matrimon. in secunda parte cap. 6. §. 8. numer. 6. Villalobos in suis communibus opinionibus in verbo, pęna, numer. 63. & sequent. Clar. in pract. crimin. quæst. 51. numer. 14. versic. scias etiam, Cacheran. d. decis. Pedemont. 148. sub numer. 2. Fernand. Vasq. lib. 3. controuersiar. illustrium, & viu frequentium, cap. 96. numer. 15. vers. tertium memorium

9 est, de pęna ademptionis bonorum, vbi formaliter dicit, quod si reus decedit ante sententiam regula est, quod pęna bonorum non transit contra hæredes, siue decesserit lite contestata, siue non contestata, quæ tamen regula fallit in multis casibus, post eos in locis per eum citatis, & cum hac eadem sententia transit possea numer. 28. vers. octaua limitatio, ad finem.

10 Alij autẽ affirmatiuam opinionem sequuntur per l. omnes, ff. de actionibus, & obligationib. & §. non autem omnes, versic. pęnales, Instit. de perpetuis, & temporalib. actionib. in quibus habetur pęnales actiones post litem contestatam hæredibus dari, & in hæredes transire, ad idem facit text. in leg. ex iudiciorum versic. ex cæteris verò, iuncta Glos. in verbo, pęnæ, & glos. final. ff. de accusationibus, vbi in priuatis

11 delictis pœna pecuniaria ita demum ab hærede incipere potest, si viuo reo accusatio mota est, licet condemnatio non fuerit, sequuta facit etiam dict. lege

12 Caius. ff. ad Senatusconsult. Syllanianum, vbi pœna pecuniaria morte ingrati hæredis non extinguitur, his additur textus in lege vnica. C. ne ex delicto defunctorum.

dorum, in l. vnica, §. qui pendente, ff. ſi pendente appel-
latione mors interuenerit, in l. 3. verſ. an verò, C. eod.
tit. & in l. fin. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit,
13 in quibus mortuo reo, pendente appellatione, cui
ex ſententia bona fuerunt expreſsè ablata, ſola cauſa
capitis perimitur, bonorum remanente quæſtione, &
ſeruit text. in l. omnes, ff. de regul. iur. & in l. final. C. de
iure fiſci, lib. 10. in quibus omnes actiones, quæ morte,
14 vel tempore pereunt in iudicio ſemel deductæ, ſaluæ
ſemper permanent, & ita per iura prædicta expreſsè
cenſuerunt Bartol. in dicta l. vnica, C. ne ex delicto de-
functor. in ſecunda lectur. numero 9. & ibi Alexan. in
addition. & Salyc. num. 9. Bart. in l. 1. num. 3. verſic. ſi
extra contractum, & num. 7. ff. de priuat. delict. quem
ſequitur Baldus in dicta l. vnica, num. 9. verſic. ſed hic
15 dubitatur, vbi etiam dicit, quod id, quod dicitur
in d. l. ex iudiciorum, requiri ſententiam, patitur ſubau-
ditionem, ſcilicet, vel æquipollens, puta ſi interuè-
nerit confeſſio, vel ſit concluſum in cauſa, ſubditque,
quod id, quod dixit de confiſcatione bonorum, pro-
cedit quoque in pœnis pecuniarijs conſiſtentibus in
certa quantitate puta, centum, vel mille, ex
identitate rationis, Angel. in l. 2. C. ſi reus, vel accuſat.
mort. fuerit, verſ. quid autem ſi reus non eſt conteſta-
tus litem, ſed eſt confeſſus, colum. 2. & in d. l. vnica, nu-
mer. 5. verſ. quid autem, C. ne ex delict. defunct. Curtius
Sen. d. conſ. 59. ſub num. 5. & ſeq. verſiculo ſecundo o-
bijci, videtur, licet contrarium in caſu ſuo reſpon-
deat propter decretum Mediolani condemnationes
præſupponens, Aret. §. interdum, num. 2. Inſtit. de hæ-
reditat. quæ ab inteſt. deferunt, Angel. in §. non autem
omnes, ſub num. ſexto Inſtitut. de perpet. & tempor.
action. poſt principium, & ad finem, idem de malefic.
in verbo, Qui Dominus Iudex videns, numero
4. & ſeq. & ibi etiam Auguſt. de Arimino in addition.
Ioan. de Platea in l. fin. colum. 2. verſic. attende tamen,
C. de iure fiſci, lib. 10. Boſſ. in pract. crimin. titul. quo-
modo procedat, in crimin. notor. in fine, num. 21. in-
quiens, quod ratione confeſſionis, vel probationis,
16 quæ reum conuincit, quis poteſt condemnari poſt
mortem, licet Mediolani non ſeruetur, & titul. de pœn.
num. 34. verſ. quo decreto ſtante, & verſic. item nota
illud, Bald. in d. l. fi. num. 7. C. de iure fiſc. Alba ſecun-
dum hanc opinionem conſulens conſil. 90. num. 1. &
ſequentib. Sequuntur Magon. deciſ. Florent. 47. num.
16. & 17. Menoch. in tractatu de recuper. poſſeſſ. re-
medio primo, num. 159. verſ. accedit præterea, Claud.
Bertaz. in addit. ad conſ. crimin. Barth. de Pat. is conſil.
33. lib. 1. in addition. ſub litera, B, incipiente, tranſit ad
hæredes, dicens eſse opinionem communiorem; &
receptiorem, & ſecundum eam fuiſse iudicatum, Pe-
regr. in tract. de iure fiſc. lib. 4. titul. 5. de crimin. quæ
mort. rei non extinguuntur, num. 36. verſicul. decimus
tertius caſus, Theaur. dicens eſse magis communem,
& veram opinionem deciſ. Pedem. 144. num. 1. qui pro
ea allega, text. ineuitabilem in l. 2. & in l. 3. §. final.
ff. de bon. eorum qui ante ſententiam mort. ſibi conſci-
ue. Clar. in practica crimin. quæ. 51. ſub numero 14.
poſt verſ. ſcias etiam, ibi, & quid vbi agitur de pœna
pecuniaria, Dominus Horten. Caualc. in tract. de Bra.
ch. reg. in 4. part. num. 141. & 142. Cacheran. d. deciſ.
148. num. 3. 4. & ſequ. diffusè Farin. d. q. 10. numero
50. verſiculo limita quinto, num. 52. verſic. amplia ſe-
cundo, num. 56. & ſequ. verſ. limita ſexto, nec habet
17 dubium quando agitur de pœna pecuniaria, & confi-
ſcatione bonorum veniente principaliter, & non in
conſequentiam pœnæ corporalis, quia tunc extingueretur
vna cum pœna corporali per mortem rei ante
condemnationem, ex latè congeſtis per Farinacc. d.
quæſt. 10. num. 47. verſ. ſublimitationem hanc, & ma-
gis in iſtis terminis num. 57. verſ. ad tollendam autem
hanc difficultatem, per Gomez. d. cap. 1. numero 83.
verſ. item etiam prædicta intellige, & antea per Ang.
in tract. de malefic. in verbo, & eius bona publicamus,
num. 1. & ſeq. & ibi etiam per Auguſt. de Arimino in
addition. ad eum.

18 Et hanc opinionem affirmatiuam tenendo non vi-
detur obſtare, Bart. in d. l. ex iudiciorum in fine, conſti-
tuens differentiam inter actionem criminalem ciuili-
ter a parte intentatam, vt pœna parti applicetur, vel
criminaliter motam, vt fiſco pœna adiudicetur, vt in
primo caſu in hæredes pœna tranſeat lite conteſtata,
in ſecundo vero non tranſeat, quoniam vbi agitur de
19 pœna, non adeſt ratio diuerſitatis, propter quam ma-
gis pœna parti applicanda debeat tranſire in hæredes
lite conteſtata, quam pœna applicanda fiſco, quando
ex officio Iudicis per inquiſitionem proceditur, cum
inquiſitio ſubrogetur loco accuſationis, eiuſque natu-
20 ram propterea ſapiat, vt notat Bartol. in leg. ſecunda
§. ſi publico, num. duodecimo ff. ad leg. Iul. de Adult.
per l. 1. §. hæc ratio, ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſ.
fuer. Boer. deciſione 239. num. 12. Aretin. conſilio 51.
numero 19. Angel. de Caſtro conſ. 94. num. 16. inter
conſilia crimin. diuerſorum lib. 1. in impreſſis primo
loco in parua forma, & ita punctualiter dicit Cache-
ran. d. deciſ. 148. num. 7. & 8. ſubijciens contra præfa-
tam differentiam eſſe text. in l. 3. C. ſi pend. appellat.
mors, interuener. in l. fin. C. ſi reus, vel accuſat. mort.
fuerit, & in l. fin. C. de iure fiſc. lib. 10. qui loquuntur
de pœna fiſco applicanda, & eſt verum.

21 Non etiam obſtaret, ſi diceretur prædicta iura in-
telligi, quando lata eſt ſententia, quoniam text. in d. l.
fin. C. de iure fiſc. lib. 10. non loquitur de ſententia,
ſed de reo conuicto, & benè, quia paria ſunt ſententiã
22 eſſe latam, & reum eſſe confeſſum, vel conuictum, vt
probat text. in l. qui ſententiam, C. de pœn. vt ſupra di-
ctum fuit, licet in alijs inter ſe hæc multum differant,
vt patet ex congeſtis per Boſſ. in practic. crimin. tit. de
confeſſis, titulo de conuict. & titul. de ſentent. vt ait
Cacheran. d. deciſ. 148. ſub num. 8. ad finem, verſiculo
nec obſtat.

23 Pariter non obſtant lex tertia, & lex defuncto, ff. de
public. Iudic. & alia iura in contrarium allegata, ex
quibus dictum fuit Reo defuncto crimen cum pœna ex
tingui, niſi lis conteſtata, & condemnatio ſequuta
fuerit, quia intelliguntur quoad pœnam corpora-
lem tantum, & confiſcationem bonorum tacitè ex ea
prouenientem, vt in deportatione, non autem reſpectu
confiſcationis bonorum æquè principaliter venientis,
vel aduerſus pœnæ pecuniariæ certæ expreſsè appo-
ſitæ, vt formaliter dicunt Alba d. conſ. 90. in princip.
numero primo Gomez. d. cap. 1. num. 83. verſic. item
etiam prædicta intellige, Cacheran. d. deciſ. 148 ante
num. 9. verſ. nec repugnant; immo non deſint dicen-
24 tes, vbi agitur de pœna pecuniaria acceſſoriè ad cor-
poralem, & tacite ex ea veniente, poſſe ferri ſententiã
mortuo reo confeſſo, vel conuicto, vel poſt conclu-
ſum in cauſa, Angel. in tract. de malefic. in verbo, &
eius bona publicamus, numero 4. & ibi etiam Auguſt.
in addition. poſt Bald. in d. l. vnica, numer. 9. verſiculo

sed hic dubitatur, C. ne ex delict. defunct. sequitur Alba
d. cons. 90. n. 2. & 3. vers. secundo quia,
25 In hac quaestione quid de iure resoluendum sit satis
dubium mihi quandoque visum fuit, verum tamen o-
pinionem affirmatiuam semper veriorem existimaui,
& tanquam talem, ac etiam magis communiter rece-
ptam infinitis vicibus sequutus fui votando, & pronũ-
tiando contra haeredes delinquentis post litem conte-
statam mortui, & confessi, vel conuicti de crimine quo
ad confiscationem omnium bonorum, vel partis eo-
rum, & alias particulares poenas pecuniarias, quo-
26 niam in hoc casu negari non potest, quin nomen de-
linquentis, non dicatur receptum inter reos, cum de
crimine confessus, aut conuictus fuerit, vt per Bartol.
in lege is qui reus, ff. de publicatione iudic. cuius opi-
nionem in practica seruari dicunt Angel. in tractatu de
malefic. in verbo, & ad querelam, num. 61. versiculo,
& adde, quod post quam, & Clar. in practica criminal.
quaest. 14. num. 13. versic. sed hic incidenter quaero, &
27 proinde fatendum est proferri posse sententiam, iuxt.
text. in lege ex iudiciorum, in fi. ff. de accusationibus in
lege vnica vers. quamuis pendente, ff. si pen. appellat.
mors interuen. in l. 3. §. final. C. eod. tit. in l. vltima, C. si
reus, vel accusat. mort. fuer. in l. vltima, C. de iure fisci,
libro decim. & in §. penultim. in fine, Institut. de per-
pet. & temporalib. act. & voluit expressè Bald. in dict.
l. vnica, C. ne ex delict. defunct. num. 9. versicul. sed hic
dubitatur, & ita tenendum censuit ex crebriori Docto-
rum sententia Cacheran. d. decis. 148. num. 9. versiculo
quid dicendum, vbi etiam refert ita iudicatum fuisse
per Senatum Pedemontanum in causa fisci contra Mi-
chaelem Genuinum Nicensem defunctum post con-
fessiones per eum factas, & testes nomine fisci exami-
natos, & publicatos, Nec ab ista opinione recedẽdum
puto, licet sciam multos eam fuisse amplexos, & con-
sulendo, & iudicando, quos errore lapsos fuisse nephas
non esset dicere.
28 Quae opinio sicut verissima est, ita procedit indistin-
ctè, tam in iudicijs publicis, quam in priuatis, quando
criminaliter agitur, secundum gl. penult. in d. l. ex iudi-
ciorum, ff. de accusat. quam sequutus est Cacheran. d.
decis. 148. nu. 2. vers. & licet praedicta iura loquantur,
& ante eum hoc ipsum tenent Ang. in d. l. vnica, sub
num. 4. vers. in criminibus vero priuatis, C. ne ex de-
lict. defunct. Fernand. Vasq. d. capite 96. nu. 28. vers. 8.
limit. potest esse, licet ipse in puncto principali sequa-
tur contrariam opinionem negatiuam, de quo curan-
dum non videtur, prout, nec de alijs eandem negati-
uam sequentibus contra magis communem Doctorũ
sententiam, Gomez. d. c. 1. sub num. 84. vers. item adde,
Hanc tamen opinionem Cacherani mordet Farinacc.
d. q. 10. nu. 53. & 54. vers. sublimata primo, & infra, sed
ab ea non recedas, quicquid ipse dicat.
29 Illud profecto sciendum est, quod mortuo reo ante-
quam ad sententiam condemnatoriam contra eius hae-
redes deueniatur, vocandi sunt dicti haeredes, & audiẽ-
di, si fortè vellent innocentiam defuncti ostendere, Ca-
cheran. d. decis. 148 in princ. & antea decis. 106. num.
tertio versic. non obstat, quod dicitur, & expressè tra-
dit Fernand. Vasq. d. cap. 96. num. 11. versic. Tertium
membrum est, in fine dicens per l. filio, §. sententia,
30 ff. de adimend. legat. quod licet mortuo delinquente
sit extinctum crimen quo ad personam ipsius, tamen
haeredes Rei pro eorum interesse, & pro purganda
infamia defuncti possunt petere, quod procedatur
ad sententiam, & declaretur, defunctum non com-
misisse delictum, quem casum vnicum esse in iure dixit
Bald. in d. l. vnica, num. 9. & 10. vers. sed hic dubitatur,
& vers. modo dubitatur, C. ne ex delicto defunctorum,
& illum commendant addentes ad Bartol. in dict. lege
ex iudiciorum, in princip. Idem voluerunt Bossio d.
tit. de poenis, sub num. 34. ad finem, vers. & nota omni-
no, Gomez. d. tit. 1. sub num. 84. versic. vnum tamen est
benè notandum, Farinac. d. q. 10. n. 49. vers. limitando
secundo eandem declarationem, Augustin. de Arimin.
in addition. ad Angel. de malefic. in verbo, qui Domi-
nus Iudex videns, numero 47. versiculo, & in quantum
supra, Peregr. in d. tract. de iure fisci, lib. 4. l. tit. 5. num.
35. versic. dicimus tertius casus, Foller. in pract. cri-
min. in 6. parte principal. num. 11. versic. & in hoc iu-
dicio, vbi etiam numero 12. ponit formam sententiae,
Bal. consil. 63 post principium, lib. 4. Angel. de male-
fic. in verbo, *& hai tradito la tua patria*, nu. 17. quo-
rum multi loquuntur in terminis fortioribus, volentes
31 posse haeredes defuncti, etiam quãdo non possent mo-
lestari, petere, quod procedatur ad sententiam purgan-
do infamiam defuncti, & probando eius innocentiam,
vt absolutio sequatur, & ipse probaui in priorib. reso-
lutionib. criminalib. cent. 2. casu 137. sub num. 9. & 10.
32 An autem, quod dictum est de reo confesso vel con-
uicto post litem contestatam, ante tamen sequutam
sententiam, vt scilicet tunc contra haeredes ad senten-
tiam deueniri possit, vbi agitur de confiscatione bo-
norum, vel alijs poenis pecuniarijs particularibus, pro-
cedat reo existente contumace, & post iam incur-
33 sam contumaciam decedente, stante statuto, prout
est communiter per totam Italiam, quod contumax
habeatur pro confesso, vel conuicto, & contra eum
tanquam confessum, vel conuictum procedi possit ad
sententiam condemnatoriam, maior videtur esse
difficultas, quia confessio ficta, quae resultat ex
34 contumacia, non transit ad haeredes, nec personam
contumacis egreditur, Bart. in l. eius qui delatorem, ff.
de iure fisc. & in l. 1. num. 7. ff. de priuat. delict. cum alijs
alleg. per Cach. decis. Pedemont. 106. numero 1. & in
proposito nostro per Farin. ita tenentem d. q. 10. num.
58. vers. amplia hanc 6. limit. cum quo cõueniunt Boss.
d. tit. de accus. num. 35. & 36. vers. & an haec poena, &
tit. de sentent. sub nu. 47. vers. & sciendum est, & Fla-
min. Cartar. in tract. de execut. sentent. contumac. ca-
pto bannit. c. 1. nu. 335. & quamplur. sequent. versiculo
quarto infertur, & infra.
35 Nihilominus quod, & hoc casu sententia condem-
natoria contra haeredes sequi possit, consuluit Alba d.
cons. 90. sub num. 4. versic. & quamuis aliquando, post
principiũ, post Bald. in d. l. vnica, C. ne ex delict. defunct.
num. 12. & seq. vers. sed hic dubitatur, ea ratione, quia
36 cum mors fuerit sequuta iam lapsis terminis a statuto
assignatis ad comparendum, & iam facta virtuali-
ter conclusione in causa, & tempore quo ad senten-
tiam deueniri poterat, vtique contra eius bona, & hae-
redes ad sententiam deueniri potest, & idem firmat
postea idem Alba sub numero 5. versiculo puto tamẽ,
& in fine ponit modum sententiandi, aduerten-
37 do, quod non condemnetur mortuus, nec eius memo-
ria, quia non sumus in casibus, in quibus aliud fieri de-
beat, sed simpliciter dicatur, pronuntiamus, & decla-
ramus eum incidisse in poenas pecuniarias impositas
per statutum sub Rubrica tali, videlicet in poe-
nam librarum, puta centum, ad quam pronuntia-
mus, &

mus,& declaramus eius hæredes,& bona obligatos,&
obligata esse,& vt ibi per ipsum Albam.
38 Nec obstat, quod ficta confessio delinquentis ex
contumacia non transeat in hæredes, quoniam cum
hæres succedat in vitio defuncti cap. is, qui in ius, de
reg.iur.in 6. & eadem persona censeatur cum defun-
cto, vt in authentic.de iuramento a morien.præstit.in
39 princip. contumacia defuncti de qua constat in actis,
transit contra hæredem,& illi nocet, vt ex multis pro-
bat Neuizan.cons.10.num.29. & plurib. sequent. ver-
sic.non obstat quintum, de quo meminit Cacheranus
dicta decis. 106.ante finem,sub num.3. versic. non ob-
stat Bald.
40 Alio etiam modo respondetur,quod confessio taci-
ta ex contumacia resultans ad hæredes non transit,
quin ipsi hæredes possint purgare innocentiam defun-
cti,& eam Iudici ostendere, Angel.& Alexand.in l.ma-
nifestæ turpitudinis,ff.de iure iuran. Ioan. de Platea in
l.fin.col.2.C.de iure fisc.lib.10.quos retulit, & sequu-
tus est Cacheran.dicta decis.106.nu.3. versic. non ob-
stat,quod dicitur.
41 In hac Doctorum varietate existimarem non esse
recedendum a prima opinione,quod scilicet pęna non
transeat in hæredes contumacis, qui ex statuto pro-
pter contumaciam habeatur pro confesso, & conui-
cto, etiam quod mortuus sit iam contracta contuma-
cia, ante tamen condemnationem de eo sequu-
tam,quam opinionem, vltra Bartol.Boss. Cartar. Ca-
cheran.& Farinac.supra citatos tenent Bald. in d.leg.
vnica,num.12.& plurib.seq. maximè verò numer. 16.
vers.quid ergo dicemus,C.ne ex delict.defunct. Angel.
in tractat.de malefic.in verbo, qui Dominus Iudex vi-
dens, numero 45. versiculo quid si habeatur pro con-
fesso,& conuicto,nec dissentit ibi Augustin.de Arimin.
num.50.ver.in quantum vltimo loco, licet apertè non
loquatur,& concordare videtur Alberic.de Rosate in
tract.de statutis,lib 4. quæstione 25.vbi rem ad partes
disputat, & ita residere videtur, quando sumus in me-
ris terminis banni, nec sequuta fuit sententia, vel
alia declaratio post dictum bannum, sequuntur Boer.
decision.64.in princip.numero 1.Curt.Sen.d.consilio
59.sub num.7. & 8. versic. secundo etiam obiectio, &
infra copiosè Angel.de Gambilionibus inter consilio
crimin.diuers. cons.71. num.24. & seqq. versiculo se-
cundo aduertendum est,& num.39. & 40.versiculo ex
quibus sequitur,& infra,tomo primo in impressis vlti-
mo loco in magna forma,Idem tenet Peregr.in tract.
de iure fisc.lib.4. titulo 5. de crimin. quæ morte rei
non extinguuntur, num.37.& seqq.versic.intellige,
quod dixi, Dicit tamen Peregr.d.lib.4.titul.5. numero
42 43.versiculo decimusquintus casus est, quod aliud
esset, si contumax ex forma statuti haberetur pro con-
fesso,& condemnato,quia tunc nulla alia sequuta sen-
tentia pœna pecuniaria, vel confiscationis bonorum
transit in hæredes, secundum glos. & Doctor. in lege
penultim.§. quod ait prætor, ff.quod quisque iuris,
Angel. in dicta leg. vnica num. 5. versic.quid autem si
reus, C. ne ex delicto defunct. & Martin. Laudens. in
tract.de fisco,q.98.quod potest esse verum,& ipse plu-
ries hunc casum habui in facto, & nunquam ausus fui
votare, aut pronuntiare, quod esset ad vlteriora
procedendum, & ad condemnationem hæredibus
defuncti citatis deueniendum, quinimo eius sem-
per opinionis fui, quod circundaretur processus,
nec aliud quæreretur, quia confessio illa, seu con-
43 uictio ex contumacia propter statutum proueniens di-
citur ficta, & tanquam talis non egrediens personam
contumacis,& in hæredes non transit, De eo autem,
quod subnectit Peregrinus de statuto habente contu-
macem pro confesso, conuicto, & condemnato nun-
quam habui casum in contingentia facti,credo tamē,
quod iudicandum esset,prout dicit Peregrin. pro qua
conclusione adduco in terminis Anton. de Butr. dicto
consilio 58.sub num.2.post versic.ex quo nondum, &
in fine,sub num.4.versic.puto etiam.
44 Vnum autem in hac materia sciendum est, quod in
casibus,in quibus hæres pro delicto defuncti tenetur,
& pœna defuncti in hæredem transit, nunquam hæres
tenetur vltra vires hæreditarias, etiam quod Inuenta-
rium non confecerit, Anchar. cons.411.in toto, Are-
tin.consilio 148. in fine, Ruinu. consilio 10. columna
final.lib.4. Federic.de Senis cons.21.ad finem,Couar.
lib.3.variar.resolut.cap.3.num.8.Gomez.d.c.1.n.85.
in fi.Clar.d.q.51.num.17.versic.scias tamen, Boss. d.
tit.de pæn.sub nu.34.Cacheran.decis.Pedemont.151.
num.9. & Farinac.alios de communi, & magis com-
muni testantes referens d.q.10.num.65.versiculo sub-
limita tertio,quod est valdè vtile, quia sæpè potest pę-
na esse maior,quam sit hæreditas defuncti.

EPITOME.

An,quando carceratus pro causa criminali possit recom-
mendari, vel detineri pro causa ciuili, & quid è con-
uerso in carcerato ex causa ciuili, an scilicet, &
quando possit recommendari pro delicto, & quid in
debito fiscali, & in non retento in vinculis, seu in car-
cere stricto,sed in palatio,ciuitate,castro,vel alio loco
limitato cum pœna, vel fideiussione de non disce-
dendo.

SVMMARIA.

*1 Carceratus pro vno delicto, an possit recommendari pro a-
lio delicto.*
*2 Exequutiones quando se compatiuntur, tunc carceratus pro
manu poterit recommendari pro capite.*
*3 Carceratus pro vno delicto, quando possit recommendari
pro alio ex mente Bart.distinguitur.*
*4 Exequutio quando est facta pro delicto grauiori, tunc illa
recommendatio præualebit, quæ fit propter grauius cri-
men.*
*5 Exequutio facta ex prima causa si non absorbet exequu-
tionem, quæ debet fieri ex secunda tunc prima recommen-
datio præualebit.*
*Exequutio diuersarum pænarum in vno solo delinquente a di-
uersis Iudicibus fieri potest, ibidem.*
*6 Recommendatio pro pecunia, an suspendere faciat exequu-
tionem capitalem.*
*7 Recommendatio indistinctè conceditur, quando vtraque e-
xequutio est pecuniaria.*
*8 Recommendatio quando fit ad processum, si vterque pro-
cessus est criminalis semper præualet recommendatio pri-
ma, etiam si sit crimen leuius.*
*9 Recommendatio vna si est facta pro exequutione, alia est
facta pro processu, secunda recommendatio non impediet
primam exequutionem, sed vtraque valebit.*
Dummodo se ad inuicem non impediant.
*10 Recommendatio secunda ob grauiorem causam facit sus-
pendere exequutionem primæ recommendationis pro cau-
sa leuiori.*
11 Distinctio Bartol.in lege 2.§.qui exhibendi ff.de custod.&

exhibit. reorum, in materia recommendationis ab omnibus communiter approbatur, & obseruatur.

12 Carceratus pro delicto, an possit reccomendari pro debito ciuili, & num. 18.

13 Carceratus pro delicto tunc poterit recommendari pro debito ciuili, quando breui tempore posset esse consultum creditori, & nu. 17.

14 Seruus licet capitaliter damnetur, non tamen peculium Domino aufertur, sed differtur exequutio, vsque adhuc reddat Domino rationem administrationis.

15 Damnatus ad mortem non debet vltra audiri, quicquid dicere velit.

Etiam si de Principis salute aliquid se dicturum polliceatur.

16 Sententia capitalis debet velociter exequutioni mandari.

19 Domi suæ sicut quilibet est securus, ita debet esse tutus, quo ad debita ciuilia in carceribus.

20 Sequestratus in carceribus dicitur propria libertate priuatus.

Spoliatus propria libertate ante omnia restituendus est, ibidem.

21 Custos carcerum æquiparatur Depositario, quia sicut Depositario committitur custodia rerum, ita commentariensi committitur custodia personarum.

22 Sequestratio facta Depositario, sicut non impedit depositi restitutionem, ita recommendatio facta custodi non debet impedire carcerati relaxationem.

23 Recommendatio non admittitur, quando fit pro diuersa causa.

24 Creditores sequestrantes carceratum pro causa criminali, dicuntur vim compulsiuam, siue spoliatiuam inferre cõtra carceratum cui aduersus eos actio conceditur.

25 Iudex potest nobis acquirere, sicut, & alij officiales possunt.

26 Carceratus pro criminis exequutione sequestrari non debet pro processus expeditione pro causa summaria, & ciuili.

27 Carceratus dicitur esse tutus sub vna fide, nec pro alia causa detineri debet, ne fraudetur.

28 Carceratus a Iudice criminali, vel maiore, non potest retineri a Iudice ciuili, vel inferiore.

29 Quod procedit etiamsi esset arrestatus, & detentus in palatio, Ciuitate, Castro, vel alio loco ex causa criminali, sub pœna aut fideiussione de non discedendo.

30 Carceratus pro debito ciuili potest, recomendari pro causa criminali.

31 Carceratus pro debito fiscali potest recomendari non solum pro delicto, sed etiam pro debito priuato, & num. 32.

33 Quod vltimum tamen Florentiæ non seruatur, quia nunquam creditores priuati faciunt recomendare carceratum pro debito fiscali.

Dummodo debitum procedat ex delicto, cum aliud sit quem esse debitorem ex causa delicti, & captum pro illo delicto, & aliud, quod si captus principaliter pro delicto, & ex causa criminali, ibid. nu. 34.

35 Ioseph de Ludouic. practica recensetur circa recommendationes faciendas de carceratis.

CASVS CC. LXXXXIX.

1 DIcunt Doctores, quid carceratus pro vno delicto non potest pro alio delicto recomendari, quando delictum, pro quo erat primo carceratus, erat tale delictum, quod impediebat exequutionem faciendam in alio, pro quo recomendatur, secus autem quando non impediebat exequutionem in delicto, pro quo recomendatur: quia tunc benè poterit fieri reccomendatio, vt si erat, primo positus in carceribus pro
2 manu, quia poterit recommendari pro capite, quia istæ exequutiones se compatiuntur, vnde primo fiet exequutio in manu, deinde in capite, vt determinat Bart. in tractatu de Carceribus sub num. 21. vers. sed si esset positus in carceribus, quam distinctionem probat Marsil. in pract. crimin. §. attingam, num. 33. vers. quærit postea. Verum idem Barto. in l. 2. §. qui exhibendi, sub nu. 4. vers. vlterius quæro, ff. de custodia, & exhibit. reorum latius materiam hanc prosequens distinguit,
3 quod aut quis est in Carceribus ad exequutionem criminum faciendam, aut ad processum, Primo casu quandoque vtraque exequutio est corporalis, & tunc si causa, propter quam primo est incarceratus, habet extinguere exequutionem secundæ causæ, verbi gratia, Primo est carceratus propter vnam condemna-
4 tionem capitis, secundo propter vnam condemnationem furcarum, isto casu debet aduerti, vtrum exequutio fiat propter illud crimẽ, quod erat grauius, & ideo illa recommendatio præualebit, quæ fit propter gra-
5 uius crimen, si vero exequutio facta ex prima causa nõ absorbet exequutionem, quæ debet fieri ex secunda, quia primo est recomendatus propter vnam condemnationem, quæ reperitur in amputatione manus, secundo reccomendatur propter condemnationem, quæ reperitur in amputatione pedis, tunc etiam prima recomendatio præualebit, vt prius exequutio illius condemnationis fiat, & secunda etiam valebit, vt facta exequutione condemnationis primæ fiat exequutio condemnationis secundæ, etiam si fieri debeat
6 a diuersis Iudicibus, quandoque vna exequutio est pecuniaria, alia corporalis, verbi gratia, recomendatus est quis in Carceribus, quia damnatus in capite, alius facit eum reccomendari pro pecunia, & isto casu, si habita modica dilatione exequutionis pœnæ corporalis posset esse consultum petenti recommendationem pro pecunia, ea conceditur, alias secùs, quan-
7 doque vtraque exequutio est pecuniaria, & tunc recommendatio conceditur, nec est aliquid, quod re-
8 pugnet, secundo casu, quando recomendatio fit ad processum, si vterque processus est criminalis, semper præualebit recommendatio prima, vt super ea prius procedatur, etiam si sit crimen leuius, & recommendatio secunda valebit, vt finita prima causa, procedatur super secunda, siuè fiat ab eodem Iudice, siue diuersis, & subdit Bartol. numer. 5. versiculo
9 tertio est videndum, quod si vna recommendatio est facta pro exequutione, alia est facta pro processu, secunda recommendatio non impediet primam exequutionem, sed vtraque recommendatio valebit, quatenus inuicem se non impedirent, licet secus, si se inuicem impedirent, & dat exemplum in
10 eo, qui pro pœna capitis est recommendatus, & accusatur de alio crimine, ex quo Imponitur pœna capitis, exequutio prima differtur, si causa, super qua debet secundo cognosci, erat delictum grauius, quam esset primum delictum, quæ dicta Bartol. licet a nonnullis repræhendantur, sequutus est Brunor. in tractatu de cessione bonorum quæst. 11. quartæ q. principal. num. 17. & multis sequent. versiculo solum duo dicam, vbi etiam ante num. 33. versic. si vero. fuit pro
11 delicto carceratus, inquit, quid omnes recurrunt ad ipsum Bart. in hac materia, & cum prædictis concordare videntur Clar. in practica Crimin. quæstione 34. sub num. 7.

num. 7. versic. sic carcerato, & quæst. 57. sub numer. 1.
ad finem vers. Ego verò dicerem. Ioseph. de Ludouic.
decis. Perus. 70. nu. 8. & sequ. in 2. part. Marsil. in tract.
de bannit. in verbo, capti, num. 19. vers. an captus pro
vno delicto, Bonacossi in 2. part. communium opinion.
crimin. in verbo, captus. Foller. in practic. crimin. in se-
cunda parte secundę part. principal. in verbo, vel car-
cerentur. num. 26. vers. quod si aliquis. Iodoc. in pract.
crim. c. 21. de captiuor. seu vinctorum aggrauation. n.
1. & 2. vbi etiam dicit recurrendum esse ad Bart. in d. §.
qui exhibend. Angel. in tract. de malefic. in verbo, quod
fama publica. num. 63. vers. septimo quæro, & ibi etiã
addentes ad eum, Claud. Battan l. in pract. crimin. reg.
156. num. 1. & 2. vbi etiam num. 3 plura quærentes re-
mittit ad Bartol. in loco citato rem cum distinctione
scitè enucleantem, Farin. in pract. crimi. tit. de inquisit.
q. 7. num. 42. versic. limita decimo, ad finem, & titul. de
Carceribus, & carcerat. quæst. 27. num. 154. versic. li-
mitando ad quorum dicta Lectorem, remitto absque
eo, quod longior sim in re, quę in practica quotidie ser-
uatur, fiunt enim sępissimè tales recommendationes, &
recipiuntur, & exequutioni mittuntur.
12 Sed maior est difficultas, an carceratus pro delicto
possit recommendari, & detineri pro debito ciuili, in
qua difficultate ex sententia Bart. in d. §. qui exhiben. d.
13 sub numer. 4. dicendum videtur recommendationem
procedere, quando breui dilatione posset esse consul-
tum creditori, alias verò secus, ex quo talis recommen-
datio esset impeditiua exequutionis criminalis, & vide-
tur text. in l. 1. C. de bon. proscriptor. vbi dicitur, quod
14 licet seruus capitaliter damnetur, non tamen peculiũ
Domino aufertur, imo exequutio differtur, donec ab
eo accelerante Domino ratio administrationis reddar-
tur, quia meminisse Dominum oportebit initare, vt id
velocius fiat, vt pœna suæ reddi posset, cuius rei ea ra-
tio reddi potest, quod crimine liquidato sententia dif-
ferri non debet. l. cum reis, C. de pœnis, & facit text. in
l. si quis fortè. ff. eod. tit. de pœn. vbi damnatus ad mor-
15 tem non debet vltra audiri quicquid is dicere velit,
etiam si de Principis salute aliquid se dicturum polli-
ceatur, vnde dicit Salyc. in d. l. 1. C. de bon. proscript.
16 capitalem sententiam debere velociter exequutioni
mandari, & non differri, præter quam in quibusdam ca-
sibus per ipsum Salyc. positis in d. l. cum reis. C. de pœn.
in quibus etiam cum celeritate agendum est, per d. l. 1.
C. de bon. proscript. & ita in terminis dicit Don Ludo-
uic. de Peguer. decis. Regij Consil. Cathalon. 23. & de-
17 cis. 69. vtrobique in princ. num. 1. dicens ita practica-
ri in illo Consilio, & dictas recommendationes nõ im-
pedire, nec retardare exequutionem sententię crimi-
nalis, nisi breui, vel modica dilatione posset creditori
esse consultum, eandem sententiam, quod captus pro
causa criminali possit ad alterius implorationę ex cau-
sa ciuili retineri, voluit Boss. in pract. crimin. titul. de
captura numer. 91. vers. scias etiam, & videntur præ-
supponere alij, de quibus memini in prioribus resolu-
tionibus criminalib. cent. 2. casu 146. nu. 10. & vltra eos
Bart. in tract. de carcerib. in illius tit., sub num. 20. post
vers. restat quarto videre, Marsil. in d. §. attingam, sub
num. 32. vers. & ibi subdit, & faciunt dicta superius in
1. vers. ad finem.
18 Cæterum alij contrarium tenuerunt, quod scilicet
captus pro delicto non possit recommendari pro de-
bito Ciuili, Brun. in tract. de cession. bon. quæst. 11.
quarto principal. num. 33. 35. & 36. Ioseph. de Ludo-
uic. decis. Perus. 7. per totam, in 2. part. vbi asserit es-
se firmam, & veram conclusionem, tam de iure, quam
ex consuetudine, & ita vidisse seruari in Ditione Ec-
clesiastica, & esse veritatem, quicquid aliqui dixerint
in contrarium, & esse opinionem veriorem, & rece-
ptiorem firmat Farinac. in pract. crimin. titul. de car-
cerib. & carcerat. quæst. 27. ad finem, num. 155. vers.
captus tamen pro delicto. Borgnin. decis. 14. in primo
dubio, per totum, lib. 5. dicens esse communem Docto-
rum opinionem, & ante eos Bald. consl. 90. sub numer.
2. vers. & hoc verum, lib. 5.
19 Quorum opinio multiplici probatur fundamento
primò, quia, quemadmodum quis est securus Domi
suæ. l. plerique, ff. de in ius vocand. ita debet esse tutus
quò ad debita ciuilia in carceribus, in quibus ad instan-
tiam fisci detinetur, & aliquem sequestrans in carceri-
20 bus, dicitur, illum propria libertate priuare, vnde tan-
quã propria libertate spoliatus debet ante omnia re-
stitui, l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi public. l.
meminerint, C. vnde vi, capitulo, item cumquis, de re-
stitut. spoliat. nec creditores audiri deberent, si aliquid
obijcere velint contra dictum recommendatum, quò
minus restituatur in sua propria libertate, leg. 1. §. &
parui, ff. quid vi, aut clam, Dyn. in cap. qui ad agendũ,
de reg. iur. in 6.
21 Secundo, quia Custos Carcerum æquiparatur de-
positario, latè Boss. in pract. crimin. titul. de carcerat.
fideiussor. relaxand. num. 15. vers. & ratio, & sicut De-
positario committitur custodia rerum, l. 1. in princ. ff.
deposit. cap. 1. extra eod. titul. ita Custodi carcerum
committitur Custodia personarum, l. milites, ff. de cu-
22 stod. & exhibit. reor. & leg. final. C. eod. tit. Vnde sicut
per sequestrationem factam Depositario non debet
impediri depositi restitutio, l. penult. C. deposit. ita per
recommendationem factam Custodi non debet impe-
diri eius relaxatio.
23 Tertiò, quia carceratus pro causa criminali, si pro
debito ciuili posset recommendari, recommendatio
fieret pro diuersa causa, quod non admittitur per
ea, quæ notantur in l. si quia ex consensu. C. de Episco-
pal. audient. in c. 1. & in capit. si clerici, extra de iudic.
24 Quartò, quia & si Iudex ad instantiam Creditorum
sequestrat istum Carceratum pro causa criminali de-
beret [illegible] concedi contra creditores, quia quan-
do vis cõpulsiua, siuè spoliatiua infertur per illas per-
sonas, per quas nobis acquiritur, datur spoliato in nos
actio, l. 1. §. 1. & §. si filius, & l. interdicto, cum ibi notat.
25 ff. de vi, & vi armat. & per Iudicem potest nobis quæ-
ri, sicut per alios officiales, leg. 2. & 3. ff. rem pupili. sal.
fore, l. si his verbis, & l. non enim aliter, ff. de adoption.
l. 1. § exigere, ff. de Magistrat. conuenien. notant Do-
ctores in l. 1. §. Ius publicum ff. de iustit. & iur. & in c. ex
publico, de conuersat. coniugat. cum similibus, quæ al-
legari possent.
26 Quinto, quia carceratus pro criminis exequutione
sequestrari non debet pro processus expeditione pro
causa summaria & ciuili contra regulares traditiones,
cum sint diuersæ speciei, sicut dicitur in reconuentio-
ne, & prorogatione, ex notatis per Cyn. in lege, pri-
ma ff. de iudic.
27 Sexto, quia ille detentus dicitur esse tutus sub vna
fide, vnde pro alia causa non debet detineri, ne frau-
detur, cum pro illa alia non fuisset captus, & in carce-
ribus detentus, Bal. consl. 90. num. 3. vers. & nota. lib. 5.
28 Septimo, quia tanquam detentus a maiore Tribu-
nali,

nali, et est Iudex criminalis non potest retineri ab infe-
riore, & sic a Iudice ciuili. l. contra pupillum, §. ff. de
re iudicat.
Et sunt rationes, quas colligunt Brun. d. quæst. 11.
quartæ quæst. principal. num. 35. & 36. versic. circa se-
cundum dubium, Ioseph. de Ludouic. d. decis. Perusin.
70. num. 3. & seq. & Borgnin. d. decis. 40. num. 3. vers.
at cum Doctores in quinta parte, & est opinio Floren-
tiæ practicata, quam procedere voluit Borgnin. d. de-
29 cis. 14. in primo dubio etiam in eo, qui fuit arrestatus,
& detentus in palatio, in Ciuitate, in Castro, vel in ali-
quo loco determinato ex causa criminali sub pena, aut
fideiussione de non discedendo, vt scilicet, nec iste pos-
sit retineri, seu recommendari pro debito ciuili, ac
si esset in vinculis, aut carcere stricto iuribus, rationi-
bus, & auctoritatibus per eum adductis, ex quibus ita
Mediolani iudicatum fuisse testatur, quod est summè
notandum in actu practico, quia sæpè euenire potest.
30 Sanè è conuerso Carceratus pro debito ciuili pro
causa criminali recommendari, & detineri potest, dar.
in tract. de carceribus, num. 20. vers. restat quarto vi-
dere Brun. d. q. 11. quartæ quæst. principal. num. 33.
versic. dico igitur. Marsil. in pract. crimin. d. §. attin-
gam, num. 32. versic. & ibi subdit, per text. in l. 3. ff. de
custod. reor. & idem dicunt Brun. & Marsil. incarcera-
to pro debito fiscali, qui pariter pro delicto potest re-
31 commendari, sicut & carceratus pro debito fiscali po-
test pro debito priuato recommendari. Bart. in l. quo-
ties, C. de exactorib. tributor. & in d. tract. de carce-
rib. nume. 19. versic. circa tertium, Guid. Papæ decis.
61. in fine, numer. 3. Brun. d. q. 11. quartæ q. principal.
num. 21. vers. Redeundo, Marsil. in d. §. attingam. num.
32. versic, in quo dicas, & dicit Bald. dict. consi. 90. in
fine numero 4. lib. 5. quod pro debito fiscali carcera-
32 tus ex quacunque causa, potest semper arrestari, quia
fiscus in hoc est priuilegiatus, nec aliquis ordo requi-
ritur dummodo constet de debito, sequitur Peregrin.
tract. de iure, & priuileg. fisci, lib. 6. titul. 7. debito-
rib. fiscal. num. 23. versic. item debitor, dicens debito-
rem fiscalem carceratum ad instantiam priuati posse,
semper arrestari pro debito fiscali, & e contra car-
ceratum pro debito fiscali, posse pro debito priuato
33 recommendari, quod vltimum Florentiæ non seruа-
tur, quia nunquam detentus ad instantiam fisci pro de-
bito tamen procedente ex delicto, priuatis creditori-
bus instantibus, recommendatur in Carcere, nec re-
commendatio huiusmodi recipitur.
34 Et ne quis decipiatur, aduertendum est differen-
tiam esse, an quis sit carceratus pro debito fiscali pro-
cedente ex delicto, an vero sit carceratus pro causa
criminali, quia aliud est quem esse debitorem ex cau-
sa delicti. & captum pro illo debito, & aliud, quod sit
captus principaliter pro delicto, & ex causa crimina-
li, vt aduertit Borgnin. d. decis. 14. num. 7. post Bald.
d. consi. 90. in 5. part. & idem tenet Guid. Papæ decis.
61. sub num. 2. vers. in debitis autem fiscalibus, & pa-
tet ex traditis per Peregrin. in titul. 7. de debitoribus
fiscalibus.
35 Reperio tamen, quod Ioseph. de Ludouic. d. decis.
Perus. 70. in fine num. 11. & 12. dicit, quod ipse non
semel ad instātiam creditorum iussit Custodibus Car-
cerum, vt non relaxarent detentos pro causis crimi-
nalibus, licet absolutos absque sua licentia, non qui-
dem per viam recommendationis in scriptis, tamen ferì
solet in detentis pro causis ciuilibus, sed oretenus tan-
tum, vt saltem illi debitores, vel satisfacerent eorum
creditoribus, vel eis cauerēt de satisfaciendo, & quod
sibi pluries euenit, quod amicabiliter fuerunt concor-
dati creditores, sed quando dicti debitores detenti pro
causis criminalibus, vel noluerunt, vel non potuerunt
satisfacere eorum creditoribus, tanquam tuti reme-
dio iuris eos aliter non adstringebat, neque recom-
mendari permittebat, sed pristinæ eorum libertati re-
stituebat, prout iuris esse supra dixit, & subdit, se pro-
nuntiasse ad fauorem debitoris quod esset liberandus
a carceribus, quotiescunque apparebit, se esse con-
cordatum cum camera fiscali, quoad delicta crimina-
lia, pro quibus detinebatur, non obstante reccom-
mendatione, quam obtinere creditor priuatus tenta-
bat, qui cognoscens decretum, esse iuri consonum, il-
li acquieuit, quam practicam, nec laudo, nec vitupe-
ro, ea tamen nunquam Ego sum vsus.

EPITOME.

An, & quando licitum sit patri, & marito occidere filiam, & vxorem in adulterio depræhensam, & adulterum, An alteri, & cui facultatem hanc propria auctoritate occidendi mandare possit; An ipse pater, vel maritus solus, an verò cum alijs, & conuocatis, coniunctis, affinibus, & amicis id facere possit; Et quid in filio reperiente matrem in adulterio, an scilicet eam, & adulterum interficere ei licet, & de pluribus alijs materiam hanc concernentibus.

SVMMARIA.

1 *Vxoricidium adeò est graue delictum, vt maritus interficiens vxorem pena parricidij teneatur.*
2 *Vxorem occidere maius, & grauius est delictum, quam occidere patrem, vel matrem.*
3 *Criminis grauitas indicatur ex qualitate pene iniunctæ.*
4 *Vir, & vxor vna caro sunt, & diuina, ac humana domus socij.*
5 *Maritus vxorem in adulterio deprahensam, nedum castigare, sed etiam occidere potest, neque pena parricidij ex l. Pompeia, neque homicidij ex l. Cornelia tenebitur, & numero 45.*
6 *Dolor iustus difficillimè temperatur.*
7 *Maritus occidens vxorem, si est humilis loci ex rescripto Diuorum Marci, Antonij, Commodi, & Pij Impp. in opus perpetuum traditur, si verò honestior in insulam relegatur, & supra numero 5. & 6. inf. numero 12. & 80.*
8 *Text. in l. si quis in graui § si maritus ff. ad Senatus cons. Syllan intelligendus est secundum l. si adulterium cum incestu §. Imperatores, ff. ad l. Iul. de Adulter. & l. 1. § fin. ff. ad l. Cornel. de sicar.*
9 *Seruus si Domino occidenti vxorem in adulterio deprahensam, non restiterit tenetur l. Cornel. de sicar.*
10 *Maritus propter adulterium vxoris recipit maiorem iniuriam, quam si eius filius occideretur.*
11 *Maritus potest vindicare iniuriam ob adulterium vxoris sibi factam per legitimos modos de iure ciuili, vel accusando eam ad priuationem dotis, vel aliter puniri faciendo.*
13 *Pena ob iustum dolorem temperanda est.*
14 *Maritus vxorem in adulterio deprahensam occidens iusto dolore motus citra penam mortis punitur, & numero 12 & 26.*
15 *Accusatio, vel querela de adulterio non solet proponi*

coram

coram Iudice, nisi per homines viles, impotentes, & impudentes, & num.65.

16 *Maritus qui proponit accusationem coram Iudice de adulterio vxoris, reputatur vilis, & cornutus.*

17 *Iudices solent truffari, ridere, & cachinari illos maritos cornutos, qui de adulterio vxoris, porexerunt libellum, nec proprijs manibus vindicati fuere.*

1. *Maritus occidens adulterum in flagranti crimine repertum si adulter non vilis persona sit, exilio damnatur.*

Pater potest impune occidere quemuis adulterum in flagranti crimine repertum ibidem, & num.20.

21 *Pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, mariti vero calor, & impetus facile sequentis fuit refrenandus.*

22 *Occisio filiæ vel vxoris, & adulteri fieri debet in ipso actu deprehensionis in adulterio, non ex interuallo.*

Ita vt non liceat impunè ipso actu vnum occidere, & deinde ex interuallo alterum ibid.

23 *Incontinenti fieri dicitur, quod fit vno impetu licet duret per horas.*

24 *Maritus occidens adulterum ex interuallo, & extra actus venereos punitur non quidem pœna mortis, sed mitiori.*

25 *Deprehensa in adulterio illa dicitur quæ vel per propriam confessionem, vel aliter conuicta est de adulterio.*

27 *Pater occidens adulterum filiam verò tantum vulnerans, ita tamen quod sit verisimile eam mori debere, licet postea non moriatur, patri non imputatur.*

28 *Pater non in omni loco, sed domi suæ tantum, vel generi, potest occidere filiam, & adulterum.*

Maritus extra suam domum non potest occidere adulterum, ibidem.

29 *Pater, vel maritus non habent necesse inuenire filiam, vel vxorem, & adulterum tenentem virgam in vulua ad hoc, vt dicatur deprehensum in adulterio, sed sufficit, quod reperiante eos in actibus venereis.*

30 *Etiamsi probaretur, quod reuera adulterium non fuisset subsequutum.*

31 *Acta inhoneste, quæ præcesserunt adulterium, arguunt adulterium verè sequutum fuisse.*

32 *Adulterium committens in ano, & sic extra vas debitum, tanquam Sodomita punitur.*

33 *Mulier vbi reperta non est in actibus venereis cum adultero, occidi non potest.*

34 *Iudex potest iubere marito, vel patri ne seuiant in vxorem, vel filiam prætextu adulterij, & etiam compellere eos ad præstandam cautionem de non offendendo.*

35 *Maritus quando habet aliquem suspectum de vxore sua, non potest illum occidere, nisi post tertiam denuntiationem et factam per interuallum in scriptis, & in præsentia testium.*

36 *Maritus post tres denuntiationes factas potest occidere quemuis adulterum, etiam nobilem.*

37 *Pater, vel maritus, an possit occidere filiam, vel vxorem etiam ignobilem, vel contra ius nuptam.*

38 *Pater, vel maritus potest occidere etiam Iudices in adulterio repertos.*

39 *Magistratus non potest accusari iure mariti regulariter, sed fallit quando accusatio esset tempore peritura, & numero 41.*

40 *Ius occidendi adulterum is habet, qui iure patris, vel mariti accusare potest.*

42 *Pater, vel maritus clericum adulterum occidens non incidit in pœnam cap. si quis suadente diabolo, 17.q.4.*

43 *Pater, vel maritus an possit occidere filiam, vel vxorem adulterantem, & adulterum in foro conscientiæ.*

44 *Lex, quæ permittit committi peccatum mortale abroganda est.*

45 *Pater vel maritus, quibus permittitur filiam, vel vxorem, & adulterum occidere, an per alios hoc facere possint, etiam data pecunia, & nu.50. vsque ad num.53.*

46 *Quod est licitum in persona mandantis, est licitum in persona mandatarij. & num.49. & 52.*

47 *Leges concedunt solum patri, marito, & filijs non alijs occidere adulterum in adulterio repertum.*

Qui per alium facit per se ipsum facere videtur, ibid.

48 *Casus fictus non habetur in consideratione.*

50 *Lex loquens in faciente delictum comprehendit etiam mandantem.*

Pater, vel maritus an alteri possint mandare, vt occidat adulterum hinc inde auctores pro, & contra tenentes recensetur, ibidem, & infra num. seq.

51 *Capolla in tract. de seruit. vrbanor. prædior. c.23. qualiter quis vti debeat seruit, numero 11. male intellectus a Claro.*

54 *Mandatarius qui parere tenetur ratione subiectionis, vt puta seruus, vassallus, vel filius, si exequatur mandatum illicitum, patris vel Domini, an puniatur, & numero 56. & 74.*

55 *Pater, & filius vna eademque caro censetur, et factum ab vno, est ac si gestum esset ad altero.*

57 *Mandatarius tum demum excusatur à pœna ordinaria, quando sub mortis comminatione ei fuit iniunctum à Domino mandatum occidendi.*

58 *Pater, vel maritus, qui, lege permittente, possunt filiam, vel vxorem et adulterum occidere, possunt etiam ad id conuocare in auxilium consanguineos, affines, et amicos, et num.60. et 71.*

Quod maximè procedit vbi pater, vel maritus conuocans esset debilis et senex, et num.72.

59 *Permisso vno videtur permissum omne id, sine quo illud exequi commodè non posset.*

60 *Associans et præsens homicidio, an possit puniri maiori pena, quam interficiens, et num.71.*

61 *Quod per me facere possum per ministros sine quibus id commodè facere non possum, facere potero.*

62 *Collusio inter virum, et vxorem ad perniciem eius pudicitiam attentantis, an sit permissa.*

63 *Iniuria facta vni ex agnatione, vel vni ex affinibus toti agnationi, vel omnibus affinibus facta esse dicitur.*

Auxiliatores ad homicidium, quando, eo sequuto non teneantur, ibid.

64 *Marito an liceat adulterum ex insidijs occidere, vel occidi facere, et num.66.*

67 *Qui ex licito perducitur ad illicitum mitiori pena punitur.*

68 *Seruus, vassallus, et filius solum, et non alij ab homicidio ipsis mandato a Domino, vel patre, excusatur, et num. seq. et 78.*

70 *Nuntians marito adulterum ex proprio odio, vt hanc nactus occasionem pudicitiam per maritum adultere qualiter puniatur.*

73 *Associans maritum ad occidendum adulterum, excepto facto, debet se abstinere ab offensione, et solummodo assistere occidenti, alias de occiso teneretur.*

75 *Pater, vel maritus, qui socios et amicos possunt sibi assumere ad occidendum adulterum, non possunt ius quod habent alteri committere.*

76 *Liberto patronum in adulterio deprehensum occidere non licet, et num.86.*

77 *Filius*

77 *Filius ex se non habet facultatem occidendi adulterum matris suæ.*
79 *Filius, & adulterũ matris suę, & ipsam matrem in adulterio deprąhensam occidere potest, quando Pater sibi hoc mandauit.*
8 *Vnusquisque in gradu suo ęstimat honorem suum.*
82 *Pater, vel maritus possunt occidere filiam, & vxorem adulteram, etiam prægnantem, nec puniuntur pęna ordinaria.*
83 *Dolor acerrimus impedit animum iniuriati ne cogitet quid faciat, & eum excusat aliqualiter à pœna.*
84 *Maritus qui causam adulterandi vxori suę præbuit, non potest eam in adulterio deprąhensam occidere.*
85 *Pater, vel maritus non possunt occidere eorum Dominum cum filia, vel vxore in adulterio inuentum, et numero sequent.*
87 *Vassallus equiparatur liberto.*
88 *Persona Domini respectu vassalli, dicitur sancta, et honesta.*
Vassallus tenetur parcere famæ, et vitę Domini sui. ibidem.
89 *Pater non potest occidere filiam viduam in adulterio deprąhensam.*
90 *A ... fatto adulterij cui non conceditur, multo minus occisio concedi debet.*
91 *Personæ viles quæ dicantur et nu. 92.*
93 *Nobilis an aliquis sit, nec ne relinquitur arbitrio Iudicis.*

CASVS TRECENTESIMVS.

1 ET si adeò graue crimen est vxoricidium, vt maritus vxorem interficiẽs pœna parricidij teneatur, vt concludit Anton. Gomez. lib. 3. variar. resolut. de delict. cap. 3. titul. de homicid. num. 3. vers. item etiã, quem sequitur Didac. Canter. in suis quæstionib. criminal. cap. 6. de homicid. num. 39. vers. hic posset tractari. fol. 544. dicens ita vidisse practicari in Ciuitate Compostellana, & est text. in leg. 1. ff. ad leg. Pompe.
2 de parricid. & ibi glos. & Doctores, & merito, quia plus est, quam occidere Patrem, vel Matrem, capitul. admonere, 33. quæstione 2. Roland. a Valle in tract. de lucro dot. quæstione 61. dubium offertur. num. 18. & confirmatur authoritate diuina dicente, & propter hanc relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit vxori suæ, idem tenet Decian. in tract. crimin. libr. 9. capitul. 11. de vxoricid. numer. 1. & numer. 7. & ante eos Cępoll. consil. crimin. 5. numer. 24. quibus addo glos. in l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores, in
3 verbo, relegari. ff. ad leg. Iul. de adulter. quæ quidem criminis grauitas facile colligitur ex atrocissima pœnitentia iniuncta per text. in cap. admonere. 33. quæstione 2. sunt enim vir, & vxor adeo coniuncti, vt vna
4 caro censeantur, & os ex ossibus, & duo in carne vna, & apud Iurisconsultos dicuntur esse legis cõsortes, & humanę domus, l. aduersus, C. de crimin. expilat. hæredit. & tradit Decian. c. 11. nu. 5. vers. quæ autẽ graue.
5 Sunt tamen casus, in quibus permissa est viro, nedum vxoris castigatio, sed etiam occisio, nam si maritus vxorem in adulterio deprąhendat, & occidat, neque pœna parricidij ex l. Pompeia, neque homicidij ex l. Cornelia tenebitur, l. g. si adulterium. §. Imperatores, ff. ad l. g. Iul. de adulter. vbi dicitur quod Imperatores Marcus, & Antonius, & Commodus, filius rescripserunt, si maritus vxorem in adulterio deprąhensam impetu tactus doloris interfecerit, non vtique legis Cornelię de sicar. pœnam accipiet, nam, & Diuus Pius in hæc verba rescripsit Apollonio, ei, qui vxorem suam in adulterio deprąhensam occidisse se nõ negat, vltimum supplicium remitti potest, difficillimum enim
6 est iustum dolorem temperare, & magis, quia plus fecerit, quam quia se vindicare non debuerit, puniendus sit, sufficit igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum eum tradi, si quidem honestior in Insulam relegari, & est similis text. in lege prima §. final. ff. ad leg. Cornel.
7 de sicar. vbi refertur idem rescriptum Diui Pij in hunc modum, sed & in eum, qui vxorem depræhensam in adulterio occiderit, Diuus Pius leuiorem pœnam irrogandam esse rescripsit, & humiliori loco positum in exilium perpetuum dari iussit, in aliqua dignitate positum ad tempus relegari, in dicto enim, §. Imperatores, dicitur humili loco natum in opus perpetuum tradi debere, in dicto autem §. fin. in exilium perpetuum, Rursus in dicto §. Imperatores dicitur honestiori loco natum in insulam relegari, in dicto vero §.
8 finali, ad tempus relegandum, & secundum dictas leges intelligendus est text. in l. si quis in graui. §. si maritus, ff. ad Senatusconsult. Sillanian. vbi dicitur, quod
9 si maritus in adulterio depræhensam vxorem occiderit, quia ignoscitur ei, dicendum est, non tantum mariti, sed etiam vxoris seruos liberandos, si iustum dolorem exequenti Domino non restiterunt, nam dum dicitur ignoscendum esse marito, intelligitur quò ad pœnam legis Corneliæ de Sicar. vt ibi etiam animaduertit Glos. & est text. cum Glos. in l. nec in ea. 22. & in leg. marito, 24. ff. ad leg. Iul. de adult. & notauit Afflict. lib. 1. constitut. Regni Rub. 13. de homicid. puniend. in constitution. terminu̇ vitæ, numer. 17. versic. octauo fallit. & Rubr. octaua de cultu pacis, in constitut. pacis cultum, numer. 30. vers. decimoquinto. Item lib. 3. constit. Regni rubr. 46. de pœna vxoris in adulter. depræhens. in constit. si maritus, la prima fol. 277. & ibidem Afflict. in princ. numer. 1. & 2. Angel. in tract. de malefic. in verbo, *Che hai adulterato la mia donna,* num. 1. & ibi etia in Augustin. in addition. Decian. in tractatu crim. lib. 9. cap. 11. numer. 19. versic. an autem liceat. & cap. 15. de exequutionib. Parricid. num. 38. versic. de marito autem, tomo secundo latè Paris. consil. 154. in secundo dubio per totum num. 1. & seq. lib. 4.
10 Recipit enim Maritus maximũ iniuriã propter adulterium vxoris, leg. si maritus. §. lex Iulia. & similes, §. socer. ff. ad leg. Iul. de adulter. & maiorem, quam per occisionem filij, vt ipse probaui in prioribus resolution. crimin. cent. 1. casu 15. numer. 9. & in hac tertia cent. casu 244. vbi latius de hoc egi per text. in leg. codicillis. §. matre, & vxore, ff. de legatis secundo, & alia ibi deducta, ad quæ me remitto, quam iniuriam
11 poterat per legitimos modos vendicare eam accusando, & pœna priuationis dotis afficiendo, & alter puniri faciendo, Flamin. de Rubeis in tract. de adulter. capitul. 9. per totum, & probatur in d. l. si adulterium cum incestu. §. liberto. eod. titul. tamen si non
12 vindicauit legitimo modo, sed manibus proprijs occidit, non punitur pœna mortis, vt in d. §. Imperatores, & tradunt Alex. cons. 76. colum. 1. lib. 1. & cons. 140. numer. 9. lib. 2. Afflict. in dict. constit. terminum vitæ numer. 17. vers. octauo fallit. Vbicunque enim
13 quis iusto dolore motus committit delictum, pœna debet temperari, vnde merito maritus vxorem in adulterio deprąhensam occidens, iusto dolore motus, mitius puniri debet, vt per Afflict. in dicta constit.

si maritus: num. 2. dicens ita vidisse sæpius practicatum tempore Regis Ferdinandi Primi, Bertaz. consil. criminal. 42. in princ. lib. 1. Petr. Anton. Anguissol. consil. 7. num. 10. lib. 1. Neuizan. in Sylua Nuptiali lib. 1. in 11. inconuenienti, num. 91. vers. confirmatur, Tiraquel. in tractat. de pœnis temperand. aut remittend. caus. prima, num. 3. & 4. vers. ideoque, & infra, Foller. in pract. crim. in secunda part. secundæ part. in verbo, dentur capitula, quod suffocauit vxorem, num. 63. vers. item est sciendum, Petr. a Plaza in Epitom. delictor. lib. 1. cap. 15. ad finem num. 17. versic. est & alia, Couaru. in 4. lib. Decret. tit. de sponsalib. & matrim in 2. part. § 7. nu. 2. fol. 212. Socin. Iunior. consil. 34. num. 5. & 7. lib. 2. Affl. super constitut. Regni lib. 2. rubr. 43. de Adulter. & Lenocin. in constitut. legum asperitatem, num. 7. & cum fimus in facto, in quo non solet querela proponi coram Iudice, nisi per viles homines, & impotentes, qui de verecundia penes homines, & vulgum non curant, & alias secundum Iudicium vulgarium, non parua sequere-
16 tur verecundia, quia reputarentur viles, & cornuti, qui proprijs manibus de talibus se non vindicarent, sed expectarent per Iudicem vindicari, præser-
17 tim, quia nec Iudices de talibus solent ius reddere, sed truffari, ridere, & cachinari, vtique nullam habuit occasionem maritus, si ad Iudicem non habuit recursum, sed propria authoritate disposuit iniuriam repellere, & propulsare, quam sine graui ve-
18 recundia pati non poterat, & propterea meritò pœnam ordinariam euitat, vt in proposito considerat Caltrent. consilio 177. in causa incarceratorum, sub numero 3. versic. nunc ad propositum, lib. 2. quem sequuntur Neuiz. in Sylua nuptiali libro 1. in 11. inconuenienti, num. 94. versic. & facit, Crauet. consil. 137. sub num. 10. post versic. tertio respondeo, ad finem, Gramm. decil. 14. num. 11. decis. 23. in princ. num. 1. & decis. 98. num. 2. & copiosè, Soc. Iun. consil. 34. num. 8.
19 & seq. lib. 2. Idem in Adultero, quem in flagranti crimine repertum marito licet occidere domi suæ, si vilis sit persona adulteri, licet patri quemcunque interficere, liceat d. l. nec in ea. & d. l. marito, & l. Gracchus, C. eod. titul. & ibi Doctores, si enim non vilis sit adulter, non excusatur in totum maritus, sed e[illegible] damnatur vt dicitur in dict. l. Gracchus, & in dictis alijs locis notatur, Isern. in d. constit. si maritus Afflict. in dict. constitut. pacis cultum, n[illegible] mero 30. versic. de[illegible] into, Clar. in §. homicidium, numero 48. & 49. versic. dixi etiam, & versic. seq. Glos. in c. p. inter hæc 33. quæstion. 2. Angel. in dict. verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numero 1. & 4. & ibi etiam Augustin. in addit. Paris. consil. 54. num. 3. versic. pariter licitum est, lib. 4. Neuizan. in Sylua nupt. loco citato numero 83.
20 Roland. consil. 34. num. 1. & seq. lib. 2. Petr. a Plaza in Epitome Delictor. lib. 1. cap. 15. num. 17. versic. est & alia, Couar. vbi supra sub num. 2. & 3. Socin. Iunior dict. consil. 34. num. 6. & 7. lib. 2. Afflict. in dict. constit. legum asperitatem, nu. 7. in tertio notabili. Marsil. in l. patre, vel marito, numero 2. & 5. ff. de quæstion. & alij per eos allegati, nec mirum est, quod patri maior authoritas, quam marito a lege in hoc concedatur, & ipsi patri, non marito mulierem, & omnem Adulterum permissum sit occidere, quia plerunque plenas paterni nominis consilium pro liberis ca-
21 pit, mariti vero calor, & impetus faciliè sæuientis fuit refrenandus, ita dicit tex. in d. l. nec in ea, ad finem, & considerat Decian. d. cap. 15. numero 18. in fine, & ante eum Couaru. dict. §. 7. sub numero 2. versicul. sicuti, & prius Salycet. in d. l. Gracchus in quarta opposit. num. 7.
22 Debet autem occiso ista filiæ, vel vxoris, & adulteri fieri in ipso actu deprænsionis in adulterio, & sic incontinenti, non autem ex interuallo, vt considerant in dicta constitut. si maritus, Isern. post principium, & Afflict. numero 7. post versicul. casus autem, Ang. in tract. de maleficiis dict. verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, sub num. 1. ad finem, versic. multo minus, ita vt non liceat impunè in ipso actu vnum occidere, puta filiam, vel vxorem, & deinde alium, & sic adulterum, vt dictis Doctores sentiunt, & expressius Afflictus, Angel. in dicto verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numero 11. versic. tertio requiritur, & probatur in l. quod ait lex, 23. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adult. in illis verbis, in continenti filiam occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero, reseruet, & post diem filiam occidat, vel contra, debet enim propè vno ictu, & vno impetu vtrunque occidere æquali ira aduersus vtrunque sumpta, Dicitur ta-
23 men incontinenti fieri, quod in vno impetu, licet duret per horas, vt in dict. §. fin. notat Bartol. quem sequitur Afflict. in dicta constitut. si maritus, numero 7. versicul. qualiter autem, & videtur text. in dicta l. quod ait lex, dict. §. fin. in illis verbis, quod si non effectuauit, scilicet, Pater fugam filiæ, secundum Glos. sed dum Adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis apprehensa est a patre, qui persequebatur, in continenti videtur occidisse, & notant Angel. in dicto verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numer. 17. in fin. versic. & dicitur, & Salyc. in dict. l.
24 Gracchus, in 3. quæst. numer. 9. Quod si ex interuallo, & extra actus venereos quis filiam, vel vxorem, aut Adulterum occidat, punitur quidem, non tamen pœna mortis, sed alia mitiori propter iustum dolorem, qui eum a pœna homicidij ordinaria excusat, ita concludunt Bertaz. consil. crimin. 42. numero 6. 7. 8. & sequent. libro primo, Salycet. in dict. l. Gracchus, numero 18. versic. modo iuxta quartum, latè Gramm. decil. 23. num. 5. & seq. versic. nec pariter militaret, & sentit Mascard. in tract. de probationib. tomo 1. conclus. 64. in verbo, adulterium, num. 8. & 9.
25 dum vult, deprænsam in Adulterio dici eam, quæ vel per propriam confessionem, vel aliter conuicta est de adulterio, licet in flagranti crimine non sit inuenta, quod & fatetur Bertaz. dicto consil. 42. num. 10. quæ opinio probatur ex multis, quæ congerit Gomez. in legibus tauri super lege 80. & sequent. numer. 58. versic. item etiam quæro si maritus, licet ipse teneat contrarium, quod nullo modo excusetur sub eodem numero 58. & numer. 59. versic. sed his non obstantibus, & infra, quod etiam voluit Farinac. consil. cri-
26 min. 8. num. 5. versic. vide cum vero contra quos vidi in contingenti facti obseruari, & a pœna mortis excusari maritum, qui vxorem interfecerat adulteram, non tamen in actibus venereis repertam, sed talem verè, & realiter existentem, & hoc apertissimè probato, & in hanc sententiam ipse etiam sum veluti benigniorem, & tutiorem.
27 Si tamen quis adulterum occidat, filiam vero, vel vxorem tantum vulneret, taliter tamen, quod sit verisimile eam mori debere, quia grauia vulnera intulerit, licet postea non moriatur, seu a periculo euadat, patri,

patri nihil imputatur in quo inspicitur potius indignatio, & querimonia, quam facti euentus, ita dicit Angel. in tract. de malefic. in verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numer. 11. post vers. tertio requiritur.

28 Item patri non in omni loco, sed domi suę, vel generi tantum occidere filiam, & adulterum licet, marito autem domi suæ tantum, non etiam soceri, vt probatur in l. patri 20. cum quinque legibus sequentibus, ff. ad leg. Iul. de adulter. & notant Hern. in d. constitutione, si maritus, & Afflict. sub numer. 4. vers. item propter generalitatem. Salycet. in d. l. Gracchus in prima oppositione, num. 4. & in quarta oppositione, nu. 7. & ante eos. Glos. in cap. inter hæc 33. quæst. 2. sentit Farinac. d. consil. crimin. 8. num. 5. vers. vnde cum occisor. & ponit Couarru. in d. 2. parte §. 7. num. 1. Angel. in dicto verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numer. 10. versic. secundo requiritur.

29 Nec opus est an hoc, vt quis dicatur deprӕhensus in adulterio, quod Pater, vel maritus inueniat filiam, vel vxorem, & adulterum tenentem virgam in vulua, sed sufficit, quod inueniat eos in actibus venereis, puta, vel se deosculantes, vel alios actus inhonestos facientes, quia ex his satis dicitur probatur adulterium, vt dicit Bartol. in leg. capite quinto. ff. ad leg. Iul. de adulter. & Salycet. in d. l. gracchus, in 1. q. num. 9. quos sequitur Paris, d. consil. 154. numer. 5. versic. & procedunt, lib. 4. Roland. d. consil. 34. numer. 6. 7. vers. nec habet obstare, lib. 4. Mascard. d. conclus. 64. numer. 1. & seq. vbi diffusè insistit, Socin. Iunior loquens in repertis in lecto. d. consil. 34. in fine num. 14. & 15. lib. 2. Ang. in d. verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numer. 9. versicul. & intelligitur Marsil. in d. l. patre, vel marito, itum. 3. ff. de quæstionib. Afflict. in d. constitut. si maritus, numer. 5. vers. & pondera, qui etiam subdit numer. 6. prædicta procedere etiam si pro-

30 baretur, quod quamuis filia, vel vxor fuit deosculata & reperta in actibus inhonestis, tamen re vera non fuit adulterium sequutum, quia adhuc locus esset excusationi occidentis, ex quo iustus dolor minuit pœnam, & quia adulterium probatur ex prædictis actibus, vt di-

31 ctum est, addito eo, quod difficillimum esset probare, stantibus dictis actibus venereis proximis, quod non fuerit verè sequutum adulterium.

32 Et quod dictum est de filia, vel vxore in adulterio deprӕhensa, procedit multo magis in deprӕhensa cum adultero rem carnalem cum ea habente extra vas debitum, & sic in ano, vt indiuiduo determinat Afflictus lib. 3. constitut. Regni Rubr. 42. de adulter. & Lenoc. in constitut. legum asperitatem num. 10. vers. sed quæro ab extra vbi etiam numeris sequent. multa de hoc vitio soddomitico, & de extraordinaria pollutione dicit, & ipse plenius egi in prioribus resolution. crimin. cent. 1. casu 16. in toto, & ad ibi diffusè notata curiosum Lectorem remittere satis esse puto.

33 Sanè vbi reperta non sit mulier in actibus venereis cum adultero, neque patri, neque marito eam, vel Adulterum occidere licet, neque in eos sęuire, imò &

34 patri, & viro Iudex præcipere posset ne in eam sæuiant, & viro, vt illa timenti, idoneam cautionem præstet de nō offendendo, vt resoluit Afflict. in dicta constitut. legum asperitatem num. 7. versic. 3. nota; Si tamē sequatur homicidium, pater aut maritus illud committens pœna ordinaria non tenetur, dummodo de adulterio clarè constet, vt dictum est supra in versic. debet autem occisio esse, & faciunt quæ dixi prioribus resolut. crim. centur. 1. casu 15. per totum.

35 Et propterea, si maritus aliquem suspectum habet de vxore sua, non potest illum occidere, nisi post tertiam denuntiationem ei factam per interuallum in scriptis præsentia Testium, quod non debeat habere loquelam, nec practicam cum sua vxore, quia tunc si eū cum illa loquētem in aliquo suspecto loco reperiet, poterit anthoritate propria eum occidere impunè, §. is quoque in Auth. vt liceat Matri, & Auiæ. & Auth. si quis ei. C. de adulter. etiam si ille denuntiatus esset no-

36 bilis, secundum Salyc. in d. Authen. si quis ei, & in d. l. Gracchus in secundo oppositione, num. 5. quem sequuti sunt Ang. in tract. de malefic. in verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numer. 2. & sequ. vers. hoc tamen. & ibi etiam August. in addition. Afflict. in d. constit. pacis cultum, nume. 31. versic. decimo sexto, licet idem tenet Afflict. d. lib. 1. constit. Regni rubr. 21. de raptorib. virg. & viduar. in constitut. in quæstionib. nu. 11. versic. & aduerte. Paris. dict. consil. 154. numer. 4. & 14. lib. 4. Neuizan. in dicta Sylua nuptial. lib. 1. num. 102. & sequent. versiculo, sunt qui, ibi etiam ponit formam huiusmodi protestationis, & denuntiationis. Gomez. in legib. tauri super lege 80. & sequ. numer. 60. vers. etiam item quæro an maritus. Couar. in d. §. 7. sub numer. 2. ad finem.

37 Nec ex eo, quod filia, vel vxor ignobilis sit, vel contra ius nupta Patri, vel marito venia occisionis denegenda est, leg. si vxor, 15. versic. planè, & vers. sed & in ea vxore. & l. marito 24. ad finem, vers. item si filia, ff. ad l. Iul. de adulter. secundum aliquos, quos tamen reprobat Bart. in d. l. marito. §. illud, num. 2. & post eum Grammat. in dicta constit. si maritus, num. 18.

38 Et in tantum permissa est proprijs manibus vindicatio prædicta, vt etiam contra Iudices hoc admittatur, quos cum filia, vel vxore in adulterio repertos occidere Patri, vel marito licebit, licet enim videatur di-

39 cendum contrarium ex eo, quod Magistratus non potest accusari mariti. l. si maritus, 15. in princ. & d. leg. si adulterium cum incestu. §. Imperatores in fi. ff. de adulter. & eos ius occidendi habere constet, qui Iure Pa-

40 tris, maritiuè accusare potsut d. l. marito. 24. in finalib. verbis, tamen aliud dicendum est, quia Magistratus potest accusari, quando accusatio esset tempore pe-

41 ritura, vnde & ius occidendi tempore periturum (quia non licet nisi incontinenti occidere) potest exerceri, vt in indiuiduo concludit Hernan. d. constit. si maritus la tertia fol. 277. vbi etiam dicit, quod ita tenuit Bartol. & fuit etiam opinio Blasij de Murcone, vt ibi dicitur, & hanc opinionem sibi magis placere dicit Clar. in dict. §. homicidium. sub numer. 48. ad finem, versic. in Iudice autem, & refert Bartol. ita sentientem in d. l. marito, §. illud, in primis verbis, & Gra mat. super const. Regni fol. 110. nu. 16. & 18. in d. constitut. si maritus. Ang. in tract. malefic. in verbo, *Che hai adulterato la mia dona*, nu. 17. in fine, vers. & adde quod supra dixi.

42 Nec si Pater, vel Maritus reperiat Clericum in flagranti crimine cum filia, vel vxore adulterantem, & eum occidat, incidit in pœnam cap. si quis suadente Diabolo, 17. q. 4. vt dicunt Bald. Angel. & Cuman. in l. quid ergo. §. hæres, ff. de legatis primo. Angel. in tract. de Malefic. in dict. verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numero 65. versiculo quid si pater, & ibi etiam Augustin. de Arimin. in addition. Marsil. in tract. de bannit. in verbo, capti. nu. 40. versic. & prædictis omnibus adde, & est communis opinio, vt dicit Clar. in d. §. homi-

d.§.homicidium,sub n.48.verf.& hæc omnia, & num. 49.verf.maritus autem,& text.in c.si vero,il primo de sentent.excommunicat.Neuiz.in Sylua nupt.d.lib.1.n. 100.& alij,qui consulto omittuntur.

43 An autem patri, & marito liceat in foro conscientiæ filiam,& vxorem adulterantem, & adulterum occidere quæstionis est non modicæ,in qua gl.in c. inter hæc,33.quæst.2.tenet,quod non liceat,imo quod mortaliter peccant, quod dictum refert simpliciter Isern. in dicta constitut. si maritus, la prima folio 277. columna.1. & est communis opinio, Didac.Couar.super quarto libro decretalium titul.de sponsalib.& matrim. in secunda parte, §. septimo num.8. & seqq.versiculo egregia tamen, folio mihi 213.& post eum Villalob. & Menchiac.notat. Clar.in d.§. homicidium numero 50. versic.sed hæc quidem qui tamen subdit hoc nunquam sibi placuisse,quia impium est dicere, quod apud

44 Christianos vigeat lex permittens peccatum mortale committi,quod,& postea in consimili casu firmat idẽ Clar.num.54.post versic.sed non quid ibi,ego verò, & ipse dixi in prioribus resolutionib.criminalibus centur. 1.casu 61.nu.6.& seq.versic.in tantum,& iura ad quę me remitto, cum prima tamen opinione transeunt Marsil.in d.l.patre,vel marito,num.7. ff. de quæstione Neuiz.loco citato,num.82. & seq.Paris.cons.154. numer.11.versic.est benè verum lib.5. Felyn.in d.c. quæ in Ecclesiarum sub num.14.versicul.ex quo sequitur, extra de constitut.Iacob. Butrigar. in leg. Gracchus, in fine in addit.C.ad l.Iul.de adulter.

45 Sed sicut patri, & marito conceditur, vt filiam, & vxorem,& adulterum occidere valeant, an hoc per alios facere possint,& alijs,vt occidant,mandare, quærunt Doctores,Isern.in d.constit.si maritus, in 1. lect. dicit,quod de hoc alias dicet, Gram.ibidem sub nu. 1. 8.& 9.verf.& quod minimè,& sub num.18.versicul. & adde circa præmissa,fol.110.recitat plures Doctores diuersimodè sentientes,tamen videtur inclinare in opinionem negatiuam,licet postea num. 12. versiculo, & circa præfata, dicat, quod alias in contingentia facti fuit tentum pro affirmatiua, quando Dominus Saluator Medicus Regius per interpositam personam interfecit vxorem suam, & adulterum noctis tempore,& euasit impunis, Afflict.in dicta constit. Pacis cultum,sub numero 30.versiculo decimoquinto, mouet hanc quæstionem,quærens,an patri, & marito liceat hoc facere per alium, etiam cum pecunia, & sic per assassinium,& refert Bald.in d.l.Gracchus,tenentem, quod sic,quia quod est licitum in persona mandantis,

46 est licitum in persona Mandatarij,& Salyc. ibidem de hoc dicto dubitantem,tandem dicit vidisse quendam, D.Ciccum Antonium Guidaccium tenere opinionem Baldi,quando D. Saluator Sanctæ Felicis Regis Chirurgus per alium occidit suam vxorem, & adulterum noctis tempore,& impunè euasit,idem Afflict. in dict. constit.si maritus,num.3.& 4. verf.quæro vtrum,dicit vidisse satisfuisse de hoc dubitatum in Curia Regis Ferdinandi primi,quia aliqui dicebant, quod non erat licitum marito per alios occidi facere vxorem repertam in actibus venereis cum adultero, & ipsum adulterum,quia leges concedunt solum Patri,& marito, &

47 filijs,vt tenuit Angel.in d.l. Gracchus vltra quod qui facit per alium dicitur fictè facere per se, qui casus fi-

48 ctus non videtur consideratus,postea dicit,quod contrarium fuit decisum in contingentia facti, quando D.Saluator Sancta Felicis Medicus dicti Regis per alios interficere fecit vxorem, & adulterum repertos insimul de nocte in Camera domus mariti ex sententia Baldi in d.l.Gracchus,volentis,quod illud, quod est li-

49 citum in persona mandantis, est licitum in persona mandatarij, & sic maritus, & mandatarius impunè transiuerunt, & secundum hanc opinionem se obtinuisse in facto testatur,Neuizan.in Sylua nupt.lib.1.sub nu.98.transit in eandem sententiam affirmatiuam, & pro ea videtur text.in l.cum fundum in illis verbis, ipsum,an alium ex voluntate eius missum ff. de vi, & vi armata,& idem apertè tradit Castrens.in l.refectionis, num.4.versic.in textu,ff.commun.prædior. & in l.raptores,sub num.6.verf.sed quid si permittit,C. de Episcop.& Cleric. Addit Afflict.ex Abbate in capitul.mulieres, de sentent.excommun. quod lex loquens in fa-

50 ciente delictum compræhendit mandantem, & tanto magis in actu permissiuo ipsi mandanti, & finaliter adducit Bald. in vsibus feudorum titulo de pace constant.in verf.aliquam,vbi dicit,quod qui per alium facit,dicitur ipsemet facere, sed idem Bald.in c.§. si quis vero il primo,nu.3.versic.quæro nunquid,de pace iurament.firmand.articulum disputat, & concludit pro negatiua,quam sequitur Angel. in d.verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, nu.64.versic.an maritus,dicens esse opinionem veriorem, & ibidem Augustin.de Arimin.qui,multis pro, & contra adductis, inquit, istam sententiam sibi magis placere, Ludouic.Roman.variauit,quia in l.1.§.vsufructuarius,numer.17.ff. de oper. noui nunciat.tenuit partem affirmatiuam, & in lege si quis in graui,§.si maritus,num.1.ff.ad Senatusconsult. Syllan.transit cum negatiua, Cępoll.in tract.de seruit. vrbano.prędior.cap.23.qualiter quis vti debeat seruitute numer.11. ponit hanc quæstionem,& recitat plures, quorum aliqui affirmatiuam opinionem, alij negatiuam tenent, nec eam determinat, quia non erat materia sua,dicit tamen esse satis dubiam quęstionem Salyc.in d.l.Gracchus num.16. & 17. versic. accedamus modo, & infra, recitat opinionem Baldi tenentis ibidem affirmatiuam,postea de ea dubitat ex allegatis per eum, & demum videtur inclinare in negatiuam, Clar.in §.homicidium num.51.versiculo dubium est, eandem quæstionem ponit,& relatis Authoribus vnã, & alteram sententiam sequentibus dicit,quod licet negatiua sit communis, tamen affirmatiua seruatur in practica,cum quibus concordat in pract.crimin.q.60. sub num.15.versic.solet dubitari, in fine versic. & potest, licet in vtroque loco malè alleget Cœpolla prout

51 inferius dicam, quia non loquitur Cœpoll.eo modo, quo illum intelligit Clar.sed aliter, vt subijciam, Ioan. Maria Monticel.regula crimin.6. num.14. ver.. quinto excusatur,voluit mandatarium excusari, vbicunque

52 mandans excusaretur, regula autem septima numero 103. versiculo decimoquarto excusatur,& si recenset tenentes eandem opinionem, tamen dicit, quod alij contrarium volunt,videtur tamen affirmatiuam sequi, quam quidem affirmatiuam opinionem,quod facultas hæc alteri demandari possit, tenuit etiam Cœpolla consil.crimin.4. sub num.15. versic. & licet Glos. consilio 73. num. 11. post versic. sed ad hoc respondeo, & in tract.de seruitut.vrbanor.prædior.cap.23. qualiter quis vti debeat seruitute sub numero 10. sed negatiuam tenent Couaru.in d.4.lib.decretal.secunda parte §.7.num.5.versic.post etiam, Cassane.in consuet.Burgund.rubr.5.§.1.titul.des rentes,num.41.fol.815.Ias. in l.1.§. vsufructuarius,num.5. versicu. sed aduerte,

Aa pro

pro limitatione, ff. de operis noui nuntiat. Felyn. in c,
quæ in ecclesiarum, sub num, 13. extra de constitut.
Paris.cons.154.nu.15, versic. circa tertium, lib.4.Pa-
ris.de Puteo in tract. de syndicat. in verbo, familiaris,
cap. 1. num. 2, Gomez, tomo 3. variar. resolut. de de-
lict.cap.3.de homicid.sub n.42. ad finem, versic. si ve-
rò illud & in legib. Tauri super l.80.& seq. nu.61. ver-
sic. item etiam quæro, an in casibus Petr. à Plaza in
Epitom. delict.lib.1, cap.15. in fine num. 18. Roland.
à Valle d.cons.34. in secundo dubio per totum, lib.2.
vbi num.8. & 9. sequent, ponit authoritates, & ratio-
nes eorum, qui affirmatiuam substinent, postea vero
nu.19.& seq. recenset sequentes negatiuam, & funda-
menta quibus mouentur, & tandem nu.27. & sequent.
vsque ad finem respondet omnibus pro parte affirma-
53 tiuæ allegantis concludens finaliter pro negatiua ve-
luti communi, & veriori, quam & ipse sequor, licet
sciam, quandoque affirmatiuam fuisse in practica ser-
uatam, & præsertim, quando mandatum fuit datum
54 ei, qui parere tenebatur mandato, puta filio, quo in
casu excusatur filius, non secus ac pater mandans, Ia-
cob. Butrig. in d.l, Gracchus versic. oppono ad secun-
dum, C. ad l. Iul. de adulter. & ibidem Salycet. num.
16. & 17. Castrens. in d.l. refectionis, num.4. ad fin. ff.
commun. prædior, & in d.l. raptores, num.6. in fin. C.
de Episcop. & Cleric. Afflict. in d. constitut. pacis cul-
tum, sub num.30. post versicul. decimoquinto, Flo-
rian. in l. liber homo, la secunda, sub num.5, versicul.
circa quod, ff. ad leg. Aquil. Paris.cons.154.num.9. &
10. versic. ed benè verum, & num.15. versic. circa ter-
tium, lib.4. Cepol. d.cons.4. sub numer.15. versic. & li-
cet, Glos. d.consil.73. sub num. 11, versic. sed Glos. &
in tract. de seruitut. vrbanor. prædior. dict. cap.23. sub
n.10. versic. licet Glos. Cassane. d.rubr.5.§.1. tit. Des
rentes, num.42. Ias. in d.l. 1. dict.§. vsufructuarius, sub
num.5. versic. primo in patre, ff. de oper. noui nuntiat.
Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum sub numer. 17. ver-
sicul. cæterum quia, Paris de Puteo in tract. de Syndi-
cat. in verbo, familiaris, cap. 1. num.2. Gomez. tomo
3. variar. resolutio. de delict. cap.3. de homicid. sub nu.
42. ad finem, versic. si verò illud, & in legibus Tauri
super l.80. & sequent. nu.61. versic. item etiam quæro,
an in casibus, Grammat. in d. constitut. si maritus nu.
9. & 18. ad finem, Petr. à Plaza in Epitom. delictor.
lib. 1. cap.15. in fine, num. 18. & Roland. d. consil. 34.
num.27. & seq. versic. non obstant. lib. 2. Videtur enim
55 factum à filio gestum a patre, cum quo eandem cen-
setur caro, vt prædicti Doctores dicunt quibus tamen
contradicit Couar. d.§.7. num.5. versic. potest etiam,
56 Et idem dicunt aliqui in seruitore, & Vasallo, qui pa-
riter ratione mandati Dominorum excusantur, cum il-
lis parere debuerint, & per Parid. de Puteo in d. verbo,
familiaris, cap.1. num.2. & per Claud. de Seysel. in l. vt
vim num.124. ff. de iustit, & iure, relatum per Ruland.
dict. consil.34. num.29. contra quos tamen tenent ex-
presè Petr. è Plaza d. cap.15. in fine num.18. & Ro-
land. d. cons.34. num.29. quorum contrarietas con-
57 ciliari potest, vt prima opinio procedat, quando ser-
uitori, vel vassallo dictum fuit a Domino, quod si non
exequeretur mandatum, illum interficeret, quia tunc
mandatarius interficiens excusaretur, alias verò locũ
habeat secunda opinio, vt punctualiter tradit Florian.
in d.l. liber homo. la seconda. num.2. versic. & ti po-
test allegari, & in l. si quis fumo, §. quod dicitur. sub
nu. 1. versic, & hoc modo. ff. ad leg. Aquil. intelligen-

do tamen, quod in primo casu mandatarium excuse-
tur à pœna ordinaria tantum, non autem, totaliter, ita
quod omnino immunis non euadat. Sciendum est ta-
58 men, quod in casibus, in quibus quis non potest de-
mandare alteri facultatem sibi a lege concessam inter-
ficiendi filiam, vel vxorem, & adulterum, tamen po-
test ipse interficere conuocatis consanguineis, affini-
bus, & amicis, vt magis securè interficiat, si fortè ti-
meat de persona occidenda, & quod sit associata, ex
59 quo permisso vno permittitur omne id, sine quo illud
exequi commodè non potest, Castrens. in d.l. refectio-
nis, nu.4. vers. in textu, ff. commun. prædior. Socin. Iu-
nior. d.cons.34. nu. 12. & seq. lib.2. Paris. d.cons. 154.
num.7. & 8. versic, quinimo potest, & num. 16. & seq.
versic. licitum autem est lib.4. Cepol. d.cons.4. sub nu.
13. & seq. versic. secundo similiter, & consil.73. num.
11. post versic. sed ad hoc respondeo, & in tract. de
seruitut. vrbanor. prædior. dict. cap.23. qualiter quis
vti debeat seruitute, numer. 10. versic. item prædicta
facere potest, Neuizan Sylua nuptial. lib. 1. num.98.
Petr. Garz. à Toler. decis.71. in princip. Ias. in d.l. 1.
§. vsufructuarius, sub num.5. versic. secundo, etiam, ff.
de oper. noui nunciat. Grammatic. in d. constitut. si
maritus, num.2. Roland. cons.34. num.8. 9. & 33. lib.
2. Paris de Puteo in tract. de Syndic. in verbo, famili a-
ri cap.1. num.2. Gomez. in legib. Tauri super l. 80. &
seq. num.62. versic. vnum tamen est, facit Bald. cons.
431. sub num.2. vers. septima ratio lib.2.
60 Et tales associantes, & præsentes homicidio non
possunt puniri maiori pœna, quam interficiens qui si
nulla pœna punitur, ipsi quoque associantes, & præsen-
tes homicidio impuniti remanent, quod si is exilio
damnatur, illi quoque eandem pœna tantum patiun-
tur, Castrens. in d. l. refectionis, num.4. & Socin. Iu-
nior. d. consil.34. num. 21. & sequ. lib. 2. Paris. consil.
154. num.17. & sequ. vers. & pro vera resolutione, lib.
4. Cepol. d. cons.4. sub nu.13. & sequ. vers. 2. similiter,
& d. consil. 73. num. 11. post vers. sed ad hoc respon-
deo, dicens vtrobiq. hãc opinione esse verã, & habuis-
se, in facto, & obtinuisse, quia q̃ possum facere per me,
61 possũ ẽt per Ministros ad hoc necessarios, sine quibus
commodè facere non possum, & de seruitus vrbanor
prædior. d. cap.23. num.10. versic. item prædicta fa-
cere potest, Bald. d. consi.431. num. 2. lib.4. Neuiz. in
Sylua nupt. lib.1. num.98. 99. & 101. Ias. in dict. l. 1. §.
vsufructuarius, sub num.5. versic. secundo notabiliter
limita, ff. de oper. noui nunciat. dicens hanc partem
tanquam mitiorem esse tenendam, Grammat. in dict.
constit. si maritus, numer.2. Roland. d. consil. 34. num.
8. 9. & 33. lib. 2. Paris de Puteo in tract. de Syndicat. in
verbo, familiaris, cap.1. num.2. Gomez. in legibus
Tauri super d.l. 80. & sequent. num.62. versic. vnum
tamen est Petr. Garz. a Toleto d. decis.71. in tota, in-
quiens ita fuisse iudicatum, Cassan. in consuetud. Bur-
gund. rubr.5. §. 1. titul. Des rentes, num.43. versic. se-
cundo intellige, folio 815. dicens hunc casum euenis-
se coram ipso tunc existente Capitaneo Iustitiæ Me-
diolani, quia maritus inuenit vxorem in adulterio, &
eam occidit, & cum acclamasset, seruitor superuenit,
& adulterum interfecit, & vterque scilicet, & maritus,
& seruitor à Senatu Excellentissimo ex gratia fuerunt
liberati, & in proposito consuluit Castrens. d. consil.
52 277. lib.2. quod si quis aliquem affecit iniuria, appel-
lando pudicitiam vxoris, tentando ipsam, & tentan-
do peruenire ad factum, & sic iniuriatus, & prouoca-
tus ad

tus ad iniuriam depellendam iniunxit vxori, quod fingeret se præbere aures eam appellanti, & daret ei tempus, & horam, quibus ad domum suam veniret, & ipse iniuriatus congregauit fratres suos, & fratres vxoris,
63 quibus omnibus facta fuerat iniuria, vt starent secum in domo bastonibus armati ad custodiam ipsius, & vxoris, quia poterat ignorare, an ille iniurians veniret solus, vel associatus, & an cũ armis, vel sine, vnde sine ipsorum periculo stare non poterant, manibus vacuis, nec sine magna verecundia talem iniuriã pati, & ipsis sic stantibus in dicta domo, ille iniurians in dictam domum peruenit armatus animo offendendi contradictores, si quos reperijsset, & alteratione inter eos sequuta, ille fuerit occisus ab vno ex fratribus prædictæ
64 mulieris, nec maritus congregans, nec coniuncti congregati, qui non occiderunt, teneantur de occiso, nec alia pœna puniri possunt, quia fuerunt aggressi factum non dolosum, & contra eum, qui illis præbuit, causam, quæ eos excusat a dolo, & homicidium præter eorum propositum fuit sequutũ, vt patet ex genere armorum quibus fuerant induti, quia si eum interficere statuissent, alia arma aptiora cepissent, & ipsum non morti tradere, sed castigare intendebantque castigatio proprijs manibus facienda ipsis permissa videtur, cum pro talibus iniurijs non soleant proponi querelę coram Iu-
65 dicibus, nisi per viles, & abiectas personas, quinimo
66 subdit Castr. quod nec interfector pęna capitis puniri debet, sed alia mitiori, quam sit ordinaria, propter istã doloris causam, quod consilium Castrens. tanquam in hac materia famosum quotidie in Palatijs allegatur, & illud in istis terminis sequitur Ias. consil. 137. colum. 3. in fine, & colum. 4. versic. secundo adhuc, & infra, lib. 1. vbi etiam pro interfectore adducit, quod vbicunque quis principaliter aggreditur aliquid licitum,
67 licet in consequentiam faciat, illicitum, & prohibitum, in illo consequenti illicito non punitur pœna ordinaria, sed arbitraria mitiori.
68 Quæ opinio sine dubio videtur procedere in filio, seruo, & Vassallo, qui tenentur defendere, & adiuuare Patrem, & Dominum, secus autem in alijs, vt concludit Paris de Puteo in dicto verbo, familiaris c. 1. sub n. 2. & est Doctrina Angel. in d. l. Gracchus, num. 2. versiculo nota benè, C. ad leg. Iul. de Adulter. vbi dicit,
69 quod associantes homicidam ad homicidium perpetrandum non puniuntur de homicidio, si principalis licitè occidere poterat, licet ipse associantes non possent, quando associantes erant filij, vel serui, vel vassalli, qui parere tenebantur, & Patrem, & Dominum adiuuare in offensa iuxta, secus autem si erant, alij, qui non excusantur, si paruerant, vt probat litera dictæ legis Gracchus per locum a speciali, & benè probatur ex dictis per Farinacc. his iam scriptis visum consilio criminal. octauo numero tertio, versicul. quibus non obstantibus, & num. 6. versiculo sed dato mihi, vbi concludit, querendam Ioannium extra-
70 neum in Carceribus constitutum non excusari à pœna ordinaria homicidij pro eo, quod cuidam Iuliano indicauit vxorem, & adulterum dolosè, & malignè ex indignatione propria contra adulterum, vt a marito adulteræ occideretur, prout occisus fuit, quia fuit author homicidij, nec vocatus a marito ad interessendum neci adulteri, prout fuerunt vocati affines, & amici in casu Castr. & eorum, qui illum sequuntur, cum quibus conuenit Roland. dicto consilio 34. numero vigesimoseptimo, & sequen. versiculo non obstant. & num. 31. & seqq. versic. Tertio non obstant. lib. 2. & faciunt dicta superius, dum actum fuit de mandato, nam si filio mandari potest facultas patri, & ma-
71 rito concessa vtibi, vtique, & associatio permissa videtur, & multo magis cum ea facilius admittatur, quam mandatum, vt ex prædictis apparet, & punctualiter notat in proposito Couaru. in d. 4. lib. decret. parte 2. §. 7. nu. 5. post versic. potest etiam in titul. de sponsalib. & matrim.
72 Quod maximè procedit, vbi pater, vel maritus conuocans esset debilis, infirmus, Senex, vel alias inhabilis ad talem actum vltionis per se ipsum gerendum, & timeat reperire resistentiam, Gomez. in dicta lege 80. & sequent. sub num. 62. Roland. d. consil. 34. num. 17. & 18. versiculo quinto facit lib. 2. Angel. in dicto verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numero 24. versiculo quid si pater.
73 Debent tamen isti associantes conuocati, filijs exceptis, omnino abstinere ab offensione adulteræ, vel adulteri, sed debent solum modo assistere patri, vel marito occidenti, qui eos, vt securius interficerent, conuocauit alias si manus ingererent, & occiderent, de occiso tenerentur, Roland. d. consil. 34. num. 29. 31. & seq. lib. 2. & patet ex dictis, per Castrens. dicto consil. 277. lib. 2.
74 Quod, & in filio procedere censuit Couaru. in dicto 4. libro decretal. part. 2. §. septimo, nu. n. 5. vers. potest etiam, folio mihi 213. vbi aduersus communem Doctorum sententiam, quod patri, & marito licentiam occidendi habentibus liceat facultatem hanc filijs committere, inquit hoc falsum videri, quia lex Gracchus loquitur de filijs, qui Numerio eorum Patri adulterum occidenti auxilium præstiterunt, veluti socij causa adiuuandi Patrem, quod diuersum est a com-
75 missione, quia is, cui licet alium occidere, potest ad hoc faciendum socios, & amicos assumere, sed non tamen potest alteri Ius, quod ipse habebat, propria authoritate se vlciscendi, alteri committere, vnde si propriam matrem filius etiam patri auxilium præstans occidisset, res esset crudelis, atque nephandi exempli, neque iure esset omnino defendenda, imo
76 acriter punienda, nam, & Liberto Patronum in adulterio deprahensum occidere non licet, etiam si ipse Patronus sit ex eorum numero, qui alioquin a marito occidi possent, lege si adulterium, §. liberto, ff. de adulter. quam opinionem alijs etiam probat medijs, subdit tamen ex Plutarco quendam Fabritianum, qui matrem, & eius adulterum occiderat, a Senatu absolutum fuisse, Reperio autem, quod Ifern. in dicta constitution. si maritus, folio 277. ante lineam 70.
77 quærit, an filio licitum sit occidere adulterum matris suæ, & recitat Glos. de hoc quærentem, & non soluentem in l. quod ait lex, ff. de adulter. & postea inquit videri, quod non liceat per l. Patri, & sequentem, ff. eodem, & ita residere Cyn. in d. l. Gracchus, Cod. eodem tit. & idem per omnia tenet Grammatic. in ead. constitut. si maritus, num. 17. versiculo, & adde, folio 110. & fuit opinio Cyn. in d. leg. Gracchus ante finem, versic. secundo quæro, vbi hoc decidit expressè, qui tamen antea post principium, versiculo secundo op-
78 pono, vult filium, qui præcepto patris adulterum interfecit, excusari, sicut ipse Pater excusatus fuisset, Angel. in d. verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, numero 13. versiculo quinto requiritur, transit cum opinione negatiua, quia est lex odiosa permittens homi-

homicidium, & loquens solum in patre, & marito,
quæ propterea ad alios extendi non potest, in tan-
tum quod nec matri, nec auo, nec patri, nec filio id li-
cere videtur, & Angel. sequitur ibi Augustin. de Arimi-
no in additionibus num. 22. & idem sub sunt ipsi Ang.
79 & Augustin. in loco ero num. 28. versiculo nunquid lo-
co, & propterea pro conciliatione dici potest,
quod filio ex patris mandato etiam propriam matrem
adulteram occidere liceat nedum adulterum, & mul-
to magis in societate ipsius patris, secus autem de per
se absque commissione, & associatione paterna, cum,
quod dictum est, vbi præcessit mandatum, vel est
cum patre, cum nunc sit dogma apud Doctores, aliud
autem dicant Doctores, quando filius ex se matrem a-
dulteram, vel adulterum interficere vellet, vt superius
adducta demonstrant, & in hoc casu, quando scilicet
filius sine mandato, & interuentu patris propriam ma-
trem inhonestam vitam tenentem interfecit, audiui-
mus nostris temporibus in Vrbe pœna ordinaria ho-
micidij fuisse animaduersum in filios, qui etiam matri-
cidio non interfuerant, & hanc distinctionem apertis-
sime probat Salycet. in dicta lege Gracchus, in quarta
quæstione numero decimotertio, vbi punctualiter fir-
mat, filium iussu patris posse adulterum occidere, iussu
autem cessante non posse,

80 Sane non est omittendum, quod, & si de iure patri,
vel marito non sit concessa facultas filiam, vel vxo-
rem in adulterio deprehensam, & adulterum occi-
dendi, si ipse pater, vel maritus sit homo vilis, quia
tunc sibi non competit facultas eo iure accusandi Bar-
tol. in l. marito, §. illud, numer. 3. versicul. quæro quid
si, ff. ad leg. Iul. de adulter. Salycet. in d. leg. Gracchus,
num. 8. versic. oppono quinto, C. eod. titul. & nouissi-
mè Farinac. d. consil. criminal. 8. sub numero 4. in fine,
versiculo tertio, demum requiritur, Grammatic. in di-
cta constitution. si maritus, numero decimoquarto,
Ang. lut dicto verbo, *Che hai adulterato la mia don-
na*, numero vigesimotertio versiculo, & prædicta
procedunt, tamen si sequatur homicidium, occidens
propter iustum dolorem excusatur a pœna ordinaria
homicidij, quæ est mortis, & alia minori arbitraria pu-
nitur, & ita alias practicaui, & vidi a tali pœna mortis
naturalis excusari quamcunque personam, etiam
81 vilissimam, quia vnusquisque in gradu suo æstimat
honorem suum, & parcendum est homini sede tam a-
troci iniuria propriis manibus vindicanti, vt patet ex
traditis per Afflict. in d. constit. si maritus, in princ. sub
n. 1. & 2. & per Salyc. in d. l. Gracchus, in tertia opposi-
tione, n. 6. & in fine nu. 19. vers. iuxta vltimum, C. ad l.
Iul. de Adult.

82 Et vbi licet patri, & marito occidere filiam, & vxo-
rem, hoc permissum intelligitur, etiam si ea sit præ-
gnans, Bar. in l. Imperator, la seconda, num. 2. ff. de sta-
tu homin. Angel. in d. verbo, *Che hai adulterato la mia
donna*, numero 11. versiculo tertio, requiritur, Gram-
matic. in d. constitut. si maritus, numero octauo, folio
110. vbi tamen refert alios tenentes, quod acerrimus
83 dolor impedit quidem animum iniuriati, ne cogitet de
partu, & eum excusat a pœna homicidij, sed non taliter
quod non debeat aliquam pœnam habere propter par-
tum, quod verissimum credo, & obseruarem, si casus
contingeret, & essem Iudex.

84 Si tamen Maritus causam præberet vxori adulte-
randi, vt quia ipse teneret concubinam, & totum vio-
labat, non poterit occidere vxorem, Marsil. in l. patre,
vel marito, numer. 11. versiculo, & ex prædicta doctri-
na, ff. de quæstione Grammatic. in dicta constitutione
si maritus, numer. 11. versiculo, & adde aliam limita-
tionem.

85 Non etiam liceret patri, vel marito occidere adul-
terum cum filia, vel vxore in actibus venereis reper-
tum, si esset Dominus iniuriati, quia vassallo permis-
sum non est interficere dominum cum filia, vel vxore
in adulterio inuentum, vt voluit Grammatic. in dicta
constitutione si maritus numero 13. in fine, & ante
eum ita determinauit Afflict. decision. 265. Illustrissime
Domine Dux, numero 30. versiculo septima fallentia,
argumento vtens, quod sicut non licet liberto occi-
86 dere Patronum adulterantem vxorem suam, l. mari-
to post principium, & l. si adulterium cum incestu, §.
liberto. ff. ad leg. Iulia de adulterio ita nec Vassallo
licere debet occidere Dominum, si eum reperiat adul-
terantem filiam, vel vxorem suam, cum Vassalli æqui-
87 parentur libertis. Hanc quæstionem mouet Lucca de
Penna in lege Coloni, columna mihi tertio, versiculo
quinto, præmissorum occasione, C. in quibus causis co-
loni capite censiti Dominos accusare possint, lib. 11.
vbi arguit pro, & contra, & tandem firmat negatiuam,
88 quia persona Domini respectu Vassalli dicitur sancta,
& honesta, & quia Vassallus tenetur parcere famæ
Domini, & fortius vitæ, nec potest eum accusare, vnde
minus debet posse occidere.

89 Non enim liceret patri occidere filiam viduam in
adulterio repertam, quia lex facultatem interficiendi
illi concedens loquitur innupta, nec trahitur ad viduá,
propter cuius stuprum non habet priuilegium, vt alijs
præferatur, in accusando, vt multo minus habet ius
præcipuum in occidendo, & si denegatur principium
90 in accusando, quod est minus, vtique non conceditur
occidere, quod est maius, ita punctualiter tradit An-
gel. in dicto verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, nu-
mero decimoquinto, versic. septimo, requiritur, & se-
quitur ibi Augustin. de Arimin. in additionibus numer.
22. vers. item in quarta, quinta, & sexta conclusionib.
Marsil. in d. l. patre, vel marito, num. 4. versic. sed an li-
ceat, ff. de quæst.

91 Quis autem dicatur persona vilis in hoc proposito
declarant in d. l. Gracchus, Cyn. & Salycet. vltra quod
videndi sunt, Dinus consi. 27. quæstio, & Articulus, Al-
ciat. in tract. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 48. per
totam, Bammachar. in cap. tiij natu, num. 2. si de feu-
do defuncti fuerit controuersia inter Dominum, &
Agnatum, Doctores in l. humilem, per illum text. C. de
incestis nuptiis, Cepoll. in l. quæro, an si seruus, §. ser-
uum dupla. in princ. num. 2. ff. de ædilict. edict. Lucas
de Penna in lege si diuina, columna 3. versiculo é con-
tra, Cod. de exactoribus Tributor. lib. 10. & in lege si
quis procurationem, column. 1. in fine, & column. 2. in
princ. & fin. C. de Decurionib. & in l. maximarum, per
illum textum, colum. 1. & 2. C. de excusationib. mune-
rum, & in l. humilioribus, Columna prima, C. de susce-
ptorib. præpos. & Arcarijs, eodem lib. 10. & in l. si qua
colum. 2. C. de spectat. & scen. & Lenon. lib. 11. & in-
ter alias personas, Molendinarij sunt viles personæ,
92 lege maximarum, C. de excusation. muner. lib. 10. &
ibi Luc. de Penna in verbo, Pistrini, Item Burattator
farinæ, & Excoctor panis, & Sartor, vt ibi proba-
tur, qui etiam fures dicuntur, Neuiz. in Sylua Nuptial.
libro 5. in verbo quomodo iudicandum sit in dubio
sub numero 77. versiculo Tertio non obstat, Custodes
agrorum,

agrorum, quos Saltuarios, & Camparios vocamus, & Custodes portarum, & alij vtentes ministerio vaeuo, Crauet.cons.196.sub nu.7. Item Bufonij, Cępoll.cons. crim.3.sub num.6. Pistor, Custos pascuorum, & porcorum, Venditor olei, salis, & cæpæ, l.ne quis, cum Glos. C.de Dignitatibus, libro 12. vbi etiam idem dicitur de Custode agrorum, & portarum, Cerdo, Cotta in memerali in verbo, Cerdo, Notarius Tabernarius ministrans eibum, & potum venientibus in domum suam exercens operas rusticas, & disciplinam ludi ab ensibus, & faciens autem mecanicam, vel exercitium vile, Crauet.cons.163.per totum, hospes, Grat.consil.152. nu. 15.& 16.lib.2.& tandem qui aliquid facit, quod nobilitati repugnet, Alba consil.43.per totum, & est vnum
93 de relictis arbitrio Iudicis ex dictis per Crauett.d.consil.163.& prius per Balyc.in d.l. Gracch. in 1.opposit, num.4.in fi.

Et hæc sufficiant non solum pro præsentis casus complemento, verum etiam pro fine huius tertię Centuriæ meorum casuum criminalium, quibus finem imponere cogor, destitutus omni spe cæteros, quos iam adnotatos habebam, elaborandi, propter immensas, cõtinuas, ac graues publicas occupationes, licet meis viribus impares, quibus ferè obruor, animus quidem iã inceptos perficere promptus erat, sed aliquali opus erat otio, quod mihi deesse sciunt omnes, cumque ad impossibilia minimè tenear, bona voluntate contentus sit lector, hoc autem me consolatur, quod opus hoc eiusmodi est, quod homines ad bonum, & ad omnem vitæ honestatem extollendam, & turpitudinem obijciendam inuitat, cupidos, & ambitiosos honorum, Magistratuum, & officiorum refrenat, vitia damnat, facinorosos, plectit, ad virtutem incitat, benèque, & rectè viuere docet, & qualecunque sit, illo vtatur lector, alios casus non expectans, studio enim iam dixi, Vale. Et sicut Thesaurus facilè profunditur, si nullis iterum pecunijs compleatur, vtinam sic sensus meus humanus aliena non repletus lectione, cito non attenuetur, & ad nihilum redigatur, quod euenire auertat Sanctissima, & Indiuidua Trinitas, cui ac Beatissimæ, & Gloriosissimæ Virgini Matri Marię, Totique Cœlesti Curię, gratias humiliter reddo de omnibus beneficijs, & fauoribus, quibus Omnipotentis Dei gratia tantummodo hactenus fruor, Maiestatemque Diuinam deuotissimè rogo, ac deprecor, vt quemadmodum in hac mortali vita me clementissimè semper protexit, & è manibus malignantium eripuit, ita cum ad aliam vitam migrare me oportebit, nullis meis demeritis inspectis, cum maior sit pietas diuina, quam impietas humana, plusque possit parcere, quam peccator peccare, ad Celestem gloriam sua maxima misericordia me perducere dignetur. Amen.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

FINIS TERTIÆ CENTVRIÆ.

Petrus Caballus Doctor Pontremulensis.

RERVM, VERBORVM, ET SENTENTIARVM,

Quæ in hac tertia Centuria Criminali D. PETRI CABALLI I. C. Pontremulensis Continentur, Alphabetica serie digestus,

INDEX REFERTISSIMVS.

A

argumentum

auctoritas

Etiam

Birrouarij

con-

Consuetudo,

Creditor

Curator,

D

Decreti

delictum

dimittens

E

F

Familiares

numero

fiscus

fortior,

G

Hæretici

I

Igno-

M

Mandans

Miles.

Mortuus

O

fori si

Q

R

Res

S

nulla

Statutum

T

quæ

V

Venatores

Vsus ar-

FINIS.

TRACTATVS
DE OMNI GENERE
HOMICIDII

COMPOSITVS PER D. PETRVM CABALLVM
I.C. PONTREMVLENSEM.

PRO SERENISSIMO MAGNO DVCE HETRVRIAE
Dudum Vniuersarum Militarium Legionum, & Magistratus Dominorum octo virorum Guardiæ, & Baliæ Auditorem.

AC SACRÆ RELIGIONIS EQVITVM DIVI STEPHANI PRÆSIDENTEM.

Nunc verò pro eodem Serenissimo Principe in Ciuitate, ac tota dictione Florentina Fiscalis Cameræ Auditorem Generalem, nec non in signatura libellorum supplicum Gratiæ, & Iustitiæ Primum Consiliarum.

Elegans quidem, & omnibus in Foro practicantibus vtilis, & necessarius.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE LOCVPLETISSIMIS.



VENETIIS, Apud Bertanos, M. DC. XLIV.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

SVMMARIA AD TRACTATVM DE OMNI GENERE HOMICIDII.

D. PETRI CABALLI I.C. PONTREMVLENSIS.

1 Homicidiū est hominis cædes ab homine perpetrata.
2 Homicidiū habuit originē à fratribus, et pastoribus.
3 Homicidium ex inuidia processit; quo vitio in homine non inuenitur turpius, ac detestabilius.
4 Homicidium aliud simplex, aliud deliberatum.
5 Homicidium simplex cōmittitur sine qualitate animi deliberati; Deliberatum verò ex proposito.
6 Homicidium simplex quinque modis committitur, lege permittente, necessitate, casu, culpa, dolo.
7 Homicidium deliberatum altero de quinque modis perpetratur, ex proposito, ex insidijs, proditoriè, per assassinium, per venenum.
8 Homicidium lege permittente commissum quid sit.
9 Factum legitimè impunitatem habet.
10 Executor iustitiæ, qui iussu Magistratus homines occidit, non dicitur homicida, nec pœnā aliquam incurrit, & n. 19.
11 Executor iustitiæ ex occisione delinquentium laudem, & præmium consequitur.
12 Magistratus ex Deo sunt, & gladium gerunt, vt puniant maleficia, & defendant innocentiam.
13 Carnifex si deesset in ciuitate, Iudex posset iubere alicui vili personæ, vt munus talis Lictoris adimpleat.
14 Officialis pro iustitia exequēda potest facere accipere Asinum priuati, vt portet malefactorem ad locum supplicij.
15 Lictor si sub prætextu publicæ vindictæ priuatim quoque se vlcisci intenderet cum malefactore inimico suo, delinquit vt verus homicida.
16 Animus solus in delictis inspicitur.
17 Actus omnis est indifferens, sublata voluntate.
18 Peccatum quod in Deum admittitur, si Magistratibus, aut Iudicibus innotescit temporali lege punitur, si occultum manet, solum Deum habet vltorem.
20 Fures nocturni res nostras asportātes licitè occidi possunt, concurrentibus quatuor qualitatibus hic recensitis.
21 Fures diurni tunc demum impunè possunt interfici, cum telo quærunt se defendere.
22 Fures diurnos cum rebus nostris aufugientes possumus iustè occidere, quando aliter res non valemus recuperare.
23 Maritus potest occidere adulterum vilem noctu in adulterio, & in propria Domo deprehensum.
24 Maritus occidendo clericum deprehensum in adulterio nō incidit in pœnam cap. si quis suadente, 17. q. 4.
25 Maritus in foro conscientiæ vllo casu vxorem adulterantem valet interficere.
26 Sponsus per verba de futuro interficiendo clericum in adulterio repertum incidit in pœnam cap. si quis suadente, 17. quæst. 4.
27 Concubinarius an impunè possit occidere quem inuenit cum concubina, & num. 42.
28 Concubinatus matrimonio æquiparatur, & legitimum nomen accipit, declara prout infra, num. 42.
29 Concubina nomine vxoris quandoque a lege appellatur.
30 Concubina dicitur vxor in potentia propinqua.
31 Adulterium in concubinam non committitur.
32 Matrimonium est iuris diuini, Concubinatus verò est iuri Diuino contrarius.
33 Concubinatus legitimam sobolem non producit.
34 Soboles illegitima ad officia, & dignitates nō admittitur.
35 Priuilegia vxoribus indulta non competunt concubinis.
36 Nati ex concubina in potestate patris non sunt.
37 Concubina ad libitū potest repudiari, vxor verò minimè.
38 Concubinarius legitimam filijs relinquere non grauatur.
39 Maritus, & vxor vna caro reputantur.
40 Concubinarius iure mariti accusare non potest.
41 Priuilegia, & pœnæ non extendūtur ex identitate rationis.
43 Concubinatus permissiuè a lege ciuili conceditur, quasi necessitate grauioris mali effugiendi.
44 Consuetudo iniusta diutius tollerata excusat à pœna temporali, licet ad validitatem actus non prosit.
45 Maritus post trinam monitionem potest impunè occidere adolescentē de adulterio suspectū in loco suspecto inuentū.
46 Pater potest occidere quemuis adulterum, etiam clericum, cū filia deprehēsū dūmodo, & filiā occidat, & n. 48.
47 Quod tamen procedit concurrentibus his tribus requisitis hic adnotatis.
49 Pater an possit occidere Iudicem in adulterio cum filia repertum, & num. seq.
50 Magistratus sed Iudicis non potest accusari iure mariti, nisi accusatio esset tempore peritura.
51 Pater, & Maritus in casibus in quibus eis licet occidere adulterū, possunt etiam hanc facultatem filio demandare.
52 Pater, & Maritus pro occidendo adultero possunt conuocare amicos, & affines in auxilium.
53 Pater potest occidere filiam in adulterio deprehensam, etiam si sit prægnans.
54 Pater in foro conscientiæ filiam adulteram occidere non potest.
55 Transfugam, vel hostem ciuitatis vbicunque inuentum licet occidere.
56 Nocturnos depopulatores, & deuastatores agrorum, & vinearum absque aliqua pœna interfici possunt.
57 Bannitos occidere virtute legis municipalis cuilibet impunè conceditur.
58 Statutum permittens bannitos impunè offendi posse de iure validum est.
59 Bannitum proditoriè occidens, an gaudeat priuilegio statuti permittentis bannitos impunè occidi posse.
60 Bannitos licet occidi facere per assassinium.
61 Bannitum occidens ad priuatam vindictā mortaliter peccat, licet excusetur in foro contentioso.
62 Bannitus an fuerit occisus liuore vindictæ, vel zelo iustitiæ statur dicto occidentis.

Tractatus de homicidijs. † Et quid

vt quid in dubio præsumendum sit, habetur infra, nu.6.
64 Bannitum occidens ad publicam vindictam infamis est,
65 Homicida quilibet voluntarius vilis personæ reputatur.
66 Homicida voluntarius in facto graui non admittitur in testem,
67 Insultatus, quando aliter saluti suæ consulere non valet, licitè interficere potest aggressorem.
Ampliatur etiam si esset sacerdos, & celebraret, ibid.
68 Naturalis defensio crimen non habet.
69 Naturalis defensio an licita sit in foro conscientiæ,
70 Occidens aduersarium in Monomachia excusatur à pena.
71 Monomachia omni iura prohibita est, licet de consuetudine toleretur,
72 Consuetudo facit licitum, quod alias illicitum est,
73 Consuetudo iuri naturali, vel legibus aut canonibus contraria verius dicitur corruptela.
74 Consuetudo, quæ inuitat ad delinquendum non valet,
75 Monomachia permittitur tantum à Principibus recognoscentibus superiorem, vt videantur talibus modis illicitis suarum iurisdictionum authoritatem augere.
76 Duellum Dauidis, & Goliath instinctu Spiritus Sancti initum fuit.
77 Duellum nihil aliud est quam Diabolica suggestio, & mera Dei tentatio.
Seu singularis pugna inter duos ad probationem veritatis, et num. sequent.
78 Princeps temporalis non potest dispensare super peccato.
79 Iustitia non sumitur à fortitudine.
80 Pœna Duellantium quæ sit, & num. 83.
81 Pœna arbitraria habet locum, quando alia pœna non reperitur expressa in iure.
82 Duellum quare fuerit prohibitum, & supra, num. 77.
83 Duellum exercentes, vel exerceri patientes vltra alias pœnas à sacrosancto Concilio Trident. sess. 25. cap. 19. de reformat. introductas excommunicationis notam incurrunt.
84 Spectatores duellorum, vel in causa duelli consultatores tam in iure, quam in facto perpetuæ maledictionis vinculo tenentur.
85 Occidens aliquem in ludo vel colluctatione ab vsu immunis est a pœna, dummodo non proditoriè occidat, & nu. 87.
86 Consuetudo etiam iniqua, & iniusta excusat à pœna temporali.
87 Homicidium proditoriè perpetratum veniã non meretur.
88 Homicidium in personam attentantis pudicitiam alicuius licitum reputatur,
89 Honor præfertur rebus, & vita.
90 Periculum famæ equiparatur periculo vitæ.
91 Famulus potest impunè occidere quẽ capere volebat, quãdo resistit, & aliter capere non valet.
92 Homicidium necessitate commissum quod sit.
93 Defensio facta cum moderamine inculpatæ tutelæ legibus non vindicatur.
94 Moderamen inculpatæ tutelæ consistit circa modum, tempus, & causam; & de singulis traduntur exempla infra, num. 95. 96. & 97.
98 Modum in se defendendo, siue ex culpa, siue ex dolo excedens de excessu tantum punitur, & num. 103.
99 Verbera non possunt dari cum mensura.
100 Metus improuisus instantis periculi tollit homini rectum iudicium, & consilium deliberandi.
101 Moderamen inculpatæ tutelæ non consideratur, quando indeliberatè, & accensus furore iracundiæ insultatus excessit modum in se defendendo.
102 Primi motus non sunt in potestate nostra.
104 Homicidium simplex voluntarium est hominis cædes ab homine prouocato voluntariè pertractata absque vlla præcedenti cogitatione.
105 Animus, & voluntas simplex, & pura occidendi requiritur in homicidio voluntario.
106 Homicidium simplex voluntarium, cum non dolo, neque machinatione sit perpetratum, arbitrariè punitur,
107 Homicida, quod alter fecit, expectet.
108 Maritus potest vindicare iniuriam sibi factam ab vxore adultera per legitimos modos, eam accusando ad priuationem dotis, vel aliter puniri faciendo.
109 Pœna ordinaria homicidij nemo punitur, nisi dolus interuenerit, & num. 116.
110 Causa quælibet, etiam fatua, & leuis excusat à dolo.
111 Prouocatio excusat prouocatum à dolo, vt teneatur tãtum de excessu, & num. 127. & 136.
112 Author rixæ modum excedens inculpatæ tutelæ tenetur pœna ordinaria, quia præsumitur in dolo, et num. 114.
113 Delinquens, dans operam rei illicitæ et ex proposito, non solum punitur de eo, quod commisit ex proposito, sed etiã de eo, quod commisit præter intentionem.
115 Inimicus, si ab inimico obuiam sibi facto impulsus, vel verbo aliquo leui, aut facto prouocatus fuerit, et illum occiderit, an dolosè, vel simpliciter occidisse dicatur, et numero 117.
118 Effectus occisionis non prouocationi accidentali, sed malo animo præcedenti imputari debet.
119 Inimicus capitalis continuè mortem inimici desiderat.
120 Dolosa intentio ad homicidium saltem in genere, et conditionaliter præparata non excusatur vlla prouocatione sequenti.
121 Scopelismum faciens si homicidium committat capitaliter punitur.
122 Auxilium præstans delinquenti qui verisimiliter etiam sine tali auxilio deliquisset, pœna extraordinaria, solummodo tenetur.
123 Consulens ei, qui nihilominus facturus erat delictum, de consilio non tenetur, nisi in atrocioribus.
Quod, et in exhortante locum sibi vendicat, et num. 124.
125 Homicidium voluntarium simplex distinguitur à doloso non effectu, sed intentione.
126 Homicidium purum dicitur, quando voluntas nocendi immediatè ex ipsa prouocatione processit.
128 Prouocatio non excusat a dolo, quando dolus prouocationem præcedit.
129 Culpa, quæ a dolo dependet punitur sicut dolus.
130 Culpa, nisi casum præcesserit, nemo de fortuito casu tenetur.
131 Tex. in l. Item Mela. §. Celsus ff. ad l. Aquil. qualiter intelligatur.
132 Finis culposus ad principium dolosum refertur, et secundum ipsum iudicatur, quando necessariam consequentiam habet ab eo.
133 Conditio casualis, vbi purificata remanet retrotrahit obligationem ad tempus conuentionis.
134 Iustus dolor difficillimè temperatur.
135 Prouocatus solo insultu cum armis, adhuc non percussus, si occidat insultantem, non tenetur de homicidio.
137 Animus nocendi in dubio non præsumitur.
138 Inimicus inimicum occidens prouocatus ab eo præsumitur non vera animi malignitate occidere, sed prouocatione potius.
139 Animus est quid latens in corpore inuisibile, et à solo Deo cognoscitur.
Animus delinquentis an fuerit malus, nec ne, ex assertione ipsius delinquentis iurata cognoscitur, ibid.

140 Opinio

140 Opinio mitior in pœnis sequenda est.
141 Pauper summa egestate oppressus mercatorem argento onustum in itinere occidens, vt pecuniam habeat, an excusetur à dolo.
142 Causa ẽt de per se iniusta excusat à dolo quando dolosa nõ fuit, & à mera ipsius delinquẽtis malitia non processit.
143 Necessitas debet esse præcisa ad hoc vt excuset delinquentem necessitatis causa.
Fur necessitatis causa furans non excusatur, nisi furtum sit de rebus commestibilibus.
144 Homicidium casuale est cędes hominis casu non voluntate ab homine perpetrata, nulla ipsius culpa interueniente.
145 Culpa si casum præcedat, de casu quis tenetur.
146 Casuale homicidium facta potius, quã noxa imputatur.
147 Ludens in solito loco, si ludendo offendat alium nullam meretur pęnam.
148 Socius occidens socium in ludo gladiatorio quam pęnam incurrat.
149 Regula, qui causam damni dat &c. procedit vbi est admixta aliqua culpa.
150 Dei voluntate, seu permissione euenire censentur, quæ præter culpam, & intentionem contingunt.
151 Iudicia Dei hominibus sunt occulta.
152 Clericus exercendo ludum facit actum clericis insolitũ.
153 Geminatio auget effectum, siuè super licito, siuè super illicito cadat.
154 Peccata venialia geminata efficiuntur mortalia.
155 Amicus occidens amicum in dubio casualiter occidisse præsumitur.
156 Amicitia facit præsumi bonum pro amico etiam in his quæ sunt de genere probibitorum.
157 Amicus est alter ego.
158 Iudex per imperitiam aliquem ad mortem condemnans, an de homicidio puniri possit, et num. 161.
159 Sententia Iudicis per imperitiam latæ casui fortuito ęquiparatur.
160 Iudex non tenetur de eo, quod fecit, si leuissima culpa interuenit.
161 Turpe est Iudici ius in quo versatur ignorare.
162 Iudex, qui malè per imperitiam iudicat, facit litem suã, et pęnam patitur.
163 Nemo quantumuis prouidus effugere potest, quo minus damnum sibi per iniuriam fiat.
164 Iudex per imperitiam, et sic per culpam malè iudicans extra ordinem punitur.
165 Iudex, qui morti adiudicauit vulnerãtem lęthaliter ante mortem vulnerati capite puniri debet.
Etiam si vulneratus ex alio casu perire potuisset.
166 Qui fecit plures, quam debeat, nõ punitur tanquam dolosus de toto, sed tanquam culposus de excessu tantum.
167 Vulneratus lęthaliter, tanquam de proximo moriturus, habetur pro mortuo.
Sic, et proximè condemnandus habetur pro condemnato.
168 Potentia actui proxima pro actu ipso habetur.
169 Mortuus quis non dicitur, donec anima stat in corpore, licet mortiferi vulneratus sit.
170 Statutum simpliciter loquens recipit interpretationem à iure communi.
171 Iudex, qui per iracundiam reum morti destinauit pęnam deportationis incurrit.
172 Offensa, vel iniuria calore iracundiæ illata mitius puniendà est.
173 Iustus dolor iustam præbet delinquenti excusationem.
174 Iudex, qui morti reum dolosè condemnauit, corruptus pecunia, vel alia re, qualiter puniri debeat, et nu. 177.
175 Iudex aliquem indebitè, et per dolum torquens, ita quod moriatur, capitaliter punitur.
Si verò non decesserit, pro modo culpæ coercetur, ib dem num 176.
178 Rex Persarum fecit quendam Iudicẽ corruptum pecuniæ excoriari, et ad terrorẽ aliorũ affigit tabernaculo Sedis.
179 Furiosus, et Infans casualiter peccare dicuntur, quia alterum fati infelicitas, alterum innocentia excusat.
180 Furiosus, et Infans, nec voluntatem, nec consensum habent.
181 Bruta licet careant intellectu, vt peccare non possint, tamen eneruibus flagitijs contaminata viuere non permittuntur.
182 Dormiens, cum furioso ęquiparetur, si dormiendo occidat hominem non tenetur de homicidio, nisi fuerit in culpa, et num. 185.
183 Voluntas, et propositum distinguunt maleficia, et num. 207. et 468.
184 Dormire est vitium naturale; et vitio naturali parcitur.
186 Lex Cornelia de Sicarijs respicit tantummodo dolum, non culpam.
188 Ebrius delinquens, nisi sit in culpa excusatione dignus censetur.
183 Sal vino admixtum ebrietatem inducit.
189 Sagittarius, volẽs percutere feram, si occidat hominem, immunis est à pęna in foro contentioso.
190 Sessor equi nullam pęnam incurrit, si equus fracto freno, et abiecto sessore puerum cursum interfecerit, et numero 191. et 214.
191 Monacus, si, dum volens campanam de Campanili deponere, lignum aliquod ceciderit, et hominem occiderit, pęnam aliquam non incurrit.
193 Diligentiam adhibere in re licita facit, vt quis non teneatur de eo, quod casu sequutum fuit.
194 Negligentia culpę annumeratur.
195 Dans operam rei illicitę tenetur non solum de casu, sed etiam de omni eo, quod sequitur pręter intentionem suam, et num. 208.
196 Culpa, et negligentia aliquando pro casu fortuito capiuntur.
197 Homicidium culposum est, quando quis alium occidit non voluntate, nec dolosè, neque animo occidendi, sed inaduertenter.
198 Homicidium culposum criminaliter punitur pęna extraordinaria pro modo culpę, et num. 211.
199 In pœnis criminalibus nunquam quis potest puniri capitaliter, nisi dolus interuenerit, et nu. 236. 263. et 349.
200 Culpa lata in capitalibus non æquiparatur dolo, et num. 248. 251. et 330.
201 Contra culposum de culpa leui, aut leuissima non potest procedi criminaliter.
202 Homicidij culposi duæ species recensetur, et num. 206.
203 Putator qualiter teneatur, si deijciendo ramum ex arbore in viam publicam, non acclamauit vt quis sibi caueret, et num. seq.
204 Tonsor radendo seruum in loco, quo ludi solebat, si torta pila nouaculam in guttur serui adigeret, et ob id mortuus sit, vti culposus pęnam non euadet.
205 Culpa est nõ prauidere, quæ diligenter prauideri possunt.
208 Dans operam rei licitæ tenetur de culpa propter negligentiam, si deligentiam, quam, debuit non adhibuit, et numero 218.
209 Delicta leuiora, aut grauiora fiunt ex circumstantijs.
210 Delicta eadem aliquando non ęqualiter puniuntur contra omnes delinquentes.

212 Onus ferre non valens, si deijciendo illud in terram, occidat hominem, qualiter puniatur.

213 Artifex de imperitia tenetur.

215 Nemo debet affectare id in quo intelligit infirmitatem suam alteri periculosam fore.

216 Culpa qualibet homicidij, etiam leuis, clericum ab officio suspendit.

217 Cap. dilectus, de homicid. continet casum merè fortuitum, & miserabilem.

219 Comitans canem ad mordendum transeuntem, qui mortuus sit, tenetur de culpa.

220 Lapidem si quis proijciat, vt percuteret canem, ne ipsum morderet, & hominem occidat, qua pœnam puniatur.

221 Balistam, vel Archibusium exonerans ad auem, vel feram, si hominem occidat, pro modo culpæ punitur.

222 Bombardas experiri volens si vna fracta sit, & hominem astantem interfecit, leuiori pœna, quam ordinaria coercetur.

223 Qui parata spingarda cum bombice, & imposito igne fecit miram contra aliquem causa ludi, & eum occidit, cum non fuerit in dolo, non punitur ad pœnam mortis, sed ad mitiorem.

224 Percutiens aliquem in ludo saxorum, qui mortuus sit, culpa tantum tenetur.

225 Offendiculum in fenestra ponens, vt furem nocturnum caperet, & volens furari propter offendiculum cadat a fenestra, & moriatur, non est capitaliter plectendus.

226 Proijciens lapidem versus turbam hominum, an pœna mortis sit damnandus, si vnum ex eis interficiat.

227 Proijciens lapidem noctis tempore, si transeuntem occidat, culpæ tantummodo reus est.

228 Colluctās ad brachia cum gladio accinto vel falce, si absque dolo offendat socium, de culpa solum tenetur.

229 Architector, qui ascendit machinam, quam non ligauerat sufficienter, si illa machina cadat, & occidat existentem sub ea, arbitrariè propriè pro motu Iudicis punitur.

230 Præcipitans se ex alto, super hominem, illumque occidens, cessante dolo, extraordinaria pœna propter culpam plecti debet.

231 Insultatus, vel offensus vulnerantem occidens, qui fugiebat, de homicidio non tenetur.

232 Vulnerans aliquem absque animo eum occidendi si postea ex vulnere mortuus sit, solum culpæ noxius dicitur.

233 Percutiens cum baculo, mannaria, vel Zappa, pomo ensis, vel basta ronchæ, si ex illa percussione mors sequatur pœna mortis non punitur, quia cum talibus instrumentis non videtur habuisse animum occidendi, & num. 237.

243 Percutiens cum pede mulierem prægnantem, qua abortiuum faciat, homicidij reus non dicitur etiam si partus fuisset animatus.

235 Anima infunditur in corpore post quadragesimū diem.

238 Volens occidere vnum, & occidens alium non tenetur pœna homicidij ordinaria.

239 Opinio mitior iudicando est tenenda.

240 Mandans castigari simpliciter an puniatur de homicidio sequuto ex castigatione, & num. 249 & 252.

241 Ex lege Cornelia de Sicarijs tantum punitur, qui homicidium fecerit, quantum qui homicidio causam præbuerit.

Quod tamen procedit in casu in quo fuit animus delinquendi, & num. 253.

242 In maleficijs, qui vltra intentionem delinquit, si verisimiliter cogitare potuit, quid grauius posse contingere, tenetur de omni eo, quod sequutum fuit.

Declara tamen prout infra, num. 254.

243 Verbera non dantur ad mensuram.

244 Dans operam rei illicitæ, quando est in culpa, tenetur de omni euentu sequuto, non inspecta eius voluntate, vel proposito, & num. 257. & 359.

245 Delinquens, quando est in dolo siuè verò, siuè præsumpto, semper vera pœna delicti punitur.

Quod tamen falsum esse deprehenditur infra, num. 259.

246 Mandans tenetur de excessu mandatarij non quia fuerit in dolo, sed quia fuit in culpa, & nu. 247. 261. & 262.

250 Nemo tenetur lege Cornelia de Sicarijs, nisi maleficium præcesserit dolus, & animus occidendi.

255 Author rixæ grauius cæteris punitur.

256 L. quoniam multa, C. de vi publ. in quibus casibus procedit.

258 Nulla culpa debet remanere impunita.

260 Nemo ex præsumptionibus corporali pœna punitur, & num. 279. & 309.

263 Interpretatio ad tex. cap. sicut dignum §. illi autem, & cap. fin. de homicid. lib. 6.

264 Mandans occidi, homicidio sequuto, semper de homicidio tenetur.

265 Mandans occidi, homicidio non sequuto, punitur lege Cornelia de Sicarijs.

266 Voluntas non exitus in delictis inspicitur, licet de consuetudine non puniatur affectus, non sequuto effectu, & numero 333. & 358.

267 Mandans vulnerari, si mandatarius occidit, quando pœna mortis teneatur, vel non, & num. 266.

268 Homicidium verum ex corde procedit.

270 Mandans non tenetur quando mandatarius ex sua voluntate excessit fines mandati.

271 Armorum qualitas facit discernere quando percutiens habebat animum occidendi, & num. 292. 296. & 304.

272 Vulnerans leuiter an grauius puniatur, quam insultans terribiliter cum gladio & num. 274.

273 In maleficijs, quando delictum est perfectum solus euentus inspicitur, non voluntas.

275 Homicidium dolosum est cædes hominis ab homine perpetrata cum intentione, & proposito occidendi.

276 Dolus malus est fraudulenta machinatio ad nocendum, vel malitiam animi ad illicitum finem tendentis.

277 Homicidium dolosum de iure communi pœna legis Corneliæ de Sicarijs punitur, quæ in nobile est deportatio cum publicatione bonorum, in humiliori verò decapitatio.

278 Homicidium dolosum hodie etiam in nobilibus capitaliter punitur.

279 Dolus regulariter non præsumitur.

280 Dolus non præsumitur in actibus indifferentibus, qui non sunt de genere prohibitorum, secus in actibus, per se illicitis, & qui sunt de genere prohibitorum, & num seq.

281 Actus dubius in meliorem partem accipi debet ad exclusionem delicti.

282 Effectus causam demonstrat.

283 Maleficia praue præsumuntur commissa, nisi contrarium probetur, & num. 306 & 470.

284 Nemo corporali pœna damnari potest ex præsumptione facti principalis, nisi factum principale vere probetur.

285 Præsumptiones plures in vno eodemque casu concurrere non debent.

286 Qualitas non potest esse sine substantia.

287 Dolus probatur ex inditijs, & præsumptionibus.

288 Quæ consistunt in animo sensibus non obijciuntur, nec vllam recipiunt extrinsecam probationem.

289 Dolus ex quatuor coniecturis hic recensitis præsumitur in delinquente.

290 Inimicus inimico semper malum vult.

291 Sed

201 Semel malus semper præsumitur malus in eodẽ genere mali. De præterito præsumitur in præsens, ibid.

293 Percutiens in locis periculosis præsumitur habere animum occidendi sicut è contra et nu. 297 305. et 324.

294 Coniecturæ quatuor hic ad notatæ dolum excludunt in delinquente.

Amicitia facit celare suspitionem doli in malefactore, ibid.

295 Bona fama delinquentis minuit delictum, quia semel bonus præsumitur durare bonus.

298 Vnica coniectura non sufficit ad excludendam doli præsumptionem, sed plures requiruntur.

299 Præsumptio vna tollit aliam et fortior vincit debiliorem, et num. 306.

300 Probatio plena omnes coniecturas, atque præsumptiones elidit.

301 Diffamatio contra aliquem, ad hoc, vt arguat eum delictum commisisse requiritur, quod sit in eodem genere delicti de quo fuit imputatus delinquens.

302 Diffamatio in criminalibus, nec etiam semiplenè probat, sed sufficit tantum ad inquirendum.

303 Percutiens aduersarium inimicum sui digladiantem cum eo ligno hastæ, ex qua percussione mortuus sit, an teneatur vera pena homicidij. & nu. 307. & 313.

308 Animus per testes probari non potest.

310 Iudex, quando suspicatur de falsitate testis, debet temperare sententiam

311 Suspicio sola non sufficit ad condemnandum.

312 In dubio promtiores, & faciliores esse debemus ad soluendum.

314 Percutiens cum baculo aliquem in capite, ita quod moriatur, si non habebat alia arma, pœna mortis punitur, secus si habebat alia arma.

315 Habens hastam in manu, si, cum non potuerit eam vibrare, proiecerit lapidem, & occiderit fugientem, de homicidio tenetur, & num. seq.

316 Licet regulariter proijciens lapidem non videatur habuisse animum occidendi.

317 Proximus inimico suo, si depositis armis lapidem eum occideret, excusaretur a pœna ordinaria.

318 Qualibet leuissima causa siuè præsumptio excludit dolũ.

319 Reus ad hoc vt in criminalibus absoluatur sufficit vt intẽtionẽ accusãtis, vel inquirẽtis quoquo modo dubiã reddat.

320 Inimicus occidens inimicum cum instrumento alias non apto ad occidendum non excusatur ab homicidio doloso.

321 Inimicitia reddit præsumptiones duriores.

322 Origo inspici debet ad iudicandum finem, & euentum.

323 Affectio operi nomen imponit.

325 Accurrens cum telo ad mortem inferendam non adaptato vt puta cum baculo, vel cucuma, & aduersarium in loco periculoso percutiens, & occidens extraordinariè tantum punitur.

326 Accurrens cum telo ad mortem inferendam præparato, & in parte non lethifera vulnerans, & occidens, ad homicidio doloso excusatur.

327 Percutiens cum gladio, vel hasta aduersarium in rixa nulla præcedente inimicitia, & in loco non periculoso, si ex tali percussione mortuus fuerit, præsumitur dolo occidisse.

328 Neruorum, siue masculorũ abscissio spem suum gignere põt.

329 Percutiens non lethaliter aliquem, qui ex vulnere discessit, eo quia debilis, & delicatus erat, vel quia totus sãguis effluxit, aut alia de causa obierit, an teneatur lege Cornelia de Sicarijs. & num. 331.

332 Culpa latissima originem trahit a dolo.

335 L. qua actione, § sed si quis seruum, ff ad l. Aquil. declaratur.

336 Vulnerans non mortiferè, si ex febri superueniente ob vulnus mors sequatur de occiso tenetur, secus si febris superuenerit ex alia causa.

337 Vulnerans lethaliter, an excusetur a pena legis Cornel. de Sicarijs. si vulneratus se fecerit incantari, et nihilominus perijt, et num. 340. et seq

338 Causa accidentalis non habetur in consideratione.

339 Crimina non relatione criminum, sed innocentia purgantur.

341 Experientia est rerum magistra.

342 Incantamenta omni iure sunt prohibita.

343 Propter peccata veniunt aduersa.

344 Ex simplicibus non dicitur perueniri ad id, quod cum alio fit.

345 Percutiens in capite aduersarium suum cum gladio, vel hasta animo occidendi, an si ex tali ictu percussus ceciderit in terram, & colliso capite mortuus fuerit, teneatur de homicidio, et num 356. 364. et 366.

346 Lex loquens de occidente non comprahendit eum, qui ex percussione non occidit immediate facta ad lapidem.

347 Statutum dictans, quod de percussionibus sanguinolentis non possit fieri pax, si impulsũ in terram, et caput fuit collisum ad lapidem, et exiuit sanguis, poterit fieri pax, et num. 367.

348 Dictio, de, causam immediatam significat.

350 Percutiens cum pugno etiam armato de homicidio non tenetur.

351 Homicidium præter intentionem commissum extraordinariè punitur.

352 Statuto disponente, quod, si ex percussione sanguis exiuit sindacus teneatur denuntiare maleficium, aliter non, an, si quis proiecerit aliquem ad terram, & sanguis exiuit teneatur denuntiare tale maleficium.

353 Dictio, ex, denotat causam proximam, & immediatam, & num 355.

354 Persequens aliquem, qui in terram cecidit, & se vulnerauit, non tenetur, quasi vulneraret, se quasi vulnerare faceret.

355 Statuta sunt propriè intelligenda.

357 Volens finem censetur velle omnia media per quæ ad finem illum deuenitur.

360 Aretin. consilio 146. in secundo dubio num. 8. & sequ. declaratur.

361 Percutiens an habuerit animum occidendi, nec ne ex coniecturis, & præsumptionibus dignoscitur, & numero 379.

362 Non curamus de modo dummodo habeamus effectum.

363 Dictum Felyni in cap de cætero, de homicidio, post medium, quando locum habeat.

365 Damnum dedisse videtur qui causam damni dat, dummodo causa sit propinqua non remota, & num. 371.

368 Florian. in l. qua actione, §. Celsus, num. 3. & 4. ad l. Aquil. qualiter sit intelligendus.

369 Sensui potius, quam verbis statutorum inhærendum est.

370 Causa prima dicitur esse immediata ad alterã sequentẽ.

372 Paria sunt quod quis occidat, vel causam mortis præstet.

373 Opinioni communi in iudicando adhærendum est, etiam in causa dubio.

374 Opinio mitior in delictis sequenda est.

375 Custos carceris pena mortis punitur, si captiuum pena mortis obnoxium euadere permisit.

376 Officialis in officio delinquens a dolo præsumpto, nisi ex iustissimis causis non excusatur, et num. seq.

377 Causa qualibet etiam fatua, & iniusta excusat a dolo.

378 Animus occidendi consideratur etiam in casu rixoso.

380 Homi-

380 *Homicidium deliberatum committitur prævia animi deliberatione ex internallo præcedente, & num. 384.*

381 *Deliberatio est quæ iam meditatio, & quoddam internallum ad actum, qui postea in animo destinatus, & deliberatus sequitur.*

382 *Homicidium casu commissum non dicitur deliberatè commissum.*

383 *Deliberatè quis dicitur insultare, quando præmeditatus fuerat actus ad differentiam actus, qui fit in rixa.*

385 *Animus deliberatus in dubio non præsumitur.*

386 *Homicidium an fuerit perpetratum animo deliberato, nec ne, a iudicis arbitrio pendet.*

387 *Animus deliberatus ex coniecturis probatur, & tollitur.*

388 *Homicida, quando deliberatè homicidium commisit, nō gaudet immunitate Ecclesiæ, vt ab ea extrahi non possit; Sicut nec homicida ex insidijs, & proditoriè occidens, & num. 411. & 436.*

389 *Homicidium ex insidijs, quando dicatur committi, & numero 393.*

390 *Homicidium per industriam perpetrare idem est, quod ex insidijs occidere.*

391 *Homicidium ex insidijs maius delictum est, quam simplex deliberatum, seu ex proposito.*

392 *Insidiæ tribus modis parari possunt.*

394 *Differentia inter homicidium ex insidijs, & homicidiū proditoriè quæ sit.*

395 *Inimicus semper præsumitur esse animi, & intentionis occidendi aduersarium.*

396 *Homicidium proditoriè committitur, quando aliquis nulla præcedente inimicitia alium interficit.*

397 *Homicidium proditorium grauius est, quā ex proposito.*

398 *Prodere est vnum actibus ostendere, & aliud in mente gerere.*

399 *Homicidium proditorium est cædes hominis nihil tale suspicantis.*

400 *Proditio semper continet dolum, sed non è contra.*

401 *Proditor nullo iuris beneficio gaudere potest.*

402 *Nobiles regulariter furca suspendi non possunt.*

403 *Fallit in crimine proditionis.*

404 *Statutum permittens bannitum impunè occidi posse, an habeat locum in eo, qui proditoriè bannitum occidit, & num. 409.*

405 *Salus, & tutela Dominorum a fide seruorum dependet.*

406 *Occidens bannitum proditoriè an teneatur de excessu tantum, an in totum.*

407 *Pæna excessus locum habet, quando in pa dumtaxat, & non dolo delinquitur.*

408 *Qualitas perfecta, & substantifica adueniens actui transformat illum, & diuersam speciem constituit.*

410 *Bannitus tanquam hostis patriæ nunquam in patria affidatus esse censetur.*

412 *Socius criminis proditoriè commissi, etiam si tantum assistat, eadem pæna qua ipse principalis proditor punitur.*

413 *Socius criminis non proditoriè commissi licet ex se assistat proditoriè, tamen pęna proditoribus imposita non punitur.*

414 *Pæna criminis proditionis quæ sit.*

415 *In crimine proditionis punitur affectus non sequuto effectu.*

416 *Homicidium proditorium dici potest etiam latrociniū.*

417 *Latro dicitur insidiator, siuè hominum, siuè ferarum.*

418 *Veneno occidens dicitur proditoriè occidere.*

419 *Crimen grauius est occidere veneno, quam gladio.*

420 *L. codicillis, ff de leg. 2 declaratur.*

421 *Reo criminis proditionis an denegari possit defensio.*

422 *Defensiones nec etiam Diabolo sunt deneganda.*

423 *Nec etiam in crimine læsæ Maiestatis.*

424 *Defensionibus per reum renunciari non potest.*

425 *Defensiones, cum sint de iure naturali, per Principem tolli non possunt.*

426 *Intellectus ad c. coueant 3. q. 9.*

427 *Crimen proditionis apud Thraces frequens fuisse ostenditur.*

428 *Exempla quorundam famosorum proditorum recēsētur.*

429 *Proditio, vel est contra Principem, Rempublicam, aut Patriam, vel contra priuatum, aut extraneum sub fide receptum, & de singulis casibus traduntur exempla, & num 431. 432. & 435.*

430 *Proditio contra Principem est crimen læsæ Maiestatis.*

433 *Bannitum occidere post pacem cum eo factam an liceat impunè, & nu. seq.*

434 *Honestum non est facere omne quod licet.*

437 *In pœnis non fit extensio, etiam ex maioritate rationis, & nu. 490.*

438 *Homicida dolosus sine venia est puniendus.*

439 *In limitatorijs ex identitate rationis licita est extēsio.*

440 *Accusatus de homicidio proditorio si accusator tantum probauerit homicidium absque proditionis qualitate, an absolui debeat, vel condemnari solum de homicidio, et nu. 443. & 444.*

441 *In criminalibus deducens qualitatem facti, ea non probata succumbere debet.*

442 *In inquisitione sola facti veritas inspicitur, & ex officio delicta puniuntur, in accusatione vero secus.*

445 *Confitens se perpetrasse delictum non reiterabile, licet alio loco, vel tempore quam dicatur in accusatione, vel inquisitione, an debeat ex illa confessione puniri, et n. 448. et 451.*

446 *Accusans videtur deducere in accusatione non vnam legem tantum, sed omnem.*

447 *Inquisitio, quando continet clausulam diuisiuam, sufficit alterum probari.*

449 *Quod differt secundum plus, & minus non dicitur differre in substantia.*

450 *Pluralitas in actibus hominum non præsumitur.*

453 *Accusatus de homicidio proditorio, si absoluatur ob non probatam qualitatem proditionis, an iterum accusari possit, detracta illa qualitate.*

454 *Conuentus ex alterius delicto, et absolutus iterum conueniri non potest, et num. 457.*

455 *Accusatus de homicidio simplici, si in processu probatum est homicidium proditorium, an possit postea etiam de homicidio proditorio accusari.*

456 *Accusatio super diuersa re, et diuerso crimine iterum proponi potest.*

458 *Proditio committitur expressè, et tacitè.*

459 *Fides etiam hostibus seruanda est.*

460 *Homo homini prodesse non insidiari debet.*

461 *Proditor dicitur etiam qui proximum circumuenit, et eum callidè seducit.*

462 *Animus plus quam factum consideratur.*

463 *Proditor ex quibus signis dignoscatur.*

464 *Iacula proditorium mortifera, et crudelia reputantur.*

465 *Lingua adulatoris plus nocet, quam gladius interfector.*

466 *Proditio aliquando laudabilis, et commendabilis est, et num. 469.*

467 *Actus humanus iudicatur a fine, et intentione.*

471 *Homicidium quando per assassinum committatur.*

472 *Assassinus dicitur, qui pecunia conducta homines occidit, vel percutit, nihil tale ab eo præcauentes, et n. 492.*

473 Assassinus

venenum, comprehendit etiam emptem, et num. 559.

558 *Dispositum in uno ex correlatiuis ad alterum etiam non expressum extenditur.*

560 *Vendens venenum scienter ad maleficium committendum, effectu non sequuto, extraordinarie tantum punitur.*

562 *Dictio, temere, in l. 3. §. alio Senatusconsulto, ff. de Sicarijs, quid importet.*

563 *Venena, quæ nihil valent, nisi ad nocendum, publice vendi non possunt.*

564 *Venena tenentes de consuetudine nō puniuntur, nisi probetur eos tenere nocendi animo secus de iure, & n. 565.*

566 *Venena conficere graue, & punibile delictum est.*

567 *Venenum aliud malum aliud bonum est, & num. 606.*

568 *Venenū deferēs punitur l. Corn. de Sicar. si porrexisset.*

569 *Venenum emens ut daret alicui, si postea non dedit, an puniatur perinde ac si dedisset, & n. 575. 573. & 593.*

570 *Filius venenum emens ut patri daret, licet non dederit an puniatur nihilominus, ac si dedisset, & nu. 574.*

575 *Crimen veneficij inter virum, & uxorem est iusta causa separationis thori.*

576 *Iudex in criminibus atrocioribus proclinis ad torturam esse debet.*

577 *Iudex in crimine veneficij etiam in die Paschatis potest deuenire ad torturam.*

578 *Reus mortis veneno occidi non potest.*

579 *Bannitum, si ex forma statuti occidi potest, an veneno liceat interficere.*

580 *Statutum dictans, quod homicida infra duos menses accusari possit, non habet locum in occidente veneno.*

581 *Homicidium dicitur a cæde manufacta.*

582 *Statuta sunt intelligenda secundū propriū significatum.*

583 *Veneficus non gaudet immunitate ecclesiæ.*

584 *Statutum loquens in volente venenare non habet locum in eo, qui præparauerat tantummodo venenum.*

585 *Verbum, voluerit, an intelligatur de acta perfecto, & num. 589.*

586 *Voluntas est separata a facto, & ab eo distinguitur.*

587 *Verba accipiuntur secundum subiectam materiam.*

588 *Verbum, violauerit, denotat factum.*

590 *Verba statuti sunt proprie accipienda.*

593 *Affectus in crimine veneficij an puniatur, non sequuto effectu, & n. 594.*

595 *Affectus proximus consummationi in crimine veneficij ultimo supplicio damnatur.*

596 *Domina debet reddi secari ab eorum seruis.*

598 *Pœna capitis punitur, qui se ipsum occidere voluit.*

599 *Transfuga repertus in itinere, etiam quod effectus nō sit cōsūmatus, & non fugerit ad hostes, pœna mortis punitur.*

600 *Crimen læsæ Maiestatis, & Parricidij an puniantur pœna ordinaria, non sequuto effectu, & num. 601.*

602 *Turpans alterius vestimenta, vel fontem, aut puteum, tenetur pœna iniuriarum, venenum vero in illis ponens, sequuta morte alicuius, l. Cornel. de Sicarijs.*

603 *Maritus, qui uxori venenum propinauit si fecit quod potuit, punitur pœna ordinaria ac si fecisset.*

604 *Immiscens aliquid in oculis alieni per iocum, & citra animum occidendi, forte ut faceret eum dormire, si inde mors sequatur, in pœna mortis sit puniendus.*

605 *Crimen veneficij ex præsumptionibus non damnatur ultimo supplicio.*

607 *Venenum an in dubio sit accipiendum in bonam partem ad exclusionem delicti, vel in malam ad inclusionem, & num. seqq.*

608 *Interpretatio verborum est facienda secundum communem usum loquendi.*

609 *Pœna veneficorum quæ sit.*

610 *Nobilitas prodest ad minuendam pœnam.*

611 *Delicta grauiora æqualiter in omnibus puniuntur, & num. 614.*

612 *Nobiles regulariter non condemnantur in pœna furcarū.*

613 *Pœna furcarum in Italia reputatur ignominiosa.*

615 *Confessio facta ab eo, qui erat imputatus de homicidio per venenum, non nocet confitenti cum non potuerit scire an mediante veneno mors sequuta fuerit, & num. 618.*

616 *Confessio partis est probatio, qua nulla reperitur maior.*

617 *In cōfessis nulla sūt partes Iudicis nisi in condemnando.*

618 *Confessio, quæ continet quid impossibile, vel ignotum, & potest esse vera, & falsa regulariter non nocet confitenti, & num. 620.*

Et talis sic confitens potest in integrum restitui aduersus sui cōfessionem factam, n. 624.

619 *Argumentum ab effectu validum est in iure.*

621 *Medici simpliciter attestantes quem ex veneno esse mortuum non faciunt fidem.*

622 *Venenum potest contrahi non solum facto hominis, sed etiam ex aere infecto, & ex malo regimine vitæ, & humorum putrefactione, et corruptione.*

623 *Venenum in corpore ingenitum paulatim facit suum effectum propinatum vero repente.*

625 *Minor aduersus propriam confessionem, tanquam læsus, in integrum restitui potest.*

626 *Delictum venenationis quomodo probari, & per quæ signa cognosci possit, et n. 627.*

628 *Mortuus ex veneno, an in dubio præsumatur mortuus ex veneno ingenito, vel propinato.*

629 *Circumstantia perducunt nos ad cognitionem veritatis, et num. 623.*

630 *Medicorum iudicio statur an quis ex veneno propinato mortuus sit, nec ne.*

631 *Crimen veneficij est difficilis probationis.*

633 *Imputatus de veneficio signum dat innocentiæ, si comederit, vel biberit de eodem cibo, et potu dato venenato.*

634 *Iudex in delictis ex officio tenetur quærere innocentiam rei, tam præsentis, quam contumacis, et tam ante, quam post sententiam.*

635 *Innocēs dicitur qui habet iustam, et iuridicā defensionē.*

TRACTATVS DE OMNI GENERE HOMICIDII

COMPOSITVS PER D. PETRVM CABALLVM I. C. PONTREMVLENSEM.

Pro Serenissimo Magno Duce Etruriæ dudum vniuersarum Militarium Legionum, & Magistratus Dominorum octo Virorum Guardiæ, & Baliæ Auditorem, ac Sacræ Religionis Diui Stephani Præsidentem.

Nunc verò pro eodem Serenissimo Principe in Ciuitate , ac tota dictione Florentina Fiscalis Cameræ Auditorem Generalem nèc non in signatura libellorum supplicum Gratiæ, & Iustitiæ Primum Consiliarium.

1 HOMICIDII materiam tractaturus, præmitto primo, quod homicidium est hominis cædes ab homine perpetrata, nam si homo à fera, vel bruto animali occidatur, propriè non est homicidium, sed dicitur pauperies, toto titu. ff. si
2 quadrupes pauper. fecisse dicat. & habuit originem à fratribus, & pasteribus, dum Cain occidit Abel fratrem suum, prout & Romulus occidi fecit Remum fratrem suum, l.fin.cum Glos.ff. de rer.diuision.id que ex inuidia processit, quod vitio in homine non inue-
3 nitur turpius, & detestabilius, notat Gribald. in tract. de omni genere homicidij, tit. de homicidijs, origine, & diffinitione nu.1. & seq. Rom. in l.1.§. occisorum, n.2. ff. ad Syllanian. Afflict. in cap.1.§. iuria punitur in quarto notabili nu.43. vers. nunc reuertor tit. de pace inram. firmanda, & ante eos Glos. in l. si quis homicidij C. de accusation.

Secundo præmitto ad intelligentiam terminorum,
4 quod homicidij duæ sunt species, aliud enim est homicidium simplex, aliud homicidium deliberatum,
5 simplex homicidiũ est illud, quod cõmittitur sine qualitate animi deliberati, deliberatu est illud, quod committitur ex proposito cum qualitate animi deliberati;
6 Homicidium autem simplex quinque modis committitur, scilicet lege permittente, necessitate, casu, cul-
7 pa, dolo, Deliberatum vero etiam quinque modis committitur, scilicet ex proposito absque alia qualitate, ex insidijs, proditoriè, per assassinium, per venenum, ita colligitur ex deductis per Carer. in pract. crimin. §. homicidij autem species fol. mihi 101. & sequentib. & §. circa verò secundum fol. 121. & sequentib. per Gribald. in tract. de omni genere homicidij in princ. magis apertè per Clar. in §. homicidium in princ. & numero 7. versic. deliberatum autem, per Bossium in pract. criminal. titul. de homicidio, sub varijs numeris, & per Farin. in prac. crimin. tit. de homicid. quæst. 19. num. 7. & sequent. vers. homicidium autem, & infra, & quæst. 126. numer. 1. & pluribus sequentibus, Lege permittente committitur
8 homicidium, quod legitimum, siue permissum appollatur, quando ex permissione legis fit, & est cædes hominis iubente, vel permittente lege ab homine perpetrata, & nullam pœnam mæretur, quia quod
9 legitimè factum est, impunitatem habet, l. Grachus C. ad l. Iuliam de adulterijs.
10 Exempla autem homicidij legitimi multa afferri possunt, Et primo in Executore iustitiæ, qui iussu Magistratus, aut Iudicis hominem occidit superioris mandatum exequendo, qui propriè non dicitur homicida, quia, non ex voluntate, sed ex necessitate sui officij occidit, cap. si homicidium 23. quæst. 5. nec
11 pœnam mæretur, sed laudem, & præmium, cap. lex æterna, & cap. cum homo, & cap. non solum, & cap.
12 qui malos 23. quæst. 5. Omnis enim Magistratus ex Deo est, nec frustra gladium gerit, sed vt malorum coercereatur audacia, & puniantur maleficia, bonorum verò quies, & innocentia defendatur, cap. non frustra, eidem causa, & quæstione, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, & l. congruit, ff. de offic. Præsidis, & talis Lictor, seù Carnifex adeo necessarius est in Ci-
13 uitate ob publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita, d. l. ita vulneratus, & dict. l. congruit, vt si deesset, publici fauoris causa posset Iudex priuatos iubere, vt adimpleret munus dicti Executoris publici, dummodo tamen talis priuatus sit persona vilis, Bart. & alij Doctores in leg. fin. ff. de pignorat. actione, Florian. in l. si locus, §. 1. ff. quemadmodum seruit. amittat. in l. liber homo column. 2. ff. ad l. Aquiliam, & Marsil. in l. 1. numero 26. versicul. & incidenter
14 scias, ff. ad legem Corneliam de sicarijs, vbi etiam subdit, quod similiter, quando officialis vult facere aliquam iustitiam, potest facere, accipere Asinum,

vel aliud animal priuati, vt trahat, vel portet malefa-
ctorem ad iustitiam; si tamen talis executor iustitiæ
15 esset inimicus malefactoris, & sub prætextu publi-
cæ vindictæ, priuatim quoque se vlcisci contenderet,
impune, tale munus publicum non exerceret, quia ita
16 vt verus homicida delinquit, cum in delictis solis ani-
mus inspiciatur. leg. Diuus ff. ad leg. Corneliam de
sicarijs, & omnis humanus actus ab intentione, & prin-
cipali proposito iudicatur, leg. qui iniuriæ, & lege
verum. ff. de furt. leg. 1. circa finem. C. ad l. Corneliam
17 de sicarijs, & ideò sublata voluntate, omnis actus est
indifferens, secundum Bal. in leg. fœdissimam, per il-
lum textum. C. de adulterijs. Vnde si dicti Executoris
publici peruersa intentio innotesceret ex aliquibus si-
gnis, puta, si præsentibus aliquibus personis diceret
malefactori morituro, nunc tandem deuenisti in ma-
nus meas, & meam vlciscar iniuriam, vel similia ver-
ba, vtique puniendus esset, quia omne peccatum, quod
18 in Deum admittitur, si Magistratibus, aut Iudicibus
innotescat, temporali lege punitur, si occultum ma-
net, solum Deum habet vltorem, capitul. cum mini-
ster 23. quæstione quinta, & ita in hoc casu primo con-
cludit Gribald. in dict. tract. de omni genere homicid.
in tit. de homicid. legit. numer. 3. & sequent. & ante
eum idem voluit Marsil. in d. l. 1. in octaua limitat. nu-
mer. 25. ff. ad leg. Corneliã de sicarijs, dicens quod Mi-
19 nister iustitiæ, qui interfecit hominem condemnatum
ad mortem, non punitur ea lege Cornelia de sicarijs,
nec aliqua alia pœna, per tex. in cap. cum homo, & in
cap. homicidium 23. quæst. 5.
20 Secundum exemplũ est in fure nocturno res, aspor-
tante, quem licitum est impune occidere, leg. furem
nocturnum, cum Glos. ff. ad leg. Cornel. de sicarijs, Gri-
bald. titul. de homicid. legit. num. 8. Afflict. in capitul.
1. §. si quis hominem, sub numer. 4. versic. item fallit
in fure nocturno, tit. de pace tenend. & eius violat. Fa-
rinac. in pract. crimin. titul. de homicid. quæst. 125. nu-
mer. 159. & seq. in sua 16. ampliatione, Clar. d. §. homi-
cidium num. 47. versic. vltima est defensio, vbi tamen
quatuor requirit, vt impune hoc fieri possit, primo,
quod illud fiat pro defensione sui ipsius, vel rerum
suarum, alias non potest quis occidere furem, si rece-
dat sine rebus suis. Secundo, quod volens occidere
furem nocturnum clamet, Tertio, quod eum non co-
gnosceret, neque haberet testes, qui illum potuerint
cognoscere, & contra eum deponere de furto, Quar-
to quod eum capere non potuerit, secundum Bolenc.
in repetit. l. capitalium, §. famosos numer. 164. ff. de
pœnis, & Iodoc. in pract. crim. cap. 78. num. 2.
21 Tertium exemplum est in fure diurno se telo defen-
dente, quem licet occidere impune, leg. si pignore,
§. furem. ff. de furt. leg. si vt allegas. C. ad l. Corneliam
de sicarijs, Gribald. dict. tit. de homicid. legit. numer. 9.
versic. tertio licet, Afflict. in capitul. 1. §. si quis homi-
nem sub numer. 4. versic. item fallit in fure diurno, tit.
de pace tenend. & eius violator. Farinac. d. tit. de ho-
micid. quæst. 125. numer. 169. ampliat. 1. Clar. in d. §.
homicidium sub numer. 47. post versic. vltima est de-
fensio, ibi, in diurno autem, vbi inquit esse communem
opinionem ex Bolenc. in d. l. capitalium. d. §. famosos
22 numer. 165. & subdit idem esse quando reperitur à
Domino exportare res suas, & cum illis aufugere, ne-
que aliter poterat recuperare, quia nolebat eas resti-
tuere, & telo resistebat, Alexand. consil. 138. numer.
9. lib. 6. dicens esse communem, prout etiam dicit Ias.
in l. vt vim. num. 25. ff. de iust. & iure, & sequuntur alij
per eundem Clar. allegati in eodem §. homicidium
num. 15. vers. hæc autem conclusio.
23 Quartum exemplum est in Marito occidente vi-
lem Adulterum noctu deprehensum, quem licitum
est occidere, leg. marito, & leg. si adulterium, penult.
ff. ad leg. Iuliam de adulter, leg. Grachus. C. de adulter.
Gribald. dict. titul. de homicid. legit. numer. 10. versic.
quarto licet, Clar. in d. §. homicidium. num. 49. vers. sed
quid dicendum, vbi dicit hoc procedere, si in propria
domo occidat, secus autem si alibi, & quod si adulter
non est vilis persona, non licet impune occidere, quã-
uis si illum occidat, non punitur pœna vltimi suppli-
cij propter iustum dolorem, sed mitiori pœna, nam
si humilis est persona, damnatur in metallum, si verò
est honestior, relegatur in Insulam, leg. si adulterium
cum incestu. §. Imperatores, ff. ad leg. Iul. de adulter.
vel mittitur in exilium leg. Gracchus, C. eod. titul. Go-
mez. in comment. ad leges Thauri super leg. 80. cum
duabus sequentibus numer. 51. versiculo quinto prin-
cipaliter, Paris. consil. 154. numer. 2. 3. & 12. libr. 4.
vbi dicit, quod secundum suprascriptam distinctionem
est communis Doctorum conclusio, secundum quam
consuluit Socin. iun. consil. 34. lib. 2. & Farinac. in pract.
crimin. titul. de homicid. quæstione 121, numer. 5. 7. &
24 quam plurib. sequent. quod in tantum est verum, vt
Maritus occidens Clericum cum vxore in adulterio
deprehensum, non incidat in pœnam capituli, si quis
suadente Diabolo 17. quæstione quarta sequitur Go-
mez. in commentar. ad leges Tauri l. 80. cum duabus
legibus sequentibus numer. 55. versic. item etiam, Fa-
rinac. d. quæst. 121, numer. 6. in quarta ampliatione,
25 & hæc in foro contentioso procedunt, secus autem
in foro conscientiæ, in quo non licet Marito aliquo
casu occidere vxorem in adulterio deprehensam, Gl.
in cap. inter hæc in Glos. 1, circa medium 33. quæst. 3.
Clar. alios referens, & de communi testans in d. §. ho-
micidium numer. 50. versic. sed hæc quidem, & vltra
eos Paris. consil. 154. numer. 11. versiculo est bene verũ
lib. 4. & de hoc casu dixi ego in meis resolutionib. cri-
minalib. cent. 3. casu 300. & ad ibi dicta me remitto,
26 Non tamen quæ dicta sunt in Marito, procedunt in
Sponso per verba de futuro, vt videtur sentire Glos. in
cap. 3. in fine extra de sentent. excommunic. in Glos.
in verbo cum vxore, quam communiter approbari
asserit Clar. in d. §. homicidium numer. 40. versic. sed
quid dicendum in fine, post Didac. Couar. per eum
allegatum.
An autem quæ dicta sunt in Marito procedant in
27 Concubinario quæstio est non modica, quam excitat
Gribald. d. titul. de homicid. legit. sub numer. 29. & se-
quent. vsque ad finem, versic. denique pro complemẽ-
to, vbi primo arguit videri, quod habeant locum, quia
28 Concubinatus Matrimonio æquiparatur, & legitimu
nomen accipit, leg. 1. & l. 3. ff. de Concubin. & lex ali-
quando Concubinã vxoris nomine vocat, leg. si vxor
versic. planè. ff. de adulter. item affectio par esse vide-
tur licet impar sit dignitas, l. affectionis, ff. de donatio-
30 nib. item quæ Concubina est in præsentia, eadem
quoque vxor est in potentia propinqua, de qua
29 quidem potentia propinqua idem iudicatur, quod de
actu ipso iudicamus leg. fin. ff. de milit. testament. de-
31 inde ait in contrarium facere, quod in Concubinam
non committitur adulterium, neque pœnæ appositæ
violanti matrimonium habent locum in cognoscente

concu-

32 concubina, leg. transigere, C. de transact. cum ibi
notatis, & Matrimonium est iuris diuini. Concubina-
tus verò est Iuri Diuino contrarius, quia omnis for-
nicatio extra Matrimonium transgressio legis Diui-
nę est, nam habetur in Decalogo Non mœchaberis,
& licèt de Iure ciuili tolleretur Concubinatus, toto
titul. ff. de Concubinatus tamen non gaudet his priui-
legijs, quæ concessa sunt legitimo Matrimonio, iux-
ta leg. 1. cum sua materia, ff. solut. matrimon. nam ex
33 concubinatu legitima soboles non procreatur, quod
tamen vt fiat Reipublicę interest ad officia, & digni-
34 tates obeundas, quæ solis naturalibus non patent,
capitulo primo, §. naturales, si de feudo fuerit contro-
35 uersia, & priuilegia vxoribus indulta non competunt
concubinis, legis mulieres C. de dignitatib. lib. 12. Item
36 nati ex concubinatu in potestate parentum non sunt
institut. de nupt. in princ. item grauatur in hoc vir, vt
37 non possit sine causa vxorem suam dimittere, vel re-
pudiare, concubinam vero quandocumque, & ad
38 libitum potest dimittere, & repudiare, Item vir ma-
trimonij onera sustinere, liberes legitimos, & vxo-
rem alere compellitur, & illis legitimam, seu bono-
rum subsidium relinquere, leg. pro oneribus. C. de iur.
dot. leg. dotis fructus ff. eod. titul. leg. Papinianus. §.
quarta. ff. de inofficios. testament. auth. nouissima.
C. eod. titul. & leg. 1. & toto titul. C. de alend. liber.
Demum dicit ex prędictis videri iustiorem causam es-
se in marito, qui vendicat iniuriam legitimo Thoro
illatam, quam in concubino, qui oneribus huiusmo-
di non est subiectus, vltra quod maritus, & vxor vna
39 caro reputantur, & inter eos legitima datur successio,
40 vt in titul. C. vnde vir, & vxor. Præterea Concubinus
iure mariti accusare non potest, sed iure extranei, leg.
41 si vxor in princ. ff. ad leg. Iul. de adulter. Et in priui-
legij, vel pœnis non fit extensio ex identitate rationis,
vt latè habetur per Imol. Rom. & alios in leg. si verò
§. de viro, per illum textum ff. solut. matrim. & per
42 alios Doctores passim, & ita tenendo non obstare
dicit, quod concubinatus legitimum non accepit,
quia respondetur censeri legitimum nomen, quo ad
euitandam pœnam ex illicito complexu indebitam,
quo ad fauorem, & priuilegia matrimonio conces-
43 sa, vltra quod permissiuè tantum a lege ciuili con-
ceditur, seù potius tolleratur concubinatus quasi ne-
cessitate grauioris mali effugiendi, scilicet, vt cum
quis se continere non potest, nec tamen onera matri-
monij subire intendit, magis concubinam domi alat,
quam foris, vel alienas vxores appellet, aut alias
mulieres sollicitet, & propterea sufficit actum cau-
44 satiuè necessarium modico fauore donari, leg. tutor.
C. de negot. gest. & facit, quod in simili dicitur de con-
suetudine iniusta diutius tollerata, quæ excusat a pœ-
na temporali, licèt ad validitatem actus nihil prosit,
Alexand. consil. 107. colum. final. libr. 2. latè Roland.
a valle consilio 75. numero 42. & sequent. vsque ad fi.
versiculo vlterius etiam libr. 1. ad alia respondetur,
quod regulariter sufficit aliquem à damno præserua-
ri, non verò etiam ad lucrum promoueri, & vt latius
per ipsum Gribald.

45 Quintum exemplum est in Marito occidente ado-
lescentem de adulterio suspectum pręcedente trina
monitione, quem impunè occidere potest, Auth. si
quis, C. ad leg. Iuliam de adulter. Gribald. dict. titul. de
homicid. legit. num. 11. versic. quinto licet, hoc tamen
intellige, dummodo post denuntiationem maritus in-
ueniat eum cum vxore in aliquo loco suspecto, alias
autem non potest occidere, vt per Doctores in dicta
authent. & maximè per Baldum.

46 Sextum exemplum est in patre occidente quemuis
adulterum cum filia depręhensum, quem impunè po-
test occidere, dummodo & filiam occidat, leg. 1. cum
tribus legibus sequentibus, & l. nihil interest. ff. ad leg.
Iuliam de adulter. Gribald. d. titul. de homicid. legit.
numero 12. versic. sexto licet, Clar. dict. §. homicidium
47 numero 48. versic. dixi etiam, vbi hoc procedere ait,
dummodo ista concurrant, scilicet, quod filia sit ipsius
patris potestate, quod occidat domi suæ, vel generi,
non autem alibi, quarto, quod filia sit nupta, & adul-
terum depræhendat in ipsa turpitudine, quia his om-
nibus non concurrentibus, non liceret patri impunè
adulterum occidere, si tamen occideret, pœnam or-
dinariam effugeret, & pœnam arbitrariam incurre-
ret propter iustum dolorem, iuxta ea, quæ superius
dixi in quarto exemplo, & de isto casu latè dixi in
meis resolutionibus criminalibus cent. 3. casu 300.
ad quæ dicta lectorem libentissime remitto. illis tamen
addo Farinac. dict. quæst. 121. numer. 1. & pluribus
sequentibus.

48 Et ista permissio, quæ fit patri occisionis adulteri
depræhensi cum filia, habet locum etiam si adulter
sit Clericus absque eo, quod pater sic interficiens ex-
communicationem incurrat, & pœnas, de quibus in
capitul. si quis suadente Diabolo 17. quæstione 4. &
est communis opinio, vt refert Clar. in d. §. homicidiū
sub numer. 48. post vers. dixi etiam ibi, & hæc omnia,
Farinac. d. quæst. 121. num. 6. in quarta ampliatione.

49 An autem potestatem istam possit pater exercere
contra Iudicem repertum in adulterio, multi dubitant
50 ex eo, quod Magistratus, sed Iudex non potest accu-
sare iure mariti, l. si maritus in princ. ff. ad l. Iuliam de
adulter. & leg. hos accusare, ff. de accusat. tamen ve-
ritas est, quod pater potest illum occidere impunè in-
uentum cum filia, quia, sicut Magistratus potest ac-
cusari, quando accusatio esset peritura, cum ius occi-
dendi sit tempore periturum, poterit pater occide-
re, sicut procederet accusatio alias tempore peritu-
ra, & ita concludit Bartol. in leg. marito, §. illud, in
principio ff. de adulter. a quo nullus discrepat, vt di-
cit Grammat. in constit. Regni, si maritus numer. 16.
& 18. in quarta limitatione versiculo secus enim erit
in patre, & versic. sed nunc quæritur fol. 110. sequitur
Clar. in dict. §. homicidium sub numer. 48. post versic.
dixi etiam, ibi, In Iudice autem, dicens hanc senten-
tiam sibi placere, & propterea admonet officiales, vt
caueant authoris alienis, ne aliquid tale eis contingat,
de quo etiam tetigi dicto casu 300. cōcordat Farinac.
51 d. quæst. 121. numer. 10. versic. immo patri, Et an pa-
ter, & maritus in casibus, in quibus eis licet occidere
impunè filiam, & vilem adulterum respectiuè, pos-
sint hac facultatem alijs demandare, quęstionis est,
in qua breuiter dicendum est, quod filio demandare
possint, extraneo autem non ex communi Doctorum
opinione, vt late tradunt Roland. consil. 34. in toto
libr. 2. & Farinac. alios allegans d. quæstione 121. nu.
18. & pluribus sequen. versic. prima opinio, & nume-
52 ro 75. & plurib. sequen. in octaua ampliat. bene au-
tem possunt conuocare amicos, & affines in ipsorum
auxilium, vt præfati Doctores volunt, vt ipse dixi di-
53 cto casu 300. vbi est videndum, & adde, quod in di-
ctis casibus, in quibus licita est vindicta patri, occisio

filiæ est licita, etiam quod si prægnans, Bartol. in leg.
Imperator la seconda numer. 2. ff. de stat. homin. Decian. in tract. crimin. tom. 2. libr. 9. capitul. 15. numer.
16. Farinac. d. quæst. 121. numer. 4. in tertia ampliat. vbi
tamen numer. 5. hoc intellige respectu pœnæ ordinariæ, secus autem quo ad pœnam extraordinariam quo
ad partum, si sciebat filiā, aut vxorem esse prægnātem.
54 Et hoc de iure in foro contentioso procedit, secus
autem in foro conscientiæ, quo non licet patri filiam
in adulterio depræhensam occidere, quemadmodum
dicit Clar. & communi Doctorum sententia in dict. §.
homicidium numer. 50. versic. sed & quidem, prout
nec marito vxorem, vt dixi supra in quarto exemplo
55 Septimum exemplum est in occidente transfugam, vel
hostem Ciuitatis, quem impunè occidere licet, leg. 3.
§. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicarijs, tradit Gribald. dict.
tit. de homicid. legit. numer. 13. versic. septimo licet,
& hoc vbicunque inuentus fuerit, per textum in dicto §. transfugas, cuius verba hæc sunt, transfugas
scilicet vbicunque inuenti fuerint quasi hostes interficere licet.
56 Octauum exemplum est in occidente nocturnos
depopulatores, & deuastatores agrorum, & vinearum,
quos licèt impunè occidere, leg. 1. C. quādo liceat vnicuique sine Iudic. se vendic. Afflict. in capitul. 1. §. si
quis hominem sub num. 4. vers. fallit in depopulatoribus agrorum tit. de pace tenenda, & eius violatorib. Farinac. d. tit. de homicid. q. 125. numer. 204. ampliat. 17.
57 Nonum exemplum est in occidente bannitum, quē
licet occidere impunè virtute iuris municipalis, quod
validum est secundum Doctores in l. 1. ff. de sicarijs,
Bart. in l. omnes populi numer. 23. ff. de iust. & iure,
& est communis opinio, vt dicit Alexand. consil. 2.
circa finem lib. 2 consil. 65. num. 2 lib. 3. & in leg. si plagiarius 2. in fine, ff. de verbor. obligation. & ibidem
Iason numer. 3. Dec. consil. 327. sub num. 3. & in cap. quæ
in ecclesiarum numer. 14. de constitutionib. Gomez in
commentar. ad leges Tauri super l. 76. sub numer. 15.
Nell. in tract. de bannit. in prima parte secundi tem-
58 poris quæst. 1. & in secunda parte secundi temporis
quæstione 7. Cæpoll. consil. crimin. 5. numero primo, &
sequent. Menchac. controuers. illustr. & vsu frequent.
cap. 8. num. 49. Marsil. in l. 1. in princ. ff. ad l. Cornel.
de sicar. & in pract. crimin. §. aggredior. ferè in toto, &
in tract. de bannit. in verbo mortui, numer. 127. & sequent. versic. vltra prædicta, & in singul. 150. accessus, Moron. de fide treg. & pace quæst. 107. Clar. in d.
§. homicidium sub numer. 53. vers. valet enim tale statutum, & dixi in meis resolutionib. criminalib. cent. 1.
casu 61. is enim, qui bannitum, qui iure municipali
offendi poterat, occidit, impune id fecisse dicitur,
Gribald. dict. titul. de homicid. legit. numero 14. versiculo octauo licitum est, Clar. in dict. §. homicidium
numero quinquagesimotertio versic. sed quia communiter per Italiam.
59 Quod tamen procedere inquit Gribald. vbi supra
numer. 15. si quis occidat bannitum simpliciter, secus
autem se ipsum occidat proditoriè, nam tunc talis occisor proditorius priuilegio statuti non gaudet, sed vt
dolosus, homicida punitur, secundum Angel. in lege
fin. per illum textum C. de delatorib. lib. 10. & Marsil. singul. 16. & hanc opinionem multi sequuntur, de
quibus meminit Clar. in d. §. homicidium sub numero
61. post versiculo sed an licebit, ibi, contrariam tamen sententiam, sed tamē verior videtur opinio, quod
immo proditoriè liceat interficere bannitum, prout
dicit Dec. in capitul. quæ in ecclesiarum numero 14.
in fine de constitutionib. Secundum quam opinionem
seruari attestatur Boss. in practic. crimin. titul. banniti quid amittant numer. 1. vbi etiam dicit, quod li-
60 cet eos occidi facere per pecuniam, & sic per assassinium, & inquit, quod ita seruatur, & cum hac sententia transit Clar. in d. §. homicidium num. 61. versic.
sed an licebit in fine, vbi ait, quod, quid sit de iure,
apud Senatum Mediolani seruatur, quod bannitus, qui
potest impunè interfici, potest etiam proditoriè occidi, & ita etiam tenet Farinac. in pract. crimin. titul. de
varijs, ac diuers. quæstionib. quæst. 103. numer. 107.
& plurib. sequentibus ampliat. 19. vbi etiam recitatis tenentibus contrariam sententiam, tandem dicit
hanc primam opinionem communiter in practica recipi, & ipse etiam ita tenui meis resolutionibus criminalibus cent. 3. casu 22. vbi videndum est, & dicam
etiam infra dum agam de homicidio proditorio, & de
homicidio commisso per assassinium, & de homicidio commisso per venenum.
Dicit etiam Gribald. dict. titul. de homicid. legit. sub
61 numer. 15. versic item, & secundo, quod occisio non
intelligitur permissa, quando quis bannitum occidit
potius ad priuatam, quam ad publicam vindictam per
text. in cap. cum minister. 33. quæstione 5. quod tamen verum non videtur, quia immo occidens talem
bannitum ad priuatam vindictam, & animo effundendi sanguinem humanum excusatur in foro contentioso, Boss. in pract. crimin. titul. banniti quid amittant
numer. 1. in fine, Clar. d. §. homicidium sub numer. 54.
post vers. sed nunquid stante hoc statuto in fine vers.
cæterò in foro contentioso, Moron. quæstione, 107.
numer. 9. & 10. & illa est veritas, peccat tamen mortaliter talis occidens, & ab Omnipotente Deo punitur,
vt post alios tradit Marsil. in d. verbo mortui nu. 121.
62 Et in dubio an occiderit bannitum zelo iustitiæ, &
pro publica vtilitate, & vt proficeret Reipublicę, vel
malo animo, & liuore vindictæ, aut delectatione effundi sanguinem humanum, stabitur dicto suo, secundum Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum sub numer.
63 14. versiculo verum autem ille, extra de constitutionib. & dicit Clar. in d. §. homicidium sub dict. num.
54. quod receptior est Doctorum sententia, quod in
dubio, si non apparet, qua intentione id fecerit, dicitur fecisse malo animo, vt per Menchac. quem allegat. de testament. in 1. part. §. septimo post numerum
22. versic. vnde data, & libr. primo controuers. illustri. & vsu frequent. cap. 49. numer. 4. versic. vnde infertur, vbi tamen ipse tenet contrarium, vt tunc publicę tātū salutis causa fecisse videatur, idque post multa ad hoc adducta firmat nu. 10. vers. in re aut dubia.
64 Scias autem, quod occidens bannitum etiam ad publicam vindictam, licet pœnam non mereatur, attamen facti infamiam non euitat, & apud omnes graues
viros notatus est, secundum Bald. in l. decuriones, C.
ex quibus caus. infam. irrogat. quem sequutus est Mar-
65 sil. in lege prima numer. 74. ff. de sicarijs, nam regulariter omnis homicida voluntarius, licet lege, vel statuto iuuetur, vilis persona reputatur, adeo vt in facto
66 graui, siue in ardua causa sine tortura non admitteretur in testem, secundum Bald. in auth. si dicatur, colum. fin. C. de testib. & Marsil in d. l. 1. ff. de sicar. & ita
concludit Gribald. d. tit. de homicid. leg. 1. num. 10. &
17. vers. notandum tamen.

67 Decimum

67 Decimum exemplum est in insultato occidente ag-
gressorem suum, quem licitem interficere potest, &
impunè, quando aliter salutem suam tueri non potest,
quia ad necessariam corporis sui tutelam occidisse
videtur, l. vt vim, ff. de iust. & iure, & ibi glos. & om-
nes scribentes, nam occidere volens, iure occiditur, l.
si ita. ff. de sicar. & l. 2. C. eod. tit. Gribald. tit. de ho-
micid. legit. num. 18. Plaza in epitom. delictor. lib. 1.
cap. 28. num. 3. in fine, dicens esse opinionem frequē-
tiori Doctorum calculo sequutam, Cępol. consil. cri-
min. 42. fere in toto, Cataldin. cons. 53. num. 1. & se-
quent. inter consilia criminalia diuersor. lib. 1. in im-
pressis primo loco in parua forma, Clar. in d. §. homi-
cidium num. 24. vers. excusatur autem.
68 Quod dictum etiam ad Sacerdotem celebrantem
communiter extenditur, quia naturalis defensio pecca-
tum non habet, secundum Doctores in d. l. vt vim, ff.
de iust. & iure, Abb. in cap. Clerici, de vita, & hone-
stat. Clericorum, Marsil. d. l. 1. num. 29. ff. de sicar. Gri-
bald. in d. tit. de legit. homicid. sub num. 18. post versi-
69 culum nono potest poni exemplum, vbi tamen credit
hoc non procedere in foro poli, quia euangelica do-
ctrina repugnat, quæ vult Christianum Militem pa-
tienter ferre insultus, & contumelias, & percussiones
citra vltionem, & vindictam, iusta illud, si quis te per-
cusserit in vna gena, præbi ei alteram, neque malum
pro malo reddas, & quia Diuus Hieronymus dicit con-
uenire Christianæ militiæ, afflictionibus, & calamita-
tibus excuti, & probari, in foro tamen fori credit oc-
cisorem excusatum esse, neque vllam incurrere censu-
ram, aut irregularitatem secundum constitutiones Ec-
clesiæ Romanæ, & facit, quod dicit Clar. d. §. homi-
cidium sub numero vigesimoquarto, post versic. excu-
satur autem in fine, vbi inquit huiusmodi occisionem
ad sui necessariam defensionem esse licitam etiam in
foro conscientiæ secundum communem opinionem,
& receptissimam Theologorum sententiam.
70 Vndecimum exemplum secundum aliquos est in eo,
qui occidit aduersarium in monomachia, quæ licet
71 omni iure sit prohibita, & reprobata, capitul. mono-
machiam 2. quæst. 3. l. vnica, C. de gladiatoribus li-
bro 11. tamen de consuetudine tolleratur, vt docet
quotidiana experientia, & latè deducit Paris de Puteo
72 in tract. de duello in principio, quæ consuetudo licitum
facit, quod alias esset illicitum, l. certi condictio, §. si
nummos, & ibi notat Roman. ff. si cert. petat. ita arguit
Gribald. dicto titul. de homicid. legit. numero 19. &
20. versicul. decimo, potest, qui tamen numero 21.
73 & tribus sequentibus, subdit aduertendum esse, quod
consuetudo Iuri naturali, vel legibus, vel canonibus
contraria, verius dicitur corruptela, capitul. cum ve-
nerabilis in fin. & capitul. fin. post principium de con-
74 suetud. nec valet consuetudo, quæ inuitat ad delin-
quendum, capitul. penult. eod. titul. & ideo tales mo-
nomachiæ, cum omnino corruptelæ dicantur contra
ius diuinum, & humanum a supremis Principibus non
permittuntur, velut à Papa, Imperatore, & Regibus,
75 sed duntaxat ab inferioribus, qui superiorem co-
gnoscunt, vt videantur talibus modis illicitis, & re-
probatis suarum iurisdictionum authoritatem augere,
vel conseruare, quæ res cum omnino manifestum
peccatum contineat, & grauissimi ac perniciosissimi sit
76 exempli à Supremis Principibus prorsus deberet pro-
hiberi: neque inquit Gribald. mouere debet exem-
plum Dauidis, & Goliath, quia duellum illud instin-
77 ctu Sancti Spiritus initum fuit; nunc autem nihil
aliud est duellum, quam diabolica suggestio, & mera
tentatio, per quam, & corpora, & animæ certissimè
amittuntur, capitul. monomachiam, & ibi Glos. nota-
bilis 2. quæst. quarta, idem tenet Afflict. in capitul. 1.
§. si quis hominem numero decimo, & pluribus se-
quentibus versicul. regulariter autem titul. de pace te-
nend. & eius violatoribus dicens, quod duellum est
omni iure prohibitum, & quod non valet consuetu-
do, quod duella possint fieri, & quod inferior à Papa
non potest dare licentiam, quia prohibentur Consti-
tutionibus Summorum Pontificum ratione peccati,
quod incurritur, quia tentatur Deus, quod est contra
præceptum Diuinum, Non tentabis Dominum Deum
tuum, & quia sunt occasiones debilitationum mem-
78 brorum, & mortis, & Princeps non potest dispensare
super peccato, & subdit, quod licet duellum propriè
sit singularis pugna inter duos ad probationem veri-
tatis, tamen non est verum, quod qui vincit in cam-
79 po, sit potior, quia absurdissimum est à fortitudine
sumi iustitiam, & subiungit, numero 13. quod pœna
eorum, qui se diffidarunt in duello, & fuerunt capti,
80 & carcerati, ex quo vnus obtulit duellum, & alter ac-
ceptauit, licet dicatur attentatum, & non perfectum
duellum, est Iudici arbitraria, quia pœna non reperi-
81 retur expressa in iure, sed gladiatores tanquam trans-
gressores legis puniuntur, quia ius sibi ipsius dixerunt
in propria causa, argumento leg. prima, C. ne quis in
sua causa, & contra iura prohibentia duellum: Alij
tamen dicunt, quod est crimen perduellionis, idest
crimen hostis, leg. fin. C. ad Iuliam Maiestat. l. Pan-
tonius, §. perduellionis, ff. de acquirend. hæredit. &
sic dicitur crimen læsæ Maiestatis, leg. quo non hostes,
ff. de verborum significatione, prima tamen opinio ve-
rior est secundum Afflict. qui latè prosequitur mate-
riam duelli, multa pulchra ponens, idem ante Gribal-
dum, & Afflictum tenet Lucas de Penna in l. vnica, in
82 verbo prohibemus, Codice de gladiatoribus libro vn-
decimo, vbi dicit duellum esse prohibitum tanquam
irrationale, & Constitutionem Regni illud permit-
tentem non esse seruandam, tanquam contra legem
Dei, quæ præcipit Deum non tentari, & ei veluti
iniustæ, & contrariæ diuinæ Iustitiæ obediendum
non est, & per Honorium Papam, & Regem Ca-
rolum Secundum fuisse sublatam per binas senten-
tias.
83 Sed vltra prædicta habemus Sacrosanctum Conci-
lium Tridentinum sessione 25. cap. 19. de reformatio-
ne, disponens in hæc formalia verba, Detestabilis
duellorum vsus, fabricante Diabolo, introductus, vt
cruenta corporum morte, animarum etiam perni-
tiem lucretur ex Christiano orbe penitus extermi-
netur, Imperator, Reges, Duces, Principes, Mar-
chiones, Comites, & quocunque alio nomine Domi-
ni temporales, qui locum ad monomachiam in Terris
suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excom-
municati, ac iurisdictione, & Dominio Ciuitatis Ca-
stri, aut loci in quo, vel apud quem duellum fieri
permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, priuati in-
telligantur, & si feudalia sint, directis dominis statim
acquirantur, qui verò pugnam commiserint, & qui
eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac om-
nium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ
infamiæ pœnam incurrant, vt homicidæ iuxta
sacros canones puniri debeant, & si in ipso con-

& illud faciens punitur non quidem pœna ordinaria
homicidij, sed alia mitiori extraordinaria arbitrio Iu-
dicis pro escessu tantum, Plac. in epitome delictor. lib.
1. cap. 28. numer. 14. versic. es his vbi infinitos allegat,
Grammatic. consil. 63. nu. 10. & 11. Marsil. consil. 81.
num. 17. versic. præterea dico, Clar. in d. §. homicium
num. 34. vers. scias tamen, licens hoc procedere, quæ
excesserit modum in se defendendo ex culpa, siue ex
dolo, Areun. cons. 80. numer. 8. & 9. versic. circa secũ-
dum casum, Bossius in pract. crim. titul. de homicidio
numer. 91. vers. sed pone, Caguol. in l. quicquid calore
iracundiæ num. 7. 8. ff. de regul. iur. Corn. consil. 204.
colum. fin. versic. ex quibus lib. 1. Castrens. consil. 277.
num. 5. versic. quantum vero lib. 2. & late Felyn. in cap.
dilecti fil j numer. 12. & sequent. versic. secunda decla.
ratio est de esceptionibus, & videtur textus in leg. si
adulterium cum incessu §. Imperatores, ff. de adulter,
99 & merito escedens modum inculpatæ tutelæ, nõ pu-
nitur de toto, sed de escessu tantum, quia ictus, seu ver-
ba non possunt dari cum mensura, & defendens se non
100 potest habere staterã in manibus, & mensurare ictus,
quia metus improuisus instantis periculi tollit rectum
iudicium, & consilium deliberandi, homo enim inten-
so dolore, vel timore permotus non est in plenitudine
intellectus, vt dicit Marsil. d. consil. 81. num. 19. & se-
quent. & in l. 1. num. 41. & sequent. ff. ad l. Corneliam
de sicar. Afflict. in d. constit. pacis cultum sub num. 51.
versic. si autem defendendo, & in constit. asperitatem,
rub. 11. de pœna eius, qui contra aliquem arma estra-
xerit lib. 1. numer. 18. versic. septimo nota, vbi amplius
dicit, quod si quis extraxerit arma, quia fuit insultatus,
vt se defendere ab insultu, cessat pœna pro extractione
armorum, quia defensio permissa est omni iure, dum-
modo sit cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod ta-
101. men illud moderamen inculpatę tutelę non conside-
ratur, si indeliberatè, & accensus furore iracundiæ in-
sultatus excessit modum in defendendo, quia tunc non
reputatur excessus in defendendo quia hoc casu non
102 potest vti hac moderatione, ex quo primi motus nõ
sunt in potestate nostra, & tunc non potest discerni
verum a falso, adeo quod in rixa non potest considera-
ri dictum moderamen, licèt totum hoc sit in arbitrio
iusti Iudicis, & dicit esse verbum menti tenendum, &
ibi sequitur Foller. in fragmentis positis post practicã
criminalem tit. vnde vi num. 57. dicens pro certo esse
verbum aureum, & alias illud practicasse Salern. sub-
dit tamen num. 58. quod defensionis metam excedens
103 ex proposito, & deliberate, non punitur pro toto, sed
pro escessu tantum, Bald. consil. 111. post princ. nu. 2.
versic. porrò si excedatur modus lib. 4. Boer. decis.
158. num. 17. versic. vnde conclude, Cępol. Cons. 34.
num. 34. & sequent. versic. septimo hoc etiam probari
potest, & cons. 35. num. 4. & sequent. Farinac. in pract.
crimin. tit. de homicid. quæst. 125. parte 6. numer. 396.
& sequ. versic. limita primo, & infra, in qua parte latis-
sime tractat de moderamine inculpatę tutelæ, quando
dicatur seruatum, & quando dicatur excessum, & quo-
modo excessus ille puniatur, cuius dicta post hæc scri-
pta vidi, nec licuit ob temporis penuriam singula eius
dicta his meis scriptis loco congruo accommodare,
propterea Lectorem in hac materia ad eum remitto.

Et ad prædicta bene facit Guibald. in d. tract. de om-
ni genere homicid. tit. de homicidio simplici volunta-
104 tario numer. 1. & sequent. vbi dicit homicidium sim-
plex voluntarium, quod etiam purum dicitur, esse e-
dem hominis ab homine prouocato volũtariè pertra-
ctatam, extra tamen vllum tractatum, vel vllam cogi-
tationem præcedentem, l. si adulterium; §. Imperato-
res, ff. ad l. Iuliam de adulter. l. 3. §. fin. ff. ad l. Corneliã
105 de sicar. nam ad hoc, vt voluntarium dicatur, animus,
& voluntas occidendi requiritur, volũtas tamen sim-
ples, & pura, quæ sine dolo sit, quæ simplicitas ex dua-
bus potissimum coniecturis colligi potest, ex eo scili-
cet, quod nulla præcessit de hoc cogitatio, nullusuè
tractatus, & es eo, quod occidens fuerit aliquo modo
prouocatus, talis enim prouocatio excusat a dolo d. §.
Imperatores, & voluntatem quodammodo coactam
inducit, quæ ad defensionem potius, quam ad cædam
106 refertur l. 3. §. fi. ff. de sicarijs, & l. Gracchus. C. de a-
dulter. & tale homicidium simplex voluntarium cum
non dolo, neque machinatione fuerit perpetratum, sed
ex abrupta quadam, & pręcipiti voluntate, & quasi
coacta, purum vocatur, quasi simplex, & sincerum nul-
la doli participatione permista, & proinde pro eo nõ
imponitur pœna legis Corneliæ de sicarijs, neque ve-
ra, & ordinaria pœna homicidij, quę est mortis, l. 5. §.
legis Cornelię, ff. de sicarijs, l. qui vltimo, & l. respicien-
dum, §. final. cum vtrubique notatis. ff. de pœn. & In-
stit. de public. iudicijs, §. item lege Cornelia, Marsil.
cons. 9. numer. 21. consil. 67. numer. 1. vt quod alteri
107 fecit, homicida expectet, iuxta l. nemo, C. de Episco-
pal. audient. sed aliqua maior pro arbitrio Iudicis, quia
prouocatus à dolo alienus magis de escessu, quam de
cæde punitur, d. §. Imperatores, in illis verbis, & ma-
gis, quia plus fecit, quam quia se vendicare nõ debuit,
puniendus est, & ita per hunc textum in proposito no-
stro determinat Alex. cons. 140. num. 9. versic. præte-
rea ex alio, & comprobat num. 10. lib. 2. & idem Alex.
cons. 129. num. 12. versic. & posito, quod aliquo mo-
do lib. 7. vbi dicit esse communem opinionem, & ad-
ducit Angel. in d. §. Imperatores, dicentem, quod vbi-
cumque alicui permittitur aliquid certo modo, si mo-
dum ille excesserit, non de toto delicto, sed de excessu
tantum puniendus est, & dat exemplum in Marito, qui
non potest vxorem in adulterio depræhensam occide-
rè, l. 2. §. fin. & l. nec in ea. §. fin. de adulterijs, tamẽ quia
vxor, committendo adulterium, infert iniuriam mari-
to, l. si maritus, §. lex Iulia, & l. miles, §. socer. ff. eod. tit.
108 quam iniuriam vindicare potest per legitimos mo-
dos, idest, accusando, & eam afficiendo pœna priua-
tionis dotis, & alijs legitimis pœnis, tamen si eam oc-
cidat, non condẽnabitur, pœna legis Cornelię de sica-
rijs, idest, pœna vltimi supplicij, quia marito iniuriam
passo es adulterio iniuriam suam vindicare, sed quia
escessit modum in vindicando, mitius punitur de ex-
cessu tantum, puta pœna relegationis secundum qua-
litatem personæ, l. 1. §. fin. ff. de sicarijs, l. 3. §. si maritus.
ff. ad Syllanian. & leg. Gracchus, C. de adulter. vnde, &
qui occidit eum, qui sibi conuicium facit, quia vindicta
erat certo modo permissa, non tenebitur in totum de
homicidio, sed de excessu tantum, quod dictum con-
109 firmatur es eo, quod vera, & ordinaria pœna homi-
cidij nemo punitur, nisi dolus interuenerit, leg. in lege
Cornelia. ff. de sicar. Bald. in l. data opera. C. qui accus.
100 non poss. sed quæuis causa etiam fatua, & leuis ex-
cusat a dolo, l. igitur §. 1. ff. de liber, causa, Glos. in l. pla-
gij. C. de plag. Socin. in l. istę possidet col. 1. ff. de acqui-
rẽd. possess. Ias. in l. si quis maior col. 1. C. de trãsaction.
Marsil. cons. 2. num. 14. cons. 21. num. 5. cons. 51. num.
28. cons. 77. num. 21. consil. 103. num. 14. & cons. 123.

111. num.

111 num. 31. prouocatio igitur semper excusata dolo facilè enim debet ignosci ei, qui prouocatus vlciscitur, l. qui cum natu maior, §. libertus. ff. de bon. libertor. Vnũ tamen valdè notandum est in hac materia excessus, quod licet insultatus excedens modum inculpatæ tutelæ euitet pœnam ordinariam delicti, & puniatur mitius arbitrio Iudicis de excessu tantum, tamen quando
112 excedens fuit auctor rixæ, & initium factum voluntariè tendebat re ipsa ad id, quod postea sequutum fuit, tenetur pœna ordinaria illius delicti, nec excusatur, ita pulchrè tradit Aret. consil. 34. in fine, num. 4. versiculo amplius, vbi vult, quod si insultatus fugiat post insultum, & insultatus insequitur, & occidit eum, quod non debet decapitari, neque puniri tanquam homicida, quia calore iracundiæ, & prouocatus fecisse videtur, lege quicquid calore ff. de reg. iuris, & lege respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn. & quia ille, qui
113 a principio dat operam rei illicitæ, & ex proposito, non solum punitur de eo, quod deliquit ex proposito, sed etiam de eo, quod deliquit præter intentionem, nedum si deliquat ex calore iracundiæ, quia debuit considerare id quod euenire poterat, per text. in lege quoniam multa facinora, C. vnde vi, & in cap. final. de homicid. lib. 6. idem tenuit Boss. in practica criminal. titulo de homicid. numero 74. in fine vers. & ad hanc opinionem, dicens præcisè, quod excedens tenetur
114 pœna ordinaria, quando fuit author rixæ, & initium factum voluntariè tendebat re ipsa ad id, quod sequutum fuit, quia præsumitur in dolo, & iterum numero 92. & 93. versiculo non omitto, inquiens, quod excedens tenetur ad omnem pœnam, si fuit auctor rixæ, & verisimiliter potuit cogitare, quod sequutum fuit, nam qui dat operam rei illicitæ, & plus delinquit, quam intendebat, tenetur de sequutis, si verisimiliter potuit cogitare, quod essent sequutura, & vtrobique allegat dictum consilium Aretin. 34. in fine, & dicit, quod ita intelligendus est idem Aretin. consilio 146. columna penultima sub numero octauo, versiculo quinimo etiam, qui alias videtur dicere contrarium. & pro eadem sententia, adducit Claudium de Seissello in repetit. l. vt vim, columna 39. & 40. ff. de iust. & iur. & dictum consilium Aretin. 34. in fine sequitur Claud. Bertazol. in additionib. ad consil. a Bartholomei Bertazol. patris consilio 299. circa medium versiculo sed casus est in fine.

115 Sed dubitari potest, an si duo capitales inimici, & grauissimo odio se inuicem prosequentes, sibi mutuo obuiam facti in via publica, quorum alter, vt sæpè contingit impingit in alterum, aut alio leui aliquo verbo, vel facto ipsum prouocat, alter verò illum stricto gladio interficit, homicidium hoc dolosum dici debeat, vel simplex censendum sit, hanc quæstionem ponit Gribald. in d. titulo de homicid. simplici voluntar. post num. 6. & sequent. versic. ex prædictis inferri potest, & dicit eam esse quotidianam, sed multum difficilem, immo difficillimam, in qua prima facie inquit videri dicendum talem occisorem a pœna, legis Corneliæ de sicarijs liberandum postquam
116 fuit prouocatus, & quælibet causa etiam leuissima excusat a dolo, sine quo vera, & ordinaria pęna nemo punitur per ea, quæ statim supra dicta sunt.

117 Contrarium tamen, saluo sentiori iudicio, credit esse verum, & hoc casu homicidium censeri dolosum, & lege Cornelia de sicarijs puniendum, quoniam tale homicidium iam erat in corde, & desiderio capitalis inimici præcogitatum, & conceptum, statutumque vt primo verbo, vel facto inimici, quamuis leuissimo prouocatus ipsum occideret, vnde licet talis prouocatio causam effectui dedisse videatur, attamen re vera malus animus præcedens, & odium capitale potissimum causa homicidij fuerunt, neque enim leuis illa prouocatio tam seueræ vindictæ, tantique facinoris causa fuisset, nisi malus animus, & odium capitale
118 præcessisset, vnde effectus causæ potissimum, non autem contingenti debet ascribi, l. antepenultim ff. ex quibus caus. maior. l. 5. ff. de conditionibus, & demonstrationibus.

119 Præterea inimicus capitalis continuè mortem inimici desiderat, vt quotidiana experientia docet, & licet non fuisset per aduersarium prouocatus, quocunque alio modo verisimiliter occidisset, ideò effectus occisionis non illi prouocationi accidentali,
120 sed malo animo præcedenti imputari debet, & dolosa intentio iam ad homicidium saltem in genere, & conditionaliter præparata non excusatur vlla prouocatione sequenti, vt est casus in lege antepenultima §. sunt quidam, ff. de extraordinar. criminib. vbi ingre-
121 diens possessionem illius, qui fecit Scopelismum, si occidatur, dicitur prouocasse, & tamen occidẽs a pœna capitali non liberatur, quia tale homicidium erat iam conceptum, & sub conditione suspensum, Simili-
122 ter dans simpliciter opem delinquenti, qui verisimiliter etiam sine tali ope deliquisset, non tenetur vera, & ordinaria pęna talis delicti, quia iam prius in animo delinquentis erat conceptum, & cogitatum, Marsil. in l. si in rixa colum. 6. nu. 30. vers. & ibi postea limitat. ff. ad l. Corneliam de sicarijs, post Salyc. in l. 1. in vltima carta, C. de rapt. virg. Sic, & consulens ei, qui nihilo-
123 minus facturus erat delictum, de consilio non tenetur, nisi in atrocioribus, in quibus sola scientia, vel simplex consensus punitur, veluti in crimine læsæ Maiestatis, vt est communis opinio Doctorum secundum Felyn. in cap. sicut dignum in tertio notabili de homicid. & probat tex. in c. fœlicis, de pœnis, in 6. & in Clementina si quis suadente, de homicid. & vbi qui dedit consilium alicui, vt delinqueret, si delinquens alias ipsum delictum erat commissurus, consulens non est puniendus pari pœna cum delinquente, sed mitiori secũdum communem opinionem Doctorum, vt dicunt scribentes in cap. 1. de offic. delegat. & in specie Imol. n. 9. Felyn. n. 8. & Dec. n. 9. Fel. in c. sicut dignum n. 7. de homicid. Dec. in l. consilij n. 4. & ibidem Cagnol. n. 6. ff. de regul. iur. Beer. decis. 261. sub num. 2. Boss. tit. de mandat. ad homicid. num. 59. Clar. plures alios referens in pract. crimin. quæst. 88. num. 1. subdens num.
124 2. idem esse in exhortante aliquem, vt committat delictum, quia si delinquens alias fuisset illud commissurus, non tenetur eadem pœna, qua delinquens, sed mitiori, vt dicit Alberic. in l. ob hæc verba in fine, ff. de his, qui not. infam. & subdit, quod Senatus Mediolani solet huiusmodi exhortantes, seu persuasores delictorum prius torqueri super mandato, & vbi illud negent, illos punire extraordinariè.

125 Vltimo facere dicit, quia voluntarium homicidiũ simplex, siuè purum distinguitur a doloso non effectu, sed intentione, leg. 1. §. diuus, ff. de sicariis, dicitur
126 enim purum, quando voluntas nocendi immediatè ex ipsa prouocatione processit, quando vero voluntas nocendi iam ante rixam, & prouocationem fuit, dolosum reputatur homicidium, & potius malo

animo

animo præcedenti, quam prouocationi ascribitur, per iam allegata, nam nisi talis animus, & odium præcessisset, tantus, & talis excessus non contigisset.

127 Nec obstare inquit, quod quælibet etiam leuissima prouocatio excusat a dolo, & prouocatis in sola culpa constituit, d.l. Gracchus. C. de adulterijs, d.l. si adulterium, §. Imperatores, ff. eod. tit. dict. l. qui cum nato maior. §. si libertus. ff. de bonis libert. quia respondetur

128 hoc ita demum procedere, si nullus dolus prouocationē præcessit, quia tunc omnis culpa, & effectus subsequens a dolo originem capit, & pro dolo reputatur, nam à primordio tituli omnis posterior euentus formatur, leg. vnica. C. de imponend. lucri descript. lib. 1.

129 Vnde quando culpa a dolo dependet, punitur, sicut dolus, l. si quis, §. abortionis, ff. de pœn. l. quoniam multa, C. de vi public. l. ad Commētariensem C. de custod. reor. in quibus locis culpa, quoniam à causa dolosa

130 processit, morte punitur, nam quemadmodum nemo de fortuito casu tenetur, nisi culpa casu præcesserit, quia tunc effectus non fortunæ, sed culpæ imputatur. leg. si putator ff. ad leg. Aquiliam, sic nemo propter culpam vera, & ordinaria pœna punitur, nisi dolus culpam præcesserit.

Non etiam obstat secundum eum text. in l. item mela, §. Celsus, ff. ad l. Aquiliam, vbi effectus homicidij imputatur vltimo agenti non primo, quamuis lætaliter vulneranti, quia nisi vltimus superuenisset, fortè ex ictu primi non perijsset vulneratus, sic, & in casu isto, nisi vltima prouocatio superuenisset, fortè prouocatus nō

131 occidisset, quia respondetur, quod tex. ille loquitur in facto diuersarum personarum, quo casu finis inspici debet, secus verò in facto eiusdem personæ, quia finis

132 culposus ad principium dolosum refertur, & secundum ipsum iudicatur, l. qui saccum. ff. de furt. & d.l. si quis, §. abortionis, ff. de pœn. & facit doctrina Bartoli in l. 1. ff. qui potior. in pign. habeant. ibi dicit, quod quādo finis habet consequentiam necessariam ad principium, inspicimus principium, & in l. qui balneum, ff.

133 eod. tit. vbi conditione existente, obligatio retrotrahitur ad tēpus conuentionis, vbi conditio est causalis.

Sed hæc opinio Gribaldi mihi visa est semper dura, & nunquam mihi placuit, & contra eam adduco Angel. in l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores nu. 2. ff. ad l. Iuliam de adulterijs, vbi inquit per illum tex-

134 tum difficillimum esse temperare iustum dolorem, & ideò nescientem temperare, mitius puniri, & subdit hoc esse multum allegabile pro illis, qui incidūt in aggressuram contra alium inferentem verba iniuriosa, & contumeliosa, qui punitur, quia fecit plus, non quia nō debuit se vindicare, adeò quod mitius punitur, & hoc dictum Angeli sequitur August. de Arimin. in additionib. ad Angel. de malefic. in verbo, verba iniuriosa sub num. 10. in apostilla incipiente, adde istam doctrinam, dicens, quod si cum verbis iniuriosis prouocasti me, & ego non cum alijs verbis iniuriosis offendi te, sed cum gladio debeo subueniri, & idem dicit idem August. de Arimin. in addit. ad eundem Angel. de Malefic. in verbo, & dictus Titius se defendendo num. 28. & 29. vers. adde tamen vnam mirabilem limitationem, idem voluit Marsil. cons. 73. numer. 60. consil. 80. num. 60. cons. 105. numer. 35. & cons. 137. num. 10. ignoscitur enim ei, qui prouocatus delinquit, l. qui cum natu maior, ibi, ignoscendum est enim ei, qui prouocatus voluit se vlcisci, ff. de bon. libert. intantum quod prouocatus solo

135 insultu cum armis, adhuc nō percussus, si occidit insultantem, non tenetur de homicidio secundum Alex. in l. non solum. §. sed vt probari in fine, ff. de oper. noui nunciat. Felyn. in cap. dilecti filij colum. 8. de exceptionib. Marsil. cons. 25. num. 27 cons. 41. num. 14. consil. 68. num. 11. cons. 73. num. 61. cons. 137. num. 12. & 13. & prouocatus pro eo, quod facit, puniri non debet, saltem vera pœna delicti, Marsil. cons. 137. num. 8. & prouocatis semper iura fauent, idem Marsil. cons. 15.

136 numer. 28. & propterea si excessit modum in se defendendo, de excessu tantum tenetur, vt supra probatum est, & non de toto delicto.

Nec obstant adducta per Gribaldum in contrariū, quia omnia eius fundamenta tendunt ad ostendendū animum occidentis ab initio, quem ego non præsu-

137 mo, quia animus nocendi in dubio non præsumitur, Gl. in l. fluminum, §. fin. in Glos. penult. ff. de damno infecto, quam ibi sequitur Bartol. in prima opposit. & Marsil. cons. 51. numer. 48. sed omnia attribuenda sunt rixæ auctori, qui cœpit prouocare, & quamuis occidēs

138 sit inimicus occisi, si tamen eum occidat prouocatus ab eo, dicitur ob prouocationem facere, immo magis dicitur prouocatus, quando est eius inimicus, & licet non esset natura iracundus, tamen fit repentè, præcedente prouocatione, vnde debet iudicari, quod iracūdia prouocatus, & no vera animi malignitate delinquerit, vt docet Bossius in pract. crimin. titul. de homicid. sub numer. 91. ad finem versic. quod exemplum, & in omnem euentum de hoc animo, de quo non potest pro-

139 bari per testes, cum sit quid latens in corpore, & inuisibile, & a solo Deo cognoscitur, standum esset assertionis iuratæ ipsius occidentis, Glos. in §. sed iste, Instit. de actionib. & ibi Ias. in terminis num. 90. versic. addo, quod bene facit, Angel. consil. 314. colum. 2. ad fin. & Anchar. consil. 159. in fine, Marsil. consil. 61. numer. 28. & cons. 96. num. 8. & est Glos. in cap. si verò il secundo, de sent. excomm. & in cap. significasti, de homicid. & in cap. porro, de elect. & in cap. pastora-

140 ralis, de exceptionib. & ita teneo, & est opinio magis tenenda in pœnis sequenda.

141 Aliud dubium oriri potest, an si aliquis fame, & egestate oppressus, mercatorem argento onustum occidit obuiam sibi factum in itinere, vt pecuniam haberet,

142 ex hac causa excusetur à dolo, ex eo, quod quis eligit etiam in iusta causa excusat à dolo, & videtur dicendum, quod non, quia regula prædicta procedit, dummodo causa ipsa non sit dolosa, & à mera ipsius delinquentis malitia procedens, argumento l. Cicero ff. de pœn. vbi non excusatur mulier, quæ oblatione pecuniæ prouocata partum abegit, sed capite damnatur, quoniam causa abigēdi partum dolosa fuit scilicet stimulus auaritię, secus autem est, quando causa non ab ipso delinquente, sed ab aduersario proficiscitur, quia tunc dicitur prouocatio colorata, quæ delictum, & pœnam attentat, nō ergo in præsenti casu causa illa egestatis summæ facit, vt occidens mitius puniatur, & pœnam capitalem homicidij euitet, iuxta superius adducta, & ita determinat Gribald. d. tit. de homicid. simplici voluntario, nu. 12. versic. vltimo, & quidem pro complemento, & est verissima conclusio, pro quo adduco notata per Dec. & Cagnol. in l. quæ propter necessitatem, ff. de reg. iur. vbi voluit dictum illud, quod tem-

143 pore necessitatis licitum sit furari, intelligi, quando necessitas est præcisa, ita quod alias periret fur, & dummodo fiat ex re comestibili, ex qua immediatè necessitati famis prouidetur, ita quod si furaretur aurum, vel

vel argentum furtum non esset impunitum, quia ex tali
furto immediate non satiatur fur, & hoc est communis
sententia, & ita intelligendus videtur Clar. in §. furtum
num. 24. versic. quandoque etiam excusatur, dum dicit
non teneri pœna furti, qui furatur tempore necessitatis,
quia in tempore extremæ necessitatis licitum est
furari secundum communem opinionem, nam debet
intelligi in furto facto in rebus commestibilibus, &
non in alijs.
144 Casu committitur homicidium, quando quis alium
occidit sine culpa, aliud facere cogitans, & istud homicidium
casuale est cædes hominis casu, non voluntate
ab homine perpetrata, nulla ipsius culpa interueniente,
nam si culpa aliqua casum præcederet, non
casuale homicidium, sed culposum diceretur, de quo
145 infra dicetur, & regula generalis, quod de casu nemo
tenetur. l. si putator. ff. ad l. Aquiliam, l. quæ fortuitis,
C. de pignorat. act. & l. contractus, ff. de reg. iur.
locum non habet, quando culpa casum præcessit, leg.
qui occidit §. in hoc, vbi Glos. notat. ff. ad l. Aquiliam,
146 & istud casuale homicidium non punitur quoniam
facto potius, quam noxæ imputatur, l. 1. §. diuus. ff. ad
l. Corneliam de sicarijs, l. 1. C. eod. tit. l. item mela in
147 princ. l. si ex plagis. §. fin. ff. ad l. Aquiliam, vbi ludentes
in solito loco, si ictu, vel impulsu ludentis, alius cadat,
vel offendat alium, ludens, qui fecit cadere, vel
offendit, nullam pœnam meretur, cum casu magis, quã
culpa illud contigerit, facit text. in cap. lator, in cap. ex
hibita, & in cap. Ioannes, de homicid. & potest poni
exemplum in eo, qui cum luderet ad iactum pali ferrei
in loco solito, hominem interfecit, quem nulla pœna
teneri consuluit Socin. cons. 66. lib. 1. de quo consilio
mentionem faciunt Gribald. in tract. de omni genere
homicidij tit. de homicid. casuali sub nu. 2. Marsil.
cons. 91. nu. 16. vers. & facit, Menoch. in tract. de
arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 400. numer. 3. & Clar.
in d. § homicidium sub num. 2. vers. casu autem dicitur
commissum homicidium, huic casui similis videtur
casus Marsilij, quem subnectit Gribald. vbi supra d.
148 consil. 91. vbi iuuenem, qui ludebat cum socio ludo
gladiatorio, & ipsum occidit inuitus, ab homicidij pœna
defendit, per text. in l. qua actione, §. si quis in colluctatione,
ff. ad l. Aquiliam, cum ibi notatis per Gl. &
scribentes, & per alia, quæ ipse Marsil. allegat, & per
ea, quæ ipse dixi supra in 12. casu legitimi homicidij,
& si in casu Marsilij secundum Gribald. factum non
debuit omnino esse impunitum, quoniã aliqualis culpa
præcessit, quia scire debebat verisimiliter valdè periculosum
esse strictis gladijs colludere, & propterea
instruit prudentem iudicem, vt omnes circumstantias
diligenter excutiat, l. aut facta, ff. de pœn. & culpam à
casu, item a dolo diligenter distinguat, & pro modo
culpæ pœnam imponat, vt dicit Bar. in l. 1. C. vnde vi,
& tradit Socin. dicto cons. 16. colum. fin. lib. 1. facit l.
sancimus. C. de pœnis.

Constat igitur ex prædictis casuale homicidium ad
instar legitimi non puniri, & merito, cum sit humano
ingenio, vel diligentia prouideri non possit secundum
ea, quæ tradunt Doctores in d. l. quæ fortuitis, C. de pignorat.
act. & notat Cagnol. in d. l. contractus, numer.
86. vers. dicuntur autem, ff. de reg. iur.

Sed in contrarium facere optime videtur regula vul-
149 garis, quod qui causam damni dat, damnum dedisse
videtur, l. si seruus seruum. §. si quis insulam in fine, &
l. qui occidit. §. in hac ff. ad l. Aquiliam, l. antepen. §. si
quis seruum, ff. vi bonor. raptor. adeò quod qui quoquo
modo dat occasionem mortis, videtur esse puniendus,
Gribald. d. titul. de homicid. casuali num. Respondetur
tamẽ dictam regulam procedere, vbi aliqua culpa
concurrit, tunc enim propriè causam dedisse censetur,
alioquin sine culpa nemo punitur, d. l. sancimus,
150 C. de pœn. talia enim, quæ præter culpam, & intentionem
contingunt Dei voluntate, seu permissione
euenire censentur, & hoc est quod lex dicit fato imputari,
hoc est Diuinę voluntati, & permissioni, & propterea
in Exodo cap. 21. dicitur, quod si quis hominẽ
non volens occiderit, quia Deus eum in manus suas
tradidit, locum habebit, ad quem confugiat, vt saluus
fiat, & ideo, qui inuitus hominem occidit minister Dei
151 esse censetur, cuius iudicia hominibus sunt occulta
cap. nec is, 15. quæst. 1. & ita respondet Gribaldi vbi
supra num. 4. versic. sed respondeas.

Sed contra prædicta videtur facere text. in capitul.
continebatur, de homicidio, vbi clericus propter homicidium
mere casuale, gradu, & officio priuatus est,
veluti irregularis, sed respondendum est, quod ille clericus
fuit saltem in aliqua culpa, quia exercuit ludum
152 clericis insolitum, & ludentibus laicis se immiscuit,
quod facere non debeant, cap. clericus 2. quæst. 7. &
vltra culpam hãc insoliti ludi, & immixtionis cum laicis
non adhibuit diligentiam requisitam in tali ludo,
remouendo arma a latere, cum verisimiliter debueric
cogitare laicos in ipsum insultaturos secundum naturam,
& pactum ludi, & licet talis culpa fuerit leuissima,
tamen quia fuit geminata velut grauior facta pœnam
priuationis meruit, quia geminatio auget esse-
153 ctum, siue super licito, siue super illicito cadat, secũdum
Baldum, & Doctores in l. cum fimus, C. de agric.
& censi. libr. 10. & in l. balista. ff. ad Senatusconsult.
Trebell. & latè tradunt Marsil. in singul. 378. geminatio
actus. Cotta in memorali in verbo, geminatio rescripti,
& in verbo, geminatio verborum, & Crauet.
cons. 114. numer. 8. & 18. & ita ad hunc obicem respondet
Gribald. d. tit. de homicid. casuali sub numer.
4. 5. & 6. versic. verum contra prędicta. & subdit facere
ad hoc, quod dici solet vulgo peccata venialia, &
145 geminata effici mortalia. capit. 9. iuncta glos. 24. distinct.
1. & verè quando aliqua culpa interuenit, vtique
qui in tali ludo alterum occidit, puniri debet aliqua
pœna arbitrio iudicis, vt probat Menoch. d. cas. 400.
num. 4. post vers. tertius est casus.
155 Potest etiã exemplificari homicidium casuale, quãdo
contigerit amicum occidere amicum, quia præsumitur,
quod casualiter fuit commissum, & non ex dolo,
quia amicitia in dubijs, & in incertis facit præsumi
156 bonum pro amico, etiam in his, quæ sunt de genere
prohibitorum, vt censuit Gl. notabilis in l. 1. C. de sicarijs
& in puncto tradit Ioann. de Amicis cons. 7. numer.
8. & 39. versic. item super septima exceptione,
& consil. 86. numer. 14. & 15. versic. & quia, vbi etiam
allegat Bartol. in l. duo sunt Titij. ff. de testamentar.
tutel. Bald. in l. voluntatis in vlt. col. C. de fideicommiss.
& in suis singularib. in verbo, amicitia, sequitur
Carer. in pract. crimin. §. circa verò secundam speciẽ
homicidij casualis numer. 13. versiculo idem si occidens
fol. 124. & verè de amico non præsumitur malum
contra amicum, quia amicus amico desiderat
157 bonum, cum sit alter ego, l. verum, ff. pro socio.
157 Sed quæritur an iudex per imperitiam aliquem cõdemnans
ad mortem veluti homicida sit puniendus,
quam

quam quæstionem ponit Gribald.dict.tit. de homicid.
casuali numer. 7. & pluribus sequentibus versic, iuxta
præmissa quæritur, & primo arguit videri quod non,
159 quia sententia Iudicis per imperitiam lata casui for-
tuito æquiparatur, l. si per imprudentiam. ff. de euictio-
nib. & homicidium casuale non punitur, l. si putator. ff.
160 ad l. Aquil. & addi potest, quod Iudex non tenetur
de eo, quod fecit, si leuissima culpa interuenerit, Bald.
in cap. 1. §. Iudices sub num. 1. circa finem, ibi, Item in-
terdum, de pace iuramento firmanda, per leg. si quis in
conscribendo, C. de pactis, quod dictum vno ore appro
bare Doctores dixit Menoch. in tract. de arbitr. iudic,
libr. 2. cent. 4. cas. 339 num. 21. vers. hinc nostri.

Contrarium tamen in hac quæstione firmat Gribald.
quia talis Iudex in lata culpa censetur, cum turpe sit
161 Iudici ius profitenti ad ipsum ignorare, in quo ver-
satur, l. 2. §. seruius Sulpitius. ff. de origin. iur. & turpis-
simum, ac criminosum est artem, quam quis ignorat,
162 profiteri, & ideo non excusatur Iudex, qui malè per
imperitiam iudicauit, sed facit litem suam, & pœnam
patitur, l. fin. & per totum titulum, C. de pœna iudic. qui
male iudicauit.

Et ad contrarium, quod sententia iudicis per impe-
ritiam lata casui fortuito æquiparatur, Respondet,
quod hoc verum est quò ad tertium, ne de euictione
teneatur, nemo enim quantumcunque prouidus effu-
163 gere potest, quo minus damnũ sibi per iniuriam fiat,
l. ad eos, ff. commodat. secus autem est respectu ipsius
Iudicis male iudicantis, circa quem tres inquit distin-
guendus esse casus.

164 Primus quorum est, quando Iudex per imperitiam,
& sic per culpam ad mortem condemnauit, puta cul-
posum, pro doloso, vel ex coniecturis, & præsumptio-
nibus contra textum in l. fin. C. de probationib. & in l.
qui sententiam. ff. de pœnis, & tunc vt culposus extra
ordinem punitur, l. fin. ff. de varijs, & extraordinar. co-
gnitionib. Bald. in d. cap. 1. §. Iudices numer. 1. Bocr,
decis. 153. numer, 12. Ioann. Faber, & Angel. Aretin, in-
stit. de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur
in princ. Menoch. dicto cas. 339. num. 3. Boss. in pract.
crim. tit. de officialib. corrupt. pecunia nu. 22. Clar, in
pract. crim. quæstione. 83. numer. 2. versiculo Iudex
male iudicans.

Sed contra hunc primum casum huius distinctio-
nis, quod Iudex malè iudicans per imperitiam tenea-
tur tantum de culpa, & extra ordinem sit puniendus
per d. l. fi. ff. de extraordinarijs cognitionib. facere di-
cit Gribald. id, quod voluit Bald. in l. huic scripturæ, §. si
165 seruus, ff. ad legem Aquiliam, vbi censuit, quod Iudex,
qui morti adiudicauit vulneratorem lætaliter ante mor-
tē vulnerati capite puniri debet, licet potuisset ex alio
casu perire, & licet interim de homicidio non appa-
reat, & subdit, quod Dominus Odofredus fuisset deca-
pitatus, dum esset Potestas Florentiæ, nisi per aduen-
tum Ducis liberatus extitisset, quia decapitauit vulne-
rantem, antequam vulneratus esset mortuus, & tamen
non aderat dolus, sed per imperitiam, vel iracundiam,
forte propter enormitatem facinoris erat lata talis
sententia, quibus in casibus mitius erat cōdemnandus,
& non ad mortem, vt ex supradictis apparet.

Vnde putat illi decisionem Baldi non esse veram,
neque Dominum Odofredum fuisse decapitandum,
quoniam motus fuit zelo iustitiæ ad publicam vindi-
166 ctam, & licet transgressus esset statutum, tamen se-
cundum iura communia iudicauit, quæ aggressorem
solummodo animo occidēdi lege Cornelia plecti vo-
lunt, l. is, qui cum telo, ff. de sicar. Vnde de excessu tan-
tum extra ordinem fuisset puniendus per ea, quæ no-
tabiliter tradit Alex. in consil. 119. numer. 12. versic. &
posito lib. 7. & antea cons. 2. num. 14. versic. & si ap-
parere posset eod. lib. 7. & consil. 104. ad finē, numer.
10. versic. & quod non debeat. lib. 2. in quibus locis la-
tè tradit, quod is, qui fecit plusquam deberet, non pu-
nitur tanquam dolosus de toto, sed tanquam culpabi-
lis de excessu tantum, quod & tradidit Afflict. decis.
206. num. 2. & sequent. & latè Marsil. in l. 1. ff. de sicar.
numer. 41. quod maximè dicendum est in hoc casu,
167 cum lætaliter vulneratus, tanquam de proximo mo-
riturus plerunque habeatur pro mortuo secundū Bal.
in cap. 1. in princ. quibus modis feudum amittatur, &
Marsil. in l. 1. num. 88. ff. de sicarijs, & bene facit, quod
notatur in l. qui pœnæ, ff. de manumissionib. vbi proxi-
mè condemnandus habetur pro condemnato, & est
text. expressus in l. huic scripturæ, §. si seruus, in fine in
illis verbis, quia verum est cum ante occisum esse, tunc
cum eum vulnerabas, ff. ad l. Aquiliam, & generaliter
168 potentia actui propinqua, pro actu ipso habetur, l.
penult. ff. de milit. testament. l. item legato, ff. de legat.
l. gat. 3. l. quiscum sciret. ff. de vsucapion. pro emptor.
latissimè Marsil. in repetit. l. vnicæ numer. 92. & quam
pluribus sequent. versic. facit præterea pro hac parte,
C. de rapt. virg. & in rubr. C. de probat. num. 228. ver-
sic. & scias etiam, & singul. 106. qui de proximo, licet
in contrarium faciat Afflict. in cap. 1, in quarto notab.
num. 48. versic, item quæro, de pace iurament. firmād.
vbi dicit, quod quis non potest puniri de homicidio,
statim quod certum est vulneratum euadere non pos-
se, sed omnino mors est expectanda, quia donec anima
169 est in corpore, non est quis mortuus, licèt mortiferè
vulneratus sit, & quia ille qui est vulneratus ad mor-
tem, posset interim ab alio occidi, & primus vulnera-
tus esset liberatus a pœna homicidij, in qua teneretur
secundus vulnerans, leg. item mela. §. Celsus, ff. ad leg.
Aquiliam, & ad statutum, quod homicida capite pu-
niatur, respondetur, quod statutum procedit, quando
quis occideret quem piam dolo, non autem quando
170 alter culpa tantummodo, quia vt simpliciter lo-
quens, recipit interpretationem a iure communi, ne
quis indebitè damnum patiatur, l. 2. cum ibi notatur
per Doctores. C. de noxalib. actionib. & ita punctualiter
ter respondet Alex. d. consil. 119. num. 13. versic. re-
stat ad allegata in contrarium respondere lib. 7. item
vult Rum. cons. 3. col. fin. in princ. & ad finem. lib. 1. &
ita ex prædictis remanet illæsus hic casus primus.

171 Secundus casus est, quādo Iudex aliquo calore pro-
uocatus per iracundiam Reum morti destinauit, quo
casu pœnam deportationis incurrit, vt est text. in l. lex
Iulia. §. fin. ff. ad leg. Iuliam repetundar. quem ad hoc
propositum notat, & singularem dicit Roman. in l. leg.
cum mulier. 49. numer. 66. versic. aduerte tamen, ff.
172 solut. matrim. Est ea inferens, quod etiam offensa rea-
lis, vel verbalis iniuria illata a commoto calore iracun-
diæ aliunde causato, quam facto mei, efficit, vt talis
offensa, vel iniuria illata mitius puniatur, & est iusta
causa minuendæ pœnæ per iudicem, & adducit dictũ
textum, vbi patet, quod in potestate iudicantis est ho-
micidium committentem calore iracundiæ pœna de-
portationis affligere, & sic minori pœna, quam in ho-
micidam a iure communi statuta, quæ est mortis, l. 3.
C. de Episcopal. audient. Et adducit Doctores, dicen-
tes

tes excessum in defensione non puniri, vt illud delictũ,
173 quod verè est perpetratũ, sed mitius, quia ignoscẽdũ
est commoto iracundiæ calore, si illum dolorem suũ
refrenare non potuit, vt est tex. in l. si adulterium cum
incestu. §. Imperatores, ff. ad leg. Iuliam de adulter. &
in l. Gracchus. C. eod. tit. & dictũ fuit supra, nec repeto.
174 Tertius casus est, quando Iudex aliquem dolosè ad
mortem condemnauit pecunia, promissione, vel gra-
tia corruptus, quò casu iure digestorum capite, idest,
vltimo supplitio punitur d. l. lex Iulia, §. fin. ff. ad l. Iu-
liam repetundar. De iure autem nouissimo, confiscatis
bonis omnibus, perpetuo exilio punitur, Auth. nouo
iure, C. de pœna Iudic. qui male iudicauit, sed tu dicas,
quod Iudex male iudicans, dolosè etiam non corru-
ptus, tenetur ad omne interesse partis læsæ, & infamis
efficitur, l. fin. C. de pœna Iudic. qui malè iudic. & leg.
filius, §. Iudex. ff. de Iudic. & si iudicasset in necem ho-
minis, teneretur lege Cornelia de Sicarijs, etiam quod
non interuenisset baratteria, sed dolus solummodo, l.
1. § 1. & leg. in lege Cornelia, ff. de sicarijs, & ita sentit
Salycet. in d. l. fin. numer. 4. versic. sexto an Iudex, C. de
pœn. Iudic. qui male iudicauit, vbi voluit quod Iudex,
qui fecit aliquem de facto suspendi, debeat puniri ad
similitudinem supplicij, & mori debet per titulum,
quod quisque iur. & allegat. l. Iulianus. §. fin. ff. ad leg.
Iuliam repetundar. & cum Salycet. transit apostilla
ad eum in verbo, Si Iudex, dicens, quod si per dolum
male iudicauit, tenetur in totum, sequitur Boss. in pra-
ctic. crimin. tit. de officialib. corruptis pecunia, iniu-
stèque iudicantibus num. 11. & 12. versic. secunda est
conclusio, quod comprobari potest ex eo, quod Iudex
175 aliquem torquens, indebitè per dolum, vt quia nulla
penitus indicia præcedebant, sed dolo ob inimicitiam,
quam fortè contra eum gerebat, si ita acriter torsit,
vt is tortus decesserit, tunc pœna capitali puniri debet,
vt tenuit Cyn. in l. Gracchus, C. de adulter. quem ibi se-
quutus est Salyc. colum. penult. versic. aut modum ex-
cessit, Aretin. consil. 80. sub num. 4. Marsil. in l. quæstio-
nis modum colum. penult. versic. aut excessit modũ,
& tunc aut dolo. ff. de quæstionib. & in pract. crim. §.
expedita num. 89. Boss. in pract. crim. titul. de tortura
num. 28. versic. ideò quæro, Clar. in pract. crim. q. 64.
num. 37. vers. Iudex autem, & Menoch. alios allegans
in tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 340. num. 3.
versic. secundus est casus, & probatur hæc sententia
in d. l. lex Iulia, §. fin. ad leg. Iuliam repetundar. & in l.
lege Cornelia in princ. §. ad l. Cornel. de sicar. & in leg.
vnica, §. 1. C. de emendat. seruor. & l. vnica, C. de eme-
167 dat. propinquor. licet si tortus non decesserit, pœna
sit arbitraria pro modo culpæ, l. 1. §. sed si clam, & leg.
lege Cornelia, §. 1. ff. de sicar. Salyc. in d. l. fin. sub num.
4. versic. septimo qui facit aliquem torqueri, Alex. in l.
1. in fine principij, & ibidem Ias. pariter in fine, & Dec.
num. 10. ff. quod quisque iuris, Boss. dict. tit. de tortura
numer. 29. & sequ. Clar. d. q. 64. num. 2. versic. antequã
tamen Iudex, vbi dicit, quod ista opinio seruatur in
practica, quando nõ est sequuta mors torti, quam opi-
nionem late defendit, & fundamentis tenentium, quod
& hoc casu interueniente dolo, pœna sit capitalis, re-
spondet Menoch. d. casu 340. num. 4. & seq. vers. ter-
tius est casus.
177 Et præmissa multo magis procedere intelliguntur,
vbi pecunia, vel promissione sequuta est mors rei, cum
vltra dolum interueniat corruptela, quia tunc pœna
non est confiscationis omnium bonorum, & exilij per-
petui, vt censuit Gribald. vbi supra, sed mors per præ-
dicta, quæ procedunt etiam interueniente simolici
dolo, vt ex prædictis apparet, quibus addo, quod Rex
178 Persarum fecit quemdam Iudicem corruptum ex-
coriari, & ad terrorem aliorum affigi tabernaculo Se-
dis, vt refert Boss. d. titul. de officialib. corruptis pecun.
sub num. 10. post versic. in aliis verò pœnis, & faciunt
infinita, quę de Iudicibus corruptis, & eorum pœnis
congerit Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. cẽt.
4. cas. 342. per totum, graue enim reputatur delictum
dolo malo commissum, grauius autem per sordes à Iu-
dice corrupto perpetratum, & propterea gladio vl-
tore vindicãdum in casibus enormibus, vt demonstrat
per exempla Menoch. d. cas. 442. ad quem Lectorem
studiosum remittere placet.
179 Dicitur etiam homicidium casuale illud, quod cõ-
mittitur ab infante, & furioso, nam isti semper casua-
liter peccare dicuntur, quia alterum innocentia, alte-
rum fati infælicitas excusat, l. infans. ff. ad leg. Corne-
liam de sicarijs, & cap. aliquos 15. quæst. 1. licet forte
180 verius dici posset, tales non peccare, cum non ha-
beant consensum, vel voluntatem, l. sed et si. §. & ideò
quærimus. ff. ad leg. Aquiliam l. quod certi, ff. locat. &
sine voluntate peccatum dici nõ potest secundũ Bal.
in l. fœdissimam, C. ad leg. Iuliam de adulter. & propte-
181 rea dicitur, quod brutum cum careat intellectu, &
ratione, peccare non potest, l. 1. ff. si quadrup. pauper.
fecisse dicat. ita dicit Gribald. d. tit. de homicid. casua-
li num. 16. versic. pro complemento verò, subdens nu.
17. quod non obstat, quod brutum aliquando morte
puniatur, cap. mulier 15. quæst. 1. nam illud non fit nisi
in enormibus flagitijs, nam si bruta tam enormi flagi-
tio contaminata viuere permitterentur, semper indi-
gnam facti memoriam refricarent, d. cap. mulier, quod
loquitur de muliere, quæ accessit ad aliquod pecus, à
quo fuit cognita, & dicit tam mulierem, quam pecus
interfici debere, non quia pecus peccauerit, sed quia, si
viueret, magnam facti refricaret memoriam, idem,
quod infans, vel furiosus occidens hominem non pu-
niatur, volunt Afflict. in cap. 1. §. si quis hominem sub
numer. 7. versic. ex quo infertur, de pace tenenda, &
eius violatorib. Clar. in practic. crimin. quæst. 60. num.
2. versic. quæro igitur, & numer. 7. vers. item quæro,
vbi dicit communem.
182 Et quod dictum est de infante, & furioso procedit
etiam in dormiente, qui si occidat hominem dormien-
do, non potest, vt homicida puniri, quia si furiosus non
tenetur, vt supra dictum est, nec dormiens, qui furioso
æquiparatur, l. 1. §. fin. ff. de Atillian. tut. l. 1. §. 1. ff. de
acquir. possess. & l. Diuus, § 1. ff. de offic. Præsidis, præ-
183 terea voluntas, & propositum distinguunt maleficia,
l. diues. ff. de sicarijs, & leg. qui iniuriæ. ff. de furtis, sed
dormiens nõ habet voluntatem, vnde nec dicitur pec-
184 care, vlterius dormire est vitium naturale, sed vitio
naturali parcitur, l. fluminum. §. vitiũ, ff. de damno in-
fecto, l. si seruus seruum. §. sed si fornicarius, ff. ad leg.
Aquiliam, & ita ex iuribus præfatis dicit Afflict. in d.
§. si quis hominem numer. 8. versic. sed iuxta hoc quæ-
ro, & addi potest, cum tale homicidium fuerit commis-
sum a dormiente sine dolo, & culpa, vtique debet re-
manere impunitum, argument. l. si a bonæ fidei, cum l.
sequent. ff. de rei vendicat. sequitur Clar. in pract. crim.
quæst. 60 num. 13. versic. quæro etiam, dicens, quod
idem est, quod in furioso, quia tempore delicti nõ erat
compos mentis.

185 Si

185 Si tamen iste dormiens, qui commisit homicidium
esset in culpa, vt quia fit, quod ipse dormiens surgit
de nocte, & non remouit gladium, vel ensem, aut fer-
rum, quod erat in thalamo iuxta eum, certè tunc es-
set puniendus, argumento leg. siue hæreditaria, ff.
de negoc. gestis, non quidem lege Cornelia de sica-
186 riis, sed arbitrio Iudicis, quia in leg. Cornelia de
sicariis non venit culpa, sed dolus, leg. in lege, ff. de
sicariis, leg. 1. in princ. ff. de extra ordinar. criminib. &
leg. aut fact. 1. §. fin. ff. de pænis, Afflict. in dict. §. si quis
hominem numer. 9. versic. sed quid, Clar. d. quæst. 60.
num. 13. post vers. quæro etiam in fine, vbi testatur
de communi, & idem volunt Ioann. de Platea in §.
item lex Cornelia sub numer. 60. versic. similiter non
excusatur, Instit. de public. iudic. & Ias. in l. 1. sub num.
17. vers. potes etiam. ff. de legibus.
187 Idem quoque erit in ebrio, delinquente quia con-
clusio, quę procedit in dormiente, facienda est in e-
brio, ita dicit Afflict. in d. §. si quis hominem sub num.
9. post principium vers. & equidem, Et quidem si e-
brius factus fuisset sine aliqua eius culpa, puta, quia so
188 cii, ipso inscio, sal in vinum coniecisset, vtique ex-
cusandus esset, quia dolo, & culpa careret, & propte-
rea nullo modo puniendus, sed aliàs minimè esset ex-
cusandus prætextu ebrietatis à culpa, licet a dolo ex-
cusaretur, & ideò puniendus esset non quidem pœ-
na ordinaria delicti, sed aliqua extraordinaria mitio-
ri, vt hæc secunda pars probatur in leg. omne deli-
ctum, §. final. ff. de re militar. dum ibi dicitur per vi-
num, & lasciuiam lapsis pœnam esse remittendam,
Bartol. in leg. respiciendum §. delinquunt numer. 3.
ff. de pœnis, & hanc esse communem Doctorum sen-
tentiam testantur Plaz. in epitome delictor. libr. 1. ca-
pitul. 30. num. 1. & Vasqu. controuersiar. Illustr. & vsu
frequent. cap. 96. post nume. 31. versic. si aliquis exi-
stens in ebrietate, quem sequitur Clar. dict. quæst. 60.
numer. 12. versic. præterea quæro, vbi tamen subdit
id, quod supra dixi de ebrio facto sine eius culpa, vt
non puniatur tanquam dolo, & culpa carens, sine,
qua cessat pœna, l. sancimus. C. de pœnis.
189 Homicidium dicitur etiam casuale, quando extra-
hens sagittam, vt feram percutiat in nemore, occi-
dit hominem, quia non tenetur aliqua pæna in foro
contentioso, l. respiciendum, §. delinquunt, & leg ab-
sentem in fine, ff. de pœn. facit lex si putator in fine,
ff. ad leg. Aquiliam, vbi dicitur, quod is, qui in Syiua
proiecit ramum, & occidit hominem, vel etiam in lo-
co conuersabili, & acclamauerit ita, quod alius euita-
re posset, non tenetur, quod & probatur in cap. ex li-
teris il secondo, & in cap. lator de homicid. & ponit
Carer. in §. circa vero secundam speciem homicidij
casualis nu. 1. fol. 121. à tergo, & numer. 9. vers. nota,
quod acclamans fol. 122.

Similiter homicidium casuale reputatur illud, de
190 quo in cap. dilectus, de homicidio, vbi quidam ascē-
derat equum, & cum bene non pareret habenis, &
pręter sessoris arbitrium saltibus lasciuiret, & eius im-
petum refrenaret, freno vim intulit, equumque cal-
caribus stimulauit, & fracto freno, equus currens fe-
stinanter quamdam mulierem venientem ex obliquo
infantulum baiulantem obuiauit, in quâ irruens, abie-
cto sessore, puerum interfecit, & cum quæreretur, an
sessor ille puniri deberet, dicitur, quod cum nec volū-
tate, nec actu homicidium perpetrauit, nec dedit ope-
ram rei illicitæ, absoluendus est, idem dicitur in cap.
ex literis il secondo eod. tit. vbi Monachus ad depo-
191 nendam de Campanili Campanam seruiens, colliso
so quodam ligno, ipso mouente, quendam puerum oc-
cidit, & quia ipse Monachus rem necessariam age-
bat, & vtilem, & in loco, in quo non solebat quisquam
adesse quando lignum mouebatur, dicitur illum esse
absoluendum, Ad idem facit tex. in cap. significasti il
192 secondo eod. tit. vbi clericus equitabat, & equus tā
se, quam ipsum proiecit in aquam, vnde clericus gra-
uiter ipsum calcaribus stimulauit, equus verò existens
bucca durus præter voluntatem sessoris raptus incur-
sum quadam mulierē obuiam ei factam ex improui-
so pedibus interfecit, & dicitur, quod cum vitium pri-
us ignoraret Clericus, debet absolui, de quibus casi-
bus disserit Carer. in dict. §. circa vero secundam spe-
ciem homicidii causalis numer. 14. versic. item casua-
le dicitur fol. 121. à tergo, in quo §. plures alios casus
ponit de homicidio isto casuali, de quo etiam multa
dicit Glos. in cap. sicut dignum, §. Clericos in verbo
consilium, de homicidio, & longè plura Farinac. his
iam scriptis visus in pract. crim. tit. de homicid. quæst.
126. in prima parte, quem poteris videre.
193 Et notandum est, quod si quis diligentiam adhi-
buit in re licita, & homicidium casu committit, non
punitur, cap. ex literis il secondo 15. & cap. significa-
sti il primo 16. de homicid. nisi graue scandalum esset,
vel tamen contra eum laboraret infamia, quod de-
beret se purgare, cap. ex literis il primo 14. de homi-
cid. ponit Glos. in cap. sicut dignum, §. Clericos, in ver-
bo, Consilium circa medium vers. si verò casu com-
mittitur homicidium, de homicid. Afflict. in d. cap. 1.
§. si quis hominem sub numer. 7. ad finem uersic. item
194 infertur, de pace tenend. & de eius violatorib. quod
si diligentiam non adhibuit, imputatur ei negligen-
tia, quæ culpæ annumeratur, ex qua videtur teneri
extraordinariè, non obstante, quod operam daret rei
licitæ, capitul. præsbyterum, cap. continebatur, & c.
ad audientiam de homicid.

Et pro complemento huius capitis de homicidio
195 casuali, sciendum, est, quod tota hæc materia limi-
tatur, vt non procedat, quando, qui casu committit
homicidium, dabat operam rei illicitæ, nam tunc te-
netur de casu, & omni eo, quod sequitur præter intē-
tionem suam, ex eo, quod culpa videtur præcedere
casum, leg. si seruus, §. si quis insulam, ff. ad leg. Fal-
196 cidiam, quamuis culpa, & negligentia aliquando
pro casu fortuito capiantur, vt per Gribald. dict. titul.
de homicid. casuali in fine num. 18. & 19. versic. vlti-
mo nota, idem vult glos. in d. cap. sicut dignum, §. Cle-
ricos, in verbo Consilium post medium versic. si verò
dabat operam illicitæ rei, quæ dicit, quod tūc siuè ad-
hibuit diligentiam, siue non, semper homicidium ei
imputatur, per Cap. Clerico iacente, & cap. si quis vo-
luntarie 50. distinct. facit tex. in l. culpa est. ff. de reg.
iur. & in cap. non est sine culpa eod. tit. in 6. Farinac.
d. q. 126. in 2. parte num. 61. vers. regula sit, de qua re
plura ibi sub varijs numeris tractat, vbi videndum est.
197 Culposum homicidium committitur, quando quis
alium occidit non voluntate, nec dolosè, neque animo
occidendi, sed inaduertenter, & sic culpa, vt attestan-
tur Gribald. in tract. de omni genere homicid. titul.
de homicidio culposo numero primo, Carer. in pract.
crim. §. circa verò secundam speciem homicidij, nu-
mer. 19. versic. de culposo verò fol. 122. Clar. in §. ho-
micidium nu. 3. versic. culpa dicitur homicidium cō-

mitti, & alii de quibus infra, & hoc homicidium licèt
189 sine dolo commissum potest nihilominus puniri
criminaliter, non quidem pœna ordinaria, quæ est
mortis, sed alia mitiori pecuniaria, vel exilio pro mo-
do culpæ, Boss. in pract. crimin. titul. de defensionib.
reorum numer. 68. versiculo si vero interueniret cul-
pa, dicens, ita seruari, Carer. in loco supra citato nu-
mer. 20. & plurib. sequentib. Clar. in dict. §. homici-
dium sub numer. 3. post versic. culpa dicitur homi-
cidium committi, & in pract. crimin. quæstione 84. sub
190 numer. 1. post medium, & bene quia regulariter in
pœnis criminalibus, nunquam quis potest puniri ca-
pitaliter, nisi dolus interueniat, Bartol. in l. 1. §. 1. nu.
1. ff. si quis testamento liber. esse iuss. fuerit, & est com-
munis opinio Doctorum, vt dicit Cepoll. cons. 33. nu.
6. post versic. sed his non obstantibus, qui etiam dicit,
200 quod non sufficeret, quod interuenisset etiam lata
culpa, quæ in capitalibus non æquiparatur dolo, leg.
in l. Cornelia, ff. ad leg. Corneliam de sicariis, Cagnol.
in l. contractus numer. 9. versic. iterum aduerte, ff. de
reg. iur. Marcusant. Bianc. in practic. crimin. visis in-
ditiis numer. 137. vers. ex hoc oritur fol. 56. Debet
201 tamen hæc culpa esse lata, & sic proxima dolo, non
autem leuis, aut leuissima, quia tunc non potest pro-
cedi criminaliter contra culposum, secundum com-
munem opinionem Doctorum, de qua attestantur
Boss. in practic. crimin. tit. quo modo procedat. per act.
in delict. num. 38. vers. & ita intelligendum est, & Clar.
in d. §. homicidium sub nu. 3. post vers. culpa dicitur
homicidium committi, ibi, hæc tamen conclusio, Ca-
strens. in l. 1. numer. 2. C. vbi senat. vel Clarissim. con-
uen. Blanc. in pract. crimin. §. visis inditiis numer. 153.
& sequen. fol. 61.
202 Et huius quidem homicidii culpa commissi, duæ
possunt considerari species secundum Gribald. d. tit.
de homicid. culposo numer. 2. & 3. vna quando dans
operam rei licitæ aliquem casu occidit, culpa tamen
aliqua casum præcedente, vt in l. si putator in princ.
203 ff. ad l. Aquiliam, vbi putans arborem in viam pu-
blicam, vel priuatam pendentem, deiiciendo ramum,
non exclamauit, vt quis caueret à periculo, quo casu
viatorem oppressit, & in l. item mela in princ. ff. ad l.
Aquiliam, vbi tonsor eo loci, quo ludi solebat, seruum
204 tondebat, vnde contingit totam pilam nouaculam
in guttur serui adigere, in quibus casibus occisor da-
bat operam rei licitę, sed culpam commisit in modo
adhibendo, quia primo casu fuit in culpa non procla-
205 mando, quia culpa dicitur esse, cum quod diligenter
prævideri poterat, non esset prouisum, & in secundo
casu tonsor fuit in culpa, quia ibi radebat, vbi ex con-
suetudine ludebatur, & transitus frequens erat, quod
ei imputatur, vnde vtroque casu occidens tenetur
ob culpam.
206 Altera est species, quando dans operam rei licitæ,
atque illicitæ, & casu hominem occidit, & tunc fuit
quidem in dolo respectu actus principalis, in culpa
verò respectu homicidii subsequuti, & propterea li-
cet non puniatur vera pœna homicidii, quod præter
eius intentionem sequutum fuit, magis tamen puni-
tur, quam in casu præcedenti proximę speciei, quia de
hoc euentu sequuto etiam præter eius voluntatē tene
207 tur, quia voluntas, & propositum delinquentis di-
stingunt maleficia, l. verum est 41. & l. qui iniurię, ff.
de furt. & cap. lator, de homicid. & hoc est quod vo-
luit glos. in cap. sicut dignum, §. Clericos in verbo
Consilium, post medium, versic. si verò casu committi-
tur homicidium, volens, quod dans operam rei licitę,
208 si non adhibuit diligentiam, quam debuit, imputa-
tur ei propter negligentiam culpa, propter quam te-
netur, si vero dabat operam rei illicitæ, siue adhibuit
diligentiam, siue non, semper sibi imputatur.

Debet autem in hoc homicidii genere Iudex dili-
genter considerare omnes circunstantias, quæ culpā
209 augent, vel minuunt, vt pro modo ipsius culpæ pœ-
nam imponat, l. respiciendum, & l. aut facta, ff. de pœn.
& l. sancimus C. eod. tit. cap. sicut dignum in princ. de
210 homicid. quia non idem delictum ęqualiter contra
omnes est puniendum, cum idem excessus magis in
vno, quam in alio corrigendus sit, dicit text. in dicto
cap. sicut dignum in fine principii, vbi Glos. adducit
iura concordantia.

Aduertendum etiam est, quod licet multa homi-
cidia voluntaria culpæ magis, quam dolo ascriban-
tur, vt infra dicemus, dum de doloso homicidio age-
mus, hoc loco tamen de homicidio casuali culpa ca-
sum præcedente tractamus citra vllam intentionē, vel
propositum occidendi, vt sic occidens nunquam, ne-
que in genere, neque in specie, neque secundario, ne-
que primario de homicidio cogitauerit, quamuis in
actu subsequuto, vel ratione modi, vel finis culpā cō-
miserit, eundem actū ad alium finem dirigens, quam
211 ad occidendum, & ideò tales delinquentes de homi-
cidio nullatenus puniuntur, sed de culpa tantum. cap.
presbyterum, & cap. ex literis il secondo iuncta glos.
de homicid. cap. sępè contingit 50. distinct. l. eum qui,
C. ad l. Corneliam de sicariis, l. sed et si quemcunque.
§. si magister cum l. sequenti, leg. qua actione, §. sed et si
quis. l. item mela in princ. & l. si putator. ff. ad l. Aqui-
liam, quibus casibus cum culposis connumeratur &
212 ille, quando quis onus viribus suis impar affectauit,
& propter infirmitatem ponderi, vel impetui resistere
non potuit, & onus deiiciēdo hominem occidit, nam
propter culpam tenetur, cum esset in ipsius arbitrio
ita se non onerare, d. l. qua actione, §. sed et si quis, & l.
idem Iuris, vers. 8. §. mulionem quoque, ff. ad l. Aqui-
liam, quia culpa est se immiscere rei, quam quis sustine-
re non potest, l. culpa est, ff. de reg. iur. & cap. non est
213 sine culpa, de reg. iur. in 6. & ideo imperitus Artifex
imperitia sua damnum aliquod culpam afferens, cul-
pæ reus est, d. l. idem iuris, §. mulionem ad finem, & l.
si per imprudentiam, ff. de euictionib. vt dicit Gribald.
d. tit. de homicid. culposo numer. 4. vers. aduertendū
tamen est, & propterea videmus, quod Medici, qui
propter imperitiam adhibent malum medicamen-
tum citra aliquem dolum, & animum interficiendi, si
infirmus moriatur, tenentur propter culpam mi-
tiori pęna, quam ordinaria, vt dicit Clar. in d. §. homi-
cidium numer. 17. versic. item Medicus, vbi meminit
de Magistro Laurentio de Luciferis Chirurgo Pon-
tremulensi, qui fuit in non modico discrimine, quia
fecerat vnā incisionem cuidam Rustico, propter quā
ex nimia profusione sanguinis statim decessit, cum ta-
men nulla subesset suspicio, quod animo illum occi-
dendi id fecisset, fuit solum modo iussus exulare ar-
bitrio Senatus, & ipse memini de dicto casu, & cogno-
ui dictum Magistrum Laurentiū de Luciferis, qui erat
excellens in Chrirurgia, & facit pro hac decisione
text. in l. quia actione, §. Proculus ait, cum leg. seq. in
princ. ff. ad l. Aquiliam.
214 Sed prædictis multum obstare videtur text. in cap.
dilectus,

dilectus, de homicid. vbi Capellanus infirmus gratia
captandi aeris, & vt commendandi appetitum aliquan-
tulum excitaret, conscendit equum, qui cum benè
non pareret habenis, sed præter sessoris arbitrium sal-
tibus lasciuiret ipse, vt eius refrenaret impetum, freno
vim intulit, equumque calciaribus stimulauit, cumque
fracto freno equus proprio arbitrio relictus curreret
festinanter, quædam mulier veniens ex obliquo infan-
tulum baiulans obuiauit, in quam equus irruens pro-
cul abiecto sessore puerum prædictum occidit, & di-
citur dictum Capellanum reum non esse culpæ, itaut
nec à celebratione sit suspendendus, cum tamen equi
ferociam, quem nutriebat, & suam imbecillitatem ex
infirmitate causatam præscire debuerit, dict. leg. idem
iuris §. mulionem, ff. ad leg. Aquiliam, in illis verbis
idem dicitur, & si propter infirmitatem sustinere mu-
larum impetum non potuerit, nec videtur iniquum,
215 si infirmitas culpæ annumeratur, cum affectare quis
non debeat id, in quo vel intelligit, vel intelligere
debet infirmitatem suam tali periculosam futuram,
& in alijs verbis idem iuris est in persona eius, qui
impetum equi, quo vehebatur propter infirmitatem
retinere, non potuit, vbi videtur casus satis clarus in
216 oppositum, & accedit, quod cum quælibet leuis
culpa ab officio suspendere soleat, capitul. significa-
sti il primo 16. de homicid. vtique videbatur dictum
Capellanum impunitum remanere non debere, & ita
substantialiter arguit Gribald. d. titul. de homicid. cul-
poso num. 5.

217 Sed vt idem Gribald. ibidem dicit, respondetur ad
textum d. cap. dilectus, qui re vera mirabilis est, quod
ibi fuit casus merè fortuitus nullam penitus culpam
habens Capellani, concurrunt enim quatuor, quæ il-
lum penitus excusant, Primum, quia dabat operam
rei licitæ nempè salubri exercitio equitationis, Secū-
dum, quia equo solito vtebatur, quem domi nutriebat,
Tertium, quia equus strictè ab eo retractus, & freno
cohibitus, ipsum frenum rupit, quod de leui frangi
non poterat, sessoremque suum excusit, Quartum,
quia mulier puerum baiulans ex obliquo facta est ei
obuiam, vnde equus ex obliquo illo ex subito occur-
su conturbatus est, & in mulierem irruit, & puerum
oppressit, itaut nihil sit, quod Capellano imputari
possit, qui nec voluntate, nec actu homicidium perpe-
trauit, & fuit casus merè fortuitus, & a Diuina per-
missione procedens, vt merito impunitus remanere
debeat, iuxta notata in l. 1. C. de sicarijs, per illū textu.

Huius autem homicidij ex culpa commissi plura
218 poni possunt exempla, & primum est in omnibus
casibus notatis in discursu casualis homicidij, in qui-
bus si debitam diligentiam non adhibuit occidens,
etiam quod daret operam rei licitæ tenetur pro cul-
pa, Carer. in d. §. circa verò secundam speciem homi-
cidij num. 19. vers. de culposo verò homicidio, Mar-
cusantonius Blanc. in pract. crim. §. visis inditijs num.
136. fol. 56. glos. in cap. sicut dignum in §. si. in verbo
Consilium, post medium vers. si verò non adhibuit di-
ligentiam, de homicid. Farinac. post hæc scripta visus
in pract. crim. tit. de homicid. q. 126. in 2. parte nu. 67.
versic. & isto casu, & num. 84. vers. limita quarto post
medium.

219 Secundum exemplum est, quando quis canem con-
citauit, & momordit transeuntem, qui mortuus sit,
nam etsi non dolo, tamen culpa commissum fuit ho-
micidium, non poterat canem illum retinere, vel quia
non debuit illum ducere per locum publicum, & pro-
pterea propter culpam tenetur, l. 1. §. sed etsi canis,
ff. si quadrupes pauper, fecisse dicat. & ibi notat Flo-
rian. de Sancto Petro, Carer. in d. §. circa verò secun-
dam speciem homicidij nu. 20. fol. 122. à tergo.

220 Tertium exemplum est, quando quis proiecit lapi-
dem, vt percutiat canem, ne ipsum mordeat, nam si
percussit hominem, & occidit, tenetur de culpa, ita
post Bar. Signorol. de Homodeis. Ang. Lud. & Dec. tra-
dit Carer. in loco citato numer. 21. versic. item in
culpa est, & Clar. in d. §. homicidium sub num. 4. post
versic. dicitur etiam in fine, ibi, idem etiam Cassan.
in consuetud. Burgund. rubr. 1. in verbo Des iustices,
& Proiectez d'scelles sub numer. 8. versic. pro hoc vi-
detur facere fol. 53.

221 Quartum exemplum est in volente occidere autē,
aut feram, qui balistam, seu bombardam, vel archibu-
sum exonerauit, & hominem transeuntem occidit,
nam tenetur de culpa, Bonifac. de Vitalin. in tract. de
maleficijs rubrica de insultib. & percussionib. num. 35.
versic. sed quid dum velles, Carer. vbi supra num. 22.
vers. idem in volente occidere autem, Marcusant.
Blanc. in pract. crim. §. visis inditijs sub nu. 136. fol. 56.

222 Quintum exemplum est, quando aliquis tempore
guerræ volebat experiri bombardas, & vna, quæ præ-
parata fuerat, fracta est, & occidit hominem, qui ac-
cesserat ad videndum, nam qui occidit, non tenetur
pæna mortis, quia dabat operam rei licitæ, quia tamē
fuit in culpa in non prouidendo, quod bombarda po-
terat frangi, & astantes occidere, mitiori pæna puni-
ri debet, & ita consuluisse se dicit Paris de Puteo in
tract. de syndicat. in verbo pæna cap. 9. sub nu. 3. vers.
223 & accidit, vbi & numer. 4. subiecit alium casum,
quando quidam tempore Carnis priuij parata spin-
garda cum bombice, & imposito, fecit miram contra
aliquem à longe stantem causa ludi, & percussit illum
cum bombice, quæ exiuit, vt ignis a spingarda, &
dedit illi in ore, & illicò mortuus est, nam & ille non
debet puniri pro culpa criminaliter ad pænam mor-
tis, sed ad mitiorem, quia non dabat operam rei illi-
citæ, & ex genere instrumenti, scilicet bombicis, ap-
parebat, quod iocosè, & non animo occidendi hoc
fecerat, & sic non adfuit dolus, sed lata culpa, quia
debuit scire, quod ille ictus spingardæ nocere pote-
rat, & in hoc vltimo casu Paridem sequutus est Ca-
rer. in d. §. circa verò secundam speciem homicidij
num. 22. versic. idem si ludendo.

224 Sextum exemplum est, quando aliquis in ludo sa-
xorum percussit alium, qui mortuus est, quia occidens
pro culpa tantum tenetur, quia cum conuenerit sic
ludi, cessat dolus in occidente, sine quo mortis pæna
non imponitur, & adfuit tantum culpa, quæ in his
terminis dolo non æquiparatur, & ita ex pluribus cō-
suluit elegantissimè Cępoll. consil. 30. per totum, &
consil. 31. in secundo dubio numer. 11. & 12. versic. &
pro hoc facit, idem consuluit Anchar. consil. 283. iure
stricto, per totum, Bonifac. de Vitalin. in tract. de ma-
leficijs, rub. de insult. & percuss. nu. 18. vers. sed quid si
plures ludebant, Carer. in d. §. circa verò secundam
speciem homicidii nu. 14. vers. idem si in ludo, Marsi.
consil. 67. nu. 53. versic. adducit etiam, consil. 91. nu. 16.
& nu. 24. vers. & quod dictus Nicolaus.

225 Septimum exemplum est, quando quis ponit of-
fendiculum in fenestra, vt furem capiat nocturnum,
& volens furari propter offendiculū cadat a fenestrā,

& moriatur, nam talis occidens non tenetur, vt homicida dolosus, sed de culpa tantum, quia non censetur fecisse animo occidendi, nec ad hoc erat paratum offendiculum illud, licèt mediante tali offendiculo ingrediens fuerit occisus, & ita consuluit Alex. consil. 140. per totum lib. 2. quem secutus est Decius consil. 234. col. 3. sub numer. 3. versic. & in simili casu, & idem sequendo Alexandrum voluit Carer. in loco citato num. 25. vers. item si quis pon. offendiculum,

226 Octauum exemplum est, quando quis versus turbam hominum projiciat lapidem, cum quo hominem interfecerit, nam talis occidens non fuit in dolo, nec habuit animum percutiendi illum hominem interfectum, sed tantum fuit in culpa in projiciendo lapidem, & non cogitando, quod aliquem offendere poterat, Clar. in d. §. homicidium sub numer. 3. versic. huius autem homicidij, & est idem casus, quem ponit Carer, vbi supra numer. 26. versic. idem si lapis projiciatur,

227 vbi loquitur de projiciente lapidem nocturno tempore, & occidente transeuntem, quo casu occidens, qui de occisione non cogitauit, pœna mortis non tenetur, sed alia mitiori ob culpam quia scire debuit, se posse aliquem offendere, quem casum etiam ponere videtur Marcimant. Blanc. in pract. crimin. §. visus sidimus sub num. 136. fol. 56. & eum decidit Castrens. in l. 1. nu. 3. vers. item metuij, C. vbi Senat. vel Clarissim.

228 Nonum exemplum est, quando duo colluctant ad brachia, & vnus habet gladium accinctum, vel falce, & cum eo colluctans manum suam percussit ad illum gladium, vel falcem, & moritur, quia tunc tenens gladium non punitur de occiso, sed solum de culpa, idem si prostratus ad terram habebat gladium accinctum, in quem prosternens incidit, & se percussit, & moritur, quia non tenetur prostratus de occiso, quia hoc euenit non sua intentione, nec suo facto, sed pro culpa tantum tenetur, ita punctualiter dicit Angel. de Perus. in leg. 1. numer. 2. vers. sed hic occurrit dubit. C. ne si. sicarus, sequitur Paris de puteo in tract. de syndicat. in verbo, pœna, cap. 8. numer. 5. versic. & aduerte quia homicidium.

229 Decimum exemplum est in Architectore, qui ascendit machinam, quam non ligauerat sufficienter, & illa machina tota cecidit super caput existentis sub ea, & occidit eum, qui occidens non tenetur pœna ordinaria, sed arbitraria pro motu Iudicis, ita dicit Angel. de Perus. in l. in lege Cornelia, C. ad l. Cornel. de sicar. inquiens, quod hic casus occurrit Perus. & quod ipso aduocante pro dicto Architectore ita fuit decisum, & de hoc dicto Angeli facit mentionem Blanc. in d. §. visus sidimus sub n. 136 & Clar. in d. §. homicidium sub num. 3. ad hic versic. item potest poni exemplum, & est similis casus in l. in lege Cornelia, ff. de sicar. vbi agitur de eo, qui

230 ab alto se præcipitauit, & super alium venit, eumque occidit, & de putatore ex arbore ramum deijcientem, & non proclamante, qui prætereuntem occidit, nam illi non puniuntur pœna legis Corneliæ, quia cessat dolus, sed pro culpa, in qua fuerunt, arbitrarie puniuntur, & prædictis casibus alios plures simile, ponunt Carer. in dict. §. circa vero secundam speciem homicidij numer. 27. & quam pluribus sequentibus vers. idem si quis impulit, & infra, Blanc. in d. §. visus sidimus sub numer. 136. & Clar. in d. §. homicidium sub numer. 3. post versic. culpa dicitur ad finem ibi, Item in eo, qui culpa sua, & Farinac. ubi tempus visus in practic. crimin. tit. de homicid. quæst. 124. in prima parte fere per totam, ad quos, ne singulos ponam, Lectorem remitto causa breuitatis.

231 Vndecimum exemplum est, quando quis insultatus, ac offensus insequitur vulnerantem, qui fugiebat, & eum occidit, nam occidens non debet decapitari, neque tanquam homicida puniri, quia calore iracundiæ prouocatus fecit sic dicitur, & non fuit in dolo, sed in culpa tantum, pro qua solummodo teneri debet, vt singulariter dicit Aret. consil. 34. ad finem numer. 4. versic. amplius dixit Iacob. de Aret. & consil. 80. ad finem numer. 9. versic. pro his adducitur, sequitur Felyn. in cap. dilecti filii sub numer. 10. post versic. secunda declaratio est ad finem ibi, dixit etiam Iacob de Aret. de exceptionib. Afflict. in constitutionib. Regni libr. 1. rub. 13. de homicid. puniendis, in constitut. Terminum vitæ num. 18. vers. vndecimo fallit, Cagnol. in l. quic quid calore num. 8. ff. de reg. iuris, Boer. decis. 168, num. 8. & ita intelligendus est Natta, qui contrarium videtur dicere consil. 412. num. 21. lib. 2. postquam allegat Aret. dicto consil. 34 qui id apertè dicit, & Angel. Aretin. in tract. de malefic. in verbo, & dictus Titius se defendendo num. 36. vers. quæritur Titius, & ibi eum sequitur August. de Arimin. in addit. dicens, quod illa fuit sententia Iacob. de Aret. quæ sibi semper placuit, & pro ea dicit consuluisse Baldum Papiæ, & dixi in meis resolutionibus criminalibus centur. 1. casu 31. num. 5. & sequen. quæ opinio tanquam mitior sequenda est, licet non careat contradictoribus.

232 Duodecimum exemplum est, quādo quis citra animum occidendi alium percussit, ex qua percussione mortuus est, cuius rei, vt plurimum solet sumi coniectura ex genere armorum, seu instrumenti, cū quo illata fuit percussio, puta, si cum baculo quis percussit

233 alium, quia cessare videtur animus occidendi, & adesse tantum culpa, prout contingit in illa muliere, quæ percussit baculo super capite ancillam, quam credens esse ex viro suo prægnantem, ex qua percussione cum ancilla illa decessisset, mulier percutiens è pœna capitali fuit liberata, & in insulam per sententiam deportata, vt eleganter ex quampluribus concludit Grammatic. voto 23. per totum, quem sequitur Clar. d. §. homicidium num. 4. vers. dicitur etiam culposum homicidium, idem est, si cum mannaria fiat homicidium, vt in casu Bald. consil. 136. lib. 2. qui consuluit pro percutiente cum mannaria alium in brachio, qui mortuus fuit, vt non teneatur pœna homicidij, refert Clar. post dictum vers. dicitur etiam culposum homicidium, & idem si cum ligone, vel zappa committatur homicidium, quia animus occidendi videtur cessare, ex quo instrumentum est directum principaliter ad aliud, quam ad offendendum, vt consuluit Ioan. de Anan. consil. 23. de quo meminit Clar. post dictum versiculum dicitur etiam, immo, & idem est, quando sequutum fuit homicidium ex percussione manus etiam armatæ, vel cum calce, vt in primo casu consuluit Aretin. consil. 146. num. 8. & sequent. & in secundo Signorol. de Homodeis consil. 63. de quibus meminit Clar. post dictum vers. dicitur etiam, nam & ille percutiens animum occidendi habuisse non dicitur, & propterea de homicidio non tenetur, sed mitiori pœna puniri debet pro culpa, vt per ipsos habetur, & per Afflict. in constit. Regni lib. 1. rub. 13. de homic. puniendis in constit. Terminum vitæ num. 21. vers. de-

cunote-

cimoseptimo fallit, & per Cassan. in consuetud. Burgund.rubr.1. des iustices, & droi&z d'icelles numer.8. versic. secundo aduerte fol. 53. & videtur decisio Angeli, si bene in l.si inspiciatus in leg. si quis necandi, C.
234 ad l.Iul.de sicariis, vbi videtur dicere, quod si quis cũ pede mulierem prægnantem percutiat, quæ abortiuũ fecit, non punitur pęna homicidii, etiam si partus erat animatus, & mulier erat prægnans, vltra quadraginta
235 dies, quo tempore infunditur anima in corpore, quia non habuit animum occidendi, & deliquit vltra cogitatum, de quo dicto Angeli mentionem facit Paris de Puteo in tractat. de sindicat. in verbo pœna, capitulo 8.sub numer.6. & capitul. 9. sub numer. 3. versic. & quando percussisset quis cum pede mulierem prægnantem, & hanc partem latè tenet, & pluribus fundamentis corroborat Roman.in l. 1.§.occisorum num.3. versic.tertio aduerte.ff. ad Senatus consult. Syllanian, vbi vltra alia fundamenta considerat qualitatem instrumenti, cum quo fuit facta percussio, videlicet, pede, ex cuius ictu quis ad occidendum non præsumitur
236 habere animum, l. 1. §. sed si claua.ff. de sicariis, sine quo animo, & dolo pœna homicidii quis teneri non debet & dicit, quod ita fuit obtentum, & loquitur etiam in terminis statuti dicentis, quod homicidæ occidan-
237 tur, Idem quoque est in homicidio, quod quis committit cum pomo ensis, & potens percutere cum ense se punctim, vel cesim, percussit eum pomo, vel cum hasta ronchę, cum qua potens percutere cum ferro, percussit cum hasta, in quibus casibus videtur, quod occidens non habuit animum occidendi, & propterea de homicidio non potest puniri, vt in proposito dixit Marsil.consil.67.numer. 17. & 18. vers.ex quibus satis clare compræhenditur, de quo meminit Clar.post iam dictum versic.dicitur etiam, ante finem ibi, item si quis habet ensem, eandem opinionem tenuit Angel. Aretin.in tract.de malefic.in verbo, scienter, & dolosè, numer. 18. versic. quid si habebas arma, & ibi etiam August.de Arimin.in addit.ad eum, & ante eos Angel. de Perusio, in leg. is, qui cum telo num. 1. C. ad leg. Cornel.de sicariis, dicens formaliter, sciendum esse, quod si habens telum percussit eum hasta & non cum ferro, cum posset, si ex illa percussione decedit percussus, non tenetur occidens lege Cornelia de sicariis, nam constat, quod non habuit animum occidendi, ex quo non percussit cum ferro ad occisionem principaliter ordinato, & ita etiam tenet Afflict. in dicta constit. Terminum vitę num. 21. vers.decimoseptimo fallit, & cum his concordat Mascard. in tract. de probation.vol.2.conclus. 864. in verbo homicidium, vbi latissimè hanc partem tuetur, & mentionem facit de aliis casibus in pręsenti duodecimo exemplo recensitis, ad quem Lectorem remittendi esse censui.
238 Decimumtertium exemplum est, quando aliquis volens occidere vnum, occidit alium, nam non teneatur pœna homicidii ordinaria, sed tantum extraordinaria, ex quo non habuit animum occidendi eum, quem occidit, & sic videtur potius in culpa, quam in dolo, Angeli, in l.respiciendum, §.delinquunt.ff.de pęnis, & in l.cum seruo.ff.de iniuriis, quem sequitur Alexandr.in additionibus ad Bart.in d.§.delinquunt, Florian.in l.scientiam.§.qui cum aliter sub numer. 11. versic.in glos.3.ff.ad leg. Aquil. Bald. in l.3. §. quacunque sub num.3. versic.quoad tertium, ff. de iur. iurand. Bonifat.de Vitalin.in tract.de malefic. in rub. de insultib. percussionib. & defensionib. numer. 35. sed quid dum

velles percutere, Claud. Battandier. in pract. crim. reg. 111.numer.1. & 2.&reg. 113.numer. 1.Ias. in leg. 1.nume.18.ff. de legib. & in l.si per errorem num. 17. ff.de iurisdict.omn.iud.& in l. clam possidere, §. qui ad nundinas sub nume.57.in fine, ff. de acquirend. possess. & in l.si pater numer.9.C.de hęred.instituend.Cæpol. consil.crim. 33.num. 11. & plurib. sequentibus versic. sed dubium principale stat, Alba dicens esse magis communem opinionem cons.30.num.1.Ioan. de Platea in §.item lex Cornelia sub numer.60.in fine, Instit. de public.iudit. Herculan. in tract.de caut. de non offenden.cap.34. num. 12.versic.ex his quoque, & num. 13.versic. ex prædictis, Additio ad Gomez. de delict. cap.3.titul. de homicid.numer. 34. dicens esse opinionem mitiorem, & numero suffragantium potiorem, quam etiam communem appellant Plaz. & Menchac. relati per Clar.in d. §. homicidium sub num. 5. versic. dicunt etiam aliqui, Grammatic. cons. crimin. 5. ad finem numer. 8. versic. & licet Bart. & in constitut. Regni lib. 1.rub. de pœnis percutient. & occident. versic. item in eo fol. 14. à tergo, dicens in vtroque loco, quod quando casus occurrit, decisio Bartoli ponit iudices
239 maleficiorum in magno periculo, quod melius dixit Angel.& eius opinio tenenda est in iudicando, vti mitior, & subiungit in posteriore loco ita in facto fuisse iudicatum in Sacro Regio Consilio, latè Carer.in practic. crimin. §. tertio quæro numer. 4. & pluribus sequentib. fol. 108. & 109 qui concludit ita tenendum esse, non obstantibus multis per eum allegatis in contrarium, Gribald.in d.tract. de omni genere homicid. §.vlt. de proditorio homicid. numer. 33. & sequentib. versic. quæro si aliquis dolo, & proposito, vbi elegantissimè concludit pro hac parte, & respondet fundamentis tenentium contrarium, & hanc partem sequutus fuit iudicãdo Senatus Pedemont. vt testatur Thesaur.decis. Pedemont. 243. & ipse dixi in meis resolutionibus criminalibus cent. 1. casu 31. numer. 11. & sequent. versic. sunt tamen alij, & licet opinio Bart.in d.l.respiciendum.§. delinquunt num. 6. de pęn. & in l. diuus numer.4.de sicarijs, multos habeat fautores, de quibus memini dicto casu 31. numer. 8. & sequentib. versic. & cum alia vice, quibus addo Afflict. in dicta constit. Terminum vitæ numer.23. versic. modo iuxta prædicta quæro, post Andr.de Isern.ibi num.13.tamen dicta opinio Bartol. falsa communi Doctorum calculo scribentium censetur, vt dicit Mascard. in tract. de probationibus volum. 2.conclus.864. in verbo homicidium numer. 3. versic. verumtamen hæc opinio.
240 Decimumquartum exemplum est, quando aliquis mandauit cuidam, vt alium fustibus percuteret animo castigandi tantum, non occidendi, & mandatarius eum fustibus castigauerit, & occiderit, siue quia modum excessit, siue quia percussus debilior erat, quam vt plagas sustinere posset, nam iste mandans non tenetur lege Cornelia de sicarijs, sed alia pœna mitiori extraordinaria arbitrio iudicis, vt infra dicetur, hanc quæstionem ponit Gribald. in tract.de omni genere homicid.tit.de homicid.culposo numero 6. & quamplurib.sequentib.versic.iuxta præmissa & infra, & dicit prima facie videri, quod mandans teneatur pœna homicidij ex lege Cornelia de sicarijs.
241 Primo quidem, quia in lege Cornelia de sicarijs nihil refert, an quis occiderit, an verò causam mortis prębuerit, ita vt cum mandans causam mortis præbuerit ipsa lege Cornelia teneri debet, lege nihil inte-

rest ff. ad leg. Cornel. de ficar. & l. ita vulneratus, ff. ad
leg. Aquiliam.
242 Secundò quia in maleficiis, qui vltra intentionem
delinquit, si verisimiliter cogitare potuit ex delicto at-
tentato quid grauius posse contingere, tenetur etiam
de eo, quod sequutum est, non de eo tantum, quod in-
tendebat fieri, Bart. in l. diuus, ff. ad l. Corneliam de si-
cariis per test. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis, ff.
de pœn. & in l. quoniam multa, C. de vi public. & man-
dans verisimiliter cogitare debuit, quod verbera sæpè
243 mortem inferunt, quia non sunt semper limitata, neç
dantur ad mensuram.
244 Tertiò, quia dans operam rei illicitæ tenetur de
omni euentu sequuto, non inspecta eius voluntate, vel
proposito, l. si seruus seruum. §. si quis in Insulam. ff. ad
l. Aquilam, & ibi, Bart. & alii Doctores notant.
245 Quarto, quia ad infligendam veram pęnam delicti,
sufficit delinquentem fuisse in dolo, si non vero, saltem
pręsumpto, ex quo saltem in genere cogitauit tale ho-
micidium facile subsequuturum, l. aut facta. §. euentus,
ff. de pœnis.
246 Quintò, quia videtur imputandum esse mandanti,
quod tales mandatarios fines mandati excedêtes ele-
gerit, ideo per talem electionem de illorum facto te-
neri debet, §. fin. instit. de societat. & leg. debet. ff. naut.
caup. stabular.
247 Sexto, quia ita videtur tex. in cap. sicut dignum, §.
illi autem, de homicid. & in cap. fin. eod. titul. lib. 6. vbi
mandans verberari, clericum, & non occidi, si occida-
tur, de occiso tenetur, & hanc partem tenet Cępol.
consil. crimin. 34. in tertio dub. numer. 24 & infinitis se-
quentibus versic. circa tertium, & vltimum dubium,
vbi numer. 61. dicit eam esse veriorem, & melioribus
rationibus, & pluribus authoritatibus comprobatam,
& quod ab ea iudicando, & consulendo non est rece-
dendum, & in dicto consil. latissimè disputat Cępol.
hunc articulum, & defendit partem rigorosiam contra
votum Domin. Antonij de Rosellis de Arretio, Do-
mini Francisci de Capitibus Listæ, & Domini Angeli
de Castro, qui consuluerant, quod deberet mandans
puniri non pœna mortis, quia cessabat animus occi-
dendi, sed alia mitiori propter culpam, in qua erat, non
248 cogitando posse mortem euenire, quia in pœnis ca-
pitalibus lata culpa non ęquiparatur dolo, & ibi le-
guntur omnia, quæ adduci possunt tam pro quam cō-
tra talem mandantem.
249 Contrariam tamen opinionem dicit Gribald. tene-
re Cepol. cons. crim. 35. 36. & 37. & sunt illa tria con-
silia illorum trium famosissimorum Doctorū, de qui-
bus meminit Cepoll. d. cons. 34 Addo ipse aliud con-
silium eiusdem Cepoll. vel alterius 38. in quo idem cō-
cluditur, idem consuluerunt Dec. consil. 482. pro reso-
lutione casus propositi, & Marsilius consilio 67. in
primo dubio. Ex quorum dictis constat istam esse ma-
gis communem Doctorum sententiam, a qua tanquā
mitiori non sit recedendum secundum Gribald. in lo-
co citato, & idem vltra citatos, reperio tenere Dec.
cons. 622. visa inquisitione, & Grammat. cons. crimin.
20 in causa Vincentij, & Plaz. in epitome delictorum
lib. 1. cap. 15. in princ. dicentem esse opinionem com-
munem, quia homicidium commissum est absque ve-
ro animo, & directa occidendi voluntate, & videtur
probari in d. c. fi. de homicid. in 6. dum dicit mandan-
te fuisse in culpa, & nō cogitasse hoc euenire potuisse.
Fundamentum autem huius opinionis in hoc po-
tissimum consistit, quod certissima est, & ab omnibus
approbata iuris regula, quod ad hoc, vt quis ex euentu
mortis sequuto lege Cornelia de sicarijs, & sic vltimo
supplicio teneatur, requiritur, vt præcesserit dolus vel
animus occidendi, quia aliàs sola culpa etiam lata non
251 sufficit, & vt pro maleficio vera, & ordinaria pęna
delicti infligatur, nunquam lata culpa, ęquiparatur do-
lo, l. in lege Cornelia, ff. de sicar. glos. & Doctores in
leg. in actionibus. ff. de in litem iuran. & in l. si mora. ff.
solut. matrimon. Bart. in l. quod nerua. ff. depositi. Bald.
in l. data opera, C. qui accus. non poss. quo fit, vt cum
252 mandans non habuerit animum occidendi, sed fusti-
gandi tantum, respectu homicidij præsumitur dumta-
xat in culpa fuisse non cogitando, quod mors ex illa
fustigatione euenire posset, non autem in dolo, & per
consequens mortis non tenetur, sed alia leuiori pro
motu iudicis, quod fundamentū faciunt dicti tres Ex-
cellentissimi Doctores. Dec. & Marsil. in consilijs præ-
allegatis, & ita tenendo non obstant contraria, quia il-
lis respondetur, vt infra.
253 Ad primum enim de lege nihil interest. ff. de sicar.
& leg. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, respondetur id
procedere, quando dante causam maleficio fuit etiam
animus sic delinquendi, & dolus, secus verò, quando
culpa tantum interuenit, quia tunc mitius punitur,
secundum præfatos Doctores in præcitatis consilijs.
Ad secundum, quod mandans aliquod violentum in
personam alterius, etiam de morte sequuta teneatur,
quia talem casum debuit præuidere, & mortem posse
contingere d. leg. si quis aliquid. §. qui abortionis, ff. de
pœn. & d. l. quoniam multa, C. de vi public. responde-
254 tur secundum præfatos Doctores in dictis consilijs,
quod illa iura procedunt in eo, qui habebat animum
255 occidendi, vnum vnde si duos occidat de vtroque te-
netur, Amplius habent locum in eo, qui fuit auctor ri-
xæ, & personaliter adfuit, qui magis imputatur, quia
videns rixam sine homicidio fieri non posse, videbat
abstinere, secus autem in absente, qui madauit aliquod
violentum fieri sine tamen animo occidendi, & si mā-
datarius excessit, tali excessu occurrere non potuit, vt
256 ideo dispositio dictę legis quoniam multa, in absente,
seu mandante locum habere non videatur, præterea
ad d. §. qui abortionis, aliter responderi potest, quod
dans poculum amatorium mulieri grauidæ, & sic vio-
lentum abstrahens a sensu, est in dolo saltem secunda-
rio, quò ad perdendum fœtum, quia licet tale poculū
sit destinatum ad abortum, tamen vt potiatur suo fine
principali, etiam omne medium necessarium ad illum
finem velle videtur.
257 Ad tertium de euentu sequuto, de quo tenetur dans
operam rei illicitæ, respondetur illud esse verum, &
intelligi, vt talis dans operam rei illicitę aliqualiter pu-
niatur propter culpam, quæ exigit pœnam extraordi-
258 naria, quia nulla culpa debet remanere impunita, leg.
ita vulneratus, ff. ad legem Aquil. & l. sancimus, C. de
pœnis, secus autem est in vera pęna delicti, cum delin-
quens in dolo non fuerit.
Ad quartum, quod sufficiat dolus præsumptus ad
hoc, vt vera pęna delicti locum habeat, respondetur
259 id non esse verum, quia vt pęna corporalis imponā-
tur, dolus præsumptus non æquiparatur dolo vero, qui
in pęna ordinaria delicti corporali exigitur, secundum
260 Bart. in d. l. quod nerua, & ideò ex præsumptionibus
2 quantumcunque violentis nemo corporali pœna pu-
nitur, l. fin. cum ibi notatis. C. de probationib. capitul.
attente

afferte gladium, & ibi Canonistæ de præsumptionib.
Ad quintum, quod mandanti sit imputandum, quod
tales elegerit mandatarios, respondetur, quod man-
261 danti non potest imputari dolus, cum in eo non fue-
rit animus occidendi, sed bene imputabitur culpa ex
eo, quod duriores, sui mandati executores elegerit, &
omnem euentum non præuiderit, & certum est, quod
propter culpam etiam latam, nemo pęna mortis tene-
tur, vt supra probatum est.
Ad sextum, & vltimum de textu in cap. sicut dignũ,
§. illi autem de homicid. & de cap. fin. de homicid. in
262 6. respondetur, quod ibi non punitur quis vera, & or-
dinaria pœna delicti propter dolum, sed pœna extra-
ordinaria propter culpam, & excessum, & ita respon-
det Dec. d. consil. 582. colum. penult. sub num. 15. vers.
primo ergo non obstat, & consil. 622. sub num. 4. vers.
primo ergo non obstat, Marsil. consil. 67. num. 31. vers.
præterea potest Gramm. d. consil. crim. 20. sub numer. 3.
versic. & ita intelligitur, & hanc responsionem pro-
bat Gribald.
263 Alio modo vltra eum respondetur ad dictos textus,
quod scilicet, quod dicitur in dictis capitulis procedit
respectu irregularitatis, de qua nos non loquimur, quæ
imponitur a iure canonico, nos autem loquimur de pę-
na sanguinis, quæ imponitur de Iure ciuili, inter quas
longa est differentia, ita dicunt Grammatic. d. consil.
20. sub num. 4. vers. item textus, & Marsil. d. consil. 67.
numer. 27. vers. non obstat modo. Aliter etiam respon-
deri potest, quod loquuntur, quando genus instrumen-
ti, cum quo quis percussit, erat de instrumentis aptis ad
occidendum, puta gladius, vel ensis, secus si non erat
aptum, puta claua, baculus, & similia, ita dicunt Grã-
matic. d. consil. 20. sub num. 3. & ita intelligitur, & Mar-
sil. d. consil. 67. numer. 28. & 29. vers. secundo respon-
deo, & ita constat hanc opinionem esse magis com-
munem, veriorem, & æquiorem, & iudicando ample-
ctendam, vt mandantes a pœna mortis liberentur.
Cæterum ad perfectam huius quæstionis notitiam,
& ad consequendam veram eius doctrinam censuit
Gribald. distinguendos esse tres casus, quorum primus
264 est, quando mandans iussit occidi, & mandatarij mã-
datum exequendo, occiderunt, quo casu certum est
mandantem, & mandatarium pari pœna teneri, & ad
mortem condemnari, l. vtrum, ff. ad leg. Pompeam de
Parricid. Bart. & cæteri Doctores in l. non solum. §. si
mandatu. ff. de iniur. Salycet. & cæteri scribentes in l.
non ideo minus, C. de accusationib.
265 Secundus casus est, quando mandans iussit occidi,
& mandatarius dumtaxat vulnerauit, quo casu de iure
communi mandans tenetur lege Cornelia de sicarijs,
licet eius Intentio non fuerit suum effectum sortita na
266 in delictis voluntas inspicitur, & non exitus, l. diuus,
ff. ad l. Iuliam de sicarijs, & qui cum telo, C. eod. tit. &
vtrobique Glos. & Scribentes notant, tamen de gene-
rali cõsuetudine regulariter nemo punitur propter af-
fectum, nisi quoque subsequutus sit effectus secundum
Doctores in locis allegatis, & Bald. in l. data opera, C.
qui accus. non possunt.
267 Tertius casus est, quando mandans iussit solum vul-
nerati, sed mandatarius occidit, quo casu mãdans pœ-
na mortis non tenetur, sed alia mitiori secundum com.
munem opinionem, vt patet ex supra allegatis, &
licet Cæpolla dicto consilio crimin. 34. latissimè cõ-
suluerit mandantem vltimo supplicio puniendum, &
respondeat ad omnia fundamenta, quæ pro communi
opinione adducuntur, attamen ab ipsa communi sen-
tentia, vti benigniori nõ est recedendum, maximè quia
268 ad hoc, vt quis reus mortis constituatur, nece esse est
ipsum est in vero dolo, & in specifica, & deliberata
mẽte occidẽdi, cũ dicat ipsa veritas Dominus Noster
Iesus Christus homicidia ex corde procedere, & ab hoc
non potest congruè responderi secundum Gribal sũ.
269 In hoc tamen tertio casu considerandum est, quod
ista communis opinio non ita simpliciter procedere
videtur, sed in illis tantum casibus, in quibus quis de lit
mandatum de percutiendo alium alapa, pugno, bacu-
lo, vel simili instrumento, cum quo verisimiliter non
solet percussus occidi, tunc solum verum est, quod si
mandatarius occidat, mandans non tenetur de occiso,
quia mandatarius facilè poterat percutere, & non oc-
cidere, & ideò puniendus est mandans tantummodo
pęna extraordinaria, secus autem in illis casibus, in qui-
bus quis mandatum de percutiendo cum ense, vel gla-
dio, ex quo verisimiliter poterat interuenire mors,
quia vulnera non possint dari ad mensuram, & sæpius
solent esse lętalia, quia tunc mandans vulnerari tantũ,
si mandatarius occidat, tenetur de occiso, vt cõsiderat
Clar. in pract. crim. quæst. 89. num. 5. versic. pone ali-
quis mandauit Titio, & pro hoc allego Angelum in
tract. de malefic. in verbo, & Sempronium Rodulphi
Barbitonsorem numer. 39. versic. decimo octauo è cõ-
tra queritur, vbi dicit ex Baldo in d. l. non ideò minus,
C. qui accus. nõ possũt quod mãdans aliquem vulnerari
gladio, si mandatarius occidat, tenetur de occiso, quia
non erat in potestate mandatarij seruare fines manda-
ti, quia vulnera non dantur ad mensuram, & quodlibet
vulnus potest esse mortale, aut mandauit de percutien-
270 do cum alapas baculo, aut pugno, & mandatarius
occidit ferro, & tunc non tenetur, quia mandatarius
excessit mandatu, & erat in sua potestate seruare man-
datum, sequitur Augu. l. de Arim. ibi in addit. qui dicit,
quod si quis mandauit aliquem vulnerari cum cultel-
lo ita paruo; quod non erat aptus ad occidendum, &
mandatarius occidit. non tenetur de occiso, ita etiam
colligitur ex Grammatic. d. consil. 20. num. 1. 2. & 3. ex
Marsil. d. consil. 67. num. 31. versic. præterea, vnde cõ-
silia Domini Antonij de Rossellis, Domini Francisci
de Capitibus Listæ, & Domini Angeli de Castro, &
consilium Decij 442. in quibus agitur de mandato ad
vulnerandum, non carent probabili dubio, & videtur
rectius procedere dictum cons. Cepollę 34. bene autem
procedit consilium Decij 622. quod loquitur d. man-
dato ad sfrigiandum, vt considerat Clar. d. quæst. 89.
qui etiam adducit dictum Consilium Grammat. 20. in
quo agebatur de percussione cum baculo, & las. 183.
lib. 2. in quo mandatum erat de dando cuidã viro [illegible]
cum, quibus casibus mandans extraordinariè tantum
punitur, & hanc distinctionem Clar. optimè probat
Boss. in practic. crimin. tit. de mandato ad homicidium
n. 10. vers. quinto est videndum, vbi dixit, quod si man-
datur dari vulnus, itaut non occidatur, quia in vulneri-
bus inferendis non potest adhiberi certus modus, &
mensura, tenetur mandans etiam de eo, quo mandata-
rius excessit, secus autem, si mandatur dari colaphus,
& percussio cum baculo, & dicit, quod ista est com-
munis opinio, & idem tenet Gomez. libr. var. resolut.
tomo 3. de delict. cap. 3. titul. de homicid. nu. 18. vers.
quarto facit notabile fundamentum, vbi pariter distin-
guit quod aut mandans mandauit percutere cum en-
271 se, vel gladio, vel alio genere armorum apto ad oc-
cidendum,

cidendum,& tunc sequuto homicidio tenetur de eo,
aut mandauit percutere eum ligno, baculo, vel quolibet
alio simili instrumento, quod verisimiliter non est
aptum ad occidendum, & tunc non tenetur de homicidio,
sed arbitrariè maiori pœna, licet sequatur homicidium,
idem tenent Monticell. in pract. crimin reg.
7. numer. 58. 62. 63. 64 versic. sexto principaliter quæro,
& infra. vbi eandem sequitur distinctionem, & Menoch.
in tract. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 4. casu 352.
numer. 2. & 3. versic. extenditur primo, & versic. declaratur
primo, & Clar. in pract. crim. §. circa tertium
numer. 123. & sequent. fol. 146. à tergo, & fol. 147. ex
quorum dictis hæc distinctio optimè procedere videtur,
licet Gomez. vbi supra eam non approbet.

Quærit postremò loco Gribald. d. tit. de homicid.
culpos. num. 16. & 17 versic. vltimo pro complemento
272 an grauius reputetur aliquem gladio leuiter vulnerare,
an verò stricto gladio terribiliter insultare, & inquit,
quod prima fronte videtur dicendum, eum magis
delinquere, qui vulnerat, quia is ad actum peruenit,
quam eum, qui solummodo insultat, quia hic tantum
conatur, & nihil efficit, iuxta l. si quis non dicam rapere,
C. de Episc. & Cler. Contrarium tamen determinat
authoritate summi practicis in criminalibus Domini
Iacob de Bellouisu in pract. crimin. rub. de Inuasore, &
offendere volente in verbo, & ipsum interfecisset num.
7. versic. ex quibus deciditur, per text. in l. is, qui cum
telo, C. ad l. Corneliam de sicarijs, & vltra eum facit ad
273 hoc ratio notabilis, quod in maleficijs, quando delictum
est perfectum solus euentus inspicitur, & non
voluntas, l. aut facta. §. euentus, ff. de pœn. sed quando
maleficium non est perfectum non attenditur euentus,
sed voluntas, l. diuus, & ibi Gl. notat in prima expositione,
ff. de sicar. adeo quod in vulnerante vltra
vulnus illatum nihil præsumitur, sed in inuadente præsumitur
animus occidendi, l. is, qui cum telo, C. de sicarijs,
sed Iacob. de Bellouisu in libro meo potius dixit
contrarium, nam sub d. num 7. versic. item ex præ-
274 dictis colligere, inquit, quod melius, & vtilius est cum
gladio euaginato percutere aliqualiter aduersarium,
saltem cum manubrio gladij, vel aliter etiam leuiter,
quam gladium extrahere, & nihil ex inde facere, &
allegat legem primam. §. diuus. ff. de sicar. tamen verū
videtur dictum Gribaldi, quoties quis insultum cum armis
fecit, vt occideret, cum tunc pro homicida habeatur
de iure communi ex d. l. is, qui cum telo, cui tamen
ex generali consuetudine derogatum est, ex qua non
punitur affectus, nisi sequatur effectus, vt supra dixi.
275 Dolosum homicidium committitur, quando quis
animo occidendi aliquē illum interfecit, vt dicit Clar.
in d. § homicidium nu. 6. versic. dolosum autem homicidium
dicitur, Farinac. in pract. crim. tit. de homicidio
quæst. 126. in prima parte, num. 2. vbi numeris sequentibus
plura dicit de pertinentibus ad hoc dolosū
homicidium, quæ dictis per me in hac materia addere
non curaui, cum posthæc scripta ea viderim, & apud
eum legi possunt, & est tale homicidium dolosum, cædes
hominis ab homine perpetrata cum intentione, &
proposito occidendi, l. 1. §. diuus, & l. qui cædem, ff. ad
legem Corneliam de sicar. l. respiciendum, §. delinquūt,
& ibi Bart ff. de pœn. & dicitur dolosum a dolo malo.
276 qui est fraudolenta machinatio ad nocendum, l. 1. §.
dolum ff. de dolo, vel malitia animi ad illicitum finem
tendentis, vel malum animum propositum ad illicita
notat Gribald. in d. tract. de omni genere, homicid.
titul. de homicid. doloso in princip. numero, 1. & 2.
277 Pœna verò homicidij dolosi de iure communi est
pœna legis Cornel. de sicarijs, vt est text. in l. 1. ff. ad l.
Cornel. de sicarijs, quæ pœna in nobile est deportatio,
& bonorum omnium confiscatio, in humiliori verò
decapitatio l. 3. §. legis Corneliæ, & l. qui cædem. ff. ad
leg. Corneliam de sicarijs, Salycet. in l. is, qui cum telo
colum. fin. sub num. 8. vers. item quia exorbitat. C. ad l.
278 Corneliam de sicar. sed hodie pœna dicti homicidii
est decapitatio, & in effectu pœna mortis naturalis, vt
clare dicit text. in l. 7. C. de Episcopal. audient. & tradunt
Gandin. in tract. de maleficiis rub. de homicidiar.
nume. 4. vers. sed quæro, & Pelyn. in rubr. de homicid.
& est communis opinio Doctorum, vt dicit Boss. in
practic. crimin. titul. de homicid. num. 109. vers. & ita
effectu, quem sequitur Clar. in d. §. homicidium nu. 18.
vers. sed quæro quæ sit pœna homicidii, Grammatic.
voto final. in finalibus verbis.
279 Et licet dolus non præsumatur, l. merito, ff. pro socio,
& etiam quod præsumeretur nemo ex præsumptionibus
pæna corporali sit damnandus, leg. fin. C. de
80 probationib. & cap. afferte gladium de præsumptionib.
tamen in proposito nostro aduertendum est, quod
dolus non præsumitur in actibus indifferentibus, qui
non sunt de genere prohibitorum, nam tales actus in
dubio præsumitur potius bona, quam mala intentione
281 facti, quia omnis actus dubius in meliorem partem
accipi debet cap. extote, de reg. iur. in antiquis, & in
dubio sēper nobilior præsumptio est capienda, ita ut
delictum excludatur d. l. merito, ff. pro socio, sed in actibus
per se illicitis, & qui sunt de genere prohibitorum
dolus præsumitur, quoniam effectus causam demon-
282 strat, l. non codicillum, C. de testamen. & omne ma-
183 leficium praue præsumitur factum, nisi contrarium
probetur, l. 1. C. ad l. Corneliam de sicariis, & l. si non
conuicii, C. de iniur. & ex præsumptione facti principalis
284 nemo corporali pæna damnatur, d. leg. fin. C. de
probationib. & d. cap. afferte gladium de præsumptionib.
sed quando factum principale verè probatur, tūc
doli qualitas præsumitur, & ab ipso facto regulatur, l.
dolum, C. de dolo, & ratio quare ex facto præsumpto
nemo principali, & ordinaria pæna punitur, satis cō-
stat ex eo, quod si sic esset duplex præsumptio in eodem
actu concurreret, vna, scilicet facti, & alter quali-
285 tatis cōtra regulam, l. 1. C. de votis promission. quod
in vno, & eodem casu plures præsumptiones, & specialitates
concurrere non debent; Vnde necesse est factū
vere probari, antea quam facti qualitas præsumatur,
286 quia qualitas non potest esse sine substantia, ita dicit
Gribald. d. tit. de homicid. doloso, num. 4. & sequ.
287 Sed cum dolus vti in animo consisteos, non possit
nisi ex inditiis, & præsumptionibus probari, d. l. dolum.
288 C. de dolo, nec mirum eum ea, quæ consistunt in animo,
sensibus non obiciantur, neque vllam recipiant
extrinsecam probationem, §. sed istæ, & ibi Gl. & Doctores,
præsertim Ias. num. 83. & seq. versic. in eadem
Glosa, Instit. de actionib. non in merito quæri potest,
quibus coniecturis dolus præsumatur, & quidem mul-
289 tæ sunt coniecturæ ex quibus dolus ipse præsumitur,
& potissimum quatuor principales in hac materia, sicut
& aliæ quatuor reperiuntur, quæ dictum dolum
excluditur, secundum Gribald. d. tit. de homicid. doloso
numer. 10. & 11.

Prima coniectura dolum arguens sumitur ex odio,
290 & inimicitia præcedēte, nam inimicus inimico sem-

per

per malum vult, Marſ.conſ. 12.num. 10. & ſequ.conſ. 79 num.2 1.& ſeq.conſ 52.num.10. & ſeq.

291 Secunda coniectura arguens dolum inſurgit ex improbitate perſonæ,& conſuetudine delinquendi, præſertim in eodem genere mali, cap.ſemel malus, de reg. iur.in 6.& l.ſi cui.§.iiſdem. ff. de accuſationib. vbi dicitur,quod qui calumniatus fuit in prima accuſatione, calumniari præſumitur etiam in ſecunda, & l.non omnes,§.a b. rbaris,ff.de re milit.vbi dicitur, quod ſi miles male ſe habet in militia, non eſt ei plus credendũ, quia non eſt veriſimile, quod in futurum bene ſe habeat & ratio eſt, quia de præterito præſumitur in præſens,l.ſine poſſidetis,C.de probationib. & l.non ignorabit.ff.ad exhibend. vt dicit Dyn.in d. capitul. ſemel malus num. 1.& 2.

292 Tertia coniectura arguens dolum deſumitur ex qualitate,ſiuè ex genere armorum, vt potè ſi quis gladio, vel haſta, vel pugione percuſſerit, vel ſimilibus inſtrumentis ad mortem inferendam preparatis, l. 1. §.Diuus Adrianus in princ.ff.ad l.Corneliam de ſicar. & cap. ſignificaſti il ſecondo in finalib. verbis de homicid. & vtrobique Doctores.

293 Quarta coniectura dolum præſumens, accipitur ex loco vulneris, vt puta, ſi quis in capite, pectore, vel ventre percuſſerit, locis tumirum periculoſis, & vulnus lethale efficientibus,d.cap. ſignificaſti il ſecondo ad finem, ibi, tum ratione partis, in qua fuit ille percuſsus, in qua de modico ita quis lethaliter ſolet lędi, de homicido, & ibi Felyn. ſub num. 21. verſic.limita hæc omnia,& Marſil.in d.§. Diuus Adrianus num.26. verſic. item eodem modo.

294 Coniecturæ autem aliæ quatuor dolum excludentes ſunt iſtę.

Prima, ſi nulla inimicitia præceſſit, vel nulla cauſa inimicitiæ, nam hoc caſu ceſſat omnis ſuſpicio doli.

295 Secunda,ſi occidens ſit alias bonæ vocis, & famæ, neque ſolitus talia perpetrare,nam ſemel bonus præſumitur durare bonus,niſi probetur contrarium l.omnimodo,C.de inofficioſo teſtamento, l. cum quidam, & l.cum pater.§.rogo,ff.de legat.2. & cap. omnium de præſumptionib. & ponit Dyn. in d. cap. ſemel malus nu.3 verſ.ſed contra regulam, de reg.iur.in 6.

296 Tertia, ſi percuſſerit cum inſtrumento ad inferendam mortem præparato,velut claue,cucumã, baculo,calce,pugno,vel ſimili,vt eſt text.in d.l.1.§. Diuus Adrianus, ibi, ſed ſi claua,ff.ad l.Corneliam de ſicariis,Aretin.conſ.80.ſub num.5. verſic. his ergo breuiter præmiſsis.

297 Quarta,ſi percuſſerit in loco non periculoſo,vt puta in crure, brachio, vel humeris, aut ſimilibus in locis, in quibus vulnus regulariter non eſt mortale, d.c. ſignificaſti il ſecondo verſ. & quidem ſi hoc ita ſe habet, quod fortan ex eo poſſet oſtendi, ſi certa appareret percuſſio ab eodem inflicta tam modica,& tam leuis in ea parte corporis, in qua quis de leui percuti non ſolet ad Mortem,de homicidio, l.eum qui,C.ad l.Corneliam de ſicariis,vbi qui calce percuſſit, animo occidendi percuſsiſſe non videtur, licet homicidium ſequutum fuerit, Aretin. dicto conſil. 80. ſub num. 5. poſt verſ.his ergo breuiter præmiſsis.

298 Eſt verum,quod ad excludendam doli præſumptionem ſufficere non videtur vna ex prædictis coniecturis, ſed plures requiruntur, nam ad elidendam doli præſumptionem,quæ ex genere,ſeu natura, vt ita dixerim,actus reſultat,cum ſit potentiſſima, plures contrariæ coniecturæ requiruntur, vt videtur ſentire Aretini d.conſ.80. num.5. & 6.verſic. his ergo breuiter præmiſsis, & infra, quem ſequitur Gribald.d.titul.de homicid.doloſo ante num. 12. vna enim præſumptio

299 tollit aliam,& fortior vincit debiliorem,l.cum de indebito.ff.de probationib.l.non eſt veriſimile,ff. quod metus cauſa,l.Diuus ff. de in integr.reſtitut. num. & l. non ſolum,§.de vino, ff. de ritu nuptiar. & propterea plures coniecturæ vnam ſolam excludunt, & plena

300 probatio omnes coniecturas, atque præſumptiones elidit,l.1.cum ibi notatis,C.qui, & aduerſus quos.

301 Sciendum eſt autem,quod ad hoc, vt aliquis poſsit argui de homicidio non ſufficit mala fama, & conſuetudo delinquendi in genere, ſed requiritur, quod ſit diffamatio in eodem genere delicti,vt quod ſolitus ſit committere homicidia,percutere, & vulnerare,& ſe de facto vlciſci, & propterea ſi inquiritur contra aliquem de homicidio, non ſufficit diffamatio, quod ſit ſolitus falſificare inſtrumenta,vel furari, quia talis diffamatio non eſt de eodẽ genere delicti,vnde oportet, quod ſit diffamatus de alio homicidio, vulneribus, & percuſſionibus, iuxta text. in cap. ſemel malus, de reg.iur.lib.6.Bart.in l. altius,ff.de tenatorib.Bald. & Iuiol.in l. ſi.ff. de hæredib. inſtituend. Alex. conſ. 50. num. 3.verſ. ſecundo reſpondeo lib. 1. Ioann. de Amic.conſ.27.numer. 11. & ſequent.Grammatic.voto 30.num.28.verſic.item ad hoc, Gribald. d. tit. de homicid.doloſo num.14.verſ.quæritur quoque,Clar.dicens communiter in practic.crimin.quæſt.21. ſub nu. 1.verſic.ſcias tamen, quod hæc omnia procedunt.

302 Et ſi etiam, ſi ſit in eodem genere delicti, in criminalibus non ſufficiat ad probationem delicti etiam præſumpti,Bart.in l. 1.§.ſi quis tamen,ff. quod vi, aut clam, Aretin.in cap.conſtitutus, extra de teſtib. quos refert,& ſequitur Grammatic.voto 11.num. 21. poſt verſic.nec poſſet inferri,& illud eſt, quod dixit Clar.in d.quæſt.21.ſub num.1.verſic.fama enim in criminalibus,quod in illis non probat fama, neque etiam ſemiplene,& refert plures communem teſtantes, & videtur Gloſ.in cap.1.cum eis il primo in verbo illorum,extra de teſtib.ſufficeret tamen ad inquirendum, ſecundum Clar.in practic.crimin.quæſt.6.numer. 21.verſ. item quæro d.quæſt 21.num. 1. in principio.

303 Sed quæritur, cum quidam videns ſuum inimicum digladiantem cum altero occurrit cum haſta, vel gladio, & aduerſarium in capite percutit cum ligno, haſtæ, vel cum pomo gladii, cum tamen ferro percutere potuiſſet, ex quo ictu decesſit percuſſus, an talis percuſſor de homicidio teneatur, tanquam de dolus, an vero extra ordinem, vt de homicidio culpoſo,hanc quæſtionem ponunt in indiuiduo Marſil.in d.§. Diuus Adrianus nu. 27. & pluribus ſequentibus verſ. modo quæro, & Gribald.d. tit. de homicid. doloſo num. 15. & ſequen.verſ.ex prædictis,& arguit Marſil.qui diffuſius quæſtionem tangit, quod non debeat puniri pœna mortis pro homicidio doloſo,ex quo cum animus, & intentio in ſimilibus debeat attendi,& ille non habuerit animum occidendi, non debet puniri, vt homici-

304 da, quod autem non habuerit animum occidendi probatur ex hoc, quia percuſsit cum haſta, cum potuiſſet percutere cum ferro, Vnde ex hoc reſultat tutis præſumptio, quod non fecerit animo occidendi, merito non debet puniri pœna mortis, vt ex allegatis ſupra conſtat.

305 Sed in contrarium dicit facere, quia ſi noluiſſet occidere,

cidere, non percussisset in capite, & in loco periculo-
so, vbi á communiter accidentibus homines ex per-
cussionibus capitalibus moriuntur, etiam ex modico
ictu, vt dicit text. in d. cap. significasti il secondo in fi-
ne, & ibi hoc tenent omnes Doctores, cum ergo ex
præsumptione iuris taliter percutiens in capite habue-
rit animum occidendi, & animus, & propositum at-
tendatur, vt supra sequitur necessario, quod iste est pu-
niendus pęna mortis, nec obstare inquit dictam præ-
sumptionem, quod percusserit cum hasta, licèt potue-
rit percutere cum ferro, quia ista percussio in capite
operatur contrarium effectum, quod, scilicet habuerit
306 animum occidendi, vna enim præsumptio tollit
aliam. l. Diuus, ff. de in integr. restitut. minor. & in istis
criminibus dicimus, quod omne malefactum præsu-
mitur pravè actum. l. si non conuicij, ff. de iniur. & ha-
betur per Doctores in l. 1. C. de sicariis, in l. 1. C. si quis
Imperatori maledixerit, & in dubio animus occiden-
di debet præsumi ex multis, quæ congerit Marsil. &
hanc partem tenere magis communiter Doctores as-
serit Gribald. sub d. numer. 15. versic. breuiter ex eo,
quod licèt ex genere instrumenti, seù eius qualitate in-
surgat quædam præsumptio pro percutiente, quod
occidere voluerit, tamen quia percussit in parte ma-
gis nobili, & periculosa, vna præsumptio elidit aliam,
ita vt remaneat præsumptio doli, quæ ex actu, sine ef-
fectu illicito resultat.

307 Cæterum etsi quæ adducuntur, pro dicta sententia,
quod pœna mortis sit puniēdus occisor, multum strin-
gant, & concludant, contrarium tamen dicendum es-
se putat Marsil. num. 35. & sequent. inquit enim negari
non posse, quin casus ille dependat ab animo percu-
tiens, qui, si fecit animo occidendi, morte punitur,
alias si non animo occidendi, pœna arbitraria mitio-
308 ri, & ille animus tanquam quid in corde latens á so-
lo Deo, qui cognoscit intrinseca, legitur, Glos. in l. 2. ff.
de interrogat. actionib. & animus non potest probari
per testes, Innoc. in cap. super hoc de renuntiationib.
quem sequitur Bald. in leg. si quis filio, §. eius qui ff. de
iniust. rupt. & irrit. facto testament. & ideo cum talem
animum nō possumus percipere, nisi ex præsumptio-
nibus, vbi colligitur, quod animo occidendi percusse-
rit, cum hoc colligatur ex præsumptionibus verisimi-
libus, non poterit occidens puniri pęna, mortis ordi-
309 naria, quia quotiescunque quis codemnatur ex præ-
sumptionibus, tunc nunquam non debet imponi vera
pœna delicti, sed alia mitior, vt dixit Innocent. in cap.
quia verisimile, de præsumptionib. quod dictum re-
ferunt, & sequuntur Canonistæ in cap. afferte gladiū
eod. tit. Bald. in leg. non est verisimile, ff. quod metus
causa, & in cap. 1. ad finem quib. mod. feud. amitt. fa-
cit dictum Bald. in leg. presbyteri colum. penult. C. de
310 Episcop. & Cleric. vbi voluit, quid quando Iudici
non liquet de falsitate testis, sed suspicatur de ea, tunc
debet sententiam temperare, & est regula generalis
in criminalibus, vt ex præsumptionibus, etiam vrgentibus,
tibus, Iudex temperare debeat suam sententiam, Alex.
consil. 15. num. 3. versic. tertio per id, lib. 1. cum pro-
cedat ex sola suspicione, quæ sola non sufficit ad con-
311 demnationem, alia etiam ratione opinionem hanc
firmat, quia negari non potest, quin in hac quæstione
concurrant præsumptiones pro vtraque parte, & ita
præsumptio, quæ resultat ex percussione capitis, tolli-
tur ex præsumptione armorum, cum quibus ille per-
cussit, sicut è contrario præsumptio armorum cum
quibus ille percussit, præsumptionem ex percussione
capitis, imò debemus dicere, quod ista præsumptio
armorum, cum quibus ille percussit, debet magis tolle-
re contrariam præsumptionem, quam è contra, quia
in dubio promptiores, & faciliores esse debemus in ab-
312 soluendo, quam in condemnando, capitul. in pœnis, de
reg. iur. in 6. l. semper in obscuris, ff. eod. tit. l. Arrianus,
ff. de actionib. & obligationib. ex quibus, & aliis, quæ
13 gratia breuitatis omittuntur concludit Marsil. sibi vi-
deri, quod is, qui potuit percutere cum ferro, & per-
cussit cum hasta, licet percusserit in capite, ex qua per-
cussione sit sequuta mors, non puniatur tanquam ho-
micida, & propterea Bart. in eo. §. Diuus Adrianus, &
Aretin. in tract. de Malefic. eum sequens non rectè lo-
quuntur. Bene fatetur, quod si aliquis non habens alia
314 arma, sed solum habens baculum, vel lignum in ma-
nibus, percutiat aliquem in capite taliter, quod per-
cussus moriatur, quod ipse erit puniendus pœna mor-
tis, quia omnis præsumptio est contra eum, quod fece-
rit animo, & intentione occidendi, & nulla præsum-
ptio concurrit pro eó, & licet percusserit cum ligno,
& non armis aptis ad occidendum, hoc euenit, quia
non habebat alia arma, sed secus quando habebat alia
arma, vt in quæstione nostra, & noluit illis vti, quia tuc
concurrit præsumptio pro eo, quæ magis debet ope-
rari, quam contraria præsumptio percussione capitis,
& Marsil. sequitur Grammatic. voto 23. nu. 10. & se-
quent. post versic. tertia præsumptio erit, & hanc par-
tem latè tenuit Mascard. in tract. de probationib. lib.
2. conclus. 864. in verbo homicidium numer. 8. & se-
quent. vers. illud verò, & infra, & ad hoc facit, quod
tradit Felyn. in d. cap. significasti sub numer. 11. vers.
315 secundo limita; vbi dicit, quod qui iuit cum hasta fer-
rata ad inueniendum alium, quem dum vidisset a re-
motis taliter, quod non potuisset hastam vibrare, pro-
iecit lapidem, ex cuius percussione ille percussus tan-
dem perijt, quamuis per lapidem cognoscatur animus
316 non occidendi, l. omne delictum, §. si quis Commili-
tonem, ff. de re milit. tamen quia ille proiecit lapidem
habens iam animum occidendi propter telum tene-
bitur de occiso, licèt quidam fuerit absolutus, & ma-
lè, Subdit tamen, quod si proximus inimico, depositis
317 armis, assumeret lapidem, & percuteret, & ex per-
cussione percussus periret, excusaretur à pœna mortis,
quia videtur deposuisse primū animū, cū quo veniebat
quod bene inquit notandum. Gribald. etiam nu. 16. insurgit
contra prædictam communem opinionem, contra
318 quam & ipse teneo, quia quælibet etiam leuissima
causa, siue præsumptio contraria excludit dolum, leg.
igitur, §. 1. cum ibi notatis, ff. de liber. caus. Glos. in leg.
319 plagij, C. de plag. & quia, vt reus in criminalibus ab-
soluatur, sufficit accusantis, vel inquirentis intentione
quouis modo dubiam reddi, Bart. & alij Doctores in
l. non solum, §. sed vt probari, ff. de oper. noui nunc at.
Salycet. in l. matrem. C. de probationib. Alex. cons. 15.
sub num. 2. versic. secundo, quia lib. 1. Vnde arbitra-
320 tur ipse distinguendum esse hoc modo, aut percu-
tiens erat capitalis inimicus occisi, & tunc licet ligno
percusserit, cum tamen ferro percutere potuisset ab
homicidio doloso non excusatur, quoniam præcessit
causa declarans effectum, & effectus sequutus est cau-
sę correspondens. Nec præsumptio illa quicquam fa-
cit, quoniam inimicus facile præsumitur talem modum
ad cautelam, & colorem elegisse, vt dolum palliaret,
vel etiam dici potest, quod inimicus talem modū per-
cutien ti

cutiendi elegerit, non vt parceret inimico; ſed pro-
321 pter maiorem fortaſſis oportunitatem, & ideò ra-
tione talis inimicitiæ præcedentis, ſemper durior eſt
accipienda preſumptio, d. cap. ſignificaſti, Nam ad
322 omnem euentum, & finem iudicandum prima ori-
go inſpici debet, l. verum, & l. qui iniuriæ, ff. de furtis,
323 & dici ſolet, quod affectio operi nomen imponat, &
a primordio tituli omnis formatur euentus, l. vnica. C.
de imponend. lucris deſcript. lib. 10. cum ſimilibus,
Ant verò non præceſſit inimicitia, quæ dolum præſu-
mi facit, & tũc diſtinguẽdos eſſe inquit aliquos caſus.
324 Primus quorum eſt, quando occidens, licet nulla
præceſſerit inimicitia, accurrit cum armis ad mortẽ
inferendam præparatis, puta, haſta, pugione, vel gla-
dio, & tunc ſi in loco periculoſo cum ferro percuſſit,
& ille perijt animum occidendi habuiſſe videtur, &
à dolo non excuſatur, ſed pœnam mortis meretur, &
hic caſus nullam recipit dubitationem.
325 Secundus caſus eſt, quando quis accurrit cum telo
ad mortem inferendam non adaptato, vt puta cum
baculo, claue, cucuma, vel candelabro, aut ſimili in-
ſtrumento, & aduerſarium in loco periculoſo percuſ-
ſit, qui ex percuſsione obijt, & tunc dicendum videtur
tale homicidium non fuiſſe doloſum, quia non poteſt
dici antea precogitatum, nec vllam cauſam præceſ-
ſiſſe doloſam, vnde potius dicitur purum voluntariũ
in ipſo calore rixæ commiſſum, d. l. 1. §. Diuus Adria-
nus, ff. de ſicar. atque ideo ſic percutiens veram ho-
micidij pœnam non incurrit, ſed extra ordinem puni-
tur, vt ex ſuperius dictis, dum actum eſt de voluntario
homicidio conſtat, Quod tamen non abſque difficul-
tate procedere aſſerit Gribald. & bene, quia non vi-
detur penitus abſque dolo, & patet ex ſupradictis, &
infra dicendis.
326 Tertius caſus eſt, quando quis accurrit cum telo
ad inferendam mortem præparato, & in parte non
lethifera percuſsit, cum tamen potuerit in parte le-
thifera percutere, & tunc ab homicidio doloſo excu-
ſatur, nec animum occidendi habuiſſe videtur, & ex-
traordinariè tantum punitur ex communi Doctorum
ſententia, de qua teſtatur Gribald.
327 Quartus caſus eſt, quando habens gladium, vel ha-
ſtam nulla præcedente inimicitia, ſed in rixa percuſsit
aduerſarium in loco non ad modum periculoſo puta
brachio, crure, vel humeris, & tunc ſi lethale vulnus
inflixit, & percuſſus mortuus eſt, preſumitur dolo oc-
cidiſſe, cenſeturque eum percuſsiſſe, vbi potuit, & nul-
la eſt pars corporis, quæ neruis, aut muſculis vacet,
328 quorum abſciſsio ſpaſmum gignere poteſt, vnde ta-
lis non excuſatur, cum ferro percuſſerit, & mors ſub-
ſequuta fuerit, d. l. 1. in princ. ff. de ſicarijs.
329 Quintus caſus eſt, quando quis percuſsit non letha-
liter alium, qui erat adeò debilis, & delicatus, vt ex
vulnere etiam non lethali deceſsiſſet, iuxta tex. in leg.
qua actione, §. ſed ſi quis ſeruum, ff. ad l. Aquiliam, vel
quia a forte totus ſanguis effluxit eo quod in tempore
non fuit adhibitum remedium, in hoc caſu dicit Gri-
bald. num. 19. verſic. vltimo addi poteſt, quod eſt pu-
tus, vt eius verbis vtar, dubitatiſsimus, ſed Doctores
magis communiter concludere videntur, quod homi-
cidium hoc, quod non ab animo, & facto offendentis
immediatè procedit, ſed cauſam aliam productiuam
habet, vt puta nimiam debilitatem, animam formi-
dinem, remediorum penuriam, chirurgorum abſen-
tiam, vel aliam ſimilem, quæ ab ipſo percutiente non
fuerit præcognita, a dolo excuſetur, & culpoſum po-
tius dici poſsit, cum percutiens in lata culpa fuerit
non perpendens ex tali vulnere multis de cauſis mor-
tem ſubſequi poſſe, ideoq; lege Cornelia de ſicarijs
330 non tenebitur, cuius regula eſt, quod etiam lata cul-
pa dolo non æquiparatur, neque ordinaria delicti pę-
na punitur, ſed alia mitiori extraordinaria propter
culpam.
331 Contrarium tamen tenet ipſe Gribald. quia licet
non lęthaliter vulnerauerit, quia tamen operam de-
dit rei illicitę ex qua facile mors ſequi potuit, mortis
reus eſſe debet, & lege Cornelia de ſicarijs tenetur,
cum talem euentum omnino præcogitare debuerit, &
332 eſt in culpa latiſsima a dolo dependens, & circa euẽ-
tum mortis ſequutum, dolus ſaltem ſecundario inter-
uenit, vt ideò aliquo modo excuſari non poſsit, leg. ſi
quis aliquid §. qui abortionis, ff. de pœn. l. ſi ſeruus, ff. ſi
quis inſulam, ff. ad l. Aquiliam, l. qui ſaccum, ff. de furt.
& l. quoniam multa. C. de vi public. vltra quod in his,
& alijs caſibus ſemper recurrendum eſt ad illam præ-
cipuam regulam, quod in delictis animus inſpicien-
333 dus, & propterea, vbi conſtat ex legitimis inditijs,
coniecturis, & præſumptionibus de animo occiden-
di, ſine aliquo dubio, occidens de homicidio tenetur,
quia animus, & euentus ſibi correſpondent, & euen-
tus ex facto ipſius delinquentis per media proxima, &
cogitata defluxit neque talis euentus alteri cauſæ ne-
ceſſario aſcribi poteſt, quam facto delinquentis, ſe-
cus autem ſi media eſſent remota, & incogitata, vt
puta, ſi percuſſus omninò reconualuiſſet, niſi tale quid
ſua culpa, vel aliorum ſuperueniſſet, de qua re paulo
inferius dicetur.
334 Tu autem dicas, quod in hoc caſu, in quo quis in-
tulit vulnus, quod in corpore ſano non erat mortale,
alicui debili, & delicato, vel infirmo, & mortuus fue-
rit, licet videatur teneri de occiſo per textum clarum
in d. l. qua actione, §. ſed ſi quis ſeruũ, ad legem Aqui-
liam, & ibi notat Florianus, & in l. ita vulneratus eod.
tit. Angel. Aretin. in tract. de Maleficijs in verbo & ex
interuallo nu. 6. verſic. quid autem ſi percuſſit virum
debilem, & ibi Auguſtin. de Arimino, debet enim te-
neri de occiſo, poſt quam ille debilis, vel infirmus mo-
ritur ex illo vulnere, quod poteſt eſſe mortale in vno,
& non mortale in alteru, Carer. in pract. crim. §. quar-
to quæro numer. 12. verſic. ſed quis, ſi quis intulit fol.
110. a tergo, Tamen veritas eſt, quod non tenetur de
occiſo, vt conſuluit Raphael Cuman. conſil. 125. Vi-
ſis denuntia per totum, & Cepol. conſ. 61. Magnificè
ac generoſe Prætor per totum, & mouentur ex pluri-
bus, quæ penes ipſos videri poſſunt, & ad l. qua actio-
335 ne, §. ſed ſi quis ſeruum, ff. ad legem Aquiliam, re-
ſpondetur, quod id procedit in lege Aquilia, quoad
damni æſtimationem ſecus autem in lege Cornelia,
quò ad pœnam, & ita inquit Carer. ſub d. numer. 12.
verſic. ſed quid ſi quis intulit vulnus, vbi ſequitur dicta
conſilia Raphaelis Cumani, & ſubdit num. 13. quod
336 ſi vulnerato non mortifere ſuperueniat febris, &
moriatur percuſſus, quod ſi proceſſit febris ex vulne-
re principaliter, & non ex alia cauſa percutiens tene-
tur de occiſo, ſi verò proceſſit ex alia cauſa, quam ex
vulnere non tenetur de occiſo, ſed de vulnere, licet
vulnus coadiuuauerit, vt febris ſuperueniat, ad quod
allegat Cepollam d. conſ. 61. Socin. conſ. 178. per to-
tum volum. 2. Grammatic. conſ. crim. 1. in toto, & vo-
to 24. etiam in toto, Marſil. in l. nihil intereſt num. 12.
verſic.

versic. & vltra, ff. ad l. Corneliam de sicar. & in pract.
crimin. §. & quia numer. 21. versic. & vltra Dominum
Felynum, vbi alios plures allegat, & ante istos Alberic.
de Rosat. de statut. lib. 2. quæst. 36. post Gandin.
in tract. de Malefic. rubr. de homicidiariis nu. 23. vers.
quæstio est dubitabilis, & alij plures, quos Carer.
supra congerit.
337 Quæritur etiam de alia notabili difficultate, vtrum
ille, qui aliquem lethaliter vulnerauit, excusetur a pœ-
na legis Corneliæ de sicariis, si vulneratus præstigiis
vsus fuerit, vel (vt vulgo dicitur) se fecerit incantari, &
nihilominus perijt, & prima facie videtur vulnerantē
adhuc teneri, quia omninò videbitur periturus vul-
338 neratus, neque causa accidentalis consideratus, sed
originalis, & frustra expectatur hoc, cuius euentus ni-
hil operatur, & remedium bona intentione ad recu-
339 perandam salutē adhibitum, etiamsi nihil profece-
rit, non excusat eum, qui lethale vulnus intulit, nam
crimina innocētia purgantur, non criminū relatione.
340 Contraria tamen opinio, quod immo non teneatur
de occiso, sed pœna mitiori pro motu Iudicis, verior
videtur, quia per Dei omnipotentis gratiam multa
etiam lethalia vulnera ministerio peritorum medico-
rum, & chirurgorum curantur, & infirmi etiam pes-
simè se habentes, adhibitis salutiferis remedijs ab eis
341 datis, valetudini restituuntur, vt quotidiana docet
experientia vera rerum magistra, vnde tali casu mors
342 potius peccato incantamenti, & maleficij adscribē-
da est, cum sit modus omninò illicitus, & Deo abho-
minabilis, omnique iure prohibitus, qui nullo modo
adhiberi debuit, nam non minus verum, quàm vulga-
343 tum dictum est, quod propter peccata veniunt ad-
uersa, cap. Nabuccodonosor, distinct. 1. & facit text.
in l. item mela, §. celsus, ff. ad l. Aquiliam, vbi vltimo
occidenti mors penitus imputatur, & percussus, qui
fecit se curare per incantationes dicitur esse in culpâ,
& mors nō fuit sequuta simpliciter ex vulnere, sed ex
vulnere, & culpa infirmi simul, & ex simplicibus non
344 dicitur peruenuri ad id, quod cum alio fit, lege 1. §.
Trebatius, ff. de aqua quotidiana, & æstiua, & propte-
rea vbi est admixta culpa infirmi, etiam quod vulnus
esset lethale non tenetur percutiens de occiso, sed de
vulnere tantum, vt est text. clarus in l. qui occidit, §. si
vulneratus, & l. si ex plagis in princ. ff. ad l. Aquiliam,
& hanc opinionem in indiuiduo tenent Marsil. in d. l.
nihil interest num. 13. versic. item vltra prædicta, ff.
de sicariis, Socin. cons. 178. ferè in toto, maximè col.
penult. & fin. lib. 2. & Grioald. d. titul. de homicid. do-
loso num. 20. & sequent. versic. sed occurrit, Marsil.
in l. 1. in princ. in 23. limitat. num. 110. ff. de sicariis, &
in pract. crimin. §. & quia num. 22. & 23. vers. item te-
neas etiam menti, Carer. in practic. crimin. §. vndeci-
mo igitur excusatur num. 3. versic. idem esset fol. 208.
& ad allegata in contrarium patet responsio, quæ cō-
sistit in culpa vulnerari.
345 Item quæritur de alia frequenti, & satis notabili
quæstione, quando quis animo occidendi aduersariū
suum gladio, vel hasta percussit in capite, ex quo ictu
cecidit in lapidem, & colliso capite, tandem mortuus
fuit an scilicet talis percutiens teneatur lege Corne-
lia de sicariis, & sic pœna mortis, vel mitius sit con-
demnandus aliqua pœna corporali, & communis Do-
ctorum conclusio videtur esse talem percutientem nō
teneri pæna ordinaria, quia ex ictu inimici non est im-
mediate, sequuta mors, neque per modum attentatū,
sed potius modo fortuito ab ipso feriente non præ-
cogitato, & ad hoc, vt quis vera delicti pæna tenea-
tur non sufficit eum fuisse in dolo respectu finis, sed
346 requiritur etiam dolus in modo, nec lex puniens oc-
cidentem compræhendit istum, qui ex percussione nō
occidit immediatè facta ad lapidem, quia iste non di-
citur vulnerasse, vel occidisse, Bart. in l. si gemina nu.
4. versic. quæro quid, ff. arbor. furtim cesar. vbi dicit,
quod si te fugaui, & cum fugeres cecidisti, & caden-
do vulnerasti te in aliqua parte corporis ego nōn te-
neor, quasi vulnerauerim, licet tenear quasi vulnera-
ri fecerim, l. qua actione, §. proinde, & l. item si obste-
trix, §. si seruum, & l. si ex plagiis, §. fin. ff. ad l. Aquiliā,
Bald. in l. de pecoribus, quæ est penult. nu. 2. & seqēt.
C. ad l. Aquiliam, vbi dicit, quid statutum dictans, quod
347 de percussionibus sanguinolentibus non possit fieri
concordia, de aliis verò sic, si impuli te in terram, &
caput fuit collisum ad lapidem, & exiit sanguis pote-
rit fieri concordia, quia percussio mea non sanguino-
lenta attento corpore meo & actu meo, nec vsus sum
illo lapide, vt instrumento ad percutiendū, vltra quod
348 dicto, de, causam immediatam significat, l. 1. §. nunc
videamus, ff. de coniungend. cum emancip. liber. & ita
inquit consueuisse practicare in Ciuitate Perusina per
Aduocatos, & Baldum sequuti sunt Salyc. in ead. leg
penul. num. 4. versic. item præstat argumentum. Fe-
lyn. in cap. de cætero post medium, vers. facit notabile
dictum, de homicid. & Marsil. in l. 1. numer. 10. & 11.
versic. pro quibus facit. C. ad l. Corneliam de sicariis,
& percussio non est præordinata verisimiliter, vt ex ea
sequi debeat, quod euenit, videlicet, quod quis cadat
in terram, & percutiendo in lapidem vulnus sibi infe-
ratur, hoc enim est de contingentibus non semper, &
frequenter, sed rarò, vt de se patet, & ideò cum per-
cussio ista non sit verisimiliter præordinata ad casum
istum, quod quis cadendo percutiat caput in lapidē,
sequitur, quod aliter percutiens non videtur percussis-
se animo occidendi, & per consequens non tenetur le-
ge Cornelia de sicar. l. 1. §. Diuus Adrianus, ff. de si-
car. quinimò etiam quando id, quod sequitur ex per-
cussione verisimiliter debebat euenire, & poterat cō-
siderari esse euenturum ab illo, qui percussit, nihilo-
minus taliter percutiens, videtur esse magis in culpa,
349 quam in dolo, cap. fin. de homicid. lib. 6. & ideò non
potest puniri lege Cornelia de sicariis, quæ requirit
dolum, ita ex prędictis, & multis aliis consulendo te-
nuit Aretin. cons. 146. Visa consulatione & Statutis,
in secundo dub. sub num. 8. & 9. versic. hoc præmisso
venio ad consultationem, & infra, & hoc consilium
sequutus est Felyn. in tract. suo, quando conatus pu-
niat. colum. penult. sub num. 8. versic. ex his inferit, di-
cens, quod non tenetur de homicidio, ille, qui percus-
350 sit cum pugno etiam armato, & etiam in capite,
etiamsi percussus cecidit in terram, & ex collisione
facta ad lapidem mortuus est, quia statutum punit oc-
cisorem habentem animum occidendi, dummodo se-
quatur effectus, alias non, vnde quamuis percutiens cū
pugno habuerit animum occidendi percussum, tame
hoc non est sequutum ex percussione, quia ex ea sola
ille non fuit occisus, & quamuis ex collisione capitis
351 ad lapidem fuerit occisus, quia tamen hoc fuit præ-
ter intentionem occidentis, non videtur ab occiden-
te dolo occisus, ex quo ipse insultans non videtur re-
spexisse hoc genus mortis, vnde cum statutum requi-
rat duo, videlicet animum occidendi, & occisionem
ex animo

ex animo sequuta,& ista duo non concurrant,quia oc-
cisio non est sequuta ex proposito,& animo insultan-
tis , neque ex instrumento , quo ipse volebat vti ad
occidendum,sed præter intentionem , non tenetur de
occiso,& subdit, quod de hac decisione Præceptoris
sui elegantissima, noua, & fortissima nunquam obli-
uiscendum est , quia multi possunt liberari a morte,
idem tradit Florian.in l.qua actione §. Celsus numero
3. & 4. versiculò item nota, ff.ad legem Aquiliam,vbi
352 ait, quod si statuto cauetur, quod si ex percussione
sanguis exiuerit, Ministralis, vel Massarius teneatur
denuntiare maleficium,aliter non,nisi ad protestatio-
nem partis offensæ,contingit ex facto , quod Titius
proiecit Caium in terram , & ex casura in terram se-
quuta est collisio in lapidem,vnde sanguis exiuit,vide-
tur,quod Massarius debeat denũtiare tale maleficium,
quia satis videtur , sanguis exiuisse ex percussione,
sicut si percussisset gladio , vel lapide , Contrarium
353 tamen dicit se obtinuisse propter dictionem , ex,
sui natura denotantem causam proximam, & imme-
diatam,leg.1.§.ex incendio,ff.de incend.ruin.& nau-
frag.quia actus percutientis in casu proposito non fe-
cit sanguinem immediate, sed mediante actu secundo
collisionis ad lapidem,qui casus a statuto non est com-
prehensus,& dicit hanc partem esse meliorem, & hu-
maniorem,& notandam propter facti contingentiam,
& hoc dictum,Floriani sequitur Felyn.in c.de cætero,
post medium , de homicid. inquiens esse mirabile
verbum , idem videtur decidere ipsi Florian. in lege
item si obstetrix,§.si seruum meum , post princ.vers.
& nota istum textum, ff. ad l. Aquiliam , dum dicit,
354 quod si fugaui aliquem,& dum fugeret occidit , &
cadendo vulnerauit se non teneor , quasi vulneraue-
rim,sed quasi vulnerari fecerim , & addi potest,quid
cum statuta sint propriè,& strictè intel ligenda , leg.3.
§.is,qui nauem,ff.de exercitor.act.& propriè sanguis
non processerit ex ipsa percussione , cum fuerit causa
remota,& mediata,& dictio,ex,propriam,& immedia
tam causam significet , cap. inter dilectus , de fide
instrument.& in d.l.1.§.ex Incendio,ff.de incend.ruin.
naufrag.merito ille percutiens non compræhenditur
355 ab ipso statuto,& illud dictum Floriani,& Felyni se-
quitur Marsil.in l.nu.10.& 11.versic.pro quibus facit,
C.ad l. Corneliam de sicarijs,& præfatum consilium
Aretini sequuntur Marsil.in l.1.num.6. versic. facit e-
tiam singulare verbum,C.ad l.Cornel.de sicarijs, Gri-
bald.d.tit.de homicid.doloso ante num.23.& 24.ver-
sic.iuxta prædicta quæritur,& Cassan.super consuetu-
din.Burgund.rub.1.in verbo Des iustices , & droictz
d'icel les num.8.versic.secundo aduerte fol.53.
356 Sed contra prædictam opinionem insurgit Gribald.
vbi supra nu.25.& 26. dicens contrariam sententiam
esse omnino veriorem in casu prædicto. Primo, quo-
niam ille habuit animum occidendi,& effectus sequu-
tus est,licet per modum incogitatum,vnde cum finis,
& effectus suam intentionem habeant, modi qualitas
non attenditur,l.3.C.de institut.& substitut. Nam vo-
357 lens finem censetur omnino velle omnia media, per
quæ ad finem illum deuenitur,lege Gallus,§.& quid si
tantum,ff.de liber.& posthum.facit lex ad rem mobi-
lem, & l.ad legatum, ff.de procurat. vbi cui commit-
tuntur sequentia,videntur committi antecedentia, si-
cut contra cui mandantur præcedentia, & sequentia
mandata videntur,leg.qui proprio, §. item quæritur,
& lege qui procuratorem, ff.de procuratorib. & ideo
cum percussor voluerit occidere, videtur omnem oc-
cisionis modum approbasse.
358 Secundo,quia in delictis solus animus, solaque vo-
luntas inspicitur,l. Diuus,ff.ad.l.Corneliam de sicarijs,
& l.is,qui cum telo, C.eodem tit.& percussor in hoc
casu habuit animum occidendi, & ex ictu suo sequuta
est mediatè mors, immediatè modo cogitato, vel in-
cogitato,de quo non est difficultas, neque curandum
videtur.
359 Tertio quia dans operam rei illicitæ in eadem spe-
cie delicti de omni euentu tenetur, & quidem pœna or
dinaria delicti,l.quoniam multa,C. de vi pub. & leg.si
quis aliquid,ff.de pœn. ad quem textum non videtur,
quod possit accomodari congrua responsio.
360 Et ad consilium Aretini 146. supra allegatum re-
spondet,quod ipse loquitur in diuersis terminis, scili-
cet, quando quis percussit inimicum pugno armato,
non habens animum occidendi,quia lex punit occiso-
rem habentem animum occidendi,alias non, leg. 1.§.
Diuus Adrianus,ff.ad legem Corneliam de sicar. & in
casu nostro concedimus animum occidẽdi, & si aliter
361 intellexisset Aret.putaret eius dictum esse falsum, &
in dubio, quando non constat, an percutiens habuerit
animum occidendi,nec ne,recurrendum est ad conie-
cturas,de quibus supra est dictum , scilicet inimicitiæ,
generis teli,consuetudinis delinquendi in eodem gene-
re improbitatis, malæ vitæ, aliorumque conditionum
ipsius delinquentis, Nec obstare inquit , quod non
solum requiratur dolus respectu finis , sed etiam re-
spectu modi,vt quis vera, & ordinaria pœna delicti pu
niatur,vt supra dictum fuit, nam hoc de plano nega-
tur,nec tale dictum vlla lege probatur,quinimo regu-
362 la est, in contrarium, quod, scilicet, non curamus de
modo,si effectus intentioni respondeat dicta lege ter-
tia C.de institut.& substitut.l.fideicommissa, §. si vni,
ff.de legat.3.
363 Vltimo non obstare ait dictum Felyni in cap.de cæ-
tero,de homicid.quoniam respondetur, quod proce-
dit in percutiente aliquem simpliciter sine animo oc-
cidendi,vel proijciendi sanguinem,secus autem si ta-
lem animum habuisset percutiens, quia tunc statuto
comprætenderetur, nam voluntas , & propositum
omne factum distinguunt , vt supra sæpius dictum
fuit.
364 Sed vltra prædicta pro corroboratione opinionis
Gribaldi considero,quod si dolo, & animo occidendi
quis percutiat alium , & ex percussione cadat in ter-
ram,aut supra lapidem,& sibi frangat ceruicem, & mor
tuus sit, tunc dicitur causam præbere mortis , vt de
occiso teneatur, ita tenet Andreas de Isernia super
constitut. Regn.lib.1.rub.13.de homicid.puniendis in
constitut.terminum vitæ colum.2.sub lin.50.versicul.
& intellige,vbi allegat c.illudeat cum Glosa, quinqua-
365 gesima distinction.vbi dicitur , quod videtur occi-
dere,qui causam mortis præstitit, dummodo causa sit
propinqua, & non remota, vt si ex percussione non
mortifera cecidit, & fregit ceruicem, & mortuus est,
quia hæc dicitur propinqua causa, secus si alius im-
pellit ad casum , quia ista est remota causa , quem
sequuntur Afflict.in eadem constit.num.9.versic.sexto
nota,& Carer.in pract.crimin.§.sexto quæro num.5.
vers.idem si dolo fol.113.& subdit num.7.versic.quod
non obstat dictum consilium Aretin.146. sequutum a
Felyno in dicto tract.de conat.& a Marsilio in dict. l.
nihil interest, de percutiente cum pugno alium , qui

cadens in terram super lapidem percussus fuerit, &
mortuus est, quod non teneatur pęna ordinaria, quia
366 intelligitur, quando non dolo, & animo occiden-
di quis percussit aliquem, quod ex percussione, & ar-
morum genere depræhenditur, secus si dolo percu-
tiat, & vulneret, & percussus cadat in terram, & se oc-
cidat, nam tenetur de occiso, & ita procedit dictum
Andreæ de Isernia, & numer. 10. & pluribus sequent.
multa affert exempla, de eo, qui præstat causam pro-
pinquam mortis, & ordinaria pœna punitur, idem te-
net additionator ad Alexand.consil. 15.[illegible] numer. 2.
in verbo statutorum sub litera, B. versic. sed reijciendę
sunt lib. 1. vbi nuncupatim reprehendit Aretinum d.
consi. 146. dicentem non teneri de homicidio percu-
tientem animo occidendi pugno armato, si percussus
ex hoc cadens in terram, capite lapidi illiso, mortuus
sit, ex eo, quod non sit mortuus ex percussione imme-
diate, nec ex instrumento, quo percutiens occidere
volebat, sed ex collisione capitis ad lapidem, & mi-
ratur, quod Felyn. dict. tract. de conatu, & in cap. de
cætero, de homicid. & Marsil. in leg. 1. num. 9. C. ad l.
Corneliam de sicar. illum sequantur, & glorientur
multos hac via liberari posse a morte, quod est absur-
dissimum, quia sequeretur, quod si quis volens occide-
re vnum de ponte eum deiecerit flumẽ morte sequuta
non deberet de homicidio damnari in terminis di-
ctorum statutorum, & inquit, quod frustra adducunt
sententiam Baldi in l. de pecorib. C. ad leg. Aquiliam,
& in alijs locis, quod statutum vetans concordiam
367 de percussionibus sanguinolentis, non habet locum,
si impulsum cadens caput illiserit lapidi cum sangui-
ne, quia Baldus ibi non loquitur in eo, qui animo oc-
cidendi impulit, vltra quod ibi agitur de statuto odio-
sissimo, quodque nisi interpretatione iuuetur, esset
368 contra legem Dei, similis responsio accomoda-
ri posset ad dictum Floriani in dict. §. Celsus, quia
non loquitur in eo, qui animo occidendi in terram
proiecerat aduersarium, & dicit præfatus Additiona-
369 rius, quod ridiculæ sunt interpretationes Italorum,
qui vsque adeo verbis statutorum suorum inhærent,
vt sensum peruertant, & in epitome reprehendit Ale-
xan. [illegible] qui in eo consilio tenuit non posse inquisitum
condemnari de homicidio, etiam constet, quod animo
occidendi venerit, & cum alijs percusserit, ex quo non
constat, quod vulnus illud mortale insluxerit, stantibus
statutis, quæ non imponunt pœnam, nisi occidenti,
quia male consuluit in quantum loquitur quando co-
stat de animo occidendi, in quo casu etiam loquitur
Aret. [illegible] consil. 146. Considerandum est etiam quod
Felynum dict. cap. de cætero de homicid. licet referat
Bald. in d. l. de pecoribus, C. ad l. Aquiliam & Florian.
in d. l. qua actione, §. Celsus, ff. eodem tit. tamen in
versic. sed certè, subdit esse cogitandum, quia prima
370 causa videtur immediata ad sequentem, & addu-
cit Salycetum, nec dicit in quo loco, sed forte voluit
cum allegare in d. leg. de pecoribus num. 2. versic. vt
autem cognoscamus in sua distinct. C. ad l. Aquiliam,
adducit etiam Felyn. alia iura, & authoritates, ex qui-
371 bus facile comprahenditur, quod qui præstat cau-
sam damni propinquam, damnum ipsum dedisse vide-
tur, & pro eo tenetur, & ad dictum Floriani in d. l. si
obstetrix, §. si seruum meum, respondetur, quod po-
tius facit pro, quam contra, quia satis est, quod tenea-
372 tur quasi vulnerari fecerit, cum paria sint, quid quis
occidat, vel causam mortis præstet, leg. nihil interest,
ff. de sicarijs. Ex quibus facilè deueniri posse videtur
in sententiam, quod hæc opinio contra communem
verior, & sustentabilior de iure videtur, licèt contra-
ria tanquam communis in practica seruaretur, cap.
373 ne innitaris, de constitutionib. quia in iudicando
opinioni communi adhærere debemus, & eam sequi,
Bartol. in leg. fin. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit,
Dominicus de Sancto Geminiano in cap. 1. nu. 5. de
summa Trinit. lib. 6. dicens communem opinionem
esse sequendam etiam in casu dubio, quia pro multi-
tudine præsumendum est, & latè tradit Neuiz. in syl-
374 ua nup. lib. 5. num. 1. & seq. & quia in dubijs opinio-
nibus semper in delictis mitior est sequenda, leg. de in-
terpretatione, & l. sancimus legum, ff. de pœn. cap. in
pœnis de reg. iur. in 6.

Demum aduertendum est, quod contra principa-
lem regulam se habentem, quod pœna legis Corne-
liæ de sicar. dolum requirat, & propter culpam tan-
tum nemo corporali pęna teneatur, de qua sæpius su-
pra dictum fuit, fortiter opponitur de lege ad Com-
mentariensem, C. de custod. reor. vbi custos carceris, si
375 per culpam, aut negligentiam captiuum pęnæ mor-
tis obnoxium euadere permiserit, ipse pœnam mortis
incurrit, licet si carceratus detinebatur pro crimine
non capitali puniatur arbitrio Iudicis pro modo cul-
pę secundum communem opinionẽ, de qua attestatur
Bois. in tract. crim. tit. de carcere num. 10. vers. quod
procedit, quam distinctionem approbat Grammatic.
voto 29. in causa honorabilium per totum, & consti-
tut. Regni lib. 1. rubric. de custod. captiuorum in con-
stitut. Custodes sub num. 5. versic. sed quid de substi-
tuto, Boer. decis. 217. num. 1, 2. & sequent. & Clar. in
tract. crim. q. 68. num. 8. post vers. custos carcerum, &
videtur text. in l. milites, ff. de custod. reor. & habetur
per Bald. consil. 32. in secundo dubio nu. 2. lib. 3.

Sed respondetur, quod procedit, quod dictum est
Commentariense delinquente in officio, qui si omit-
tat facere, quæ suo publico officio incumbunt, doli
reus censetur, l. tutor. qui repertorium, ff. de admini-
376 strat. tutor. a quo doli præsumptio ratione publici
officij, nemo nisi ex iustissimis causis excusatur, d. l. ad
Commentariensem, cum ibi notatis per Doctores, &
tradit plenè, punctualiter dicto consil. 32. in secundo du-
bio sub num. 2. ex quibus colligitur notabilis limitatio
377 ad vulgatam illam regulam, quod quælibet causa
etiam fatua, & inepta excusat a dolo, l. igitur. §. 1. ff. de
liberali causa, l. 1. in fin. & ibi Bart. ff. de abigeis, Mar-
sil. consi. 7. num. 25. & 26. vers. & faciunt, cons. 11. nu.
10. & seq. vers. nam quælibet, consil. 51. nu. 28. & 29.
versic. & hinc est, consi. 62. numer. 3. versic. quælibet
enim causa, consi. 119. numer. 3. vers. & pro hoc dicto,
& consi. 124. num. 23. versic. ita tota ratio, & in pluri-
bus alijs locis, qui adduci possent, vt scilicet ea regula
non procedat in officio publico, in quo ad excusandũ
dolum iustissima causa requiritur, ita dicit Gribald.
dict. titul. de homicid. dolos. ad finem num. 37. versic.
tamen pro complemento, & infra, & patet ex dictis
per Boer. d. decis. 217. num. 5. & plurib. sequent. & an-
tea decis. 216. ferè in tota per Grammat. dicto voto
29. & dicta constitut. Custodes sub nu. 5. fol. 44. & 45.
Bald. d. consil. 32. in secundo dubio sub numer. 2. lib. 3.
Ioan. de Anan. consil. 27. sub nume. 19. & sequent. vers.
nam Curia ipsa, est enim in omni casu præsumptio
contra custodem, vt ex eius culpa, vel negligentia car-
ceratus aufugerit, vt plerumque consueuerunt, et etiam

contin.

conf.38.per totum,& Iaf.conf.27. in toto lib. 3.
378 Et pro complemento in hac materia homicidij do
losi addo,quod animus occidendi consideratur et in
casu rixoso,in quo habet locum lex Cornelia de sica-
rijs,attenta qualitate rixæ,Bart.in l. fin. sub num. 1. &
2. versiculo sed adhuc obstat contrarium , ff. de sicar.
Aretin. consf.80.in princ.sub num.1.& 2.Boss.in prac.
crimin.tit.de homicid.num.44. versic.non omitto e-
tiam,& videtur text.Clarus in d.l.fin.& ibi etiam Glo-
sa notat;Extra rixam autem nulli dubium est, quod da
379 tur hæc consideratio animi occidendi,qui ex conie-
cturis sumitur , de quibus supra habita est mentio , &
habetur latissimè per Clar. alios referentem in dicto
§.homicidium sub num.8.post vers. ex proposito ibi ,
Itẽ dicit practica Casoni,per Boss.d.tit.de homicidijs
sub nu.63.& sequentibus versic.item ex qualitate , &
per Farinac.latè in pract.crimin.tit.de homicid.quęst.
126.parte 3.num.92.& plurib.sequent. & per totum
illius partis discursum, & etiam ex voce emissa , puta ,
dicendo, nunc ades , non quidem effigies , vel similia
verba , vel ex multitudine percussionum , vel ex eo
quod percutiens esset laruatus , & portabat baculos
ferratos,vel saccum plenum lapidibus , quia his casi-
bus sine rixa,etiam sequuta percussione a capite infra
præsumitur animus occidendi,non solum simplex,sed
etiam deliberatus, ex his quæ considerat Boss.d.titulo
de homicid. sub nu.44.& seq.vers.sed si non sumus .
380 Deliberatum homicidium sine alia qualitate com-
mittitur, quando quis aliquem aggreditur alium præ-
uia animi deliberatione ex interuallo præcedente , &
illum interficit , Clar.in §.homicidium num.8. versic.
ex proposito,& patet ex dictis per Bossio in practica
crim.num.49.& sequent.versic.in hoc tamen Domi-
nio,nec aliqua est differentia inter homicidium factũ
ex proposito,& factum deliberatè,quia deliberatio est
381 quædam meditatio ,& quoddam interuallum ad a-
ctum , qui postea in animo destinatus,& deliberatus
sequitur,vt dicit Boss.d.tit.de homicid.num.53.& 54
versic.nec sit differentia,& colligitur ex Claro in d.§.
homicidium num.7.versic. deliberatum autem , dum
inquit deliberatum homicidium inter alios committi
ex proposito absque alia qualitate , iunctis dictis po-
stea numero 8. versic. ex proposito facit , Alberic. de
Rusat.in l.etsi amicis,ff.ad l.Iuliam de adulter.dicex ,
quod deliberatum homicidium dicitur , quod sit non
subito , vel in rixa , sed præcedente aliquo tractatu ,
vel consilio per leg.fin.§.final. in illis verbis ampliore
tractatu habito,C.de iur.deliberand.Farinac.d.q.126.
in prima parte,num.8.versic.homicidium autem prę-
meditatum .
382 Et cum misterio dictum est,ex interuallo,quia si quis
casu obuiam habuerit inimicum suum, & ira commo-
tus illum interfecerit,non dicitur homicidium animo
deliberato commisisse,nisi appareat,quod antea deli-
berasset illum interficere , & ambulasset armatus ani-
mo illum occidendi , quia tunc etiam quod illum casu
obuiam habuerit , & occiderit , dicitur animo deli-
berato illum occidisse,ita dicit Clar.in d.§. homicidiũ
sub numero octauo post vers.Ex proposito dicit,com-
mitti homicidium , subdens , ita plures vidisse seruari
in Senatu Mediolani , & idem colligitur ex dictis per
Boss.d.tit. de homicid.num.50.& 51.dicens quod de-
383 liberatè quis dicitur insultare,quando præmeditatus
fuerat actum ad differentiam actus , qui fit in rixa , &
impetu quodam,& quod concitatus ex impetu animi
non deliberati, & quod propterea, si rixa interuenit ,
cessat deliberatio,& melius num.54. & num. 61. dum
expresse inquit , quod deliberatio requirit interual-
lum,& propterea si quis post acceptam iniuriam sta-
tim congreget multitudinem sociorum armatorum,
& reuersus interficiat eum , qui sibi intulit iniuriam ,
certè ex quo durabat calor iracundiæ non diceretur
homicidium animo deliberato commisisse, sed potius
in rixa , prout pluries ita per Senatum Mediolani de-
cisum fuit , vt attestatur Clar.in dicto §. homicidium
sub num. 8. ibi, & ideo etiam si quis , & subdit , quod
384 tunc dicitur deliberatum,quando sedato calore post
acceptam iniuriam , vt dicitur , *a sangue freddo* , quis
conuocatis socijs destinauit interficere inimicum , &
postea quod ex interuallo cogitauerat exequutus fuit,
& idem probat Boss.in dicto titulo de homicid. num.
61.& sequent. vers. aduertendum tamen est , post Al-
beric.de Rosat.in tract.de statut.lib.3.quæst.64 num.
1.& 2.dicentem dici homicidium deliberatum , quan-
do præcessit consilium , deliberatio , & tractatus , &
non aliter,& ita vidisse terminari Pergami , & confir-
matur ex traditis per Menoch. in tract. de arbit.Iudic.
lib.2.cent.4. casu 361. num.18. & sequent. versic. se-
cundus est casus,& quamuis Calunus in practic.crim.
fol.13. num.8. dixerit , quod secundum omnes non
dicitur homicidium ex proposito commissum , nisi in-
dustria, & insidiæ intercesserint, tamen ense opinio te-
nenda non est,sed penitus rejiciẽda,nam etsi quis abs-
que insidijs, & sine industria alium præuia animi deli-
beratione insultando interfecerit, dicitur homicidium
ex proposito commissum , secundum Bartol. in lege
respiciendum,§.delinquunt,in princ.ff.de pœn. & pa-
tet ad sensum absque eo,quod aliter probetur , illud
vero,quod ex industria,& insidijs commissum est,lon-
gè differt ab hoc , quod est simpliciter deliberatum
absque alia qualitate,vt inferius dicetur, sum agam de
homicidio commisso ex insidijs,& ita dicit Clar. in d.
§.homicidium sub numero 8. post versiculo ex pro-
posito dicitur committi homicidium , ibi, & licet pra-
ctica Casoni,& re vera non potest sustineri sententia
Casoni , quia vt initio dixi deliberatum , homicidium
quinque modis committitur,& inter alios vno modo ,
quando committitur ex proposito absque alia quali-
tate,& altero quando committitur ex insidijs , ita vt
diuersum sit homicidium deliberatum simpliciter , &
sine alia qualitate,& homicidium deliberatum ex in-
sidijs .
385 In dubio autem animus deliberatus non pręsumitur
Alba cons.46.num.2.Plot.inter cons.crimin. diuerso-
rum cons.130.num.34.versic.tertio etiam tom. 1.im-
pressis vltimo loco per Ziletum in folio , Menoch.in
tractatu de arbitrar.Iudic.lib.2.cent.4.casu 361.num.
23.versic.hinc infertur, Cephal. consil.206. num. 10,
lib.2.Aretin.consil.80. sub num.6.versic. præterea li-
cet feriens gladio,ibi,quoniam sicut actus , Vulpello
responso 127.in princ.quicquid postea dicat in fine ,
Blanc.in tract.de inditijs,seu repetit. lege finalis , ff.de
quæstionib.nu.54.& 55.versic.vlterius sciendum est ,
Bertaz.consil.crimin.85.num.2.lib. 1.& propterea an
386 homicidium fuerit perpetratum animo deliberato ,
vel ne a Iudicis arbitrio pendere censuerunt Barto-
lom.de Saycetto , Gaspar.de Calderinis , & Petrus
de Ancharan.vt patet inter consilia ipsius Ancharan.
consil.216.colum. penult. & fin. sub num.3. & 4. post
vers. restat respondere cõtrarijs,& sequitur Menoc.d.

387 cas. 361. num. 1. & 2. sed ex coniecturis probatur animus deliberatus, vt voluerunt Blanc. in pract. crimin. in § datis defensionibus nu. 69. & 70. versic. contrarium in hoc casu, Boss. in d. tit. de homicid. num. 57. & infinitis sequentib. versic. & ideò Iudex, Clar. in d. §. homicidium numer. 8. post versic. ex proposito, ibi, animus autem deliberatus, & infra, Menoch. d. casu 361. numer. 23. & sequent. vsque in finem, vbi recenset viginti coniecturas, ex quibus animus deliberatus probatur, & Mascard. in tract. de probationib. conclus. 98. in verbo, animus deliberatus per totam vol. 1. vbi ponit sexdecim coniecturas, ex quibus animus deliberatus probatur, & Blanc. in d. tract. de inditiis numer. 56. & multis sequent. vbi plurima dicit de his coniecturis, Bertazol. d. cons. 85. num. 12. & seq. lib. 1. vbi ponit octo coniecturas, ex quibus tollitur animus deliberatus, & Farinac. d. quæst. 126. in tertia parte numer. 94. versic. si occidendi, & vt alibi sub varijs numeris, ad quos in contingentis facti recurrendum est; sicut è contra ex coniecturis tollitur animus deliberatus, Blanc. in practic. crimin. d. §. datis defensionibus numer. 17. versic. item tollitur fol. 37. & probat. Alb. d. cons. 46. vbi ponit decem coniecturas, ex quibus
388 tollitur animus deliberatus, & talis homicida non gaudet immunitate Ecclesiæ, vt scilicet ab ea trahi nō possit secundum communem opinionem, de qua attestatur Clar. in d. §. homicidium sub numer. 2. post vers. ex proposito, ibi, & hæc omnia nota, & in pract. crimin. quæst. 30. num. 12. vers. punctus est, de quo cū extent Bullæ Summorum Pontificum, ad quas recurrendum est, frustra videtur disputandum.

389 Ex insidijs homicidium committitur, quando aliquis expectat alium positus in loco, qui ab illo expectato præuideri verisimiliter non poterat, animo eum occidendi, illumque ex improuiso venientem aggreditur, & interficit, Clar. in §. homicidium numer. 9. versic. ex insidijs, Menoch. d. casu 361. num. 27. versic. tertia coniectura, & talis homicida insidiosus nō gaudet immunitate Ecclesiæ, vt dicit idem Clar. in practic. crimin. quæst. 30. numer. 13. versic. hoc autem, & ante eum Millius in pract. crim. fol. 31. num. 19. versic. tres etiam sunt casus.

Committitur etiam hoc homicidium ex insidijs, quando nullo dicto verbo à tergo alium quis vulnerat, & occidit, nam talis percutiens ex insidijs dicitur appensatè, & per industriam id facere, vt est tex. in c. 1. de homicid. vbi dicit textus, si quis per industriā occi-
390 derit proximum suum, & per insidias ab altari meo euelles eum, vt moriatur, idem enim est dicere per industriam, quod per insidias, vt declarant ibi Abb. An-
391 tiquus, & Innocent. & illud verbum, per insidias, importat machinationem, & importat plus, quam simpliciter deliberare, vt ideò sit maius delictum homicidium ex insidijs, quam homicidium simplex deliberatum, seu ex proposito, secundum Bar. in l. respiciēdum, §. delinquunt in princ. ff. de pœn. & notat Marcusant. Blanc. in d. tract. de inditijs nu. 18. vers. modus percutiendi, & num. 234. versic. aggressio nullis dictis verbis, quem sequitur Menoch. dicto cas. 361. nu. 27. ad fin. ibi, vel etiam quando, in tertia coniectura,
392 qui subdit num. 28. & 29. tribus modis insidias parari posse, vno modo quid talium dicendo, vel promissa non seruando, secundo in aliquo loco abscondito stando, tertio habitu mutato, vel aliquo figmento alium inconsideratè pertranseuntem aggrediendo, ex his enim insidiis animum præmeditatum, & sedatum, atque deliberatum argui volunt Criminalistæ, & cum prædictis concordat Mascard. d. conclus. 98. num. 18. vers. octauo, perpenditur, vbi dicit tunc intelligi ho-
393 micidium factum animo deliberato, quando quis per insidias occisus fuerit, vt si quis alicubi delitescens repente prosiliens ex tempore transeuntem imparatum occiderit, vel etiam quando tacitè a feriendo a tergo vulnerat, & allegat Clarum, Blanc. & Menoch. in locis supracitatis, & idem Mascard. ead. conclus. 98. nume. 13. vers. quarto præsumitur, vbi dicitur, quod tunc dicitur committi homicidium in insidijs, quando quis expectabat alium, vt illum adoriretur aliquo loco deserto, & insueto, vel etiam insigni, vt in Prætorio, vel templo, quia non præsumitur ibidem accessisse nisi consulto, & animo premeditato, & deliberato committendi homicidium, vt Blanc. in d. tract. de indicijs numer. 200. versic. locus aggrauat delictum, Menoch. d. cas. 361. nu. 38. versic. septima cōiectura, vbi tamen declarat hoc procedere vbi nulla præcessit rixa, vel iustus dolor, sequitur Mascard. dict. conclus. 98. num. 14. vers. limita, & licet videatur ho-
394 micidium commissum ex insidijs, & homicidium commissum proditoriè idem esse, tamen differentia est inter vnum, & alterum, quia quis potest committere homicidium ex insidiis, & tamen non esse proditorem, vt decidit Bart. in l. respiciendū, §. delinquunt nu. 2. ff. de pœn. volens eum, qui proprium inimicum etiam a tergo, & incautum occiderit, facere quidem homicidium ex insidiis, sed non proditorium, quia ini-
395 micus debuit cautè prouidere, & præcauere ab inimico suo, & percutiens non gerebat vnum in animo, & contrarium ostendebat ex actibus exterioribus, sed semper intelligitur fuisse animi, & intentionis occidēdi aduersarium, & Bartolum sequuti sunt Bald. Ancharan. Angel. Aret. relati per Gomez. in commentar. variar. resolution. tom. 3. de delictis cap. 3. titul. de homicid. num. 5. vers. secundus casus, & ibi Additionarius ad eum referens Igneum idem tenentem, & attestantem quod est doctrina verissima, & vulgo frequenter placita, & Plaza in epitome delictor. lib. 1. c. 21. num. 2. quicquid postea subijciat, & nouissimè Ioannesbaptista Baiardus in additionibus ad Clarum in §. homicidium in verbo, proditoriè num. 25.

396 Proditoriè homicidium committitur, quando aliquis, nulla precedente inimicitia, alium interfecit, puta, quia veniens tecum tanquam socius itineris, nulla interueniente rixa, te percutio, & occido, vel si cum me tibi amicum esse fingerem, te à tergo percutio, nam his casibus dico te proditoriè interfecisse, quia vnum actibus ostendi, & aliud mente gessi, ita tradit Bartol. in l. respiciendum, §. delinquunt, numer. 1. ff. de poen. Gomez. in commentaris variar. resolution. tomo 3. de delict. c. 3. titul. de homicid. num. 5. versic. secundus casus, Petr. à Plaza in epitome delictor. lib. 1. cap. 31. numer. 1. Clar. in §. homicidium nu. 10. versic. proditoriè vero, Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 361. num. 24. & sequent. versic. secunda est coniectura, vbi exemplificat in eo, qui alterum occidit nulla præcedente inimicitia, vel præcedente, sed iam longo tempore sopita, fingitque se esse amicum cum eo iter faciens, vel cum eo sedens in mensa, nam is proditoriè dicitur occidisse; & à fortiori homicidium hoc proditorium dicitur præmeditate, & animo sedato, ac deliberatè factum, vt subijcit

Menoch.

Menoch.dicto loco.numer. 25. ex Bart. in d.l. respiciendum.§.delinquunt. num.1. ff. de pœn. cuius opinionem dicit communem igneus in l. et si certus. §. si vnus num.14.ff.ad Senatusconsult. Syllanian. de quo meminit Clar.in d.§.homicidium num.10.versic.proditoriè verò, qui etiam, si bene inspiciatur, videtur constituere differentiam inter homicidium proditoriè factum,& ex proposito factum,& bene, quia plus
397 inest in commisso proditoriè,quam ex proposito,& sedato animo, quia proditio vtrumque continet, scilicet, animum deliberatum, & qualitatem proditionis, simplex verò animum deliberatum tantum sine qualitate proditionis, & ideò verum est dicere proditorem animo præmeditato deliquisse,& per industriã, sed non è conuerso, simplicem homicidam etiam ex animo deliberato esse proditorem, vt subiungit Menoch.sub num.25.& 26.in tertia coniectura, & prædicta confirmat Hieronym.Gigas in tract.de crimine læsæ Maiestat.tit.de proditorib.q.9.num.4. & 5.fol.
398 mihi 385. dicens, quod prodere est vnum actibus ostendere, & aliud in mente gerere, & quod ideò si quis associat aliquem in itinere, & nulla inter eos superueniente rixa, socium interficiat, id proditoriè fecisse dicitur, quia aliud gerebat in animo, quam in actu, & idem, cum aliquis ostendens se alicuius amicum, illum retro percutit, & occidit, quia id proditoriè egisse dicitur,& subdit, quod his casibus proditoriè agens contra priuatum non dicitur proditor, sed proditoriè agens.
399 Est autem homicidium proditorium cædes, hominis nihil tale suspicantis,cap.1. de homicid. & differt
400 à doloso, quia in proditione semper inest dolus, sed non è contra in doloso inest semper proditio, quæ quidem proditio delictum enormissimum, detestabile, Deo, & hominibus, ac legibus odiosum est, quæ multa in odium proditorum introduxerint, vt patet ex congestis per Marsil.singul.16. Proditores per totum,ad quem se remittit Gribald.in tract.de omni genere homicidij titul. vlt. de proditorio homicidio in princ. ita vt tanquam enormissimum crimen ab alijs delictis distinguatur, & a communibus regulis excludatur,& vt multa fauorabilia a legibus conceduntur doti, piæ causæ Testamentis, liberati, militiæ,& alimentis ex his, quę notant Doctores in l.1.ff.solut.matrim. in l.2.ff.de militar.testament.& in cap.fin. de re iudicata,& ita ex aduerso in odium proditionis multa sin-
401 gularia introducta videntur a legibus,nam proditor nullo iuris beneficio gaudere potest, l. penult. per illum text.C.de postlimin.reuers. & ibi Bald. Marsil.d. singul.16. circa principium versic. & dicit Bald. Gribald.d.tit.de proditor.homicid.num.4.& nobiles,qui
402 delinquendo pœna capitali puniri debent, licèt furca suspendi non possint,l.capitalium,§.1. & §.serui,& §.solent,& ibi Bart.ff.de pœn.Bart.in l.desertorem §. pœnæ militum,ff.de re milit. Bald. in cap.1.§.si rusticus in fine num.5.de pac.tenenda, & eius violatorib. in vsib.feudor. Bald.cons.426.numer.1.lib.1.Cępoll. cons.crimin.39.in primo dubio num. 13. & 14. vers. idem Decuriones, & versic. & idem est dicendum,& rursus num.20. & 21. vers. sed quantum ad mortem, Afflict. in constitutionib. Regni lib.4.rub.13. de homicidis puniend. in constitut. terminum vitæ in septimo notabili num.46.in princ.Paris de Puteo in tract. de syndicatu in verbo pœna, cap. 10. incipiente an si statutum numer.5.versic. vnde si Iudex fol.369.Felin. in cap.pastoralis sub num.1.de offic.Iudicis delegat. Clar.in practic.crim.quæst. 60. num. 24. versic. prodest etiam probatio nobilitatis, tamen, si proditores
403 fuerint, furca debent suspendi, secundum Bald.in c. cum quidam de iure iurand. quem refert, & sequitur Marsil. d. singul. 16. post principium vers. item licet alias nobilis,& probat etiam, & Gribald. loco citato
404 numer.5. & statutum permittens bannitum impunè occidi, non habet locum in eo, qui proditoriè bannitum occidit,vt tradit Angel.in l.fin.per illum textum. C.de delatorib.lib.10.vbi seruus deferens,vel accusãs Dominum suum, excepto crimine læsæ Maiestatis, ad exemplum omnium proditorum grauissimè pu-
405 nitur,quia salus, & tutela Dominorum à fide seruorum dependet,l.1.ff.ad Senatusconsult. Syllanian. & Angel.sequuti sunt Cępoll. cons. crim. 34. numer.6. vers.non stante statuto, Marsil.d.singul.16. circa medium versic.& ideò teneamenti, & Gribald. vbi supra num.6. versic. & statutum, & rursus numer. 24. & 25. versic.secunda difficultas, vbi latius agens de hoc in-
406 quit, quod licet occidens bannitum proditoriè videatur de excessu tantum puniendus, ex quo quisque bannitum impunè occidere potest, sed modo tamen aperto, & visitato, vnde si proditoriè veneno, vel simulando amicitiam, vel contra datam fidem occiderit, modum duntaxat excessisse videtur, & consequẽter de excessu tantum puniri debet,non autem pœna ordinaria, vt Angel.voluit,per l. si adulterium, §. Imperatores,ff. de adulterijs, tamen talis occidens bannitum proditoriè in totum debet teneri, quia pœna
407 excessus locum habet, quando culpa duntaxat, & non dolo delinquitur dict.§.Imperatores, & quia hoc casu non dicitur modum duntaxat excessisse, sed speciem delicti mutasse propter qualitatem proditionis, nam nõ simplex homicidium, quod à statuto permittitur, sed qualificatum proditorium scilicet committit, quod longè grauissimum est, & perpetratum contra
408 ius,& statutum,atque ideò non excusatur,quia qualitas perfecta, & substantifica adueniens actui, transformat illum,& diuersam speciem constituit, leg. ius ciuile,ff.de iust.& iure, & propterea talis occisor non de excessu tantum,sed de proditione tenetur. Illud ta-
409 men est verum,quia stante dicto statuto licita est occisio de iure quomodocumque, etiam si proditoriè ad instantiam alterius, & per pecuniam fiat, vt optimè declarat Nell. in tract. de bannit. in secunda parte secundi temporis quæst.12.per totam, Boss. in practic. crimin. titul. Banniti quid admittant. num. 1. dicens ita seruari, & Clar.in d.§.homicidium numer.61. versic.sed an licebit, vbi pariter asserit in Statu Mediolani seruari quod bannitus, qui potest impunè interfici, potest etiam proditoriè occidi, & dixi supra dum egi de homicidio legitimo, & a prædictis non discrepat idem Gribald.d.titul. de proditorio homicid. numer. 26.vers. quæritur quoque, vbi quærit an si aliquis occiderit bannitum inermem nihil tale suspicantem,neque resistere valentem eum more latronis occidendo, an talis puniendus sit, veluti qui homicidium proditorium perpetrauerit,& dicit videri, quod sic,quia est quædam species saltem infima proditionis, vt supra dictum est per cap.admonere 33. quæst. 2. Contrariũ tamen putat verius, quia ille vltimus gradus non habet perfidiam, neque adeò est grauis, vt alij de perfi-
410 dia,& assassinio, vltra quod bannitus tanquam hostis patriæ nunquam censetur affidatus, ideoque non

potest dici suspicione mortis, & insidiarum carere vnquam, sed perpetuo vltorem debet formidare, & propterea etiam dicto modo impunè occiditur, licet dolosè, nam dolus, an virtus quis in hoste requiratur, leg. interest, ff. de capt. & postlim. reuers. si tamen quis bãnitum expressè affidaret, tunc occidendo proditorie non liberaretur a pœna legis Corneliæ de sicariis, per ea, quæ supra dixi, rationes enim adductæ per ipsũ, excepta prima, faciunt contra eum, vt quemadmodũ hoc casu isto occidens excusatur, ita etiam in alijs excusandus sit, & etiam iste est homicida proditorius, quamuis casus iste non sit ita grauis, prout alij, & in omnem euentum sufficit, quod ita se habeat communis Curiarum obseruantia, & faciunt ea, quæ infra dicam de homicidio commisso per assassinium, & de homicidio commisso per venenum.

411 Et qui proditorie alterum occidit immunitate Ecclesiæ non gaudebit, vt ab ea extrahi non possit, Clar. in d. §. homicidium num. 10. post vers. proditoriè vero, 101, & hoc etiam vtile est scire, & in practic. crimin. quæst. 30. num. 11. versic. scias tamen, dicens esse cõmunem opinionem vsu, & sententia iudicum sæpius approbatam, Plaza in epitome delictorum lib. 1. cap. 21. numer. 6. versic. rursus ad huius criminis, vbi multos huius sententiæ refert, & communem esse fatetur, Gomez d. tit. de homicidio sub numer. 3. versic. item etiam de iure regio ad finem versic. & ex hoc, & ibi, Addition. ad eum attestans pariter de communi, & idem Gomez. eodem cap. 10. quando Reus gaudeat immunitate Ecclesiæ sub num. 2. versic. quinto limita, referens hanc opinionem esse communem, & in iudicando approbatam, & Gribald. d. tit. de prodit. homicid. sub num. 21. versic. & omnes hæ species, & videtur textus in cap. 1. de homicid. in cap. inter alia, de immunitate Eccles. & vtrobique notat Gl. & Doct.

412 Et socius criminis, etiam si nihil faciat, sed solummodo assistat principali proditoriè occidenti, eadem pœna, qua ipse principalis proditor, punitur, ita vt si pœna huic ipsi delinquenti aliquo modo aggrauaretur, puta aliquo statuto, vel constitutione particulari dicente, quod homicida talis vocatur per Terram, & trahatur ad caudam Equi, vel alterius animalis per vias publicas, & postea furca suspendatur, hæc eadem pœna socio imponenda esset, quia eius fauore principalis est effectus audacior, & fortè sine eo non cõmisisset illud delictum, arg. text. in l. nihil interest, ff. ad l. Corneliam de sicar. & in l. is, qui opem, ff. de furt. & in l. verum, ff. ad leg. Corneliam de parricid. Et ita in-dicio suo dicuat Gomez. d. tit. de homicid. num. 6. vers. item etiam iuxta prædicta quæro, & Plaza in epitome delictorum d. cap. 21. num. 14. versic. rursus, & il-
413 lud conuenit annotare, subiungentes tamen secus esse, si principalis delinquens non commisit homicidium proditoriè, & talis socius assistebat proditoriè, quia non erit hic socius puniendus pœna proditoribus imposita, sed eadem, qua puniendus venit principalis, quia debet puniri eadem pœna, quam princi-
414 palis, & non maiori. Pœna autẽ huius criminis olim apud Antiquos erat quadrigarum distractio, quam primus inuenit Tullus Hostilius Tertius Romanorum Rex in personam Metij Suffetij Ducis Albanorum, de quo extant carmina Virgilij in octauo Aeneidos.

Haud procul inde, citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant: (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus

Quæ pœna adhuc hodie quibusdam in locis vsitata est secundum Gribald. prædicta dicentem d. tit. de prodit. homic. num. 12. & 13. vers. pœna verò, & de iure ciuili est, quid talis homicida proditorius furca suspendatur, Bart. in l. desertorem, §. 1. ff. de re militar. Bald. in c. 1. §. si quia rusticus titul. de pace tenend. in vsib. feudor. & in l. capitalium, §. famoso, ff. de pœn. & in l. quisquis, C. ad l. Iuliam Maiestat. & alij citati per Plazam in epitome delict. d. cap. 21. nu. 5. versic. iure tamen Cæsareo, Marsil. in repetit. l. vnicæ n. 129. vers. & adduci potest, C. de rapt. virgin. & in l. vnius. §. cognitorum, numer. 68. versic. & istis etiam adde, ff. de quæstionib. & cons. 1. num. 6. cons. 121. num. 16. & sequent. versic. vltimo pro hac parte, Carer. in practic. crimin. §. sexto quæro num. 33. versic. & proditor furca suspenditur fol. 115. a tergo, Hieron. Gigas in tract. de crimin. læsæ Maiestat. tit. de proditorib. quæst. 6. num. 3. & 4. fol. mihi 380. & dictum supra in vers. est autem homicidium proditorium.

415 Et intantum hoc homicidium dicitur esse enorme, & odiosum delictum, vt censeant aliqui, eum, qui conatus fuerit proditoriè hominem occidere, & ad actũ exteriorem proximũ deuenerit, & vulnerauerit, etiãsi mors sequuta non fuerit, pœna mortis puniendum esse, ac si mors sequuta fuisset, ita vt satis, quod delinquens ad actum omnino proximum consumationi delicti processerit, & quidem ad vltimum actum, qui a delinquente ipso agendus est ad perfectionem criminis, tametsi non fuerit sequuta mors, ita sentit Igneus in l. 1. §. si dominus numer. 7. & numer. 20. ff. ad Senatusconsult. Syllanianum, quem refert, & sequitur Plaza d. cap. 21. numer. 4. versic. cæterum isthæc sententia. Quod an verum sit, infra dicetur, dum tractabitur de homicidio commisso per assassinium, & per venenũ.

416 Et proditorium homicidium dici potest latrocinium, quia proditoriè occidere etiam dicitur, qui non valẽtem resistere, & incautum more latronum interficit, l. Diuus, ff. ad l. Pompeiam de parricid. l. capitalium, §. famosos, ff. de pœn. cap. admonete, 33. quæst. 2. Marsil. in rubr. ff. ad l. Corneliam de sicar. sub nu. 5. & Gribald. d. tit. de proditorio homicidio num. 9. qui etiam
417 subiungit, quod latro dicitur insidiator, siue hominum, prout in iure nostro capitur, siue feracium, pro quo adducit carmen Virgilianum. in 12. Aeneidos.

fixumque latronum.
Impauidus frangit telum,

418 Et est species proditionis necare aliquem veneno, nam qui veneno interficitur, neque resistere potest, neque tale facinus suspicatur, sed clam, & ex insidijs
419 occiditur, & longe grauius crimen reputatur hominem veneno occidere, quam gladio interficere, leg. 1. C. de malefic. & mathematic. & l. codicillis, ibi, sed & mihi deteriora fecit, ff. de legatis secundo, secundum intellectum quorundam, quem ego non approbo,
420 quia vere ille textus debet intelligi de violatione cõiugalis thori, vt dixi in meis resolutionibus criminalibus cent. 1. cas. 15. numer. 9. & cent. 3. casu 244. vbi latius de hoc egi, ita dicit Gribald. d. tit. de proditorio homicidio numer. 10. & tradit Marsil. in dicta Rub. ff. de sicar. num. 4. vers. & scias etiam, vbi rationem allegat, quia occidens veneno, proditorie, & clam delinquit, & non potest fieri aliqua defensio ab ipso recipiente venenum, quod secus est à communiter accidentibus in eo, qui gladio occidit, quia ille, qui occiditur gladio potest resistere, & aliquam defensionem facere,

cere,

ßere, ideò magis dicitur delinquere veneficus, quam
ficarius,& fubdit num. 5. quod ideò venenans aliquē,
dicitur eum proditoriè occidere,quod ante eum vo-
luerunt Bald.in l.nemo Clericus, C.de fumma Trinit.
& fide Catholica,& in Auth. item nulla communitas.
C.de epifcop.& cleric.& in cap. 1. quibus mod. feud.
ammittat, Andreas Barbat.conf. 70. num. 27 verf.&
etiam quia ex quo,vol.4, Alex.confil. 145. num. 5. &
6. verf. & ex his fatis apparet lib. 7. & dicetur infra,
vbi tractabitur de homicidio commiffo per venenum.
421 Et vnum fingulare dictum, & perpetuò menti te-
nendum dixit Gribald,d. titul.de proditorio homidio
num.11.verf.eft autem,quod in hoc crimine,licet ne-
mini fit deneganda defenfio, fed audienda fit in iudi-
cio rei excufatio iuxta notata in l. vt vim, ff. de iuft. &
iure,tamen vbi conftat de proditione, nulla omninò
reo conceditur defenfio,vel excufatio, quia vox pro-
ditoris audienda non eft,cap.caueant.3.qu.eft,9.Vn-
de Liuius eleganter dixit, Proditoribus nihil fidum ef-
fe debere, fed hoc verum non effe valde dubito, quia
422 defenfiones nemini funt denegandæ etiam Diabo-
lo, vt per Bartol.in tract. quæftionis ventilatè coram
Domino Noftro Iefu Chrifto inter Beatiffimam Vir-
ginem Mariam ex vna parte, & Diabolum ex alia, &
per Petr. Foller. in practic. crim. in fecunda parte fe-
cundę part.principalis in verbo recipiantur defenfio-
423 nes reorum,etiam in crimine læfæ Maieftatis, idem
Foller. in eadem fecunda part. fecundę part. in ver-
bo, item quod commiffit crimen læfæ Maieftatis fub
num.99,verfic.& formata inquifitione, nec eis regu-
424 lariter reus renuntiare poteft, vt habetur per glo-
fam, & Doctores in leg. pactum inter heredem, ff.de
pact.per Marfil.in l.vnius, §. cogniturum,numer.57.
verf. vltimo circa hanc materiam, ff. de quæftionib.
Foller.in pract. crimin. in prima part. tertiæ part. in
verbo,& fi confitebuntur nu. 72. verfic. octauo ope-
ratur,Marfil.confil. 16.num.25.& fequentib.verf.quin-
timo etiam,terminus enim ad faciendum defenfiones
omninò dandus eft Reo, nec defenfio à ftatuto, vel
425 Principe de iure naturali tolli poteft, vt latè tradit
Marfil.in d.l.vnius,§.cogniturum numer. 35.& quam
plurib.fequentib.verfic.nunc reuertor,infra, & conf.
16.num.19,& fequent.verfic.fexto moueor,conf.25.
num.51.& fequentib.verf. & talis defenfio, conf.81.
num.5.& feq.verf.& talis defenfio,& num.89,verfic.
426 & illa maximè procedunt,& ad cap.caueant.3.q.9.
refponderi poteft,quod loquitur de fententia data cō-
tra aliquem, ad cuius notitiam non venit perempto-
rium,quā vult non valere, nifi contra reū proditionis.
427 Et dicit Gribald.tit.de proditorio homicidio num.
14. quod crimen hoc frequens, & peculiare legitur
fuiffe apud Reges, Thraciæ, nam Polymneftor Rex
428 Thracum ità Polidorum Priami filium in fidem, &
cuftodiam receptum, cupiditate, & auaritia ductus,
crudeliter obtruncauit, vt extant illa Virg. carmina
in 3.Aeneid.

Polidorum obtruncat,et auro
Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis
Auri facra fames?

Similiter, & Rhimotaces Traciæ Rex tēpore Ro-
manorum, cum ab Antonio defeciffet ad Auguftum,
folebat inter epulas Augufto focietatem fuam, & ami-
citiam petulantius exprobrare, cui tandem offenfus
Octauianus dixit, fe, proditionem quidem amare,fed
proditores non laudare, & fubdit numer. 15. quatuor
præcipuè præcæteris famofos proditores fuiffe,videli-
cet Laomedontem Troianorum Regem Priami ge-
nitorem,qui Dijs fidem violauit, Synonem Græcum,
qui Troianos prodidit,Metium Albanum, de quo fu-
pra actum eft, qui Romanos conabatur feducere, &
omnium Maximum Iudam Ifcariotem,qui Dominum
Noftrum Iefum Chriftum prodidit,qui quidem Iudas,
vt teftatur Officina Textoris de ijs, qui fibi mortem
varijs modis confciuerunt, aut fe alijs commiferunt
occidendos fol. 121. cum omnipotentem Deum Iu-
deis prodidiffet,& exili pecunia expofuiffet venalem,
tandem ad fe rediens, & fceleris perdendens grauita-
tem,defperata venia, quę tamen Proditi fumma cle-
mentia fperari poterat, ad laqueum properauit, &
nouiffimo Diuinæ vltionis argumento medius crepuit,
ibidem refert Herodem Regem Iudeæ Antipatri fi-
lium poft interfectos Alexandrum, Ariftobolum, &
Antipatrum filios, & trucidatos item Innocentes ad
intercipiendum facrum Virginis Partum, vermibus
ad extremum toto corpore fcatentibus mortem fibi
confciuiffe,quod Diuina vltione factum effe non am-
bigitur, dicit etiam Pontium Pilatum patria Lugdu-
nenfem nefariæ in Chriftum fententiæ meritas dediſ-
fe pœnas,fibique mortem intuliffe,de quo leguntur in-
frafcripta carmina,

Tam tibi fit mitis Pontij Pilate Megera.
Tamque tua moueant lacrymæ Plutona ferocem,
Quam merito perijt fato te Iudice Chriftus.

429 Proditionis autem triplicem effe fpeciem docet
Gribald,d.tit.de proditorio homicidio nu. 16. & feq.
Prima fpecies eft, quādo quis prodit patriam Prin-
cipem,vel Rempublicam,qui fummus gradus eft pro-
ditionis, vt legitur de Nicea Pyrrhis Regis Medico,
qui vt pecuniam à Romanis acciperet, Regem ex-
tinguere veneno voluit,qui,vt funt generofi; Regem
ipfum, vt fibi caueret, admonuerunt, & de Tarpeia
Virgine,quæ cupiditati iocalium,& armillorum Gal-
lis Capitolium prodidit,quæ dignam facinore merce-
dem retulit, nam armillis oppreffa perijt, & illud eft
crimen læfæ Maieftatis,fi proditor eft fubditus, vt per
403 Gigantem in tract. de crimine læfæ Maieftat. titul.
qualiter, & a quibus crimen læfę Maieftatis commit-
tatur quæft,13.num.1.& quæft.24.num.2.& fequent.
verfic.contrariam partem,& q.60. per totam, q. 61.
num.1. & feq.& tit.de proditoribus q.9. numer. 2.&
3.& 6.& ifte proditor Patriæ,Principis, vel Rempu-
blicę dicitur proditor Dei, vt dicit Gigas d. titul. de
proditorib.q.1.nu.15.verf.& fi cupis, & q. 8. numer.
5.verf.& facit, quia Principis proditor,
431 Secunda fpecies eft, quando quis prodit priuatum
hominem,cui tamen fidem,& pietatem debebat oftē-
dere,puta fi filius patrem,feruus Dominum, propin-
quus propinquum per infidias extinguat,l.fi.C. de de-
latorib.lib.10.l.fi.ff.de iuft.& iur,& l. Diuus ad legem
Pompeiam de parricidijs.
432 Tertia fpecies eft, quando quis extraneum in fidē
fuam receptum occidit, nam & is contra fidem datā
facit,& promiffioni factę contrauenit,meritoque pro
ditoriè agere dicitur,ad quod probandum ipfe alego,
id,quod eleganter voluit Angel.in l. 1.§. non fuit nu.
433 3.verf. quid autem, ff. de dolo,dicens, quod fi poft
pacem faciam cum bannito, pacifcens occidat ban-
nitum,non tenetur de homicidio,ex quo bannitus erat
hoftis Ciuitatis fuæ, & quia occidens quodammodo
eft exequutor iuftitiæ,& quod ita fuit iudicatum Flo-
rentiæ,

rentiæ, & hoc intelligit esse verum, si talis bannitus, vt hostis contra Ciuitatem veniebat tempore, quo fuit occisus, nam tunc illum etiam patri, & descendentibus occidere licebat, l. minimè, ff. de religios. & sumptib. funer. postea dicit, quod opinio Iacobi de
434 Aretio, qui contrarium tenuit, est vera, quia non omne, quod licet, honestum est, & quia proditoriè eum occidit, & cum promisisset, & iurasset eum non offendere, & pacem fecisse, ratione inhonestatis puniendus est, allegat l. proditores, ff. de re militar. & in l. fi. C. de delatorib. & Angelum sequuti sunt Alex. cons. 13. sub num. 8. post versic. 4. præsupposito lib. 6. Gigas dict. tit. de proditorib. quæst. 1. num. 8. vers. 8. proditores.
435 Et huius tertiæ speciei tres dari possunt casus secundum Gribaldum d. titul. de proditorio homicidio num. 19. & seq.

Primus, quando quis fidei suæ commendatum occidit, vt supra dictũ est de Polymnestore Rege Thraciæ, qui Polydorum filium Priami in fidem, & custodiam receptum, cupiditate, & auaritia ductus, crudeliter obtruncauit; Item si Tutor Pupillum, Curator adultum, vel Amicus amicum ad epulas inuitatum occidit, quæ etiam perfidia dicitur.

Secundus casus est, quãdo quis pecunia corruptus, incautum, & nihil suspicantem alieno nomine ex insidijs aliquem occidit, & dicitur hic delinquens assassinus vocabulo scilicet barbaro, vulgato tamen, de quo est tex. in cap. pro humani, de homicid. lib. 6. & paulo inferius suo loco Nos, Deo Dante, agemus, loquentes de homicidio commisso per assassinium.

Tertius est, quando quis nomine proprio hominem incautum, neque resistere volentem, cui infensus est, non prouocatus dolosè, & crudeliter occidit, & dicitur latrocinium; vt est casu in casus in cap. admonete 33. quæst. 2. & in l. Diuus. ff. de parricidijs,
436 & isti tres casus adeò sunt detestabiles, vt nullo iuris beneficio gaudeant, neque Ecclesiarum immunitate fruantur, cap. 1. de homicidio, & cap. inter alia, de immunitate Eccles. & diximus supra in vers. & qui proditoriè.

Nec obstare potest, quod immò proditores, de quibus in hoc vltimo casu, iuris priuilegijs, & Ecclesiarum immunitate gaudere debeant, quia iura allegata videntur compræhendere assassinos, tuplicos
437 aggressores, & nocturnos agrorum depopulatores, & in pœnalibus non fit extensio, etiam ex maioritate rationis, vt per Doctores in Auth. quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccl. & in l. tam his, §. 1. ff. de donat. causa mortis, & notatur etiam in cap. cum expediat, de elect. lib. 6. & tradit Imol. in loco statim citando, licet contrarium velit. Mathesilan. in tract. de interpr. extens. num. 45. & seq. vers. in alijs vero casibus.
438 Quia respondetur, quod ius commune disponit omnem homicidam dolosum indistinctè, & sine venia puniendum esse, sed immunitatem ex priuilegijs Ecclesijs datam communem regulam limitare, & in li-
439 mitatorijs ex identitate rationis licitam esse extensionem, Ioann. de Imola in l. de viro. §. si verò lecto cũ lege, dotalem num. 11. & plurib. sequent. vers. circa secundum articulum, ff. solut. matrimon. Mathesilan. in d. tract. de interpretat. extensiua nu. 35. & pluribus sequent. vers. aut iura limitatiua, vt infra.
440 Quæritur etiam si aliquis accusatus fuerit de homicidio proditorio, & accusator tantum probauerit homicidium absque proditionis qualitate, an Reus debeat condemnari in pœnam homicidij, an verò absolui, & dicit Gribald. d. tit. de prodit. homicid. num. 27. & 28. vers. quæritur quoque, quod non poterit cõ-
441 demnari, sed debebit absolui, quia etiam in criminalibus deducens qualitatem facti, non probata qualitate succumbit, vt est communis opinio Doctorum in l. 1. C. de probationib. secundum Roman. cons. 110.
442 in toto, quæ conclusio de plano procedit in accusatione, secus in inquisitione, in qua sola facti veritas inspicitur, vt ex officio delicta puniantur, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, neque inquisitio in omnibus succedit in locum accusationis, prout notatur in cap. qualiter & quando il primo de accusationib.
443 Tu autẽ in hoc proposito dicas latius, quod si qualitas negata nullo modo probatur, sed factum simplex sine qualitate constat, tunc si talis qualitas facit cessare propositam actionem, seu accusationem, vel inquisitionem, vel si non facit cessare saltem alterat factum, seu crimen, & facit illud esse aliud factum, non potest sequi condemnatio Rei, sed debet sequi absolutio, si verò talis qualitas non facit cessare propositam actionem, nec alterat factum, ex eodem processu sequi potest condemnatio, aduertendo tamen, quod si effectus condemnationis est diuersus propter illam qualitatem, quia pœna est maior, debet fieri detractio illius qualitatis pendente iudicio, alias non posset sequi condemnatio; ista est doctrina Bart. in l. denuntiasse in §. quid tamen sub num. 2. in sua magistrali distinctione, ff. de adulter. quam sequuntur Roman. dicens communem d. cons. 110. in toto, & cons. 167. sub num. 8. & 9. Corne. consil. 197. num. 7. & seq. lib. 2. & cons. 33. num. 17. & 18. lib. 4. qui pariter communem dicit Marsil. in l. si quis ne quæstio num. 130. cum pluribus sequent. ff. de quæstionib. & in pract. crim. §. quoniam num. 52. & multis sequent. & consil. 7. num. 60. & quam plurib. sequent. vers. nam qualitas deducta in accusatione, vel inquisitione, consil. 48. num. 16. & sequent. vers. immo non solum, cons. 57. num. 18. post vers. cum ergo hoc non sit probatum, & cons. 96. nu. 5. versic. ad prædicta etiam faciunt Ioan. de Anan. in cap. continentiam nu. 6. extra de cleric. percussore, Angel. in tract. de malefic. in verbo, Qui Dominus, Iudex il secondo num. 7. & 17. Guido Papæ decis. 553. num. 1. & 2. Blanc. in pract. crim. in §. visis indicijs num. 76. & plurib. sequentib. fol. 50. Clar. in pract. crim. quæst. 12. num. 14. vers. sed quid si accusator. & quæst. 66. num. 4. versic. seu quia in pro parte, Barto. in l. quid ergo, §. pœna grauior num. 15. vers. sumus expediti, ff. de his qui notant. infam. & ibidem Bald. in prima lectura num. 8. vers. iuxta prædicta, & in repet. num. 10. 11. 12. 13. 14. vers. iuxta hoc, & in l. etsi seuerior num. 29. vers. 6. iuxta hoc quæritur, C. ex quibus caus. infam. irroget. Florian. pulchrè in l. in delictis, §. si detracta num. 10. vers. extra glos. facit. ff. de noxalib. actionib. Salycet. in l. 2. num. 3. & 4. vers. ex prædictis glosis formo vnam quæstionem quotidianam, C. ad l. Iuliam de vi public. & priuat. & ipse dixi in meis resolutionibus criminalib. cent. 1. cas. 56. num. 80. vers. an autem si qualitas.
444 Sed quicquid sit de iure, hoc non seruatur de consuetudine, sed Reus indistinctè condemnatur de eo, quod est confessus, vel conuictus, qualitate proposita non probata, quæcumque ea sit, de qua consuetudine, & Curiarum obseruantia attestantur Guido

Papæ

Papæ d. decis. 553. ante finem, Corn. d. cons. 33. nu.
18. & 19. lib. 4. Blanc. in d. §. visis inditijs num. 87. &
multis sequentib. fol. 51. Clar. in locis infra statim ci-
tandis, & supra relatis, & ante istos Bald. post lon-
gam ad partes disputationem num. 3. & plurib. se-
quēt. in l. 2. C. de probationib. Ioann. de Anan. in cap.
continentiam numer. 5. de clerico percussor. maximè
stantibus clausulis salutaribus apponi solitis in ipsis
accusationibus, & inquisitionibus, vt præfati Docto-
res considerant, quinimò non desunt, qui velint etiam
de iure hoc fieri posse, vt latè tradunt Alberic. de
Rosat. in tract. de statut. lib. 2. quæst. 34. Blanc. in lo-
co citato, Gomez. in comment. variar. resolution. to-
mo 3. cap. 11. qualiter formentur accusatio sub num.
6. post quartam limitationem, versic. sed his non ob-
stantibus, & sub num. 3. circa medium versic. sed his
non obstantibus, in quibus locis latissimè loquitur, &
ita tenendum, & seruandum ait, siue qualitas consi-
stat in loco, vel tempore, siue in circunstantia aggra-
uante, & siue delictum sit reiterabile, siue non, quod
approbat Additionarius ad eum in vtroque loco, ma-
xime stantibus clausulis, quæ hodie libellis addi, & in-
seri solent, & dicit Alex. in l. eum qui sub num. 5 post
445 medium de iur. iurand. quod in homicidio, vel alio
delicto non reiterabili confitens se illud commisisse,
licèt alio loco, vel tempore, quam dicatur in accusa-
tione, vel inquisitione, debet ex illa confessione puni-
ri, prout etiam voluit Angel. in tract. de malefic. in
verbo, comparent dicti inquisiti, & partim negāt post
princ. sub num. 1. qui etiam postea sub eod. num. ad
finem versic. si autem confiteatur factum, idem dicit
magis generaliter in alijs casibus idem tenet Augu-
stin. de Arimin. in additionib. ad ipsum Angel. in dict.
tract. de malefic. in verbo, Qui Dominus Iudex, il se-
condo num. 9. vers. prima erat, idem habetur per Flo-
rian. in d. l. si is del ctus, §. si detracta sub num. 11. vers.
item aduerte, ff. de noxalib. actionib. vbi dicit, quod
de consuetudine seruari videtur, quod semper feratur
sententia condemnatoria de simplici maleficio, qua-
446 litate ei adiuncta non probata, nam de consuetudi-
ne accusans non vnam legem proponit, sed omnem,
dum dicit, peto eum puniri secundum formam iuris,
& Statutorum quia talis libellus de consuetudine pro-
cedat secundum glosam ordinaria in l. senatus, ff. de
447 accusationib. idem est in inquisitione, in qua dedu-
cta non videntur deduci connexè, idest, quid opor-
teat omnia probari, sed diuisim propter illam com-
munem clausulam, super quibus omnibus, & singulis
intendit D. Potestas inquirere voluntatem, quæ est
diuisiua, vnde sufficit alterum probari, Paul. tamen
de Castro in l. si communem fundum, §. fin. num. 3. &
sequent. ff. quemadmod. seruit. amit. videtur aliud di-
448 cere, nam si sit accusatio, vel inquisitio de crimine
tanquam commisso tali tempore, vel loco, & probe-
tur de alio tempore, vel de alio loco, inquit, quod de-
bet sequi absolutio, quia non est probatum crimen in-
tentatum, & debet de nouo accusari, si autem sit ac-
cusatio, vel formetur inquisitio de percussionem san-
guinis effusione, & probatum sit de simplici percus-
sione, non debet sequi absolutio, sed condemnatio de
simplici percussione, quia tunc est secundum plus, &
449 minus, & aliud, quod differt secundum plus, & mi-
nus, non dicitur differre in substantia, l. fin. ff. de fund.
instrumen. legato, sed posset responderi ad rationem
Paul. de Castr. non obstare, quod diuersitas temporis,
vel loci inducat diuersitatem delicti, adeò quod, non
videatur probatum delictum contentum, & apposi-
tum in accusatione, vel inquisitione, quod non vide-
tur probatur aliud delictum, sed illud idmet, quod est
propositum, licet erratum sit in tempore, vel loco, de
quo errore apertè constat ex processatis, vltra quod
450 in actibus hominum nunquam præsumitur plurali-
tas, l. omnium, C. de testament. & l. fin. C. de reb. cre-
dit. & vtrobique Glos. & Doctores, & propterea di-
cit Clar. d. quæst. 12. sub num. 14. post vers. sed quid si
accusator, quod illa communis opinio de absolutio-
ne Rei non probata qualitate deducta in accusatione,
vel inquisitione nunquam sibi placuit, & credit, quod
cum magna difficultate posset sustineri in practica,
nisi qualitas diei esset de substantia delicti, puta, quia
adesset statutum disponens, quod tali die aliquid non
fieret, vel huiusmodi, tunc enim proculdubio debet
probari dies ad hoc vt Reus possit de ipso facto, tan-
quam de delicto puniri, sed si factum, quod proponi-
tur, esset ita delictum vno die, sicut in alio, non crede-
ret, probato delicto, licet dies expressus non proba-
retur, reum esse absoluendum, quia solent in libello
accusatorio, & in inquisitione apponi illæ clausulæ sa-
lutares, super quibus omnibus, & singulis &c. & non
se astringendo &c. quæ saluant, & sustinent accu-
sationem, & inquisitionem, & processum, etiamsi non
sit probata qualitas in accusatione deducta, modo de
crimine constet, idem repetit in substantia idem Clar.
d. quæst. 65. sub num. 4. post versic. sed quid si pro
451 parte probatum sit, vbi amplius dicit, quod, quic-
quid sit de iure contrarium seruatur de consuetudine,
vt scilicet Reus non probata qualitate condemnetur
de principali delicto, de quo est confessus, vel co nui-
ctus, & testatur, se ita pluries seruari vidisse, a qua ob-
seruantia minimè recedendum esset in practica, & ipse
dixi cas. 56. num. 81. versic. tamen quicquid sit de iure.
452 Quid autem sit puncto iuris è contra, quando scili-
cet in accusatione, vel inquisitione est deductum deli-
ctum simplex, & in processu probatum est qualifica-
tum, an scilicet, tunc Reus sit absoluendus, an verò
condemnandus de delicto qualificato probato, est
magna quæstio, in qua concluditur, quod Reus non
possit de iure condemnari in aliquo in ulla instantia,
sed sit absoluendus, quando proceditur per accusatio-
nem, secus autem si per inquisitionem, quia tunc se-
quitur condemnatio de facto simplici non qualifica-
to, secundum Bart. in cons. 217. number. 5. & seq. lib. 1.
Sed quod & in accusatione sit idem, & in ea etiam se-
quatur condemnatio de simplici facto, concludit An-
gel. in tract. de malefic. in verbo, Qui Dominus Iu-
dex in secondo num. 4. versic. quid si sine qualitate,
& ibi August. de Arimin. in additionibus, dicit, quod
si per confessionem rei constaret de qualitate, posset
sequi condemnatio de delicto sic qualificato, & non
deducto in petitione, vt ibi num. 5. 6. 10. 11. 12. 13. &
14. & si fieret additio ad accusationem, vel inquisitio-
nem pendente iudicio, cessaret omnis disputatio, quia
tunc sine dubio posset sequi condemnatio super ad-
dita qualitate, secundum notata per Bart. in l. denun-
tiasse, §. quid tamen, ff. de adulter. & latè ponit Angel.
in dicto verbo, Qui Dominus Iudex il secondo in
princ. num. 1. 2. & 3. vbi alios idem tenentes allegat,
licet, & non reformata inquisitione, vel accusatione,
& non addita qualitate, sequi posse condemnatio se-
cundum probationem factam in processu, & maximè
stantibus

stantibus clausulis apponi solitis in fine accusationis vt latissimè probaui in meis resolutionibus criminalibus cent. 2. casu 173. per totum, & ad ibi dicta me remitto.

453 Sed quæritur in casu de quo supra in vers. Quæritur etiam si aliquis, an cum deducto homicidio proditorio, & probato homicidio tantum sine qualitate proditionis, sequi debeat absolutoria de iure, secuta dicta absolutoria propter qualitatem adiectam non probatam, possit de nouo Reus iterum accusari detracta illa qualitate proditionis, in qua re Bart. in d.l. denuntiasse, §. quid tamen num. 6. versic. quæro si absolutoria, ff. ad l. Iuliam de adulter. distinguit, quod aut absolutio rei est sequuta super facto, quia factum non erat probatum, & tunc de nouo non potest accusari propter illam qualitatem, l. si quis cum tota n, §. si ancillam, & l. eg., ff. de exception. rei iudicat. sed si propter illam qualitatem tantum sequuta fuisset ab-

454 solutio, cum factum esset de se verum, tunc si quidem aliquis conuenitur ex delicto alterius, non poterit iterum accusari. l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxalib. sed si conuenitur ex proprio delicto, tunc bene potest iterum de illo facto accusari, l. habeat, in princ. ff. de institutor. act. & l. 1. §. 1. ff. si familia furt. fecisse dicat. & illam distinctionem Bartoli sequitur Angel. in tract. de malefic. in verbo, Qui Dominus Iudex, il secondo num. 15. versic. quæro quid si per additionem, sed de hoc non curo vlterius agere, cum si non de iure, saltem ex generali consuetudine non debeat sequi absolutoria, sed condemnatoria de simplici homicidio non probata qualitate proditionis, vt latè ostendi supra in vers. sed quicquid sit de iure.

455 An autem in casu contrario, quando deductum est simplex homicidium, & probatum est homicidium proditorium, & sic qualificatum, quo casu de iure debet sequi absolutoria, vel condemnatoria super facto simplici, per ea, quæ dixi supra in vers. quid autem sit in puncto iuris è contra, stante quod qualitas in primo iudicio non fuit proposita, possit reus propter illam qualitatem de nouo accusari, Bartol. in d.l. denuntiasse, §. quid tamen num. 7. vers. vlterius quæro, dicit, quod potest de nouo accusari, si ex primo iudicio super facto simplici esset sequuta condemnatio, vt

456 dixit in l. Senatus, ff. de accusationib. Sed si in primo iudicio esset sequuta absolutio, si quidem illa qualitas, quæ de nouo fit, alterat delictum, tunc sine dubio potest accusari de nouo, quia alia res est, & aliud crimen, l. cum quæritur, ff. de except. rei iudic. sed si non alterat delictum, sed alterat accusationem, seu condemnationem, & tunc aut fuit sequuta absolutio, quia non fecit, & non potest de nouo accusari, aut fuit sequuta absolutio, quia illa qualitas, quæ fuit necessaria non fuit proposita, & tunc potest de nouo accusari, l. habeat in princ. ff. de institutor. act. & l. 1. §. 1.

457 ff. si familia furt. fecisse dicat. nisi ex delicto alterius quis conueniatur, quia tunc non potest de nouo accusari, l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxalib. actionib. & Bartol. sequitur Angelus de Aret. in dicto verbo, Qui Dominus Iudex il secondo nu. 16. vers. quid si in prima accusatione, sed nec de hoc vlterius disputandum est, cum ostenderim posse sequi condemnationem de facto qualificato, licet non deducto, iuxta probationem factam, in processu, vt supra in vers. sic. quid autem sit in puncto iuris, & satis latè in meis resolutionibus criminalibus cent. 2. cas. 173. vbi videndum est, Adeò quod non est opus videre an possit de nouo reus accusari, cum in prima instantia possit condemnari, etiam quod qualitas non sit deducta in accusatione, vel inquisitione, dummodo de ea constet in processu.

458 Sciendum est autem, quod proditio expressè, & in specie committitur contra expressam fidem alicui da-

459 tam, quæ etiam hosti seruanda est, l. 5 ff. de capt. & postlimin. reuers. Marsil. cons. 9 num. 24. vers. quinimò nedum, cons. 32. num. 28. vers. quo autem, consil. 106. num. 10. versic. patet ergo, Dec. in l. ea est natura in fin. ff. de regul. iur. & ita in puncto tradit Gigas in tract. de crim. læsæ Maiestat. titul. de proditoribus quæst. 1. num. 8. versic. 8. proditores dicuntur, & dictum est supra, largè verò, & minus propriè proditio committitur etiam contra fidem tacitam, quæ in ratione humanæ societatis consistit, per quam homo homini prodesse, non verò insidiari debet, l. vt vim, ff. de iust. & iure, atque ideò, qui hominem non prouocantem, neque tale quid suspicantem dolo occidit, fidem illam tacitam, & generalem humanæ societatis violare censetur, secundum Gribald. d. titul. de prodit. homicidio num. 29. vers. & notandum est, qui inquit perpetuò hoc esse obseruandum, & supra tactum fuit, facit Gigas d. titul. de proditor. dicitur, qui

461 proximum circumueniat, & eum callide seducit, vt illum in periculū trahat, & qui fraterna discordia infectus iura charitatis, & veritatis spernit, quod & antea voluit Lucas de Penn. in l. in verbo proditorum, C. de delatorib. lib. 10. & dicit Afflict. decis. 265. nu. 64. quod dicitur tunc proditoriè quis occidere quando sine diffidatione occidit, licet postea num. 65. subdat, quod proditoriè dicor facere, quando fingo me amicum tuum, & tracto te, vt inimicum, & sic vnum o-

462 stendo in animo, & aliud in corpore, plus enim consideratur animus, quam factum, & quod ideò benè dicebat Bald. in l. athletas, §. calumniator, ff. de his, qui not. infam. quod partialis consideratur ex animo, & non ex loco, & allegat, quod dicitur in Psalmo 71. Ore suo bene dicebat, corde verò maledicebat, & nu. 66. dicit quod Iudas animo erat cum Iudeis, & corpore cum Iesu Christo Saluatore Nostro, & Omnipotenti Deo, & præfatum dictum principaliter sequutus fuit Gigas dicto tit. de proditorib. quæst. 1. nu. 16. vers. proditoriè autem, & facit Lucas de Penn. in

463 d. l. fin. in verbo proditorum col. 2. vers. item nota, vbi dicit, quod proditor insigna fidelitatis ostendit, suauia, & dulcia verba profert, amplexatur, applaudit, blande ridet, maxima pollicetur, obtestatur Deu, sub pacis fœdere osculatur, ad iurandum est pronus, libenter adulatur, quod esca proditionis, saporosa vina propinat, & præparat cibaria delicata, & quod

464 crudelia, & mortifera sunt iacula proditorum, vix enim erit, aut nunquam qui possit sibi ab illorum ictibus præcauere; Vnde dicitur in psalmo 64. molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacule, vt propterea proditorem quantum possumus cauere debemus, ne per vnum plurimi fluctuemus, nam plus

465 nocet lingua adulatoris, quam manus interfectoris.

466 Vltimo notandum est, quod proditio quandoque etiam in bonam partem accipi potest, & laudabilis, & commendabilis est, quando scilicet per eam zelo publicæ vtilitatis malitia priuatorum detegitur, vt est text. notabilis in l. vnica, in illis verbis, proditor studiosus, & diligens dominum consequatur, C. de mendicantib. validis lib. 11. vbi Lucas de Penna colum. 2. in verbo

in verbo proditor, exponit, id est, nuntiator, alias est manifestator, alias accusator, Gribald. d. titul. de praeditorio homicidio num. 30. versic. praetermittendum
467 tamen non est, vbi subdit num. 31. & 32. quod omnis actus humanus à fine, & intentione iudicatur, &
468 omne maleficium voluntate, & proposito distinguitur, l. verum, & l. qui iniuriae ff. de furt, l. quod Reipublicae, ff. de iniur. l. 3 §. si quis dolo, & ibi Glos. ff. de tabulis exhibend. l. 1, C. de sicarijs, & l. 1. §. Diuus Adrianus, ff. eod. tit. Marsil. consil. 25. num. 4. versic. premitto etiam, consil. 26. num. 8. versic. voluntas enim, consil. 35. sub num. 10. versic. pro quibus facit, consil. 40. num. 19. versic. voluntas enim, cons. 53. nu. 18. eod. versic. voluntas enim, consil. 77. numer. 2. post vers. sed praedictis non obstantibus, consil. 91. num. 7. versic. nam voluntas, consil. 96. num. 1. cons. 103. nu. 3. vers. 2. hoc patet, & cons. 124. num. 11. vers. sed cum ex promissione, & plurima sunt facta indifferentia, quae ex circunstantijs determinantur, bonaque, aut mala ex accidenti censentur, l. aut facta §. causa, & §. qualitate, ibi, non enim plaga repraesentat contume-
469 liam, ff. de poen. cuius quoque generis proditio est, quae si honestam causam legitimum finem, & probabilem habeat, laudabilis actus censetur, vt patet in exemplo Iudit, qua Olophernem proditorie occidit, si vero contra honestam causam legitimumque finem non habuerit, execrabilis, atque detestabilis est, ea verò facta, quae perpetuo, & naturaliter mala sunt plus, & minus ex circumstantijs accipiunt, d. l. aut facta, §. qualitate in princ. & §. quantitas, & in aliam quoque delicti speciem transeunt Marsil. consil. 67. num. 30. versic. & subdit, & ante eum Alex. cons. 140. num. 6. in fine vers. pro hoc lib. 2. & Corn. cons. 19. per totum lib. 4. licet nulla ratione fieri possint bona, l. si
470 non conuicij, C. de iniur. & omne malefactum semper intelligitur prauè, & iniustè actum, cum sit de genere prohibitorum, vt probat Marsil. cons. 4. num. 3. mala enim ea sunt, quae crimine mentem implicant, & conscientiam ligant, vt est text. in cap. illa cauenda 15. q. 1. & propterea nunquam possunt esse bona,
471 Per assassinium committitur homicidium, quando pecunia interueniente quis alium occidit, Clar. in d. §. homicidium num. 11. versic. per assassinium, Grammat. voto 9. num. 1. Marsil. in practic. crimin. §. examinanda num. 21. & sequent. versic. & facit, Conrad. in practic. crimin. tit. de assassinis num. 1. fol. 327. dicens in hoc omnes conuenire, & ante illos Bart. in l. Cicero. ff. de iniur. Angel. in l. qui si mandato, num. 14. ff. de iniur. Angel. in l. qui sepulcra, C. de sepulcro violat. Bald. in l. non ideò minus, in princ. & ibidem Salycet. in fin. C. de accusationib. Alex. cons. 166. num. 1. lib. 7. & ibi Apostillator,
472 Assassini dicuntur in hoc proposito, qui pecunia conducti, aliouè precio homines occidunt, percutiuntuè, nihil tale ab eis praecauentes Ioannes Andre. Dominic. de Sancto Geminiano, Imola, Philip. Francus & Probus in cap. 1. de homicid. lib. 6. Plaza in epitome delictor. lib. 1. cap. 19. sub num. 2. versic. plerique tamen, Clar. in §. assassinium in princip. dicens esse communem opinionem, & est opinio a consuetudine approbata, secundum Aretin. cons. 163. sub num. 17.
473 versic. tertio allegatur, & possunt etiam assassini vocari illi, qui pecunia mediante homicidium fieri commiserunt, vt sic non solum mandatarij, & locatores, sed etiam mandatores, & conductores assassinium commisisse dicantur, vt dicit Plaza in d. cap. 19. sub num. 2. ad finem versic. sic sanè, & ante eum idem videtur sentire Aretin. d. cons. 163. sub num. 17. vers. 3. allegant, Grammatic. voto 8. in princ. Gabriel. titul. de malefic. conclus. 1. num. 32. versic. 11. amplia Carer. in §. circa igitur tertium nu. 2. fol. 137. Farinac. in pract. crimin. tit. de homicid. quaest. 123. inspect. 2. num. 19. & num. 26. & 27. licet in mandante contrarium dixerit Collegium Bononiens. cons. 41. num. 8. lib. 1. inter cons. crimin. diuers. in parua forma, quod reprehendit Farinac. vbi supra num. 28.
474 Et licet non desint, qui velint dispositionem dicti cap. 1. de homicid. lib. 6. contra assassinos, habere solummodo locum in certo genere hominum, qui appellantur assassini, vt latè ostendit Plaza d. cap. 19. sub num. 3. versic. mihi non admodum placet communis interpretatio, & num. 4. post versic. non me latet, tamen communis opinio est in contrarium, quod procedat indistinctè in quibuscunque hominibus pecunia conductis, vt per Boss. in practic. crimin. titul. de mandato ad homicidium sub num. 16. vbi alios idem tenentes refert, & per Gabriel. dicta conclus. 1. nu. 18. vers. contrarium tamen, Farinac. vbi supra num. 21. & 22.
475 dummodo qui mandatur occidi sit Christianus, sine ipsi mandatarij, & mandatores essent infideles, siue Christiani, vt hanc opinionem latè probat, & veritati consonam esse docet Plaz. d. cap. 19. num. 8. vers. 7. hinc & illud, Gabriel. d. conclus. 1. num. 6. vers. 2. declara, & Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 30. num. 4. versic. quare colligitur tom. 2. Alex. consil. 166. sub num. 6. lib. 7. referens Ioannem Andream dicentem, se semel defendisse quendam, contra quem fuerat probatum, quod fecerat occidere hominem per assassinos, quia non erat probatum, quod ille occisus esset Christianus, prout requirit text. in d. cap. 1. de homicid. lib. 6. quod dictum communiter sequuntur Doctores in eo cap. scribentes, Ias. in l. penult. post eam legem hoc aedictum, §. in eum num. 5. vers. item ad istam regulam, ff. ne quis eum, qui in ius vocat. fuerit vi eximat, Alex. consil. 172. nu. 5. vers. nam quando, & cons. 224. num. 3. vers. & vbicunque lib. 2. cons. 1. num. 23. vers. hoc probo, & consil. 82. num. 14. post vers. sed ad hoc statutum lib. 3. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cleric. num. 8. vers. praeterea dicit, Afflict. lib. 1. constitut. Regni rubr. de homicid. clandestinis in constitut. damna clandestina in 15. notab. sub nu. 67. Plaza d. c. 19. num. 28. versic. postremò & illud addam, Grammatic. in cons. 1. posito post decisiones eiusdem sub num. 51. post vers. & vbi lex, vel statutum, Clar. in d. §. homicidium num. 2. vers. bene verum est, asserens esse communem sententiam, idem asserit Ioannes de Arnono in tract. cautelarum caut. 26. vbi sequendo Ioannem Andream dicit, quod habuit in facto quaestionem de inquisito de assassinio, quod fuit probatum legitimè, sed non fuit probatum, quod offensus
476 erat Christianus, & cum haec oppositio ei facta fuisset, & hoc probetur si contrarium non constat, cum nemo nascatur Christianus, immo nascatur quilibet infidelis, & christianus fiat, ex quo text. in d. c. 1. de homicidio requirit, quod offensus sit Christianus, non probata hac qualitate locus est absolutioni, & quod ita determinauit semel in facto cuiusdam Domini Antonij Fontanelli de Ciuitate Liccij, dum esset Vicarius generalis apud Hydrontem, Carer. in d. §. circa igitur tertium num. 21. & seq. versic. nec tamen, quod cum

esset

477 esset occisus in territorio Christianorum, & a com-
muniter contingentibus, infideles non sint soliti inter
Christianos conuersari, qui in Territorio Christiano-
rum reperitur, habendus est pro Christiano, præser-
tim in hoc tam graui delicto, in quo non est super hu-
iusmodi subtilitatibus insistẽdum, fatetur tamen, quod
vbi probaretur occisum fuisse infidelem, tunc vtique
esse locum absolutioni ab hoc crimine, assassinij, quia
verè illud capitulum requirit hanc qualitatem in illis
verbis, quemquam Christianorum per prædictos As-
sassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, & re-
perio ego, quod Fęlyn. in cap. inquisitionis nu. 6. vers.
& illud, quod dicitur de accusationibus, ex eo quod
478 minus peccatum est occidere paganum, quam Chri-
stianum, dubitat de dicta opinione Ioannis Andreæ,
licèt aliter non examinet, quia locus non videbatur
congruus, & dicit Afflict. in d. constitut. damna clan-
destina num. 68. vers. sed quæro, quod in dubio, si non
probetur, quod sit Iudęus, vel Christianus, si dubita-
tur de baptismo viuentis, non præsumitur baptismus,
si verò dubitatur de baptismo mortui, præsumitur ba-
ptizatus, & sic occisus pſumitur in dubio Christianus,
ꝗdicit ēt quod eũ pro maiori parte sint Christiani in
479 Dictione Christianorũ, repertus homo occisus, prę-
sumitur Christianus, nisi probetur, quod fuerit Iudęus,
vel Saracenus per euidentissimam probationem, quia
habet pręsumptionem contra se, & num. 69. saluat di-
ctus Ioannis Andreæ, volentis in casu dicti cap. primi
de homicid. in 6. probari, quod occisus fuerit Chri-
stianus, quia dicit hoc esse verum, sed in casu illius
constitutionis diuersum esse, quia clarum est, quod si
reperitur homo occisus in Territorio Christianorum,
480 præsumatur, quod sit Christianus, sicut præsumi-
tur monialis, quæ inter moniales inuenitur, & quia
constitutio illa prius loquitur de Christiano occiso, se-
cundo de Iudęo occiso, vnde si reperitur homo occi-
sus, & nesciatur an sit Iudęus, vel Christianus, intelli-
gitur de eo, quod per prius fuit dictum, quod sit Chri-
481 stianus, quia quoties aliquid dicitur de duobus, de
vno per prius, & de altero per posterius simpliciter
sumptum, intelligitur de eo, de quo per prius, & isto
modo non contradicit dictum Ioannis Andreæ secũ-
dum eum, & quod in dubio interpretandum sit, quod
occisus sit Christianus, & non infidelis, tenet Decian.
d. c. 30. num. 10. vers. certum est, & si casus eueniret,
credo, quod in Terris Christianorum non obtinere-
tur opinio Ioannis Andreæ, sed præualeret sententia
Clari.

482 Et assassinus multum differt à Pyrata, qui non dici-
tur assassinus maritimus, nec in eo locum habet dispo-
sitio d. cap. 1. de homicid. lib. 6. quia loquitur in eo,
483 qui precio accepto, aliquem occidit, & inter eum,
& Pyratam multæ sunt differentiæ.

Prima est quia Pyrata non est ipso iure excommu-
nicatus, cap. 3. extra de rapt. assassinus sic, d. c. 1. de
homicid. in 6.

484 Secunda est, quia assassinus principaliter seruit in
personas, Pyrata verò principaliter in res, & bona, &
si posset res habere absque occisione personæ, libẽter
faceret, & precio redemptionis contentus est, vnde
apparet, quod execrabilior est Assassinus Pyrata, arg.
l. Iustissimè, ff. de ædilit. edict.

485 Tertia est, qui a Pyrata transcurrit mare, quod ne-
mini subijcitur, & iure gentium commune est, vt dicit
Bald. in R[illegible] diuision. assass[illegible] delin-
486 quit in Terra subdita alijs, & contra legès Territo-
rij, vnde minus deliquit, qui in Mare deliquit, quam
qui in Terra.

487 Quarta est, quia Assassinus ex insidijs & ex tuto oc-
cidit, Pyrata vero certat, & in maiori pèriculo se po-
nit, vnde mitius punitur.

488 Quinta est, quia nemo est, tam immanis, qui tolle-
ret assassinos, & tamen Pyratæ, dum modo non sint
hostes, tollerantur etiam à Principibus. Ex quibus ra-
tionibus longiori calamo deductis, ita concludit Al-
ciat. cons. 11. pro more meo in primo dubio lib. 1. vbi
489 etiam dicit, quod cum ex communi vsu loquendi,
aliter vnum appellemus, aliter alium, apparent, quod
habentur pro diuersis, l. si idem, C. de Codicillis, &
490 dispositio d. cap. primi, quæ est pœnalis, in vno lo-
quens, non debet ad alium trahi, & respondet ad fun-
damenta facientia in contrarium.

491 Nec potest dici assassinus, qui recipit mandatum ad
occidendum, quem occidit sub spe Equi, quem existi-
mabat fore, vt sibi donaretur à mandante, quia requi-
ritur, quod interueniat precium, quod propriè refer-
tur ad pecuniam, l. fin. C. de prædijs Curialium libro
10. & quod propter precium suscipiat mandatum de
occidendo hominem, vt consulendo determinauit
Bald. cons. 383. Bectonus de Ceuo lib. 5. quod est repe-
titum cons. 98. lib. 1. quem sequitur Aleiat. d. cons. 11.
nu. 14. vers. melius facit, & nu. 17. vers. non obstat lib.
1. Gabriel. d. conclus. 1. nu. 39. versic. 3. nota, Gram-
matic. vot. 11. num. 19. post versic. & tamen si rectè
consideretur, & in cons. 1. posito post decisiones eius-
dem num. 59. vers. & circumscriptis præmissis, Bossius
in practic. crimin. titul. de mandant. ad homicid. num.
14. versic. & dicuntur, & nu. 35. versic. & textus, sed
492 & si dictum est de pecunia, satis tamen erit, quod
quælibet alia res data fuerit, & propter eam susceptũ
fuerit mandatum de occidendo, vt latè probat De-
cian. in tract. crimin. tomo 2. lib. 9. cap. 30. num. 16.
versic. item licet, Carer. in practic. crim. §. circa igitur
tertium, num. 3. 4. & 6. fol. 137. Farinac. d. quæst. 123.
inspect. secunda num. 36. & 41. in 9. & 11. ampliat. suf-
493 ficeret tamen promissio, mediante qua fuerit susce-
ptum mandatum de occidedo, quia si promitto alicui
pecuniam, vel aliud, vt aliquem occidat, & ille man-
datum suscipiat, & delictum committat, dicitur per-
petratum delictum assassinij, vt dicit Grammatic. vot.
9. num. 2. & 3. & ante eum Curt. Senior. cons. 20. sub
numer. 43. versic. omitto postremò, Salycet. in l. non
ideò minus ad finem num. 36. versic. modo veniamus
ad conductorem, C. de accusationib. Gabriel. d. tit. de
malefic. conclus. 1. numer. 2. versic. 1. amplia, Boss. in
pract. crimin. tit. de mandat. ad homicid. num. 14. ver-
sic. & dicuntur assassini ad finem, ibi, est verum, &
num. 35. post versic. & textus in princ. ad finem, Ca-
rer. vbi supra num. 4. Decian. d. cap. 30. num. 16. ver-
sic. item licet, & num. 18. vers. ad excusationem tamẽ,
debet tamen esse promissio certa, & specifica, & de-
494 pendens, a voluntate promittentis, nec sufficit pro-
missio generalis, & incerta, quæ non est obligatoria
etiam stipulatione interueniente, vt concludit Bald. d.
cons. 98. lib. 1. & consil. 383. lib. 5. & post eum tradit
Boss. d. tit. de mandat. ad homicid. nu. 35. post versic.
& textus in d. cap. 1. & Decian. d. c. 30. nu. 17. vers. ad
excusationem tamen.

495 Si tamen Pater mandat filio, vt aliquem occidat, &
ipse suscipiat mandatum, & occidat, non dicitur com-

missum

missum assassinum; quia filius debet esse obediens
Patri, & propterea non posset dici assassinus, quia
nec pro præmio, nec spe præmij, sed reuerentia, &
amicitia paterna dicitur deliquisse, & si filius non
est assassinus, nec pater deliquit per assassinus, l. si is,
qui rem, §. si tu Titium, ff. de furt. ita determinat in
puncto Bald. consil. 256. Quamquam allegationes lib.
2. quem sequutus est Decian. in tract. crimin. lib. 9.
cap. 30. numer. 18. vers. sed an si pater, vbi dicit, quod
licet Bald. videatur innuere, quod si datum vel pro-
missum quid fuisset à patre filio, eo casu fit assassinium,
495 quod ipse non admittit, quia necesse est, si pater mã-
dauit quempiam occidi, quod esset inimicus illi, quẽ
occidi mandauerat, & quod adeò etiam filius esset
inimicus, vel saltem suspectus illi, qui mandabatur oc-
cidi, adeò quod verisimiliter ab eo cauisset, vnde ces-
sat ratio assassinij, quæ est, quod ab illis infertur mors,
qui nulla sunt affecti iniuria ab occiso, & per conse-
quens verisimiliter non poterat illum habere suspe-
ctum, & eius progressus obseruare, sed dicas, quod
immo Bald. præsupponit promissionem factam filio,
ex quo loquitur in terminis c. 1. de homic. lib. 6. quod
non procedit, nisi aliquo dato, vel promisso, vt supra
dictum est, & tamen vult Bald. quod non habeat locũ
dictum capitulum nec dicatur commissum assassi-
nium, quia filius potius præsumitur motum fuisse re-
uerentia, & amicitia paterna, quam præmio, vel spe
497 præmij, per l. si pupilli. §. sed si ego, ff. de neg. gest.
vltra quod iniuria facta patri intelligitur facta filio,
Marsil. consil. 28. num. 9. & 10. quia pater, & filius cẽ-
setur eadem persona, vt in l. cum simus, circa finem.
C. de agricol. & censit. lib. 11. sicut iniuria facta vni
498 de familia, seu de domo, vel Consorteria, censetur
facta toti familiæ, toti consanguinitati, toti Casatæ,
toti Consorteriæ, & toti Domui, Marsil. consilio
trigesimo primo, numero decimo sexto, versiculo
pro quo facit, & consilio 68. numero 2. & sequent.
vers. item quia.

499 Nec etiam assassinius dicitur ille, qui suscepit man-
datum mediante pecunia, non de occidendo, sed de
vulnerando tantum, licet enim Alexand. 166. numer.
5. lib. 7. videatur dicere contrarium dum loquitur al-
ternatiuè de mandato de occidendo, vel de vulnerã-
do, tamen veritas est, quod non dicitur assassinus, nec
in eo habet locum dispositio cap. 1. de homicid. lib.
6. & dicitur assassinus ex eo, quod tendit animam à
corpore, ita dicit Gabr. d. titul. de Malefic. conclus. 1.
numer. 29. & 30. versic. Nono amplia, & vers. sequen-
ti, Decian. d. cap. 30. numer. 41. vers. assassinus etiam,
Alciat. d. consil. 11. numer. 17. lib. 1. Vulpel. consil. 143.
500 numer. 1. benè verum est, quod talis vulnerans gra-
uius puniri debet, ex quo deliquit per pecuniam, quã
si absque pecunia vulnerasset, vt fatetur Alexand. d.
nu. 30. post vers. declara, quia hoc dictum, & Decian.
d. c. 30. sub d. num. 41. ad finem.

501 An autem in hoc delicto, quod atrocissimum est
mandans, & mandatarius teneantur pœna ordinaria,
etiam non sequuto effectu homicidij, maxima est dispu-
tatio inter Doctores, in qua Plaza in epitome delicto-
rum lib. 1. cap. 19. numer. 9. vers. nono constat, & vers.
10. ex Pontificiæ Constitutionis resolutione, primo
disputat de mandante, mox de mandatario, & in
mandante firmat sententiam, quod in hoc crimine
affectus puniatur etiam si effectus non sequatur, &
post relatos infinitos hanc sententiam tenentes, illam
frequentiori calculo Doctorum receptam asserit, &
502 si ex consuetudine generali affectus non puniatur,
nisi sequatur effectus, quam minimè locum habere
in assassinio ob criminis atrocitatem asserit: In man-
503 datario vero dicit, quod ita demum puniendus est
pœna ordinaria, si processerit ad actum proximum,
& per ipsum non steterit, quin insultatum occideret,
Decian. in d. cap. 30. numer. 13. vers. quæstionis autem
est, & num. 14. vers. quo vero ad mandatarium pariter
distinguit casum mandantis a casu mandatarij, & in
mandante dicit, quod si sumus in vero assassinio sci-
licet, vbi fidelis ab infidele data pecunia occideretur,
mandans punitur etiam non sequuto effectu, per tex.
in d. cap. 1. quod si loquamur de assassinio interpre-
tato, idest, quando quis conduxit operas Christiani
pecunia ad occidendum Christianum, si non sequutus
sit effectus, non erit puniendus pœna ordinaria, si is,
cui mandatum est, non deuenit ad actum proximum
morti, sed valde remotum, quod si deuenisset ad pro-
ximum actum, adeò quod per eum nullo modo stetis-
set, quin consumaretur, sed fortuito casu occidendus
euasit, tunc sicut mandatarius pœna ordinaria esset
puniendus, ita, & mandans, & propterea dicit hoc
totum residere in arbitrio Iudicis, qui poterit punire
conatum, & mortem mitiori pœna, si voluerit, & quò
ad mandatarium concludit, quod, si deuenit ad actum
proximum consumationi, effectus punitur pœna or-
dinaria, alias verò extraordinariè, Clar. autem in §.
assassinium numer. 7. versic. scias etiam videtur velle,
quod in mandatario sit locus pœna mortis, etiam
quod mors offensi non sit sequuta, licet fateatur vi-
disse per Senatum diuersimode iudicari, & quando-
que pœnam ordinariam imponi, quandoque extraor-
dinariam, existimans tandem hoc Iudicis arbitrio re-
linquendum, & dicit Afflict. lib. 1. Constit. Regni Rub.
12. de percussione illicita cum armis in contit. si quis
aliquem sub numer. 16. vers. & est sciendum, quod li-
504 cet delictum inceptum, & non perfectum non pu-
niatur tanquam consumatum, tamen fallit in assassi-
no, qui per pecuniam sibi datam, vt hominem occide-
ret, si deuenit ad actum proximum, & punitur ac si
homicidium commisisset, sicut contigit diebus elap-
sis in quodam assassino, qui traxit dardum cum bali-
sta, & dedit in arcione equi, & non percussit hominẽ,
quia iste punitur, ac si occidisset, per cap. 1. de homi-
cid. lib. 6. & inquit se vidisse deter [illegible], & postea
executum, quia contra istos assassinos semper solet
pœna augeri, idem concludit Grammatic. vot. 19. qui
& ipse loquitur in mandatario, cui imponenda esse
se pœnam mortis, etiam quod sequutum non fuerit
homicidium, licet deuentum fuerit ad actum proxi-
mum, & percussionem, concordat Capic. decis. Nea-
politan. 175. referens fuisse suspensum mandatarium,
qui suscepto mandato de occidendo sub promissio-
ne cuiusdam vinee quendam hominem, illum percus-
sit, nec potuit occidere, [illegible].
Bergun. l. rub. 1. in verbo [illegible] numer. 6. vers.
aduerte tamen folanchi 53. dicit, quod in assassina-
mento etiam si fuerit peruentum ad actum, puniendi
sunt assassini tanquam homicidæ, ac si delictum per-
petrassent, & inquit, quod ita ipso assidente Capita-
neo Iustitiæ Mediolani, euenit casus de quodam no-
bili genere illorum de [illegible], qui à [illegible] duos
assassinos conductos pretio centum ducatorum
pro quolibet conductis, vt occiderent quandam Do-

minam Susannam de Buris, quæ fuerat Domini Augustini Triuultij, & licet tentassent pluries eam occidere, & nullo modo ad actum peruenissent, fuerunt tamen condemnati ad mortem omnes, & mandans, & mandatarij, & suspensi omnes tres, & in medio mãdatariorum ille nobilis de Ariminulphis, & quid satis erat pro illis puniendis, quod In Roma peruenisset ad locum ad perficiendum assassinamentum, idem tamen Grammat. voto 8. refert mandantem homicidium mediante pecunia in personam alterius accepto mandato per mandatarium, ac detecto tractatu, & non sequuto effectu, puniendum esse pœna pecuniaria, de quo voto mentionem facit in fine vot. 9. numer. 29. & 30. & idem latius tenet idem Grammatic. l. 1. Constitut. Regni de pęna percutientis, & occidentis in consilii. Terminum vitæ nu. 4. & sequent. fol. 14. vbi facit mentionem de dicto eius voto ad fauorem mandantis, & illud approbat, & confirmat, & meminit de dicto Cassanei supra relatu, & illum reprahendit, est verum, quod mouetur Grammatic, ex quo homicidium non fuerat sequutum, nec deuentum ad actum facti proximum, & immediatum, & quia extat generalis consuetudo Italiæ, & totius Mundi, quod pœnæ ca-
506 pitales non imponuntur pro delictis imperfectis, Marsil. consil. 105. loquens in mandante, & in proprijs terminis assassinij vult eum non teneri pœna ordinaria, sed arbitraria tantum vbi non sit deuẽtũ ad actum proximum, idem Grammatic. vot. 20. loquens in mandatario concludit, quod non sequuto effectu, non debet condemnari ad mortem, sed ad triremes in perpetuum, dicit tamen, quod cum aliqui ex Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & etiam ex Dominis Collateralis Consilii dissentirent ab illo voto, & vellent eum puniri morte, tamen Dominus Prorex voluit exequi eius votum, Angel. de Perus. consil. 14. per totum dixit, quod & si rigore iuris in crimine assassinij mandatarij, & mandatores teneantur pœna ordinaria, etiam non sequuto effectu, dum sit peruentum ad actum proximum, tamen consuluit Domino, vt ex gratia, & benignitate pœnam mortis relaxet Reis, Vnde Clar. vbi supra sub d. numer. 7. post versic. scias etiam, dicit, quod de iure multa possent dici, sed quod stante consuetudine, & communi opinione Doctorum, credit, quod non erraret Iudex, qui illam iudicando sequeretur, & quod licet de iure assassinus non debeat teneri in plus, quam mandator, id tamen de consuetudine non seruatur, & subdit, quod in Senatu Mediolani vidit secundum qualitatem facti, & personarum diuersimode iudicari, quandoque pœnam ordinariam infligendo, quandoque mitius puniendo, & quod ideò putat hoc esse arbitrio Iudicis relinquendum, & in eadem opinione resider in pract. crim. q. 92. num. 3. post. versic. scias tamen dicens, quod quia vidit in his casibus diuersimodè iudicari; quandoque puniendo conatum in pœna ordinaria, & quandoque in pœna extraordinaria, credit in practica posse Iudicem adhærere cui opinioni voluerit, inspecta facti, & personarum qualitate, consulit tamen, vt semper in mitiorem partem inclinet. Mihi quidem placet opinio, quod in hoc crimine assassinii mandans & mandatarius teneatur pęna ordinaria assassinii, si mandatarius peruenit ad actum proximum, alias autem teneatur pœna extraordinaria, & illa est communis opinio, vt attestatur Grammatic. consil. crim. 36. num. 18. & seq. vers. & mouetur, nam mandans, si mandatum fuit cæptum exequi, licèt non perfectè exequutum, tenetur sicut mandatarius, qui deuenit ad actum proximum facti, nec minus deliquit mandans, quam mandatarius, immò magis principaliter deliquit, qui primordialiter deliquit mandando, si autem non fuit deuentum ad actum proximum, neque mandans, neq; mandatarius tenentur pœna ordinaria, sed tantũ extraordinaria arbitrio Iudicis ex generali consuetudine totius Italiæ, quod non puniatur affectus, nisi sequatur effectus, & Grammatic. sequutus est Clar. in pract. crim. quæstione 92. num. 3. versic. scias etiam non sequuto effectu, semper intelligendum est hoc procedere, quando deuentum est ad actum proximum maleficio, & ita reperio voluisse Couar. in c. si furiosus, de homicid. sub nu. 9. vers. secundus subiicitur casus, & vers. tertio proponitur, & vers. quarto si quis, vbi dicit, quod si mandatarius peruenit ad actum proximum maleficio, & conatum ipsum deduxerit, & per eum non steterit, quin scelus peregerit, vtique tam ipse, quam mandans erit puniendus pęna ordinaria mortis, quod si deuentum non sit ad actum proximum arbitratur pœnam ordinariam non esse imponendam, sed extraordinariæ tantum locum esse, vt hoc facinus aliqualiter puniatur fol. mihi 574. & 575. & ibidem in vers. primus casus, vult, quid in proprio crimine assassinij, scilicet, cũ pecunia, vel alia re promittitur infideli pro occidendo Christiano, ob tanti criminis in manitatem mandantem, & mandatarium pœna ordinaria puniendum, etiam si non fuerit deuentum ad actum proximum maleficio, quod etiam voluit Decian. d. c. 30. num. 13. versic. quæstionis autem est in princ. & cum Couar. concordat in effectu Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 306. numer. 39. & plurib. sequen primo, & secundo casibus vers. quartus est, & infra, idem tenet Carer. in d. §. circa igitur tertium, nu. 7. & 8. vers. & primo conuenit cum prædictis, Farinac. his temporibus visus dicta q. 123. inspect. 4. num. 104. versic. limita primo, & nouissimè Illustrissimus Cardinalis Tuschus conclus. 127. in verbo pœna mortis num. 5. vers. limita in pœna assassinii tom. 6. & dicam infra, dum tractabo de homicidio commisso per venenum.

507 Tunc autem dicitur quis deuenisse ad actum proximum maleficio, quando deuenit ad essentiam aliquam, Gramátic. voto 9. n. 10. & seq. & clarius Corn. consil. 202. sub num. 3. vers. & in eo, qui deuenit ad actũ proximum homicidio lib. 1. Carer. d. §. circa igitur tertiu sub n. 9. & 10. & ad hoc facit Afflict. in d. constit. si quis aliquem sub nu. 16. vers. & est sciendum, qui dat exemplum in eo, qui trasit dardum cum balista, & dedit in arcione Equi, & non percussit hominem, quem sequitur Grammatic. vot. 9. sub nu. 20. post vers. fallit in assassinio, Farinac. d. q. 122. in 4. inspect. nu. 106. vers. sublimitando, sed Iacobin. de Sancto Georgio in l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisque iuris, tenet sufficere, quod pro exequendo mandato quis venerit ad locum maleficii perpetrandi, & illum refert, & sequitur Cassane. super consuet. Burgund. rub. 1. in verbo, des iustices num. 7. ad finem, vers. quod sufficiebat. fol. 53. Bald. autem in l. non ideo minus in 6. q. C. de accusationib. dicit non considerandum esse, an mandatarius venerit ad actũ proximum in atrocioribus, sed sufficere, quod deuenerit ad aliquem actum, vltra tractatum, & ne satis esse, quod non steterit in nudis terminis cogitationis, & idem videtur sentire Pelyn. c. 1. num. 6. vers. fallit tertio de præsumptionib. & in tract. quan-

do

do conatus puniatur num. 4. versic. fallit tertio, quem sequitur Grammatic. vot. 8. nu. 17. vers. secus autem quando, & decis. 38. num. 8. vers. præterea dicit eleganter, Marsil. in l. qui falsam num. 8. vers. & circa illud, ff. ad l. Corneliam de falsis, cum quibus conueniunt Dec. d. c. 30. nu. 38. vers. & quia supra ad finem, & Gabr. d. tit. de malefic. conclus. 1. n. 13. & 14. vers. contrarium quod immo dicatur, & alii relati per Farinac. vbi supra nu. 107. vers. contrarium, sed cum istis
508 ego non transeo, quia ad pœnam mortis inferendá libentius sequor opinionem eorum, qui voluerunt requiri actum proximum fini, vt scilicet deuentum fuerit ad percussionem, vel etiam ad assaltum, & mandatarius fecerit quicquid potuit, vt mandatum exequeretur, sed exequi non potuerit, & est opinio verior, & magis communis, vt dicit Farinac. d. in specul. 4. n. 108.
509 vers. prima opinio, si tamen essemus in eo, qui solitus esset similia delicta, & assassinia committere, vtique is posset morte puniri, etiam quod non deuenerit ad actum proximum maleficio, ita punctualiter tradit Decian. in dict. cap. 30. nu. 39. vers. notandum tamen vnum, ad quod allegat Grammatic. d. vot. 9. n. 22. 23. & plurib. sequentib. versic. & potissimum militabant prædicta, vbi plura ad hoc congerit exempla, in quibus pœna propter reiterationem augetur, & loquitur in propriis terminis assassinii.
510 Et quoniam mandãtes homicidium modo quo supra mediante pecunia committi, quandoque pœnitentia ducti reuocant mandatũ, ideò videndũ est, quõ & quando excusentur, Gl. in dict. c. 1. de homic. in 6. quam sequitur Marsil. in l. qui falsam sub numero 7. vers. & fortius, ff. ad l. Cornel. de sicar. dicit, quod licet re integra mandans reuocet mandatum, tamen non euitat pœnam, quia iam ipse ex parte sua perfecit delictum, & idem dicit ipse Marsil. in l. is, qui cum telo n. 71. vers. & fortius dicit, C. ad l. Corn. de sicar. & cõs. 105. nu. 2. Contrarium tamen dicit Gramm. decis. 38. nu. 7. vers. & tamen ex iuris dispositione, dicens expresse, q̃ si mandans re integra reuocet mandatum, non tenebitur mandans, etiamsi demùm mandatarius delinqueret exequendo mandatum, & Mars. se ipsum corrigendo idem dicit in d. l. is, qui cum telo sub num. 82. vers. item pro hac parte, & d. cons. 105. n. 39. & plu
511 rib. sequentib. vers. ex alio etiam, vnde dicendum est, quod si mandans, & dans, vel promittens pecuniam, vel aliud reuocet mandatum pœnitentia ductus, ante quam mandatarius deueniat ad aliquem actum & tamen non notificat mandatario reuocationem, & tunc tenebitur, ac si non reuocasset, si verò reuocet antequam mandarius deueniat ad aliquem actum, & notificet reuocationem, & is habita notitia dictæ reuocationis nihil aliud agit, & sic nullus sequitur effectus facti mandati, & tunc non punitur, de assassinio, sed extraordinariè tantum propter turpe pactum, quod si non obstante reuocatione, & eius notificatione mandatarius processit ad effectum, & occidit, tunc mãdãs non tenebitur de occiso, sed extraordinariè tantum, ita formaliter dicit Decian. d. c. 30. num. 37. vers. sed an in hoc delicto, & dicit hanc distinctionem colligi ex dictis per Marsil. in d. l. is, qui cum telo, cons. 105. num. 39. & plurib. sequentib. vers. ex alio etiam, in repetitione l. vnicæ, C. de rapt. virgin. n. 293. & seq. vers. pro quibus facit textus, & clarius ex dictis per Couar. in c. si furiosus de homicid. in 2. part. in princ. sub n. 9. vers. quinto, ex his facilior erit decisio, & verum dicit, quia clarè, & apertè hanc distinctionem ponit, quæ etiam colligitur ex explicitè notatis per Plaz. d. c. 19. num. 12. vers. decimotertio, ex his, quam veram esse existimo, in quo tamen omissus videtur casus reuocationis mandati re non integra factæ, quando scilicet mãdatarius iam deuenit ad aliquem actum proximũ, quo casu non iuuare ipsam reuocationem mandati in aliquo, vt potè tanquam in congruo tpe factam, satis constat, cum non iuuet reuocatio re integra facta, sed notificata mandatario, vt ipsi Doctores dicunt, Idem in effectu concludit Carer. d. §. circa igitur tertium nu.
512 8. 9. & 10. post vers. sed tamen, vbi dicit, quod si mandans reuocet mandatum, & vltra non fuit processum, punitur arbitrariè, si verò fuit deuentum ad actũ proximum, licet non fuerit sequuta mors, punitur ad mortem, mandatarius autem, si post acceptationem mandati, & reuocationem nihil fecit extraordinariè punitur, si verò venit actum proximum punitur, pœna ordinaria.
513 Potest etiam euenire casus, in quo mandans mediante pecunia, vel alterius rei promissione tentet mandatarium de occidendo Christianum, & is mandatarius voluerit acceptare mandatum, sed illud recusauerit, quo casu ipse quidem mãdatarius impunitus remanet, sed mandans ratione mandati, quod tentauit dare, punitur, sed extra ordinem, cum sit conatus omninò remotus ab ipso actu, & effectu homicidij, ita determinat Menoch. in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 360. num. 44. & 45. vers. tertius casus est, qui ad hoc allegat Aug. de Gambiglionib. cons. 51. nu. 32. & seq. vers. nec obstat tertium, inter cons. crimin. diuersor. lib. 1. in primis collectis per Ziler. in parua forma, qui tamen hoc non videtur dicere multum clarè, tamen decisio. Menoch. in se vera est.
514 Prout etiam euenire potest casus, quod mandatarius mediante pecunia, vel alia promissione susceperit mandatũ, & postea nihil egerit, fortè pœnitentia ductus, quo casu non tenetur pœna ordinaria, ex quo post mandatum acceptatum ad nullum actum processit, quin tamen mandatu remanet re integra, & illud acceptando deliquit, tenetur pœna extraordinaria arbitrio Iudicantis, ita in puncto resoluit Plaz. d. c. 19. nu. 10. vers. 11. ex præmissis constat, & ita intelligendus est Grãmat. vot. 9. n. 11. vers. immo si semel, mandans etiã hoc casu eodem modo tenetur arbitrariè, vt ibid. dicit Plaza, & ex superius dictis apparet.
515 Et licet regulariter in criminalibus ad effectum cõdemnationis requirantur probationes luce meridiana clariores, maximè, vt imponatur pœna corporis affli-
516 ctiua, l. sciant cuncti, C. de probat. tamen in hoc delicto propter eius immunitatem sufficiunt indicia, & argumenta probabilia, vt possit deueniri ad pœnam tanto scelere dignam d. c. 1. de homicid. lib. 6. Carer. d. §. circa igitur tertium num. 27. & 28. Gramm. vot. 11. nu. 22. vers. & minimè firmari posset, Boss. in pract. crim. tit. de conuictis n. 55. vers. adde id, & tit. de inditijs, & considerationib. ante torturam num. 201. vers. nolo tamen omittere, Plaz. d. c. 19 num. 15. vers. decimosexto, & num. 16. versicul. 17. eadem constitutio, Clar. d. §. assassinium num. 6. vers. præterea quamuis, Decian. d. c. 30. nu. 22. vers. nota est regula, Marsil. in pract. crim. §. examinanda num. 24. 27. & sequ. & in l. vnica. C. de rapt. virgin. n. 127. & licet Fel. in c. afferte gladium, in tertia limit. videatur intelligere, quod ex quo textus dicti capituli loquitur de argumentis pro-

babilibus debeat intelligi secundum terminos legis
sciant cuncti, C. de probat. & illum sequi videatur
Thom.Gramm.d.vot.11.nu.22. vers. & minimè for-
517 mari potest, tamen id verum non videtur propter
atrocitatem delicti, & verba clara illius textus, & cō-
munem Doctorum intelligentiam, vt dicit Boss.in lo-
cis allegatis, & Dec.cons.189.nu.4.5.6. & 7. vers.ad
secūdum col.2.& 3.& tradit Farinac.in d.pract.crim.
d.tit.de homicid.q.123.inspectione 3.num.46.& 47.
518 Vnum est etiam notandum, quod assassinus, qui
propter pecuniam hominem occidit, potest renun-
tiare defensionibus suis, licèt alias non liceat, iuxt.Gl.
in l.pactum inter herede, ff. de pact.& dicta superius,
quia est hostis publicus, diffidatus à lege, & à quolibet
offendi potest impunè, & contra eum proceditur de
facto, & ex mero officio, & iuris ordine prætermisso,
Mars.in pract.crim.§.examinanda nu.21.& seq. vers.
& facit, & in l.vnica num.145.& seq.vers. & dixit Do-
minus Paris, C.de rapt.virg.Gramma. voto 8.nu.1.2.
& seq.vot.9.nu.4.vers.modo clarum est, & nu.17.&
seq.vers.& potissimè, Plaz.in epitome delict. sub nu.
17.vers.ceterum ex officio iudicantis mero, & nu.18.
vers.decimonono quod obiter menti occurrit, Gabr.
tit.de malefic.conclus.1.num.23. vers.ratio est, & 26.
vers.septimo amplia, Decian.d.c.30.nu.17.vers. dum
autem, nu.24.& 25.vers.procedi etiam potest, & vers.
seq.& nu.26.vers.defensionibus quoque, Capic.decis.
155.sub num.26. vers. decimum quod contra assassi-
nos, & vers.vndecimum, quod possit assassinos, Cor-
rad.in pract.crim.tit.de assassinis sub nu.3.& 4.Carer.
in d.§.circa igitur tertium numer.12.13.33.34.& 39.
519 quod ita demum procedere intelligitur, si constet de
qualitate assassinij secus autem si dubitetur, nam quan-
do apparet, quod sumus in assassinio, tunc pōt procedi
modo prædicto, & ipse poterit renuntiare defensio-
nibus, secus autem si dubitaretur, an assassinium com-
misisset, vel ne ita dicit punctualiter Grammat.vot.11.
numer.3.& plurib.seq. post vers.quibus non obstanti-
bus, qui id ex pluribus confirmat, sentit Capic.decis.
312.numer.2.& 3.& tradit expressè Gabr.d.concl.1.
num.28.vers.declara omnia supradicta, Decian.d.c.
30.sub nu.25. post vers. pariter, ibi, sed ita demum,
Carer.in d.§.circa igitur tertium num.15.& seq.vers.
quod intelligas, vbi latè insistit, Farinac.d.q.123.in-
spect.1.nu.17.vers.bene tamen, & certè illud videtur,
520 verum, quia cum illa qualitas assassinij requiratur
a lege, merito est probanda, l.Prætor, §.docere, ff.vi
bonor.raptor.& l.1.§.ait Prætor.& ibi Bart. ff.nequid
in flumine publico, maximè cum simus in qualitate,
in qua firmatur id, quod est contra iuris communis
regulas, de qua ante omnia debet constare, l.2.§. sed si
dubitetur, ff. de iudic. & ibi tradunt Doct. Dec.cons.
13.sub num.5.vers.difficultas est, & vers. secundo non
sufficit, & melius Grammat.d.vot.11.nu.6.& 7.& di-
cit Gabr.d.tit.de malefic. d. conclu.1.nu.37. vers.pri-
mo limita, quod est necessaria sententia declaratoria,
& vt dicit Boss.in pract.crim. tit. de foro compet. nu.
67. vers. tertio adde, ad hoc, vt possit ille diffidatus
pati pœnas d.cap.1. & tanquam diffidatus in qualibet
mundi parte impunè occidi, opus est, quod constet de
assassinamento, & quod super eo sit declaratum, sci-
licet, delictum esse probatum, Farinac.d.num.17.
521 Et tenetur assassinus restituere pecuniā, vel aliud,
quod accepit a mandante, etsi mortuus fuerit eius hæ-
redes adhuc lite non cōtestata ad idem tenentur, Bald.
in l.1.§.fi.ff.de eo, per quē fact.erit, et ibi Soc. num.10.
Capic.decis.155.nu.27.vers. decimo tertio, quod licèt
hæres, Conrad.d.tit.de assassinis sub num.3. Carer.in
d.§.circa igitur tertium num. 40. vers. item assassinus,
Bologn.cons.8.num.7. versic. præterea licet, Mars.in
pract.crim.§.examinata nu.25.Plaza d.c.19. num.7.
vers.quibus & illud conuenit, Dec.d.c.30.nu.35.vers.
quinimò non solum, Farinac. d. q. 123.inspect.3. nu.
70.vers.decimum tertium est speciale, & hæc restitu-
tio est facienda offenso, vel eius hæredi si sit occisus,
non autem ei, qui dedit secundum Decianum vbi su-
pra, & ante eum hoc dixit Carer. sub d. nu. 40. & So-
cin.in d.§. fi. nu. 11. vers. sed tunc superest dubitatio,
Farinac.d.nu.70.in 13. speciali,
522 Potest etiam assassinus torqueri sine aliis inditiis, vt
nominet mādatorē, Marsil.in pract.crim.§.diligenter,
nu.156.Capic.d.decis.155.sub nu.26.vers. decimose-
cūdo quod assassinus, Decian.d.c.30.nu.27.vers. pōt
etiā mandatarius, Plaz.d.c.10.num.13.vers. decimo-
quarto ex eadem radice, Conrad. d. tit. de assassinis
sub num.3.Carer.d.§. circa igitur tertium numer.37.
versic.item mandatarius.
523 Insuper contra assassinum testis de auditu alieno
524 facit indicium ad torturam, quia facit qualemqua-
lem presumptionem, quæ sufficit contra assassinum,
Carer.in pract.crim.§.circa igitur tertium numer.29.
vers.imò plus.Mars.in pract.crim.§.examinanda num.
29.& post eum Plaza d.c.19.numer.14.vers.decimo-
quinto constat.
525 Et testes contra talem assassinum examinari, etiam
lite non contestata, & parte non citata, possunt, & fi-
dem faciunt, vt post Gemin.Franc.Abbat. Marian.&
Bart.Soc.Fel.Dec,& Hyppol.de Mars. tradit Gab.d.
tit.de malef.concl.1.n.21.vers.primo infertur, & post
eū Plaz.in d.c.19.n.17.vers.decimo octauo illud etiā,
& ante istos hoc tradit Mars. sing.24. Clarum est,
vers.alius est casus, Conrad.in pract. crim.tit.de assas-
sinis nu.3.fol.328.Carer. d.§. circa igitur tertium nu.
30.vers.item est aliud.
526 Et assassini tam mandantes, quam mandatarii po-
terunt ab Ecclesia extrahi, qui non gaudent priuile-
gio eius immunitatis, Clar.in d. §. assassinium num.5.
vers.item licet assassinus, & in pract.crim.q.30. num.
11.vers.scias tamē, quod hæc conclusio, & n.13.vers.
hoc aut multo magis, Plaz.d.c.19.nu.24.vers.23.ne
ab instituto, & recto deuenientes ordine, dicēs, hac es-
se receptā opinionē apud omnes de hac re scribentes,
527 quam extendit nu.25.ad fautores, opemque præstā-
tes, quos pariter immunitate Ecclesiæ nō gaudere af-
firmat Decian.d.c.30.nu.12.vers.poterunt etiā, & la-
tissimè omniū Couar.lib.2.variar.resol.c.20. vers.se-
ptimo vt ad institutum, & alii per eos allegati, Fari.
d.q.123.inspect.3.n.69.vers. duodecimū est speciale.
528 Et ex eo, quod dictum fuit supra, quod assassinus
intelligitur diffidatus ab omni populo, & puniri possit
impunè a quocunque, quæri potest non immeritò, an
possit, & ipse per assassinium occidi, & quidem ego
existimarem pro affirmatiua concludendum, per
regulam, quod quisque iuris in alium statuit, eodem
iure ipse vtatur, & licèt multi teneant, quod stante sta-
529 tuto, quod bannitus possit impunè occidi, non li-
ceat eum occidi facere per pecuniam, vt tradit nouis-
simè Dec.d.c.30.n.19.vers.bannitus autem, tamen &
in hoc casu contrarium est verum, vt explicat Plaz.d.
c.10.vers. uigesimo ad huius criminis punitionem, &
Alber.

Alber. de Ros. in tract. de statut. lib. 4. q. 20. licet num.
1. 2. 3. & 4. adducat multa argumenta, quod statutū
permittens impunè occidi bannitum, non procedit in
occidente eum proditoriè, & ad instantiam inimico-
rum eius, & priuatam eorū iniuriam, & inimicitiam,
& præmio ab illis accepto, & sic per assassinium, sub-
dit tamen sub eodem nu. 4. & 5. quod licèt fortè opi-
nio hæc de stricto iure vera sit, tamen quia verba sta-
tuti sunt indistincta, & generalia, & indistinctè, & ge-
neraliter concedentia bannitum quomodocunque in-
terfici, vidit seruari, & interpretari homicidā non pu-
niri qualitercunque, & quomodocunque interfecerit
bannitum, quia etiam præmio pecuniario communi-
ter inuitantur homines per statuta Ciuitatum ad ca-
piendum, & interficiendum bannitos, & præmium
pecuniarium ipsis promittitur, & datur per statuta, di-
cit tamen in finalibus verbis, quod tales occisores ze-
530 lo vindictæ, & pro lucro pecuniario, & delectatio-
ne effundendi sanguinem humanum peccant morta-
liter in foro conscientiæ, & Alberic. latè refert, & se-
quitur Nell. in tract. de bannit. in 2. part. secundi tem-
531 poris quæst. 12. num. 12. addens quod ista opinio,
quod possit talis bannitus etiā proditoriè, & per assas-
sinium occidi est de iure vera, & seruatur de facto, &
illam etiam tenet, & seruari dicunt Boss. in pract. cri-
min. tit. banniti quid amittant num. 1. in prima, & in
secunda fallentia, Clar. in §. homicidium num. 61. vers.
sed an licebit, Vulpel. dicens esse receptiorem senten-
tiam responso criminali 59. num. 2. Vicent. de Fran-
ch. decis. Neapol. 276. nu. 4. in 2. parte, Plaz. in epit.
delict. lib. 1. cap. 7. num. 7. vers. cæterum, Monticel. in
pract. crimin. reg. 3. num. 28. in 15. limit. vbi attestatur
de communi, Decian. in cap. quæ in Ecclesiarum sub
nu. 72. vers. vnde inferunt iunctis antea dictis, de con-
stitutionib. & cons. 337. nu. 5. vers. & vlterius amplia-
tur dispositio dicti statuti, Baiard. in additionib. ad
Clar. in d. §. homicidium num. 236. & 237. Farinac. in
practic. crimin. titul. de varijs, & diuers. quæstionibus
quæst. 103. nu. 113. & 114. vers. amplia vigesimo, & vt
superius dixi, dum egi de homicidio legitimo, & rur-
sus de homicidio proditorio, & ab ista opinione non
est recedendum in practic. & in specie nostri casus eo
magis procedere habet ista conclusio, quia ita vide-
tur dicere Gabr. tit. de malefic. conclus. 1. numero 38.
versic. secundo limita, & reperio Carer. in pract. crim.
§. circa igitur tertium num. 12. & 13. vers. item assassi-
532 nus fol. 138. a tergo, dicentem, quod adeò assassinus
est diffidatus a toto populo Christiano, quod potest
impunè occidi, etiam a parte, est verum quod Care-
rius in hoc repræhenditur per Dec. d. c. 30. sub nu. 7.
post vers. dum autem.

533 Quæri tamen posset quid si quis fuerit condemna-
tus per contumaciam de assassinio eo non sufficiente
probato iuxta dispositionem dicto capit. 1. de homi-
cid. libro sexto, puta quia adessent aliqua inditia, quæ
non præstant argumenta probabilia, vt textus ille re-
quirit, an in alio loco non supposito statuti vigenti-
bus fere vbique locorum, quod contumax habeatur
pro confesso, & conuicto, & condemnari possit, talis
bannitus in contumaciam possit occidi extra dictum
Territorium statuentium, illam quæstionem format
Boss. dict. tit. de foro compet. numero 68. & 69. vers.
sed hic esset attingenda quæstio, vbi dicat, quod si in-
nitamur banno, & diffidationi Pontificis, de qua in
dict. c. 1. quæ fit ipso iure, constito de delicto, & delin-
quente etiam ex probabilibus argumentis conuicto,
& sequuta declaratoria, quod probatum sit assassina-
mentum, eo in casu per totam Rempublicam Chri-
stianam ille potest impunè offendi, tanquam per to-
534 tum suum Imperium, quia ipse Pontifex est Vica-
rius Christi, cuius est terra, Clement. 1. de iudicijs, &
notatur in cap. nouit, de iudicijs, & ponit Bart. in ex-
trauaganti ad reprimendum, qui sunt rebelles, in ver-
bo per ædictum col. 2. Idem si esset bannitus à Cęsare
banno imperiali, vel ab eo diffidatus, quia per totum
suum Territorium posset impunè offendi, Angel. d.
cons. 14. sub num. 3. post medium vers. in hoc ergo as-
sassinos, & aliquid, habetur per Bald. in l. 1. n. 13. vers.
& circa primum, C. de hęredib. instituend. Extra au-
tem Territoria Pontificis, & Imperatoris si ita dici
posset impunè offendi non posset, sed in illis securus
535 esset, quia aliena Territoria præstant saluum condu-
ctum, & securitatem, arg. l. præsenti, & l. denuntiamus,
C. de his, qui ad Eccles. confug. Bald. in l. 1. col. 7. vers.
sed hic quæritur, C. de summa Trinit. & fide Cathol.
Socin. in l. 1. in princ. in 2. col. ff. de acqu. possess. & se-
cundum prædicta intelligi debet lex 3. §. transfugas,
ff. ad l. Corneliam de sicarijs, si verò innitamur banno
facto secundum statuta Ciuitatis, tunc sumus extra
hos terminos, & recurrendum est ad ea, quæ posuit
Bal. in d. l. 1. C. de hæredib. instituend. vbi num. 16. &
seq. vers. de forma, & num. 20. & seq. vers. his autem
536 visis, tenet, quod forma data à statutis sit obseruan-
da, & quod bānito facta pro delicto cum certa, & de-
terminata pęna suum debeat habere effectum, & exe-
cutioni mandari, etiam si in contumaciam banniti
facta sit, intra tamen Territorium Statuti, & non vl-
537 tra, quia lex municipalis habet effectum intra suum
Territorium, & vltra non extenditur, l. fi. ff. de iurisd.
omn. iud. & ibi notant omnes Doct. & tradit Bald. in d.
l. 1. sub num. 13. vers. & circa primum dico. C. de hę-
redib. instit. & prædictam distinctionem Bossij, ea ali-
ter non relata, approbat Decian. d. c. 30. num. 7. vers.
dum autem ad finem, ibi, sed an si fuerit condemna-
tus per contumaciam, vbi se remittit ad eum verè iu-
dicio suo benè distinguentem.

538 Nec omittendum est, quod confessio mandantis nō
probabit delictum in præiudicium mandatarij, nec è
contra confessio mandatarij nocet mandanti, quoad
hoc, vt ex ea sufficiens insurgat probatio ad condem-
nandum, secundum Alex. cons. 166. numer. 6. vers. &
certum est lib. 7. Gabr. d. conclus. 1. nu. 41. vers. quin-
to, limita Plaz. in epit. delict. d. c. 19. num. 28. vers. po-
stremo, & illud, & Decian. d. c. 30. num. 43. vers. con-
539 fessio autem, immo nec facit inditium ad torturam,
si non concurrat aliquod adminiculum, Alex. cons. 96.
in fi. lib. 2. cons. 89. num. 10. & cons. 128. num. 5. lib. 4.
Grammat. cons. 20. fere per totum, & ibi etiam Ioan-
nes Simon Putanna d. cons. subscribens, & ante istos
Bald. cons. 98. n. 7. post versic. nunc viso de verbis lib.
1. cuius contrarium est verum, idem Alexand. fatetur
cons. 120. num. 3. vers. vel & quarto posset responde-
ri lib. 7. & est in istis terminis decisio vera, quia sumus
in casu, in quo socius interrogari potest de socio cri-
minis, vt dicit Boss. in pract. crim. tit. de inditijs, & con-
siderationibus ante torturam sub num. 155. post me-
dium ibi, & vbi essemus, Ias. cons. 103. in princ. lib. 4.
540 dicens, quod in hoc casu assassinatus socius talis cri-
minis potest interrogari contra socium, & facit legi-
timum inditium contra eum ad torturam, Bologn.

consilio 8.sub num.6.vers.in quo assassinamenti hor-
rendo delicto,Dec.cons.189.sub nu.10.ad fin. versic.
secundo non obstat,Gr am.vot.15.nu.1.& alii conge-
sti per Decian.d. c.30. nu.40. vers. poterit etiam, vel
dicendum est hoc totum residere in arbitrio Iudicātis,
an scilicet , & quando dictum hoc socij sufficiat ad
torturam contra socium , qualitas enim personarum,
& aliæ circunstantiæ in hoc plurimum habent mo-
menti,vt firmat Decian.d. c.30. nu.43. vers.confessio
autem, post Baldum, quem credo voluisse allegare in
consilio 259.lib.1. vbi num.4. resp.septima ratio , di-
541 cit,quod,an inditium sit sufficiens ad torturam, mul-
tum pendet ex æquitate Iudicis,cum certa regula da-
ri non possit,immo quia requiruntur inditia certa pro
babilia,& verisimilia,non leuia, nec perfunctoria, neć
quæ possunt pluribus modis interpretarij , quoniam
de salute hominis agitur,ideò debent inditia ad tortu-
ram esse tanquam luce clariora in sua specie inditio-
rum,& recto arbitrio Iudicis committuntur,quod ali-
bi tradit idem Bald.videlicet,cons.77.num.1. consilio
364.num.1.& 2.lib.3.& cons.402.lib.5. Alex.consilio
113.num.12.lib.7.& ibi plena apostilla, Crauet. cons.
542 26.nu.12. Sanè extra hanc materiam , & alios casus
exceptos regula est,quod mandatarius,si suscepit mā-
datum , non facit inditium ad torturam non concur-
rente alio , adminiculo , si verò non suscepit secus, &
ita obseruatur,vt dicit Boss. d.tit.de inditijs , & consi-
derationib.ante torturam num.154. & 155. versic.ex
prædictis etiam habet,vbi allegat inter cæteros Bald.
consil.429.an mandatarius,libro 3. vbi hoc ita tenet ,
sed Clar.in practica crim.q. 21. num. 12. versic. & ex
hac conclusione,dicit,quod sibi placet communis o-
pinio Doctorum,vt nullo casu faciat inditium ad tor-
turam,nisi aliqua alia præsumptio , vel saltem suspicio
concurrat contra eum,qui nominatur pro mandante,
alias esset in facultate cuiuslibet scelesti facere, quod,
quilibet vir probus subijceretur tormentis , quod esset
inpium , & absurdum, & subdit, quod ita semper ser-
543 uari vidit,ita tamen,quod in criminibus exceptis le-
uiores suspiciones sufficiant , quam in non exce-
ptis .

544 Pęna autem huius delicti est quod talis criminis Rei
in frustra scindi debent,Plaz.d.c.19.num.5. vers. rur-
sus ipsos interfectores , vbi etiam refert in pluribus
partibus vsu,ac consuetudine receptum esse , quod ad
caudam equi trahantur, & postea laqueo suspendun-
tur,quod etiam voluit Soc.in l.1.§. fin. num.9. versic.
in ea Glabi exemit,ff.de eo , per quem factum erit , &
Soc.& Plaz.sequitur Clar. in d.§. assassinium num. 4.
versiculo sed quæro , quæ sit pœna assassini , Dicit ta-
men Carer.in d.§.circa igitur tertium in fi.nu.47.vers.
circa vero corpus fol.140.a tergo , quod per frustra
scinduntur,& quod ita hodie faciunt Iudices propter
criminis immanitatem, & ad aliorum terrorem, idem
voluit Capic.d.decis.155.num.2.sequitur Clar.in ver-
siculo supra allegato,& nouissimè Decian.d.c.30. nu.
31.vers.pœna autem assassinorum,& facit opinio Ab-
batis in c.at si clerici,de iudic.nu.41.vers.contra tales
enim ad fin.ibi,videtur ergo, Gabr. d.conclus.1. num.
35.vers.decimoquarto amplia .

545 An autem committatur assassinium, si quis occide-
ret aliquem nullo dato,vel promisso premio, sed vt al-
teri complaceat affirmatiuam tenet Ioann. Andr.cap.
venuit.de cleric.non residentib.quem refert , & sequi-
tur Grammat.vot.9.num.3.vers.& alibi dixit , & rece-
runt Carer.in d. §.circa igitur tertium nu.5.vers. & ne-
dum aliquo dato,vel promisso fol. 137. & 138. Gabr.
d.tit.de malefic.conclus.1.nu.4.vers.secundo amplia ,
& Baiard.in addition.ad Clar.in d.§.assassinium, num.
7.vers.item adde,quod assassinus,& Farinac. d.quæst.
123.inspect.2.nu.38.vers.amplia decimo , qui tamen
num.40.allegat Gabr. cons.170.nu.15. & seq. libr.1.
Vulpel.cons.143.num.7. & nonnullos alios tenentes
546 contrarium,sed aduertendum est, vt dicit Carer. vbi
supra,quod hoc ita demum procedit,si sub spe conse-
quendi beneficium ex tali complacentia,vt quia com-
placeat ei,qui verisimiliter esset ipsum remuneraturus
alias semper diceretur committi assassinium, cum ne-
mo pro altero delinquat,nisi complaceat alteri , & sic
mandator semper tenetur de assassinio, & de delicto
qualificato, & non de mandato simplici ad committen
dum homicidium, & similiter mandatarius semper pu
niretur de assassinio, & non simpliciter de homicidio ,
Farinac.d.q.123.inspect.2.numero 39.versicu.limita,
volens , quod adsit aliqua spes certa premij , & lucri ,
& sola complacentia non sit satis , quia alias omnes
mandatarij essent assassini , cum nullus sit, qui similia
faciat,nisi vt mandanti complaceat , & dicit Gabr.d.
conclus.1.nu.5.vers.contrarium colligitur, quod Bal-
dum per eum allegatus in cons. quod non potui repa-
rire in meo libro,tenuit contrarium, cuius opinionem
ipse sequitur , quia semper secundum dictum Ioannes
Andr.& Grammat.mandatum diceretur continere as-
sassinium, cum semper mandatarius , si non facit pre-
cio,vel spe premij inductus , faciet , vt complaceat
mandanti,sequitur Baiard.d.n.7.vers.item adde,quod
assassinus,vbi etiam subdit num.8.quod nec com mit-
547 titur assassinium,si quis mandaret alicui,quod occi-
deret hominem his verbis generalibus,*che non li man-
cherebbe mai ai suoi bisogni* , vt in indiuiduo consuluit
Vulpel.cons.143. pe totum , & maximè nu.5. & seq.
vers.& insuper,quia,vt locus sit assassinio requiritur,
548 vt certum quid datum,vel promissum fuerit manda-
tario,vt homicidium committeret , ita vt generalia e-
iusmodi verba , quod mandatario semper præsto erit
mandans,non sufficiant,ex notatis per Bald. d. consil.
383.num.3.vers.præterea illud dicitur promissum li-
br.5.repetitum in cons 98.lib.1.idem sentit cons. 156.
post princip.libro 1. sequitur Alciat.cons.12. numero
18.& 19.vers.secundum caput lib.1.Boss.in pract.cri-
minal.tit.de mandato ad homicidium num.35. vers. &
textus in d.cap.1.vbi in specie loquitur de his verbis,
quod mandatario nunquam deficiet mandans , Fari-
nac.d.q.123.inspect 5.num 145.vers.limita tertio, qui
tamen,nu.145.vers.contrarium,refert alios contrariu
dicentes,quibus adhærere videtur.

549 Per venenum dicitur committi homicidium , quā lo
aliquid veneno malo scienter aliquem occidit,dans il-
lud ad bibendum, vel manducandum,l.1.§. præterea ,
& l.3.in princ.ff.ad l.Cornel.de sicar.Clar. in §. homi-
cidium sub num.12. post vers. pluribus autem modis
ibi dans etiam,& num.13.vers.pariter, Plaz.in epito-
me delict. lib.1. c.10. num.1.vers. & eos dici constat ,
Decian.in tract,crim tom.2.lib.9.c.23.num.13 vers.
dans quoque venenum,Carer.in pract.crim. §. ut tex-
tu, ibi,veneficorum in princ.princip.fol.54.Menoc.in
tract,de arbitrar.iudic.lib.2. cent.4. casu 359.num.2.
& seq. & casu 360.num.20. & 21. post vers. septimo ,
cogitatio,Gomez.in commentar. variarum resolutio-
num tom.3. de delictis c.3. de homicidio nu.7. vers

tertius

tertius casus, & aliis, de quibus infra.

550 Plus est autem veneno necare, quam gladio occidere, vt dicit text. in l. 1. de malefic. & mathemat. & tradunt Carer. in d. §. in textu, ibi, veneficorum num. 2. Gigas in tract. de crimine læsæ Maiest. tit. qualiter, & à quibus crim. læsæ Maiest. committat q. 10. num. 24. Plaz. d. c. 20. in princ. Gomez. d. tit. de homicid. num. 7. vers. tertius casus, Boss. in practic. crim. tit. de homicid. num. 14. post vers. & dans venenum, Grammat. cons. crim. 36. num. 2. & voto 3. num. 1. & decis. 33. num. 1. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 22. in princ. num. 1. Ioann. de Arnon. epitomate 49. ad materiam, Farinac. in pract. crim. tit. de homicidio, q. 122. sectione 1. num. 2. vers. amplia primo, & alii, qui consultò

551 committuntur, & ratio est, quia is, qui veneno extinguit, proditoriè & per insidias occidere dicitur, & hominem incautum, & indefensum, & non expectantem offendit, vt præfati omnes Doctores latè explicant, & ego dixi supra in discursu proditorii homicidii in versic. & est species proditionis, & nunc ad litor Farinac. d. q. 122. sectione 1. num. 4. vers. amplia secundo.

552 Et adeò est abhominabile, & exosum hoc veneficii crimen, vt quia mala venena alicui vendit, ex quo mors alicuius sequuta est, pœna legis Corneliæ de sicariis tenetur, l. 3. in princ. & in vers. eiusdem legis, & in §. alio senatusconsulto, ff. ad l. Corneliam de sicar. & ibi notant Bart. & Marsil. Carer. in d. §. in textu, ibi, veneficorum nu. 1. & 3. fol. 34. Plaz d. c. 20. sub nu. 9. vers. quibus & illud, Gomez. d. tit. de homicid. num. 9. vers. adde tamen circa prædicta, Menoch. d. cas. 359. num. 1. Farin. d. q. 122. inspect. 3. nu. 32. & seq. quod tamen intelligendum videtur procedere, & quando do-

553 lo scienter, ac data opera venenum vendiderit, vt alter ex eo occideretur, nam tunc fere vt author pœna legis Corneliæ de sicar. tenetur, vt declarat Menoch. d. cas. 359 num. 2. & 3. vers. ego tamen, & Farinac. vbi supra, quod si dolo careret vendens, aliud dicendum videretur, nam & si Ang. in d. §. alio senatusconsulto dicat notandum esse illum textum contra aromatarios vendentes aromata venenosa, quia si teme-

554 re vendiderunt, puniuntur lege Cornelia de sicariis, & quod dicuntur temerè vendere, quando vendunt discolis, & incognitis, qui verisimiliter ea sunt in vsum pessimum conuersuri, & Angelum punctualiter sequatur Marsil. ibi, qui amplius ponit exemplum, si aromatarius tales res vendat aliquibus fatuis, vel alicui seruo, seu alicui Meretrici, & sic personis, in quibus potest cadere aliqua suspicio, quod talia velint adoperare in damnum alicuius, secus si illa vendunt probis viris, vel aliquibus partibus familias, in quorum personis nulla cadat suspicio, vt si emant venenum, vt interficiant mures, vel alia animalia damnum dantia, vt sæpè occurrit de facto, de quibus, & aliis eos sequentibus meminit Farinac. d. q. 122. inspect. 3. num. 49. & 5 ... 3. limit. & textus ipse videatur hoc expresse dicere in illis verbis, si cui temerè, tamen ex quo adsit solum temeritas absque dolo pœna non erit ordinaria, sed extraordinaria tantum, ratione culpæ, etiam si ex tali poculo, vel veneno mors fuerit sequuta, quia ementes illud dederunt causa occidendi, & ita formaliter dicit Gomez. d. tit. de homicid. sub num. 9. post vers. adde

555 tamen circa prædicta, vbi subdit, quod si talis emptor erat seruus, qui se interfecit, tenebitur venditor ad solutionem pretii, & æstimationis, & ad totale interesse, & quod ita, cum casus contigisset de facto, interrogatus respondit, & consuluit, & ita sequendo in omnibus Gomezium, dictum Angeli, & Marsilii declarat Plaz. d. c. 20. sub num. 9. post [illegible] vers. quibus & illud, Nec dissentit in hoc Menoch. d. cas. 359. sub num. 1. ibi, verum quia, & sequitur Farinac. d. inspect. 3. num. 51. vers. imm... etiam, dicens, quod & in

556 casu venditionis factæ, si qui venditor venenum non erat particeps futuræ venenationis, etiam quod vendiderit fatuis, dementibus, & indiscretis personis, non propterea dicitur in dolo, sed tantum in culpa, & proinde non tenetur pœna mortis, etiam quod ex vendito veneno mors alicuius sequuta fuerit, & est verissima opinio, quia pœnæ ex illa lege Cornelia sunt veræ, l. pæn. ff. de sicar. & propterea licèt textus dicat teneri vendentem temerè venenum pœna illius legis, non tamen sequitur, quod teneatur pœna

557 capitis, & notandum est, quod licèt lex loquatur de vendente veneno, & ei pœnam imponit, intelligitur etiam de emptore, qui debet subire eandem pœnam, nam par est prohibitio emptionis, & venditionis, &

558 natura correlatiuorum est, vt dispositio de vno solo loquens, ad aliud extendatur, etiam non expressum, fin. C. de indict. viduit. tollend. & l. fi. ff. de acceptilationib. & vtrobique notat. Bartol. & alii Doct. sequuntur,

559 & ideo dixit idem Bart. in leg. 1. C. de expred. lib. 11. quod pœna apposita vendenti, censetur apposita ementi, refert, & sequitur Felin. in c. vlt. extra de Iudæis, & tradit Ioan. de Arnon. epitomate 48. cum habeamus, quê ad hoc propositum refert, & sequitur Menoch. d. cas. 359. sub nu. 3. vers. qua in re admonendum etiam est, & Ioann. de Arnon. & Menoch. sequutus est Decian. d. c. 23. sub num. 13. vers. dans quoque, ibi, idem dicendum de emente, & tradit etiam Farinac. d. q. 122. inspect. 3. nu. 39. vers. amplia secundo. Verum si mors

560 sequuta non fuerit ex veneno vendito, tunc, qui illud vendidit, etiam scienter, vt homicidium committeretur, non punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria arbitrio Iudicis, vt ex facto consultum respondit in conficiente, & vendente venenum scienter ad homicidium committendum Collegium Bononiense cons. 41. nu. 2. 3. & 4. inter cons. crim. diuers. lib. 1. in primo loco collectis per Zilet. in parua forma, quod etiam sic declarauit statutum Tergesti, per quod imponitur pœna mortis tractanti aliquem occidere, vt intelligatur, quando actus fuit perfectus, non autem quando nô est perfectus, vt ideò, qui mandato alicuius ad homicidium committendum venenum hoc malum confecit, & vendidit pœna illius statuti non puniatur, mortis effectu nô sequuto, & dictum Collegium Bononiêse sequutus est Menoch. d. cas. 359. num. 4. & 5. vers. declaratur etiam, & ita etiam voluit Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 23. num. 4. vers. qui etiam, dicens, quod

561 qui mala medicamenta in publicum vendiderit homines necandi causa lege Iulia de sicariis punitur, dû modo effectus mortis sit sequutus, & melius sub num. 13. post vers. dans quoque venenum, vbi dicit, ita demum dantem venenum scienter ad hominem occidendum teneri pœna ordinaria, si sequatur homicidiû alias autem teneri pœna extraordinaria, quod optima ratione confirmari potest, quia lex simpliciter, & absolutè non prohibet venditionem veneni, sed statuit, vt pigmentarii, si temerè vendant aliquod genus veneni, teneantur pœna legis Corneliæ de sicar. d. l. 3.

562 §. alio Senatus consulto, ff. de sicariis, illud enim importat illa dictio, temerè, quæ innuit, quod passim omnibus

ftantibus clausulis apponi solitis in fine accusationis
vt latissimè probaui in meis resolutionibus criminali-
bus cent. 2. casu 173. per totum , & ad ibi dicta me
remitto.
453 Sed quæritur in casu de quo supra in vers. Quęritur
etiam si aliquis, an cum deducto homicidio prodito-
rio, & probato homicidio tantum sine qualitate pro-
ditionis, sequi debeat absolutoria de iure, secuta dicta
absolutoria propter qualitatem adiectam non proba-
tam, possit de nouo Reus iterum accusari detracta il-
la qualitate proditionis, in qua re Bart. in d.l. denun-
tiasse, §. quid tamen num. 6. versic. quæro si absoluto-
ria, ff. ad l. Iuliam de adulter. distinguit, quod aut ab-
solutio rei est sequuta super facto , quia factum non
erat probatum , & tunc de nouo non potest accusari
propter illam qualitatem, l. si quis cum tota n, §. si
ancillam, & l. eg, ff. de exception. rei iudicat. sed si
propter illam qualitatem tantum sequuta fuisset ab-
454 solutio, cum factum esset de se verum, tunc si qui-
dem aliquis conuenitur ex delicto alterius, non pote-
rit iterum accusari. l. in delictis, §. si detracta, ff. de no-
xalib. sed si conuenitur ex proprio delicto, tunc bene
potest iterum de illo facto accusari, l. habeat, in princ.
ff. de institutor. act. & l. 1. §. 1. ff. si familia furt. fecis-
se dicat. & illam distinctionem Bartoli sequitur An-
gel. in tract. de malefic. in verbo, Qui Dominus Iudex,
il secondo num. 15. versic. quæro quid si per additio-
nem, sed de hoc non curo vlterius agere, cum si non
de iure, saltem ex generali consuetudine non debeat
sequi absolutoria, sed condemnatoria de simplici ho-
micidio non probata qualitate proditionis , vt latè
ostendi supra in vers. sed quicquid sit de iure.
455 An autem in casu contrario, quando deductum est
simplex homicidium , & probatum est homicidium
proditorium, & sic qualificatum, quo casu de iure de-
bet sequi absolutoria, vel condemnatoria super facto
simplici, per ea, quæ dixi supra in vers. quid autem sit
in puncto iuris è contra , stante quod qualitas in pri-
mo iudicio non fuit proposita, possit reus propter il-
lam qualitatem de nouo accusari , Bartol. in d.l. de-
nunciasse, §. quid tamen num. 7. vers. vlterius quæro ,
dicit, quod potest de nouo accusari, si ex primo iudi-
cio super facto simplici esset sequuta condemnatio, vt
456 dixit in l. Senatus , ff. de accusationib. Sed si in pri-
mo iudicio esset sequuta absolutio, si quidem illa qua-
litas, quæ de nouo fit, alterat delictum, tunc sine du-
bio potest accusari de nouo, quia alia res est, & aliud
crimen, l. cum quæritur, ff. de except. rei iudic. sed si
non alterat delictum , sed alterat accusationem, seù
condemnationem, & tunc aut fuit sequuta absolutio ,
quia non factum, & non potest de nouo accusari , aut
fuit sequuta absolutio, quia illa qualitas , quæ fuit ne-
cessaria non fuit proposita, & tunc potest de nouo ac-
cusari, l. habeat in princ. ff. de institutor. act. & l. 1. §. 1.
457 ff. si familia furt. fecisse dicat. nisi ex delicto alterius
quis conueniatur, quia tunc non potest de nouo accu-
sari, l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxalib. actionib.
& Bartol. sequitur Angelus de Aret. in dicto verbo, Qui
Dominus Iudex il secondo nu. 16. vers. quid si in pri-
ma accusatione, sed nec de hoc vlterius disputandum
est, cum ostenderim posse sequi condemnationem de
facto qualificato, licet non deducto , iuxta probatio-
nem factam , in processu, vt supra in versic. quid au-
tem sit in puncto iuris , & satis latè in meis resolutio-
nibus criminalibus cent. 2. cas. 173. vbi videndum est,
Adeò quod non est opus videre an possit de nouo reus
accusari, cum in prima instantia possit condemnari ,
etiam quod qualitas non sit deducta in accusatione ,
vel inquisitione, dummodo de ea constet in processu.
458 Sciendum est autem, quod proditio expresse, & in
specie committitur contra expressam fidem alicui da-
459 tam, quæ etiam hosti seruanda est, l. 5 ff. de capt. &
postlimin. reuers. Marsil. consl. 9 num. 24. vers. quini-
mò neduin, cons. 32. num. 28. vers. quo autem, consil.
106. num. 10. versic. patet ergo, Dec. in l. ea est natu-
ra in fin. ff. de regul. iur. & ita in puncto tradit Gigas
in tract. de crim. læsæ Maiestat. titul. de proditoribus
quæst. 1. num. 8. versic. 8. proditores dicuntur , & di-
ctum est supra, largè verò, & minus propriè proditio
committitur etiam contra fidem tacitam , quæ in ra-
tione humanæ societatis consistit , per quam homo
homini prodesse, non verò insidiari debet, l. vt vim, ff.
de iust. & iure, atque ideò, qui hominem non prouo-
cantem , neque tale quid suspicantem dolo occidit ,
fidem illam tacitam, & generalem humanę societatis
violare censetur , secundum Gribald. d. titul. de pro-
ditor. homicidio num. 29. vers. & notandum est , qui
inquit perpetuò hoc esse obseruandum , & supra ta-
ctum fuit, facit Gigas d. titul. de proditor. dicitur, qui
451 proximum circumuenit, & eum callide seducit , vt
illum in periculũ trahat , & qui fratrena discordia in-
fectus iura charitatis, & veritatis spernit, quod & an-
tea voluit Lucas de Penn. in l. in verbo proditorum ,
C. de delatorib. lib. 10. & dicit Afflict. decis. 265. nu. 64.
quod dicitur tunc proditoriè quis occidere quando
sine diffidatione occidit, licet postea num. 65. subdat,
quod proditoriè dicor facere, quando fingo me ami-
cum tuum, & tracto te, vt inimicum , & sic vnum o-
462 stendo in animo, & aliud in corpore, plus enim con-
sideratur animus, quam factum, & quod ideò benè di-
cebat Bald. in l. athletas, §. calumniator. ff. de his, qui
not. infam. quod partialis consideratur ex animo, &
non ex loco , & allegat , quod dicitur in Psalmo 71.
Ore suo bene dicebat, corde verò maledicebat, & nu.
66. dicit quod Iudas animo erat cum Iudeis , & cor-
pore cum Iesu Christo Saluatore Nostro, & Omnipo-
tenti Deo, & præfatam dictam principalem sententiam se-
quutus fuit Gigas dicto tit. de proditorib. quæst. 1. nu.
16. vers. proditoriè autem , & facit Lucas de Penn. in
463 d.l. fin. in verbo proditorum col. 2. vers. item nota ,
vbi dicit , quod proditor insigna fidelitatis ostendit ,
suauia, & dulcia verba profert, amplexatur, applau-
dit, blande ridet, maxima pollicetur, obtestatur Deu,
sub pacis fœdere osculatur , ad iurandum est pronus,
libenter adulatur , quod esca proditionis , saporosa
vina propinat , & præparat cibaria delicata, & quod
464 crudelia , & mortifera sunt iacula proditorum , vix
enim erit, aut nunquam qui possit sibi ab illorum icti-
bus præcauere ; Vnde dicitur in psalmo 64. molliti
sunt sermones eius super oleum , & ipsi sunt iacule ,
vt propterea proditorem quantum possumus cauere
debemus, ne per vnum plurimi fluctuemus, nam plus
465 nocet lingua adulatoris, quam manus interfectoris.
466 Vltimo notandum est, quod proditio quandoque
etiam in bonam partem accipi potest , & laudabilis ,
& commendabilis est , quando scilicet per eam zelo
publicæ vtilitatis malitia priuatorum detegitur, vt est
text. notabilis in l. vnica , in illis verbis , proditor stu-
diosus, & diligens dominum consequatur, C. de men-
dicantib. validis lib. 11. vbi Lucas de Penna colum. 2.
in verbo

in verbo proditor, exponit, idest, nuntiator, alias est manifestator, alias accusator, Gribald. d. titul. de proditorio homicidio num. 30. versic. prætermittendum
467 tamen non est, vbi subdit num. 31. & 32. quod omnis actus humanus à fine, & intentione iudicatur, &
468 omne maleficium voluntate, & proposito distinguitur, l. verum, & l. qui iniuriæ ff. de furt. l. quod Reipublicæ, ff. de iniur. l. 3 §. si quis dolo, & ibi Glos. ff. de tabulis exhibend. l. 1. C. de sicarijs, & l. 1. §. Diuus Adrianus, ff. eod. tit. Marsil. consil. 25. num. 4. versic. præmitto etiam, consil. 26. num. 8. versic. voluntas enim, consil. 35. sub num. 10. versic. pro quibus facit, consil. 40. num. 19. versic. voluntas enim, cons. 53. nu. 18. eod. versic. voluntas enim, consil. 77. numer. 2. post vers. sed prædictis non obstantibus, consil. 91. num. 7. versic. nam voluntas, consil. 96. num. 1. cons. 103. nu. 3. vers. 2. hoc patet, & cons. 124. num. 11. vers. sed cum ex promissione, & plurima sunt facta indifferentia, quæ ex circunstantijs determinantur, bonaque, aut mala ex accidenti censentur, l. aut facta §. causa, & §. qualitate, ibi, non enim plaga repræsentat contume-
469 liam, ff. de pœn. cuius quoque generis proditio est, quæ si honestam causam legitimum finem, & probabilem habeat, laudabilis actus censetur, vt patet in exemplo Iudit, quæ Olophernem proditorie occidit, si vero contra honestam causam legitimumque finem non habuerit, execrabilis, atque detestabilis est, ea verò facta, quæ perpetuo, & naturaliter mala sunt plus, & minus ex circumstantijs accipiunt, d. l. aut facta, §. qualitate in princ. & §. quantitas, & in aliam quoque delicti speciem transeunt Marsil. consil. 67. num. 30. versic. & subdit, & ante eum Alex. cons. 140. num. 6. in fine vers. pro hoc lib. 2. & Corn. cons. 19. per totum lib. 4. licet nulla ratione fieri possint bona, l. si
470 non conuicij, C. de iniur. & omne malefactum semper intelligitur prauè, & iniustè actum, cum sit de genere prohibitorum, vt probat Marsil. cons. 4. num. 3. mala enim ea sunt, quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant, vt est text. in cap. illa cauenda 15. q. 1. & propterea nunquam possunt esse bona,
471 Per assassinum committitur homicidium, quando pecunia interueniente quis alium occidit, Clar. in d. §. homicidium num. 11. versic. per assassinium, Grammat. voto 9. num. 1. Marsil. in practic. crimin. §. examinanda num. 21. & sequent. versic. & facit, Conrad. in practic. crimin. tit. de assassinis num. 1. fol. 327. dicens in hoc omnes conuenire, & ante illos Bart. in l. Cicero. ff. de iniur. Angel. in l. qui si mandato, num. 14. ff. de iniur. Angel. in l. qui sepulcra, C. de sepulcro violat. Bald. in l. non ideò minus, in princ. & ibidem Salycet. in fin. C. de accusationib. Alex. cons. 166. num. 1. lib. 7. & ibi Apostillator,
472 Assassini dicuntur in hoc proposito, qui pecunia conducti, aliouè precio homines occidunt, percutiũtuè, nihil tale ab eis præcauentes Ioannes Andre. Dominic. de Sancto Geminiano, Imola, Philip. Francus & Probus in cap. 1. de homicid. lib. 6. Plaza in epitome delictor. lib. 1. cap. 19. sub num. 2. versic. plerique tamen, Clar. in §. assassinium in princip. dicens esse communem opinionem, & est opinio a consuetudine approbata, secundum Aretin. cons. 163. sub num. 17.
473 versic. tertio allegatur, & possunt etiam assassini vocari illi, qui pecunia mediante homicidium fieri cõmiserunt, vt sic non solum mandatarij, & locatores, sed etiam mandatores, & conductores assassinium cõmisisse dicantur, vt dicit Plaza in d. cap. 19. sub num. 2. ad finem versic. sic sanè, & ante eum idem videntur sentire Aretin. d. cons. 163. sub num. 17. vers. 3. allegant, Grammatic. voto 8. in princ. Gabriel. titul. de malefic. conclus. 1. num. 32. versic. 11. amplia Carer. in §. circa igitur tertium nu. 2. fol. 137. Farinac. in pract. crimin. tit. de homicid. quæst. 123. inspect. 2. num. 19. & num. 26. & 27. licet in mandante contrariu m dixerit Collegium Bononiens. cons. 41. num. 8. lib. 1. inter cons. crimin. diuers. in parua forma, quod reprachendit Farinac. vbi supra num. 28.
474 Et licet non desint, qui velint dispositionem dicti cap. 1. de homicid. lib. 6. contra assassinos, habere solummodo locum in certo genere hominum, qui appellantur assassini, vt latè ostendit Plaza d. cap. 19. sub num. 3. versic. mihi non admodum placet communis interpretatio, & num. 4. post versic. non me latet, tamen communis opinio est in contrarium, quod procedat indistinctè in quibuscunque hominibus pecunia conductis, vt per Bass. in practic. crimin. titul. de mandato ad homicidium sub num. 16. vbi alios idem tenentes refert, & per Gabriel. dicta conclus. 1. nu. 18. vers. contrarium tamen, Farinac. vbi supra num. 21. & 22.
475 dummodo qui mandatur occidi sit Christianus, siue ipsi mandatarij, & mandatores essent infideles, siue Christiani, vt hanc opinionem latè probat, & veritati consonam esse docet Plaz. d. cap. 19. num. 8. vers. 7. hinc & illud, Gabriel. d. conclus. 1. num. 6. vers. 2. declara, & Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 30. num. 4. versic. quare colligitur tom. 2. Alex. consil. 166. sub num. 6. lib. 7. referens Ioannem Andream dicentem, se semel defendisse quendam, contra quem fuerat probatum, quod fecerat occidere hominem per assassinos, quia non erat probatum, quod ille occisus esset Christianus, prout requirit text. in d. cap. 1. de homicid. lib. 6. quod dictum communiter sequuntur Doctores in eo cap. scribentes, Ias. in l. penult. iuxta eam lege hoc ædictum, §. in eum num. 5. vers. item ad illam regulam, ff. ne quis eum, qui in ius vocat. fuerit vi eximat, Alex. consil. 172. nu. 5. vers. nam quando, & cons. 224. num. 3. vers. & vbicunque lib. 2. cons. 1. num. 23. vers. hoc probo, & consil. 82. num. 14. post vers. sed ad hoc statutum lib. 3. Bald. in l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cleric. num. 8. vers. præterea dicit, Affflict. lib. 1. constitut. Regni rubr. de homicid. clan testinis in constitut. damna clandestina in 15. notab. sub nu. 67. Plaza d. c. 19. num. 28. versic. postremò & illud addam, Grammatic. in cons. 1. posito post decisiones eiusdem sub num. 51. post vers. & vbi lex, vel statutum, Clar. in d. §. homicidium num. 2. vers. bene verum est, asserens esse communem sententiam, idem asserit Ioannes de Arnono in tract. cautelarum caut. 36. vbi sequendo Ioannem Andream dicit, quod habuit in facto quæstionem de inquisito de assassinio, quod fuit probatum legitimè, sed non fuit probatum, quod offensus
476 erat Christianus, & cum hæc oppositio ei facta fuisset, & hoc probetur si contrarium non constat, cum nemo nascatur Christianus, immo nascatur quilibet infidelis, & christianus fiat, ex quo text. in d. c. 1. de homicidio requirit, quod offensus sit Christianus, non probata hac qualitate locus est absolutioni, & quod ita determinauit semel in facto cuiusdam Domini Antonij Fontanelli de Ciuitate Liccij, dum esset Vicarius generalis apud Hydrontem, Carer. in d. §. circa igitur tertium num. 21. & seq. versic. nec tamen, quod cum

esset

477 esset occisus in territorio Christianorum, & a communiter contingentibus, infideles non sint soliti inter Christianos conuersari, qui in Territorio Christianorum reperitur, habendus est pro Christiano, præsertim in hoc tam graui delicto, in quo non est super huiusmodi subtilitatibus insistedum, fatetur tamen, quod vbi probaretur occisum fuisse infidelem, tunc vtique esse licitum absolutionem ab hoc crimine, assassinij, quia verè illud capitulum requirit hanc qualitatem in illis verbis, quemquam Christianorum per prædictos Assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, & reperio ego, quod Felyn.in cap.inquisitionis nu.6.vers. & illud, quod dicitur de accusationibus, ex eo quod
478 minus peccatum est occidere paganum, quam Christianum, dubitat de dicta opinione Ioannis Andreæ, licèt aliter non examinet, quia locus non videbatur congruus, & dicit Afflict.in d.constitut, damna clandestina num.68. vers.sed quæro, quod in dubio, si non probetur, quod sit Iudæus, vel Christianus, si dubitatur de baptismo viuentis, non præsumitur baptismus, si verò dubitatur de baptismo mortui, præsumitur baptizatus, & sic occisus pŝumitur in dubio Christianus, qdicit ēt quod cū pro maiori parte sint Christiani in
479 Ditione Christianorū, repertus homo occisus, præsumitur Christianus, nisi probetur, quod fuerit Iudæus, vel Saracenus per euidentissimam probationem, quia habet præsumptionem contra se, & num.69. saluat dictus Ioannis Andreæ, volentis in casu dicti cap.primi de homicid. in 6. probari, quod occisus fuerit Christianus, quia dicit hoc esse verum, sed in casu illius constitutionis diuersum esse, quia clarum est, quod si reperitur homo occisus in Territorio Christianorum,
480 præsumatur, quod sit Christianus, sicut præsumitur monialis, quæ inter moniales inuenitur, & quia constitutio illa prius loquitur de Christiano occiso, secundo de Iudæo occiso, vnde si reperitur homo occisus, & nesciatur an sit Iudæus, vel Christianus, intelligitur de eo, quod per prius fuit dictum, quod sit Chri-
481 stianus, quia quoties aliquid dicitur de duobus, de vno per prius, & de altero per posterius simpliciter sumptum, intelligitur de eo, de quo per prius, & illo modo non contradicit dictum Ioannis Andreæ secūdum eum, & quod in dubio interpretandum sit, quod occisus sit Christianus, & non infidelis, tenet Decian. d.c.30.num.10. vers.certum est, & si casus eueniret, credo, quod in Terris Christianorum non obtineretur opinio Ioannis Andreæ, sed præualeret sententia Clari.
482 Et assassinus multum differt à Pyrata, qui non dicitur assassinus maritimus, nec in eo locum habet dispositio d. cap.1.de homicid. lib.6. quia loquitur in eo,
483 qui precio accepto, aliquem occidit, & inter eum, & Pyratam multæ sunt differentiæ.

Prima est quia Pyrata non est ipso iure excommunicatus, cap.3. extra de rapt. assassinus sic, d.c.1. de homicid. in 6.
484 Secunda est, quia assassinus principaliter seruit in personas, Pyrata verò principaliter in res, & bona, & si posset res habere absque occisione personæ, libèter faceret, & precio redemptionis contentus est, vnde apparet, quod execrabilior est Assassinus Pyrata, arg. l.Iustissime, ff. de ædilit.edict.
485 Tertia est, quia Pyrata transcurrit mare, quod nemini subijcitur, & iuregentium commune est, vt dicit Bald.in Rub. ff. de rer. diuision. assassinus verò delin-
486 quit in Terra subdita alijs, & contra leges Territorij, vnde minus deliquit, qui in Mare deliquit, quam qui in Terra.
487 Quare est, quia Assassinus ex insidijs & ex tuto occidit, Pyrata vero certat, & in maiori periculo se ponit, vnde mitius punitur.
488 Quinta est, quia nemo est, tam immanis, qui tolleret assassinos, & tamen Pyratæ, dum modo non sint hostes, tollerantur etiam à Principibus. Ex quibus rationibus longiori calamo deductis, ita concludit Alciat. cons. 11.pro more meo in primo dubio lib.1.vbi
489 etiam dicit, quod cum ex communi vsu loquendi, aliter vnum appellemus, aliter alium, apparent, quod habentur pro diuersis, l. si idem, C. de Codicillis, &
490 dispositio d. cap.primi, quæ est pœnalis, in vno loquens, non debet ad alium trahi, & respondet ad fundamenta facientia in contrarium.
491 Nec potest dici assassinus, qui recipit mandatum ad occidendum, quem occidit sub spe Equi, quem existimabat fore, vt sibi donaretur à mandante, quia requiritur, quod interueniat precium, quod propriè refertur ad pecuniam, l.fin. C. de prædijs Curialium libro 10. & quod propter precium suscipiat mandatum de occidendo hominem, vt consulendo determinauit Bald.cons.383. Bectonus de Ceuo lib.5. quod est repetitum cons.98.lib.1. quem sequitur Alciat.d. cons.11. nu.14.vers.melius facit, & nu.17. vers.non obstat lib. 1. Gabriel. d.conclus.1. nu.39. vers.sic.3. nota, Grammatic. vot. 11. num.19. post versic. & tamen si rectè consideretur, & in cons.1. posito post decisiones eiusdem num.59.vers.& circumscriptis præmissis, Bossius in practic.crimin.titul.de mandant.ad homicid. num. 14. versic.& dicuntur, & nu.35. versic. & textus, sed
492 & si dictum est de pecunia, satis tamen erit, quod quælibet alia res data fuerit, & propter eam susceptū fuerit mandatum de occidendo, vt latè probat Decian. in tract. crimin. tomo 2.lib.9. cap.30. num. 16. versic.item licet, Carer.in practic.crim.§. circa igitur tertium, num.3.4. & 6. fol.137. Farinac.d.quæst.123. inspect.secunda num.36.& 41.in 9.& 11.amplia.sus-
493 ficeret tamen promissio, mediante qua fuerit susceptum mandatum de occidēdo, quia si promitto alicui pecuniam, vel aliud, vt aliquem occidat, & ille mandatum suscipiat, & delictum committat, dicitur perpetratum delictum assassinij, vt dicit Grammatic.vot. 9. num.2. & 3. & ante eum Curt.Senior.cons.10. sub numer. 43. versic.omitto postremò, Salycet. in l.non ideò minus ad finem num.36. versic.modo veniamus ad conductorem, C.de accusationib. Gabriel.d.tit. de malefic. conclus.1.numer.2. versic.1. amplia, Boss.in pract.crimin.tit.de mandat.ad homicid.num.14.versic. & dicuntur assassini ad finem, ibi, est verum, & num.35. post versic.& textus in princ.ad finem, Carer. vbi supra num.4. Decian.d.cap.30. num. 16.versic.item licet, & num.18. vers.ad excusationem tamē, debet tamen esse promissio certa, & specifica, & de-
494 pendens, a voluntate promittentis, nec sufficit promissio generalis, & incerta, quæ non est obligatoria etiam stipulatione interueniente, vt concludit Bald.d. cons.98. lib.1. & consil.383. lib.5. & post eum tradit Boss. d.tit.de mandat. ad homicid.nu.35. post versic. & textus in d.cap.1.& Decian. d.c.30.nu.17. vers.ad excusationem tamen.
495 Si tamen Pater mandat filio, vt aliquem occidat, & ipse suscipiat mandatum, & occidat, non dicitur commissum

missum assassinum, quia filius debet esse obediens Patri, & propterea non posset dici assassinus, quia nec pro præmio, nec spe præmij, sed reuerentia, & amicitia paterna diceretur deliquisse, & si filius non est assassinus, nec pater deliquit per assassinus, l. si is, qui rem, §. si tu Titium, ff. de furt. ita determinat in puncto Bald. consil. 356. Q uamquam allegationes lib. 2. quem sequutus est Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 30. numer. 18. vers. sed an si pater, vbi dicit, quod licet Bald. videatur innuere, quod si datum vel promissum quid fuisset à patre filio, eo casu fit assassinium,

495 quod ipse non admittit, quia necesse est, si pater mandauit quempiam occidi, quod esset inimicus illi, quem occidi mandauerat, & quod adeò etiam filius esset inimicus, vel saltem suspectus illi, qui mandabatur occidi, adeò quod verisimiliter ab eo causisset, vnde cessat ratio assassinij, quæ est, quod ab illis infertur mors, qui nulla sunt affecti iniuria ab occiso, & per consequens verisimiliter non poterat illum habere suspectum, & eius progressus obseruare, sed dicas, quod immo Bald. præsupponit promissionem factam filio, ex quo loquitur in terminis c. 1. de homic. lib. 6. quod non procedit, nisi aliquid dato, vel promisso, vt supra dictum est, & tamen vult Bald. quod non habeat locū dictum capitulum nec dicatur commissum assassinium, quia filius potius præsumitur motum fuisse reuerentia, & amicitia paterna, quam præmio, vel spe

497 præmij, per l. si pupilli. §. sed si ego, ff. de neg. gest. vltra quod iniuria facta patri intelligitur facta filio, Marsil. consil. 28. num. 9. & 10. quia pater, & filius censetur eadem persona, vt in l. cum simus, circa finem. C. de agricol. & censit. lib. 11. sicut iniuria facta vni

498 de familia, seu de domo, vel Consorteria, censetur facta toti familiæ, toti consanguinitati, toti Casatæ, seu Consorteriæ, & toti Domui, Marsil. consilio trigesimo primo, numero decimo sexto, versiculo pro quo facit, & consilio 68. numero 2. & sequent. vers. item quia.

499 Nec etiam assassinius dicitur ille, qui suscepit mandatum mediante pecunia, non de occidendo, sed de vulnerando tantum, licet enim Alexand. 166. numer. 5. lib. 7. videatur dicere contrarium dum loquitur alternatiuè de mandato de occidendo, vel de vulnerando, tamen veritas est, quod non dicitur assassinus, nec in eo habet locum dispositio cap. 1. de homicid. lib. 6. & dicitur assassinus ex eo, quod tendit animam a corpore, ita dicit Gabr. d. titul. de Malefic. conclus. 1. numer. 29. & 30. versic. Nuno amplius, & vers. sequenti, Decian. d. cap. 30. numer. 41. vers. assassinus etiam, Alciat. d. consil. 11. numer. 17. lib. 1. Vulpel. consil. 143.

500 numer. 1. benè verum est, quod talis vulnerans grauius puniri debet, ex quo delinquit per pecuniam, quia si absque pecunia vulnerasset, vt fatetur Gramm. in d. nu. 30. post vers. declara, quia hoc dictum, & Decian. d. c. 30. sub d. num. 41. ad finem.

501 An autem in hoc delicto, quod atrocissimum est mandans, & mandatarius teneatur pœna ordinaria, etiam non sequuto effectu homicidij, maxima est disputatio inter Doctores, in qua Piaza in epitome delictorum lib. 1. cap. 19. numer. 9. vers. nono quæritur, & vers. 10. ex Pontificiæ Constitutionis resolutione, primo disputat de mandante, mox de mandatario, & in mandante firmat sententiam, quod in hoc crimine affectus puniatur etiam si effectus non sequatur, & post relatos infinitos hanc sententiam tenentes, illam frequentiori calculo Doctorum receptam asserit, &

502 si ex consuetudine generali affectus non puniatur, nisi sequatur effectus, quam minimè locum habere in assassino ob criminis atrocitatem asserit: In man-

503 datario vero dicit, quod ita demum puniendus est pœna ordinaria, si processerit ad actum proximum, & per ipsum non steterit, quin infultatum occideret, Decian. in d. cap. 30. numer. 13. vers. quæstionis autem est, & num. 14. vers. quo vero ad mandatarium pariter distinguit casum mandantis à casu mandatarij, & in mandante dicit, quod si sumus in vero assassinio scilicet, vbi fidelis ab infidele data pecunia occideretur, mandans punitur etiam non sequuto effectu, per tex. in d. cap. 1. quod si loquamur de assassinio interpretato, idest, quando quis conduxit operas Christiani pecunia ad occidendum Christianum, si non sequutus sit effectus, non erit puniendus pœna ordinaria, si is, cui mandatum est, non deuenit ad actum proximum mortis, sed valde remotum, quod si deuenisset ad proximum actum, adeò quod per eum nullo modo stetisset, quin consummaretur, sed fortuito casu occidendus euasit, tunc sicut mandatarius pœna ordinaria esset puniendus, ita, & mandans, & propterea dicit hoc totum residere in arbitrio Iudicis, qui poterit punire conatum, & mortem mitiori pœna, si voluerit, & quò ad mandatarium concludit, quod, si deuenit ad actum proximum consummationi, effectus punitur pœna ordinaria, alias verò extraordinariè, Clar. autem in §. assassinium numer. 7. versic. scias etiam videtur velle, quod in mandatario sit locus pœnæ mortis, etiam quod mors offensi non sit sequuta, licet fateatur visum per Senatum diuersimodè iudicari, & quandoque pœnam ordinariam imponi, quandoque extraordinariam, existimans tandem hoc Iudicis arbitrio relinquendum, & idest Afflict. lib. 1. Constit. Regni Rub. 12. de percussione illicita cum armis in contit. si quis aliquem sub numer. 16. vers. & est sciendum, quod li-

510 cet delictum inceptum, & non perfectum non puniatur tanquam consummatum, tamen fallit in assassino, qui per pecuniam sibi datam, vt hominem occideret, si deuenit ad actum proximum, & punitur ac si homicidium commisisset, sicut contingit diebus elapsis in quodam assassino, qui traxit dardum cum balista, & dedit in arcione equi, & non percussit hominem, quia iste punitur ac si occidisset, per cap. 1. de homicid. lib. 6. & inquit hic vidisse determinatum, & postea exequutum, quia contra illos assassinos semper solet pœna augeri, idem consulit Grammatic. vot. 9. qui & ipse loquitur in mandatario, cui imponenda sit esse pœna mortis, etiam quod sequuta non fuerit homicidium, hoc deueniatur ad actum proximum, & percussionem, concordat Capic. decis. Neapolitan. 175. referens taliter suspensum mandatarium, qui susceptio mandato de occidendo suo promissum, nec dum sed vincere quendam hominem, illum percussit, nec potuit occidere, satis æratum etiam consulendum, Burgund. rub. 1. in verbo des ralfices numer. 6. vers. aduerte tamen folio mihi 53. dicit, quod in assassinio mandatario etiam si fuerit peruentum ad actum, puniendi sunt assassini tamquam homicidæ, & ad delictum perpetratum, & inquit, quod ita ipso assidente Capitaneo Iustitiæ Mediolani, euenit casus de quo fuit nobili gesserentibus de Armo ipsis, qui à iudicio duos assassinos conductos pretio centum ducatorum pro quolibet conduxit, vt occiderent quandam Dominam

minam Susannam de Buris, quæ fuerat Domini Augustini Triuultij, & licet tentassent pluries eam occidere, & nullo modo ad actum peruenissent, fuerunt tamen condemnati ad mortem omnes, & mandans, & mandatarij, & suspensi omnes tres, & in medio mandatariorum ille nobilis de Ariminulphis, & quid satis erat pro illis puniendis, quod In Roma peruenisset ad locum ad perficiendum assassinamentum, idem tamen Grammat. voto 8. refert mandantem homicidium mediante pecunia in personam alterius accepto mandato per mandatarium, ac detecto tractatu, & non sequuto effectu, puniendum esse pœna pecuniaria, de quo voto mentionem facit in fine vot. 9. numer. 29. & 30. & idem latius tenet idem Grammatic. l. 1. Constitut. Regni de pęna percutientis, & occidentis in constit. Terminum vitæ nu. 4. & sequent. fol. 14. vbi facit mentionem de dicto eius voto ad fauorem mandantis, & illud approbat, & confirmat, & meminit de dicto Cassanei supra relati, & illum reprehendit, est verum, quod mouetur Grammatic. ex quo homicidium non fuerat sequutum, nec deuentum ad actum facti proximum, & immediatum, & quia extat generalis consuetudo Italiæ, & totius Mundi, quod pœnæ ca-
505 pitales non imponuntur pro delictis imperfectis, Marsil. consil. 105. loquens in mandante, & in proprijs terminis assassinij vult eum non teneri pœna ordinaria, sed arbitraria tantum vbi non sit deuentū ad actum proximum, idem Grammatic. vot. 20. loquens in mandatario concludit, quod non sequuto effectu, non debet condemnari ad mortem, sed ad triremes in perpetuum, dicit tamen, quod cum aliqui ex Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & etiam ex Dominis Collateralis Consilij dissentirent ab illo voto, & vellent eum puniri morte, tamen Dominus Prorex voluit exequi eius votum, Angel. de Perus. consil. 14. per totum dixit, quod & si rigore iuris in crimine assassinij mandatarij, & mandatores teneantur pœna ordinaria, etiam non sequuto effectu, dum sit peruentum ad actum proximum, tamen consulunt Domino, vt ex gratia, & benignitate pœnam mortis relaxet Reis, Vnde Clar. vbi supra sub d. numer. 7. post versic. scias etiam, dicit, quod de iure multa possent dici, sed quod stante consuetudine, & communi opinione Doctorum, credit, quod non erraret Iudex, qui illam iudicando sequeretur, & quod licet de iure assassinus non debeat teneri in plus, quam mandator, id tamen de consuetudine non seruatur, & subdit, quod in Senatu Mediolani vidit secundum qualitatem facti, & personarum diuersimode iudicari, quandoque pœnam ordinariam infligendo, quandoque mitius puniendo, & quod ideò putat hoc esse arbitrio Iudicis relinquendum, & in eadem opinione residet in pract. crim. q. 92. num. 2. post versic. scias tamen dicens, quod quia vidit in his casibus diuersimodè iudicari; quandoque puniendo conatum in pœna ordinaria, & quandoque in pœna extraordinaria, credit in practica posse Iudicem adhærere cui opinioni voluerit, inspecta facti, & personarum qualitate, consulit tamen, vt semper in mitiorem partem inclinet. Mihi quidem placet opinio, quod in hoc crimine assassinij mandans & mandatarius teneatur pęna ordinaria assassinij, si mandatarius peruenit ad actum proximum, alias autem teneatur pœna extraordinaria, & ista est communis opinio, vt attestatur Grammatic. consil. crim. 36. num. 18. & seq. vers. & mouetur, nam mandans, si mandatum fuit cœptum exequi, licèt non perfectè exequutum, tenetur sicut mandatarius, qui deuenit ad actum proximum facti, nec minus deliquit mandans, quam mandatarius, immò magis principaliter deliquit, qui primordialiter deliquit mandando, si autem non fuit deuentum ad actum proximum, neque mandans, neq; mandatarius tenentur pœna ordinaria, sed tantū extraordinaria arbitrio Iudicis ex generali consuetudine totius Italiæ, quod non puniatur affectus, nisi sequatur effectus, & Grammatic. sequutus est Clar. in pract. crim. quæstione 91. num. 3. versic. scias etiam non sequuto effectu, semper intelligendum est hoc procedere, quando deuentum est ad actum proximum maleficio, & ita reperio voluisse Couar. in c. si furiosus, de homicid. sub nu. 9. vers. secundus subiicitur casus, & vers. tertio proponitur, & vers. quarto si quis, vbi dicit, quod si mandatarius peruenit ad actum proximum maleficio, & conatum ipsum deduxerit, & per eum non steterit, quin scelus peregerit, vtique tam ipse, quam mandans erit puniendus pęna ordinaria mortis, quod si deuentum non sit ad actum proximum arbitratur pœnam ordinariam non esse imponendam, sed extraordinariæ tantum locum esse, vt hoc facinus aliqualiter puniatur fol. mihi 574. & 575. & ibidem in vers. primus casus, vult, quid in proprio crimine assassinij, scilicet, cū pecunia, vel alia re promittitur infideli pro occidendo Christiano, ob tanti criminis immanitatem mandantem, & mandatarium pœna ordinaria puniendum, etiam si non fuerit deuentum ad actum proximum maleficio, quod etiam voluit Decian. d. c. 30. num. 13. versic. quæstionis autem est in princ. & cum Couar. concordat in effectu Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 306. numer. 39. & plurib. seq. in primo, & secundo casibus vers. quartus est, & infra, idem tenet Carer. in d. §. circa igitur tertium, nu. 7. & 8. vers. & primo conuenit cum prædictis, Farinac. his scriptis visus dicta q. 123. inspect. 4. num. 104. versic. limita primo, & nouissimè Illustrissimus Cardinalis Tuschus conclus. 127. in verbo pœna mortis num. 5. vers. limita in pœna assassinij tom. 6. & dicam infra, dum tractabo de homicidio commisso per venenum.

507 Tunc autem dicitur quis deuenisse ad actum proximum maleficio, quando deuenit ad executionem aliquam, Gramātic. voto 9. n. 10. & seq. & clarius Corn. consil. 203. sub num. 3. vers. & in eo, qui deuenit ad actū proximum homicidio lib. 1. Carer. d. §. circa igitur tertiu sub n. 9. & 10. & ad hoc facit Afflict. in d. constit. si quis aliquem sub nu. 16. vers. & est sciendum, qui dat exemplum in eo, qui trasit dardum cum balista, & dedit in arcione Equi, & non percussit hominem, quem sequitur Grāmatic. vot. 9. sub nu. 20. post vers. fallit in assassinio, Farinac. d. q. 122. in 4. inspect. nu. 106. vers. sublimitando, sed Iacobin. de Sancto Georgio in l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisque iuris, tenet sufficere, quod pro exequendo mandato quis venerit ad locum maleficij perpetrandi, & illum refert, & sequitur Cassane. super consuet. Burgund. rub. 1. in verbo, des iustices num. 7. ad finem, vers. quod sufficiebat. fol. 53. Bald. autem in l. non ideo minus in 6. q. C. de accusationib. dicit non considerandum esse, an mandatarius venerit ad actū proximum in atrocioribus, sed sufficere, quod deuenerit ad aliquem actum, vltra tractatum, & sic satis esse, quod non steterit in nudis terminis cogitationis, & idem videtur sentire Felyn. c. 1. ou. n. 6. vers. fallit tertio de præsumptionib. & in tract. quando

do conatus puniatur num. 4. versic. fallit tertio, quem
sequitur Grammatic. vot. 8. nu. 17. vers. secus autem
quando, & decis. 38. num. 8. vers. præterea dicit ele-
ganter, Marsil. in l. qui falsam num. 8. vers. & circa il-
lud, ff. ad l. Corneliam de falsis, cum quibus conue-
niunt Dec. d. c. 30. nu. 38. vers. & quia supra ad finem,
& Gabr. d. tit. de malefic. conclus. 1. n. 13. & 14. vers.
contrarium quod immo dicatur, & alii relati per Fa-
rinac. vbi supra nu. 107. vers. contrarium, sed cum istis
508 ego non transeo, quia ad pœnam mortis inferendá
libentius sequor opinionem eorum, qui voluerunt re-
quiri actum proximum sim, vt scilicet deuentum fue-
rit ad percussionem, vel etiam ad assaltum, & manda-
tarius fecerit quicquid potuit, vt mandatum exeque-
retur, sed exequi non potuerit, & est opinio verior, &
magis communis, vt dicit Farinac. d. inspect. 4. n. 108.
509 vers. prima opinio, si tamen essemus in eo, qui soli-
tus esset similia delicta, & assassinia committere, vti-
que is posset morte puniri, etiam quod non deuenerit
ad actum proximum maleficio, ita punctualiter tradit
Decian. in dict. cap. 30. nu. 39. vers. notandum tamen
vnum, ad quod allegat Grammatic. d. vot. 9. n. 22. 23.
& plurib. sequentib. versic. & potissimum nihil abaut
prædicta, vbi plura ad hoc congerit exempla, in qui-
bus pœna propter reiterationem augetur, & loquitur
in propriis terminis assassinii.
510 Et quoniam mandátes homicidium modo quo su-
pra mediante pecunia committi, quandoque pęniten-
tia ducti reuocant mandatũ, ideò videndũ est, quõ &
quando excusentur, Gl. in dict. c. 1. de homic. in 6.
quam sequitur Marsil. in l. qui falsam sub numero 7.
vers. & fortius, ff. ad l. Cornel. de sicar. dicit, quod li-
cet re integra mandans reuocet mandatum, tamen
non euitat pœnam, quia iam ipse ex parte sua perfecit
delictum, & idem dicit ipse Marsil. in l. is, qui cum telo
n. 71. vers. & fortius dicit, C. ad l. Corn. de sicar. & cõs.
105. nu. 2. Contrarium tamen dicit Gramm. decis. 38.
nu. 7. vers. & tamen ex iuris dispositione, dicens ex-
presè, quod si mandans re integra reuocet mandatum,
non tenebitur mandans, etiamsi demùm mandatarius
delinqueret exequendo mandatum, & Mars. se ipsum
corrigendo idem dicit in d. l. is, qui cum telo sub num.
82. vers. item pro hac parte, & d. cons. 105. n. 39. & plu
511 rib. sequentib. vers. ex alio etiam, vnde dicendum est,
quod si mandans, & dans, vel promittens pecuniam,
vel aliud reuocet mandatum pœnitentia ductus, ante-
quam mandatarius deueniat ad aliquem actum & ta-
men non notificat mandatario reuocationem, & tunc
tenebitur, ac si non reuocasset, si vero reuocet ante-
quam mandatarius deueniat ad aliquem actum, & noti-
ficet reuocationem, & is habita notitia dictæ reuoca-
tionis nihil aliud agit, & sic nullus sequitur effectus ta-
cti mandati, & tunc non punitur, de assassinio, sed
extraordinariè tantum propter turpe pactum, quod si
non obstante reuocatione, & eius notificatione man-
datarius processit ad effectum, & occidit, tunc mãdás
non tenebitur de occiso, sed extraordinariè tantum,
ita formaliter dicit Decian. d. c. 30. num. 37. vers. sed
an in hoc delicto, & dicit hanc distinctionem colligi
ex dictis per Marsil. in d. l. is, qui cum telo, cons. 105.
num. 39. & plurib. sequentib. vers. ex alio etiam, in re-
petitione l. vnicæ, C. de rapt. virgin. n. 293. & seq. vers.
pro quibus facit textus, & clarius ex dictis per Couar.
in c. si furiosus de homicid. in 2. part. in princ. sub n. 9.
vers. quinto, ex his facilior erit decisio, & verum dicit,
quia clarè, & apertè hanc distinctionem ponit, quæ
etiam colligitur ex explicitè notatis per Plaz. d. c. 19.
num. 12. vers. decimotertio, ex his, quam veram esse
existimo, in quo tamen omissus videtur casus reuoca-
tionis mandati re non integra factæ, quando scilicet
mãdatarius iam deuenit ad aliquem actum proximũ,
quo casu non iuuare ipsam reuocationem mandati in
aliquo, vt potè tanquam in congruo tpe factam, satis
constat, cum non iuuet reuocatio re integra facta, sed
notificata mandatario, vt ipsi Doctores dicunt, Item
in effectu concludit Carer. d. §. circa igitur tertium nu.
51[.] 8. 9. & 10. post vers. sed tamen, vbi dicit, quod si
mandans reuocet mandatum, & vltra non fuit proces-
sum, punitur arbitrariè, si verò fuit deuentum ad actũ
proximum, licet non fuerit sequuta mors, punitur ad
mortem, mandatarius autem, si post acceptationem
mandati, & reuocationem nihil fecit extraordinariè
punitur, si verò venit actum proximum punitur, pę-
na ordinaria.
513 Potest etiam euenire casus, in quo mandans medi-
ante pecunia, vel alterius rei promissione tentet man-
datarium de occidendo Christianum, & is mandata-
rius voluerit acceptare mandatum, sed illud recusaue-
rit, quo casu ipse quidem mãdatarius impunitus rema-
net, sed mandans ratione mandati, quod tentauit dare,
punitur, sed extra ordinem, cum sit conatus omninò
remotus ab ipso actu, & effectu homicidij, ita determi-
nat Menoch. in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. cas.
360. num. 44. & 45. vers. tertius casus est, qui ad hoc
allegat Aug. de Gambiglionib. cons. 51. nu. 32. & seq.
vers. nec obstat tertium, inter cons. crimin. diuersor.
lib. 1. in primis collectus per Ziles. in parua forma, qui
tamen hoc non videtur dicere multum clarè, tamen
decisio. Menoch. in se vera est.
514 Prout etiam euenire potest casus, quod mandata-
rius mediante pecunia, vel alia promissione suscepe-
rit mandatũ, & postea nihil egerit, fortè pœnitentia
ductus, quo casu non tenetur pœna ordinaria, ex quo
post mandatum acceptatum ad nullum actum proces-
sit, quin tamen mandatu remanet re integra, & illud
acceptando deliquit, tenetur pœna extraordinaria ar-
bitrio Iudicantis, ita in puncto resoluit Plaz. d. c. 19.
nu. 10. vers. 11. ex præmissis constat, & ita intelligen-
dus est Grãmat. vot. 9. n. 11. vers. immo si semel, man-
dans etiã hoc casu eodem modo tenetur arbitrariè, vt
ibid. dicit Plaza, & ex superius dictis apparet.
515 Et licet regulariter in criminalibus ad effectum cõ-
demnationis requirantur probationes luce meridiana
clariores, maximè, vt imponatur pœna corporis affli-
516 ctiua, l. sciant cuncti, C. de probat. tamen in hoc de-
licto propter eius immunitatem sufficiunt indicia, &
argumenta probabilia, vt possit deueniri ad pœnam
tanto scelere dignam d. c. 1. de homicid. lib. 6. Carer.
d. §. circa igitur tertium num. 27. & 28. Gramm. vot.
31. nu. 22. vers. & minime firmari posset, Boss. in pract.
crim. tit. de conuictis n. 55. vers. adde id, & tit. de indi-
tijs, & considerationib. ante torturam num. 201. vers.
nolo tamen omittere, Plaz. d. c. 19 num. 15. vers. deci-
mosexto, & num. 16. versicul. 17. eadem constitutio,
Clar. d. §. assassinium num. 6. vers. præterea quamuis,
Decian. d. c. 30. nu. 22. vers. nota est regula, Marsil. in
pract. crim. §. examinanda num. 24. 27. & sequ. & in l.
vnica. C. de rapt. virgin. n. 127. & licet Fel. in c. afferte
gladium, in tertia limit. videatur intelligere, quod ex
quo textus dicti capituli loquitur de argumentis pro-

babilibus debeat intelligi ſecundum terminos legis ſciant cuncti, C. de probat. & illum ſequi videatur Thom.Gramm.d.vot.11.nu. 22. verſ. & minimè for-
517 mari poteſt, tamen id verum non videtur propter atrocitatem delicti, & verba clara illius textus, & cõmunem Doctorum intelligentiam, vt dicit Boſſ.in locis allegatis,& Dec.conſ.189.nu.4.5.6.& 7. verſ.ad ſecũdum col.2.& 3.& tradit Farinac.in d.pract.crim. d.tit.de homicid.q.123.inſpectione 3.num. 46.& 47.
518 Vnum eſt etiam notandum, quod aſſaſſinus, qui propter pecuniam hominem occidit, poteſt renunciare defenſionibus ſuis,licèt alias non liceat, iuxt.Gl. in l.pactum inter herede, ff. de pact.& dicta ſuperius, quia eſt hoſtis publicus,diffidatus à lege, & à quolibet offendi poteſt impunè, & contra eum proceditur de facto,& ex mero officio, & iuris ordine prætermiſſo, Marſ.in pract.crim.§.examinanda nu.21.& ſeq. verſ. & facit,& in l.vnica num.145.& ſeq.verſ. & dixit Dominus Paris,C.de rapt.virg.Grammat. voto 8.nu.1.2. & ſeq.vot.9.nu.4.verſ.modo clarum eſt, & nu. 17.& ſeq.verſ.& potiſſimè, Plaz.in epitome delict. ſub nu. 17.verſ.ceterum ex officio iudicantis mero, & nu.18. verſ.decimonono quod obiter menti occurrit, Gabr. tit.de malefic.concluſ.1.num. 23. verſ.ratio eſt,& 26. verſ.ſeptimo amplia,Decian.d.c.30,nu.17.verſ. dum autem,nu.24.& 25.verſ.procedi etiam poteſt,& verſ. ſeq.& nu.26.verſ.defenſionibus quoque,Capic.deciſ. 155.ſub num.26. verſ. decimum quod contra aſſaſſinos,& verſ.vndecimum, quod poſſit aſſaſſinos, Corrad.in pract.crim.tit.de aſſaſſinis ſub nu.3.& 4.Carer. in d.§.circa igitur tertium numer.12.13. 33. 34.& 39.
519 quod ita demum procedere intelligitur,ſi conſtet de qualitate aſſaſſinij ſecus autem ſi dubitetur,nam quando apparet,quod ſumus in aſſaſſinio,tunc põt procedi modo prædicto, & ipſe poterit renunciare defenſionibus,ſecus autem ſi dubitaretur,an aſſaſſinium commiſiſſet,vel ne ita dicit punctualiter Grammat.vot.11. numer.1.& plur.b.ſeq. poſt verſ.quibus non obſtantibus, qui id ex pluribus confirmat, ſentit Capic,deciſ, 112.numer.2.& 3.& tradit expreſsè Gabr.d. concl.1, num.28.verſ.declara omnia ſupradicta, Decian.d,c. 30.ſub nu. 25. poſt verſ. pariter, ibi, ſed ita demum, Carer.in d.§.circa igitur tertium num. 15. & ſeq.verſ. quod intelligas,vbi latè inſiſtit, Farinac. d.q. 123.inſpect.1.nu.17.verſ.bene tamen, & certè illud videtur,
520 verum, quia cum illa qualitas aſſaſſinij requiratur a lege,merito eſt probanda, l.Prætor, §.docere, ff.vi bonor.raptor.& l.1.§.ait Prætor.& ibi Bart. ff.nequid in flumine publico, maximè cum ſimus in qualitate, in qua firmatur id, quod eſt contra iuris communis regulas,de qua ante omnia debet conſtare,l.2.§.ſed ſi dubitetur, ff. de iudic. & ibi tradunt Doct. Dec.conſ. 13.ſub num.5.verſ.difficultas eſt,& verſ. ſecundo non ſufficit,& melius Grammat.d.vot.11.nu. 6. & 7.& dicit Gabr.d.tit.de malefic. d. conclu.1.nu.37. verſ.primo limita, quod eſt neceſſaria ſententia declaratoria, & vt dicit Boſſ.in pract.crim. tit, de foro compet. nu. 67. verſ. tertio adde, ad hoc, vt poſſit ille diffidatus pati pœnas d.cap.1. & tanquam diffidatus in qualibet mundi parte impunè occidi,opus eſt, quod conſtet de aſſaſſinamento, & quod ſuper eo ſit declaratum, ſcilicet,delictum eſſe probatum,Farinac.d.num. 17.
521 Et tenetur aſſaſſinus reſtituere pecuniã, vel aliud, quod accepit a mandante,etſi mortuus fuerit eius heredes adhuc lite non cõteſtata ad idem tenentur,Bald, in l.1.§.fi.ff.de eo,per quē fact.erit,et ibi Soc. num.10. Capic.deciſ.155.nu.27.verſ. decimo tertio,quod licèt hæres,Conrad.d.tit.de aſſaſſinis ſub num. 3. Carer.in d.§.circa igitur tertium num. 40. verſ. item aſſaſſinus, Bologn.conſ.8.num.7. verſic. præterea licet,Marſ.in pract.crim.§.examinata nu. 25.Plaza d.c. 19. num.7. verſ.quibus & illud conuenit, Dec.d.c.30.nu. 35.verſ. quinimò non ſolum,Farinac. d. q. 123.inſpect.3. nu. 70.verſ.decimum tertium eſt ſpeciale, & hæc reſtitutio eſt facienda | offenſo, vel eius hæredi ſi ſit occiſus, non autem ei, qui dedit ſecundum Decianum vbi ſupra,& ante eum hoc dixit Carer, ſub d. nu. 40. & Socin.in d.§. fi. nu. 11. verſ. ſed tunc ſupereſt dubitatio, Farinac.d.nu.70.in 13. ſpeciali,
522 Poteſt etiam aſſaſſinus torqueri ſine aliis inditiis, vt nominet mãdatorē, Marſil.in pract.crim.§.diligenter, nu.156.Capic.d.deciſ.155.ſub nu.26.verſ, decimoſecũdo quod aſsaſsinus,Decian.d,c.30.nu.27.verſ, põt etiã mandatarius, Plaz.d.c.10,num.13.verſ. decimoquarto ex eadem radice, Conrad. d. tit. de aſſaſsinis ſub num.3.Carer.d. §. circa igitur tertium numer.37. verſic.item mandatarius.
523 Inſuper contra aſsaſsinum teſtis de auditu alieno
524 facit indicium ad torturam, quia facit qualemqualem preſumptionem, quæ ſufficit contra aſſaſsinum, Carer.in pract.crim.§.circa igitur tertium numer.29. verſ.imò pluſ.Marſ.in pract.crim.§.examinanda num. 29.& poſt eum Plaza d.c.19.numer. 14.verſ.decimoquinto conſtat.
525 Et teſtes contra talem aſsaſsinum examinari, etiam lite non conteſtata,& parte non citata,poſsunt, & fidem faciunt, vt poſt Gemin.Franc. Abbat. Marian. & Bart.Soc.Fel.Dec,& Hyppol.de Marſ. tradit Gab.d. tit.de malef.concl.1.n.21.verſ,primo infertur,& poſt eũ Plaz.in d.c.19.n.17.verſ.decimo octauo illud etiã, & ante iſtos hoc tradit Marſ, ſing. 24. Clarum eſt, verſ.alius eſt caſus, Conrad.in pract. crim.tit.de aſsaſ. ſinis nu,3.fol.328.Carer. d.§. circa igitur tertium nu. 30.verſ.item eſt aliud.
526 Et aſsaſsini tam mandantes, quam mandatarii poterunt ab Eccleſia extrahi, qui non gaudent priuilegio eius immunitatis,Clar.in d. §. aſsaſsinium num,5. verſ.item licet aſsaſsinus,& in pract.crim.q.30. num. 11.verſ.ſcias tamē,quod hæc concluſio,& n.13.verſ. hoc aut multo magis,Plaz.d.c.19.nu. 24. verſ.23.ne ab inſtituto,& recto deuenientes ordine,dicēs,hac eſſe receptã opinionē apud omnes de hac re ſcribentes,
527 quam extendit nu.25.ad fautores,opemque præſtãtes, quos pariter immunitate Eccleſiæ nõ gaudere affirmat Decian.d.c.30.nu.12.verſ.poterunt etiã, & latiſsimè omniũ Couar.lib.2.variar.reſol.c. 20. verſ.ſeptimo vt ad inſtitutum, & alii per eos allegati, Fari. d.q.123.inſpect.3.n.69,verſ. duodecimũ eſt ſpeciale.
528 Et ex eo, quod dictum fuit ſupra, quod aſsaſsinus intelligitur diffidatus ab omni populo,& puniri poſsit impunè a quocunque, quæri poteſt non immerito, an poſsit, & ipſe per aſsaſsinium occidi, & quidem ego exiſtimarem pro affirmatiua concludendum, per regulam, quod quiſque iuris in alium ſtatuit, eodem iure ipſe vtatur,& licèt multi teneant,quod ſtante ſta-
529 tuto, quod bannitus poſsit impunè occidi, non liceat eum occidi facere per pecuniam,vt tradit nouiſſimè Dec.d.c.30.n.19.verſ.bannitus autem, tamen & in hoc caſu contrarium eſt verum,vt explicat Plaz.d. c.10.verſ. uigeſimo ad huius criminis punitionem, &

Alber.

Alber. de Rof. in tract. de ftatut. lib. 4. q. 20. licet num.
1. 2. 3. & 4. adducat multa argumenta, quod ftatutū
permittens impunè occidi bannitum, non procedit in
occidente eum proditoriè, & ad inftantiam inimico-
rum eius, & priuatam eorū iniuriam, & inimicitiam,
& præmio ab illis accepto, & fic per affaffinium, fub-
dit tamen fub eodem nu. 4. & 5. quod licèt fortè opi-
nio hæc de ftricto iure vera fit, tamen quia verba fta-
tuti funt indiftincta, & generalia, & indiftinctè, & ge-
neraliter concedentia bannitum quomodocunque in-
terfici, vidit feruari, & interpretari homicidā non pu-
niri qualitercunque, & quomodocunque interfecerit
bannitum, quia etiam præmio pecuniario communi-
ter inuitantur homines per ftatuta Ciuitatum ad ca-
piendum, & interficiendum bannitos, & præmium
pecuniarium ipfis promittitur, & datur per ftatuta, di-
cit tamen in finalibus verbis, quod tales occifores ze-
530 lo vindictæ, & pro lucro pecuniario, & delectatio-
ne effundendi fanguinem humanum peccant morta-
liter in foro confcientiæ, & Alberic. latè refert, & fe-
quitur Nell. in tract. de bannit. in 2. part. fecundi tem-
531 poris quæft. 12. num. 12. addens quod ifta opinio,
quod poffit talis bannitus etiā proditoriè, & per affaf-
finium occidi eft de iure vera, & feruatur de facto, &
illam etiam tenet, & feruari dicunt Boff. in pract. cri-
min. tit. banniti quid amittant num. 1. in prima, & in
fecunda fallentia, Clar. in §. homicidium num. 61. verf.
fed an licebit, Vulpel. dicens effe receptiorem fenten-
tiam refponfo criminali 59. num. 2. Vicent. de Fran-
ch. decif. Neapol. 276. nu. 4. in 2. parte, Plaz. in epit.
delict. lib. 1. cap. 7. num. 7. verf. cæterum, Monticel. in
pract. crimin. reg. 3. num. 28. in 15. limit. vbi atteftatur
de communi, Decian. in cap. quæ in Ecclefiarum fub
nu. 72. verf. vnde inferunt iunctis antea dictis, de con-
ftitutionib. & conf. 337. nu. 5. verf. & vlterius amplia-
tur difpofitio dicti ftatuti, Baiard. in additionib. ad
Clar. in d. §. homicidium num. 236. & 237. Farinac. in
practic. crimin. titul. de varijs, & diuerf. quæftionibus
quæft. 103. nu. 113. & 114. verf. amplia vigefimo, & vt
fuperius dixi, dum egi de homicidio legitimo, & rur-
fus de homicidio proditorio, & ab ifta opinione non
eft recedendum in practic. & in fpecie noftri cafus eo
magis procedere habet ifta conclufio, quia ita vide-
tur dicere Gabr. tit. de malefic. concluf. 1. numero 38.
verfic. fecundo limita, & reperio Carer. in pract. crim.
§. circa igitur tertium num. 12. & 13. verf. item affaffi-
532 nus fol. 138. à tergo, dicentem, quod adeò affaffinus
eft diffidatus à toto populo Chriftiano, quod poteft
impunè occidi, etiam a parte, eft verum quod Care-
rius in hoc reprænenditur per Dec. d. c. 30. fub nu. 7.
poft verf. dum autem.

533 Quæri tamen poffet quid fi quis fuerit condemna-
tus per contumaciam de affaffinio eo non fufficiente
probato iuxta difpofitionem dicto capit. 1. de homi-
cid. libro fexto, puta quia adeffent aliqua inditia, quæ
non præftant argumenta probabilia, vt textus ille re-
quirit, an in alio loco non fuppofito ftatuti vigenti-
bus ferè vbique locorum, quod contumax habeatur
pro confeffo, & conuicto, & condemnari poffit, talis
bannitus in contumaciam poffit occidi extra dictum
Territorium ftatuentium, iftam quæftionem format
Boff. dict. tit. de foro compet. numero 68. & 69. verf.
fed hic effet attingenda quæftio, vbi dicat, quod fi in-
nitamur banno, & diffidationi Pontificis, de qua in
dict. c. 1. quæ fit ipfo iure, confito de delicto, & delin-
quente etiam ex probabilibus argumentis conuicto,
& fequuta declaratoria, quod probatum fit affaffina-
mentum, eo in cafu per totam Rempublicam Chri-
ftianam ifte poteft impunè offendi, tanquam per to-
534 tum fuum Imperium, quia ipfe Pontifex eft Vica-
rius Chrifti, cuius eft terra, Clement. 1. de iudicijs, &
notatur in cap. nouit, de iudicijs, & ponit Bart. in ex-
trauaganti ad reprimendum, qui funt rebelles, in ver-
bo per ædictum col. 2. Idem fi effet bannitus à Cæfare
banno imperiali, vel ab eo diffidatus, quia per totum
fuum Territorium poffet impunè offendi, Angel. d.
conf. 14. fub num. 3. poft medium verf. in hoc ergo af-
faffinos, & aliquid, habetur per Bald. in l. 1. n. 13. verf.
& circa primum, C. de hæredib. inftituend. Extra au-
tem Territoria Pontificis, & Imperatoris fi ita dici
poffet impunè offendi non poffet, fed in illis fecurus
535 effet, quia aliena Territoria præftant faluum condu-
ctum, & fecuritatem, arg. l. præfenti, & l. denuntiamus,
C. de his, qui ad Ecclef. confug. Bald. in l. 1. col. 7. verf.
fed hic quæritur, C. de fumma Trinit. & fide Cathol.
Socin. in l. 1. in princ. in 2. col. ff. de acqu. poffeff. & fe-
cundum prædicta intelligi debet lex 3. §. transfugas,
ff. ad l. Corneliam de ficarijs, fi verò innitamur banno
facto fecundum ftatuta Ciuitatis, tunc fumus extra
hos terminos, & recurrendum eft ad ea, quæ pofuit
Bal. in d. l. 1. C. de hæredib. inftituend. vbi num. 16. &
feq. verf. de forma, & num. 20. & feq. verf. his autem
536 vifis, tenet, quod forma data à ftatutis fit obferuan-
da, & quod bannito facta pro delicto cum certa, & de-
terminata pœna fuum debeat habere effectum, & exe-
cutioni mandari, etiam fi in contumaciam banniti
facta fit, intra tamen Territorium Statuti, & non vl-
537 tra, quia lex municipalis habet effectum intra fuum
Territorium, & vltra non extenditur, l. fi. ff. de iurifd.
omn. iud. & ibi notant omnes Doct. & tradit Bald. in d.
l. 1. fub num. 13. verf. & circa primum dico. C. de hæ-
redib. inftit. & prædictam diftinctionem Boffij, ea al-
ter non relata, approbat Decian. d. c. 30. num. 7. verf.
dum autem ad finem, ibi, fed an fi fuerit condemna-
tus per contumaciam, vbi fe remittit ad eum verè iu-
dicio fuo benè diftinguentem.

538 Nec omittendum eft, quod confeffio mandantis nō
probabit delictum in præiudicium mandatarij, nec è
contra confeffio mandatarij nocet mandanti, quoad
hoc, vt ex ea fufficiens infurgat probatio ad condem-
nandum, fecundum Alex. conf. 166. numer. 6. verf. &
certum eft lib. 7. Gabr. d. conclui. 1. nu. 41. verf. quin-
to, limita Plaz. in epit. delict. d. c. 19. num. 28. verf. po-
ftremo, & illud, & Decian. d. c. 30. num. 43. verf. con-
539 feffio autem, immo nec facit inditium ad torturam,
fi non concurrat aliquod adminiculum, Alex. conf. 96.
in fi. lib. 2. conf. 89. num. 10. & conf. 128. num. 5. lib. 4.
Grammat. conf. 20. fere per totum, & ibi etiam Ioan-
nes Simon Putanna d. conf. fubfcribens, & ante illos
Bald. conf. 98. n. 7. poft verfic. nunc vifo de verbis lib.
1. cuius contrarium eft verum, idem Alexand. fatetur
conf. 120. num. 3. verf. vel & quarto poffet refponde-
ri lib. 7. & eft in illis terminis decifio vera, quia fumus
in cafu, in quo focius interrogari poteft de focio cri-
minis, vt dicit Boff. in pract. crim. tit. de inditijs, & con-
fiderationibus ante torturam fub num. 155. poft me-
dium ibi, & vbi effemus, Iaf. conf. 103. in princ. lib. 4.
540 dicens, quod in hoc cafu affaffinatus focius talis cri-
minis poteft interrogari contra focium, & facit legi-
timum inditium contra eum ad torturam, Bologn.

consilio 8.sub num.6.vers.in quo assassinamenti hor-
rendo delicto,Dec.cons.189.sub nu.10.ad fin. versic.
secundo non obstat,Gr am.vot.15.nu.1.& alii conge-
sti per Decian.d. c.30. nu.40. vers. poterit etiam, vel
dicendum est hoc totum residere in arbitrio Iudicatis,
an scilicet , & quando dictum hoc socij sufficiat ad
torturam contra socium, qualitas enim personarum,
& aliæ circunstantiæ in hoc plurimum habent mo-
menti,vt firmat Decian.d. c.30. nu.43. vers.confessio
autem, post Baldum, quem credo voluisse allegare in
consilio 259.lib.1. vbi num.4. resp.septima ratio, di-
541 cit,quod,an inditium sit sufficiens ad torturam, mul-
tum pendet ex æquitate Iudicis,cum certa regula da-
ri non possit,immo quia requiruntur inditia certa pro
babilia,& verisimilia,non leuia, nec persunctoria, nec
quæ possunt pluribus modis interpretarij, quoniam
de salute hominis agitur,ideò debent inditia ad tortu-
ram esse tanquam luce clariora in sua specie inditio-
rum,& recto arbitrio Iudicis committuntur,quod ali-
bi tradit idem Bald.videlicet,cons.77.num.1. consilio
364.num.1.& 2.lib.3.& cons.402.lib.5. Alex.consilio
113.num.12.lib.7.& ibi plena apostilla, Crauet. cons.
542 6.nu.12. Sanè extra hanc materiam, & alios casus
exceptos regula est,quod mandatarius,si suscepit mã-
datum , non facit inditium ad torturam non concur-
rente alio, adminiculo, si verò non suscepit secus, &
ita obseruatur,vt dicit Boss. d.tit.de inditijs, & consi-
derationib.ante torturam num.154. & 155. versic.ex
prædictis etiam habet,vbi allegat inter cæteros Bald.
consil.429.an mandatarius,libro 3. vbi hoc ita tenet,
sed Clar.in practica crim.q. 21. num.12. versic. & ex
hac conclusione,dicit,quod sibi placet communis o-
pinio Doctorum,vt nullo casu faciat inditium ad tor-
turam,nisi aliqua alia præsumptio, vel saltem suspicio
concurrat contra eum,qui nominatur pro mandante,
alias esset in facultate cuiuslibet scelesti facere, quod,
quilibet vir probus subijceretur tormentis, quod esset
impium, & absurdum, & subdit, quod ita semper ser-
543 uari vidit,ita tamen,quod in criminibus exceptis le-
uiores suspiciones sufficiant , quam in non exce-
ptis .
544 Pęna autem huius delicti est quod talis criminis Rei
in frustra scindi debeat,Plaz.d.c.19.num.5. vers. rur-
sus ipsos interfectores , vbi etiam refert in pluribus
partibus vsu,ac consuetudine receptum esse, quod ad
caudam equi trahantur, & postea laqueo suspendun-
tur,quod etiam voluit Soc.in l.1.§. fin. num.9. versic.
in ea Gl.ibi exemit,ff.de eo, per quem factum erit, &
Soc.& Plaz.sequitur Clar. in d.§. assassinium num. 4.
versiculo sed quæro, quæ sit pœna assassini, Dicit ta-
men Carer.in d.§.circa igitur tertium in fi.nu.47.vers.
circa vero corpus fol.140.a tergo, quod per frustra
scinduntur,& quod ita hodie faciunt Iudices propter
criminis immanitatem, & ad aliorum terrorem, idem
voluit Capic.d.decis.155.num.2.sequitur Clar.in ver-
siculo supra allegato,& nouissimè Decian.d.c.30. nu.
31.vers.pœna autem assassinorum,& facit opinio Ab-
batis in c.at si clerici,de iudic.nu.41.vers.contra tales
enim ad fin.ibi,videtur ergo, Gabr. d.conclus.1. num.
35.vers.decimoquarto amplia.
545 An autem committatur assassinium, si quis occide-
ret aliquem nullo dato,vel promisso premio, sed vt al-
teri complaceat affirmatiuam tenet Ioann. Andr.cap.
vendit.de cleric.non residentib.quem refert, & sequi-
tur Grammat.vot.9.num.3.vers.& alibi dixit, & tene-
runt Carer.in d. §.circa igitur tertium nu.5.vers. & ne-
dum aliquo dato,vel promisso fol. 137. & 138. Gabr.
d.tit.de malefic.conclus. 1.nu.4.vers.secundo amplia,
& Baiard.in addition.ad Clar.in d.§.assassinium, num.
7.vers.item adde, quod assassinus,& Farinac. d.quæst.
123.inspect.2.nu.38.vers.amplia decimo, qui tamen
num.40.allegat Gabr.cons.170.nu.15. & seq. lib.1.
Vulpel.cons.143.num.7. & nonnullos alios tenentes
546 contrarium,sed aduertendum est, vt dicit Carer. vbi
supra,quod hoc ita demum procedit,si sub spe conse-
quendi beneficium ex tali complacentia,vt quia com-
placeat ei,qui verisimiliter esset ipsum remuneraturus
alias semper diceretur committi assassinium, cum ne-
mo pro altero delinquat,nisi complaceat alteri, & sic
mandator semper tenetur de assassinio, & de delicto
qualificato, & non de mandato simplici ad committen
dum homicidium,& similiter mandatarius semper pu
niretur de assassinio,& non simpliciter de homicidio,
Farinac.d.q.123.inspect.2.numero 39.versicu.limita,
volens, quod adsit aliqua spes certa premij, & lucri,
& sola complacentia non sit satis, quia alias omnes
mandatarij essent assassini, cum nullus sit, qui similia
faciat,nisi vt mandanti complaceat, & dicit Gabr.d.
conclus. 1.nu.5.vers.contrarium colligitur, quod Bal-
dum per eum allegatus in cons. quod non potui repe-
rire in meo libro,tenuit contrarium, cuius opinionem
ipse sequitur, quia semper secundum dictum Ioannes
Andr.& Grammat.mandatum diceretur continere as-
sassinium, cum semper mandatarius, si non facit pre-
cio,vel spe premij inductus , faciet , vt complaceat
mandanti,sequitur Baiard.d.n.7.vers.item adde,quod
assassinus,vbi etiam subdit num.8.quod nec com mit-
547 titur assassinium,si quis mandaret alicui,quod occi-
deret hominem his verbis generalibus,*che non li man-
cherebbe mai a i suoi bisogni*, vt in indiuiduo consuluit
Vulpel.cons.143.pe totum, & maximè nu.5. & seq.
vers.& insuper,quia,vt locus sit assassinio requiritur,
548 vt certum quid datum,vel promissum fuerit manda-
tario,vt homicidium committeret, ita vt generalia e-
iusmodi verba, quod mandatario semper præsto erit
mandans,non sufficiant,ex notatis per Bald. d. consil.
383.num.3.vers.præterea illud dicitur promissum li-
br.5.repetitum in cons 98.lib.1.idem sentit cons. 156.
post princip.libro 1. sequitur Alciat.cons.11. numero
18.& 19.vers.secundum caput lib.1.Boss.in pract.cri-
min.tit.de mandato ad homicidium num.35. vers. &
textus in d.cap.1.vbi in specie loquitur de ulis verbis,
quod mandatario nunquam defuisset mandans, Fari-
nac.d.q.123.inspect 5.num 145.vers.limita tertio, ubi
tamen,nu.145.vers.contrarium,refert alios contrariũ
dicentes,quibus adhærere videtur.
549 Per venenum dicitur committi homicidium, quã lo
aliquid veneno malo scienter aliquem occidit,dans il-
lud ad bibendum, vel manducandum,l.1.§. præterea,
& l.3.in princ.ff.ad l.Cornel.de sicar.Clar. in §. homi-
cidium sub num.12. post vers. pluribus autem modis
ibi dans etiam,& num.13.vers.pariter, Plaz.in epito-
me delict. lib. 1. c. 20. num. 1.vers. & eos dici constat,
Decian.in tract.crim tom.2.lib.9.c.23.num.13 vers.
dans quoque venenum,Carer.in pract.crim. §. ut tex-
tu, ibi,veneficorum in princ.princip.fol.34.Menoc.in
tract.de arbitrar.iudic.lib.2. cent.4. casu 359. num.2.
& seq. & casu 360.num.20. & 21. post vers. septimo ,
cogitatio,Gomez.in commentar. variarum resolutio-
num tom.3. de delictis c.3. de homicidio nu.7. vers.
tertius

tertius casus, & alijs, de quibus infra.

550 Plus est autem veneno necare, quam gladio occidere, vt dicit text. in l. 1. de malefic. & mathemat. & tradunt Carer. in d. §. in textu, ibi, veneficorum num. 2. Gigas in tract. de crimine lesæ Maiest. tit. qualiter, & à quibus crim. læsæ Maiest. committat q. 10. num. 24. Plaz. d. c. 20. in princ. Gomez. d. tit. de homicid. num. 7. vers. tertius casus, Boss. in practic. crim. tit. de homicid. num. 14. post vers. & dans venenum, Grammat. cons. crim. 36. num. 2. & voto 3. num. 1. & decis. 33. num. 1. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 22. in princ. num. 1. Ioann. de Arnon. epitomate 49. ad materiam, Farinac. in pract. crim. tit. de homicidio, q. 122. sectione 1. num. 2. vers. amplia primo, & alij, qui consultò
551 committuntur, & ratio est, quia is, qui veneno extinguit, proditoriè & per insidias occidere dicitur, & hominem incautum, & indefensum, & non expectantem offendit, vt præfati omnes Doctores latè explicant, & ego dixi supra in discursu proditorii homicidii in versic. & est species proditionis, & nunc additor Farinac. d. q. 122. sectione 1. num. 4. vers. amplia secundo.
552 Et adeò est abhominabile, & exosum hoc veneficii crimen, vt quia mala venena alicui vendidit, ex quo mors alicuius sequuta est, pœna legis Corneliæ de sicarijs tenetur, l. 3. in princ. & in vers. eiusdem legis, & in §. alio senatusconsulto, ff. ad l. Corneliam de sicar. & ibi notant Bart. & Marsil. Carer. in d. §. in textu, ibi, veneficorum nu. 1. & 3. fol. 34. Plaz. d. c. 20. sub nu. 9. vers. quibus & illud, Gomez. d. tit. de homicid. num. 9. vers. adde tamen circa prædicta, Menoch. d. cas. 359. num. 1. Farin. d. q. 122. inspect. 3. nu. 32. & seq. quod tamen intelligendum videtur procedere, & quando do-
553 lo scienter, ac data opera venenum vendiderit, vt alter ex eo occideretur, nam tunc fere vt author pœna legis Corneliæ de sicar. tenetur, vt declarat Menoch. d. cas. 359 num. 2. & 3. vers. ego tamen, & Farinac. vbi supra, quod si dolo careret vendens, aliud dicendum videretur, nam & si Ang. in d. §. alio senatusconsulto dicat notandum esse illum textum contra aromatarios vendentes aromata venenosa, quia si teme-
554 re vendiderunt, puniuntur lege Cornelia de sicarijs, & quod dicuntur temerè vendere, quando vendunt discolis, & incognitis, qui verisimiliter ea sunt in vsum pessimum conuersuri, & Angelum punctualiter sequatur Marsil. ibi, qui amplius ponit exemplum, si aromatarius tales res vendat aliquibus fatuis, vel alicui seruo, seu alicui Meretrici, & sic personis, in quibus potest cadere aliqua suspicio, quod talia velint adoperare in damnum alicuius, secus si illa vendunt probis viris, vel aliquibus patribus familias, in quorum personis nulla cadat suspicio, vt si emant venenum, vt interficiant mures, vel alia animalia damnum dantia, vt sæpè occurrit de facto, de quibus, & alijs eos sequentibus meminit Farinac. d. q. 122. inspect. 3. num. 49. & 50. in 3. limit. & textus ipse videatur hoc expresse dicere in illis verbis, si cui temerè, tamen ex quo adsit solum temeritas absque dolo pœna non erit ordinaria, sed extraordinaria tantum, ratione culpæ, etiam si ex tali poculo, vel veneno mors fuerit sequuta, quia ementes illud dederunt causa occidendi, & ita formaliter dicit Gomez. d. tit. de homicid. sub num. 9. post vers. adde
555 tamen circa prædicta, vbi subdit, quod si talis emptor erat seruus, qui se interfecit, tenebitur venditor ad solutionem precii, & æstimationis, & ad totale interesse, & quod ita, cum casus contigisset de facto, interrogatus respondit, & consuluit, & ita sequendo in omnibus Gomezium, dictum Angeli, & Marsilii, declarat Plaz. d. c. 20. sub num. 9. post litt. A in vers. quibus & illud, Nec dissentit in hoc Menoch. d. cas. 359. sub num. 1. ibi, verum quia, & sequitur Farinac. d. inspect. 3. num. 51. vers. immo etiam, dicens, quod & in
556 casu venditionis factæ, si qui vendidit venenum non erat particeps futuræ venenationis, etiam quod venenum vendiderit fatuis, dementibus, & indiscretis personis, non propterea dicitur in dolo, sed tantum in culpa, & proinde non tenetur pœna mortis, etiam quod ex vendito veneno mors alicuius sequuta fuerit, & est verissima opinio, quia pœnæ ex illa lege Corneliæ sunt veræ, l. pæn. ff. de sicar. & propterea licèt textus dicat teneri vendentem temerè venenum pœna illius legis, non tamen sequitur, quod teneatur pœna
557 capitis, & notandum est, quod licèt lex loquatur de vendente veneno, & ei pœnam imponit, intelligitur etiam de emptore, qui debet subire eandem pœnam, nam par est prohibitio emptionis, & venditionis, &
558 natura correlatiuorum est, vt dispositio de vno solo loquens, ad aliud extendatur, etiam non expressum, fin. C. de indict. viduit. tollend. & l. fi. ff. de acceptilationib. & vtrobique notat Bartol. & alii Doct. sequuntur,
559 & ideo dixit idem Bart. in leg. 1. C. de expresd. lib. 11. quod pœna apposita vendenti, censetur apposita ementi, refert, & sequitur Felin. in c. vlt. extra de Iudæis, & tradit Ioan. de Arnon. epitomate 48. cum habeamus, quē ad hoc propositum refert, & sequitur Menoch. d. cas. 359. sub nu. 3. vers. qua in re admonendum etiam est, & Ioann. de Arnon. & Menoch. sequutus est Decian. d. c. 23. sub num. 13. vers. dans quoque, ibi, idem dicendum de emente, & tradit etiam Farinac. d. q. 122. inspect. 3. nu. 39. vers. amplia secundo. Verum si mors
560 sequuta non fuerit ex veneno vendito, tunc, qui illud vendidit, etiam scienter, vt homicidium committeretur, non punitur pæna ordinaria, sed extraordinaria arbitrio Iudicis, vt ex facto consultum respondit in conficiente, & vendente venenum scienter ad homicidium committendum Collegium Bononiense cons. 41. nu. 2. 3. & 4. inter cons. crim. diuers. lib. 1. in primo loco collectis per Zilet. in parua forma, quod etiam sic declarauit statutum Tergesti, per quod imponitur pæna mortis tractanti aliquem occidere, vt intelligatur, quando actus fuit perfectus, non autem quando nō est perfectus, vt ideò, qui mandato alicuius ad homicidium committendum venenum hoc malum confecit, & vendidit pæna illius statuti non puniatur, mortis effectu nō sequuto, & dictum Collegium Bononiēse sequutus est Menoch. d. cas. 359. num. 4. & 5. vers. declaratur etiam, & ita etiam voluit Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 23. num. 4. vers. qui etiam, dicens, quod
561 qui mala medicamenta in publicum vendiderit homines necandi causa lege Iulia de sicariis punitur, dū modo effectus mortis sit sequutus, & melius sub num. 13. post vers. dans quoque venenum, vbi dicit, ita demum dantem venenum scienter ad hominem occidendum teneri pæna ordinaria, si sequatur homicidiū alias autem teneri pæna extraordinaria, quod optima ratione confirmari potest, quia lex simpliciter, & absolutè non prohibet venditionem veneni, sed statuit, vt pigmentarii, si temerè vendant aliquod genus veneni, teneantur pæna legis Corneliæ de sicar. d. l. 3.
562 §. alio Senatus consulto, ff. de sicariis, illud enim importat illa dictio, temerè, quæ innuit, quod passim omnibus

nibus

nibus fidè, & inconsulto nulla facta distinctione, ne-
que causæ cognitione vendere non debent, iuxt. l. eũ,
quem temerè, ff. de iudic. & iuxta rubricam, & nigrum,
Instit. de pœn. temer. litigant, quod si causam iustam
intellexerit, & personæ, quibus vendunt, non sint sus-
pectæ, culpa carent, & vendere possunt impunè, & ita
considerat Decian. d. c. 23. num. 5. vers. Senatus quo-
que consultum, & dicit Ioann. Faber in §. item lex Cor-
nelia de sicarijs sub num. 3. versiculo super textu, In-
563 stit. de public. iudic. quod venena, quæ nihil valent,
nisi ad nocendum, non possunt vendi publicè, idest cui
cunque volenti, nam personis notis, & fidelibus, de qui-
bus verisimile est, quod illis indigeant pro bono, vt for
tè medicis, & marescalis possunt vendi sine pœna, &
seruatur, quæ dicā infra de cõficiente ad hoc maleficiu.
564 Tenentes autem venenum de consuetudine non te
nentur aliqua pœna, nisi probetur eos tenuisse animo
occidendi homines, ita concludit Paul. de Castr. cons.
259. Visa inquisitione supraścripta, num. 3. vers. præ-
terea si aliud statutum non est h c lib. 2. Decian. d. cap.
565 23. num. 11. vers. tenentes autem, benè verum est,
quod de iure aliud est, vt probat l. 3. in princ. & in ver-
siculo eiusdem legis, ff. de sicarijs, nam ibi dicitur, quod
lege Cornelia de sicarijs tenentur, quod tamen debet
intelligi, non vt teneantur eadem pœna, qua lex Cor-
nelia ordinariè afficit veneficos, sed alia minori ex ea-
dem tamen lege Cornelia, vel debet intelligi, vt tales
tenentes venenum teneantur pœna dictæ legis Cor-
neliæ de sicarijs quando dederint alijs ad occidendum
hominem, & mors sequuta fuit, quia tunc pœna ordi-
naria tenentur, alias autem extraordinaria, vt tradit
Carer. in pract. crim. in §. sexto quæro nu. 29. vers. &
licet præfata iura, f. l. 115. & dicit Ioann. Faber. in d. §.
item lex Cornelia de sicarijs in finalibus verbis, quod
non punitur, qui tenet venena, sed qui vendit publicè,
idem tenet Carer. in d. §. in textu, ibi, veneficorum nu.
3. in fin. fol. 34. & patet ex his, quæ statim diximus.
566 Conficere autem venena delictum est, & quidem
graue, & penitentiæ, l. 1. §. præterea, & l. 3. in princ. ff. ad
legem Corneliam de sicar. Alex. cons. 203. nu. 3. & 4.
versiculo est enim sufficiens causa lib. 2. subdens opor-
tere probare de veneno malo, quia quædam sunt ve-
567 nena bona, quæ consistunt in medicamentis, iuxta l.
qui venenum, ff. de verborum signification. & l. quod
sæpè, §. venena, ff. de contrah. empt. & est textus Cla-
rus in l. 3. §. adiecto, ff. de sicarijs, & Alex. sequitur De-
cian. d. c. 23. nu. 12. versic. conficere autem venena, &
illud conficiens ad occidendum hominem, morte se-
quuta, punitur morte, alias autem extraordinariè
punitur, vt eleganter ex pluribus consuluit Cœpolla
consilio crimin. 5. per totum, & consilio 80. quod est
vltimum, etiam per totum, Carer. in d. §. sexto, quæro
num. 27. vers. item mortis causam præstat, & faciunt
ea, quæ diximus supra de vendente, & tenẽte venenũ.
568 Deferentes etiam venenum puniuntur lege Corne-
lia de sicarijs, ac si porrexissent, l. 3. in princ. ff. de si-
car. l. 1. in fin. & ibi Bar. etiam in fin. ff. ad l. Pompeiam
de Parricid. Ioann. Fab. in §. alia deinde num. 2. vers. in
glosa fortè, Instit. de public. iudic. & ibidem Angel. de
Aretio ad finem versiculo in glos. præparauerit, & idẽ
Angel. in tractatu de malefic. in verbo, & ex interuallo
numero decimosexto versiculo vnum tamen singula-
re notat Salycetto in lege 1. de malefic. & mathemat.
sub numer. 2. versiculo vel si teneas primam, Decian.
in tractatu crimin. lib. 9. c. 22. numero septimo, versi-
culo item deferens, sed hoc requirit altiorem indagi-
nem, nam verum est, quod Bartol. in dicta lege prima,
ff. ad leg. Pompeiam de parricid. dicit, quod, qui emit
569 venenum, vt daret alicui, licet non dederit, punitur
perinde ac si dedisset, & inquit hoc esse notandum con
tra illos Monacos, qui dicuntur voluisse venenare Ab-
batem Sancti Petri, & textus ille dicit, quid qui emerit
570 venenum, vt patri daret, quam quis non potuerit da-
re pœna illius legis tenetur, Salycet. in d. l. 1. C. de ma-
lefic. & mathemat. non firmat pedem, quærit enim an
eo ipso, quod quis venenum emit alium occidendi cau-
sa puniatur lege Cornelia de sicar. & dicit videri ca-
sum, quod sic in l. 1. in fi. ff. ad l. Pompeiam de parri-
571 cid. postea dicit facere in contrarium, quia ad actum
proximum non videtur adhuc venisse, ideo non debet
puniri, ac si fecisset per ea, quæ dixit in l. is, qui cum te-
lo, C. ad l. Corneliam de sicarijs, & ita tenendo ad con-
trarium respondet, quod ibi est speciale in filio volente
venenare patrem, vel quod ad actum proximum pro-
cessit, ideò ibi dicit textus, quod dare non potuit; De-
mum dicit, quod tenendo primam opinionem, dicen-
dum est, quod sit speciale in veneficio, quia delictum
illud multum clandestinè committitur, & occultè vita
hominis subtrahitur, & non plerunque potest remedia
ri, & faciliter committitur, & quod ideo dicitur in d. l.
1. quod plus est veneno extinguere, quam gladio occi-
dere, Ioann. Fab. in d. §. alia deinde, dum textus ille di-
cit teneri pœna legis Pompeæ de parricid. qui mor-
tem parentum præparauerit sequendo Gl. ibi, in ver-
bo præparauerit, quæ dicit fortè etiam si non occide-
rit secundum opinionem Placentini, fatetur, quid imò
opinio Placentini est vera, & hoc est expressum ibi,
nam ipsa præparatio est delictum damnatum propter
atrocitatem facinoris, & dixit facere legem finalem,
C. ad l. Corneliam de sicar. & Ioann. Fab. sequitur ibi
Angel. de Aretio in fin. versiculo in glosa præparaue-
rit propter atrocitatem criminis, idem Angel. de ma-
lefic. in verbo, & ex interuallo num. 16. simpliciter di-
573 cit, quod si quis emerit venenum, vt daret alteri, li-
cet non dederit, punitur, ac si dedisset, & ibi Augus. in
additionib. vers. item adde, quod Ioan. Fab. dicit, quod
in hac quæstione, vtrum, qui præparauerit venenum
alicui causa venenandi teneatur lege Cornelia de si-
carijs, etiam si non dederit, aliqui tenet affirmatiuam,
alij negatiuam, & nonnulli nihil firmant, tandem dicit
credere opinionem affirmatiuam, quæ fuit Bart. in d.
l. 1. ff. ● ; articul. non procedere, quia, quando non ex-
tarent Statuta actum consumatum requirentia, de ge-
nerali consuetudine totius Mundi, hodie nemo debet
mori, licet deuenerit ad conatum, nisi sequatur effectus
mortis, adeo quod secundum hanc opinionem ille de-
ferens venena non punietur pœna legis Corneliæ de
sicarijs, nisi ad hoc deferat, vt hominem occidat, &
mors sequatur, alias etiam si deuenerit ad actum pro
ximum, & mors sequuta non fuerit, punietur extraor-
dinariè arbitrio iudicis, prout etiam supra dictum fuit,
& inferius dicetur, vbi agetur de conatu ad hoc ma-
leficium, & dicit Illustrissimus Cardinalis Tuschus cõ-
clus. 69. in verbo, veneficus num. 9. versic. amplia quia
etiam tomo 3. quod præparans, & mittens venenum
ad occidendum aliquem est homicida, & tanquam ta-
lis potest puniri arbitrariè, & etiam ad mortem, & al-
legat Bald. consil. 211. illud malum ad finem lib. 4. id
optime dicentem, dici tamen posset, quod opinio Pla-
574 centini, & Doctorum eum sequentium, de quibus su-

pra est

pra est facta mentio, procedat in casu speciali d.l.1. ff.
de parricid. scilicet in filio, qui emerit venenum, vt pa
tri daret, licet illud non dederit, non solum quia non
potuit, sed quia eum pœnituit propter atrocitatem ip-
sius delicti, nam hoc casu propter atrocitatem tanti
facinoris filius debet puniri, ac si venenum dedisset, &
ita etiam tenuit Plaz.d.c.20.n.3.vers.cæterum ad Re-
giarum legum intellectum, & optimè habetur per Co-
uar. in cap. si furiosus, de homicid. in secunda parte in
princ. nu.12.vers. potissimum est admittenda, dicens i-
dem in matre, Baiard. in additionib. ad Clar. in d.§. ho-
micidium nu.33.versic. idem est in filio, & Anton. Go-
mez.d.tit. de homicid. sub nu.7. post vers. tertius casus
ad finem, versic. & propterea, & ante istos idem tenuit
Ioann. de Platea in §. eadem lege sub nu.69. vers. item
an eo ipso, Instit. de public. iudic. & Decian. c.23. nu.
1. lib.9. tractatu crim. & prius c.9.n.3. vers. præterea.
575 Et est tantæ immanitatis hoc crimen, vt propter il-
lud inter Coniuges concedatur separatio Thori, vt no
tant Abb. & cæteri Doctores in cap. literas, per illum
textum extra de restit. spoliat. & in c.1. de diuort. Dec.
in cons.603. Viso puncto sub num.7. & 8. vers. est er-
go videndum, Decian. d.cap.23. numero 5. vers. inde
quoque, & præter istos Cathelan. Cotta memoral. in
verbo vxor suspecta circa principium, & Plaza dicto
c.20.n.4. versic. illud vero prætermittendum non est.
576 Et Iudex in hoc crimine tanquam valdè atroci, &
occulto debet esse procliuior, & promptior ad tortu-
ram, quam in alijs Criminibus, Bald. in l.3. C. de Epi-
scop. audient. Alex. consil.77. num.5. versic. & tanto
magis lib.1. Grammat. decis.33. num.4. vers. & in tan-
tum, Alba cons.72. sub num.2. vers. infertur, & aliud
lib.1. Afflict. lib.3. constit. Regni rub.41. de malis, &
nosijs medicamentis in constit. mala noxia numero 3.
versic. & est sciendum, Decian. d.c.22. num.8. versic.
& Iudex in hoc crimine, vbi etiam subdit, quod, & in
577 die Paschatis Iudex poterit deuenire ad torturam, vt
p Alex. in l. Diuus n.41. & ibid. per Ias. n.6. ff. de ferijs.
578 Et adeo odiosum est legibus hoc crimen, vt venena
prohibeantur in pœnis, adeo vt Iudex non possit con-
demnare reum, vt veneno pereat, vt probatur in lege
aut damnum, §. proinde, ff. de pœnis, & ibi notant Do-
ctores, Decian. d.c.22.n.10. vers. quin, & venena, Plaz.
d.c.20. sub numero 7. post versic. illud tamen vtiliter
inquirendum erit, Gomez. d. titulo de homicid. sub nu.
7. post vers. tertius casus circa medium post versiculo
pro quibus facit, & in legibus Tauri super lege 76.
sub num.17. versiculo item adde, quod talis offensus,
579 Et ex hoc quærit Plaza d.num.7. post versiculo il-
lud tamen vtiliter inquirendum erit, an bannitus, qui
licitè, & impunè occidi possit ex statuto, valeat occidi
veneno, vbi arguit, quod nō ex d.l. aut damnum §. pro-
inde, ff. de pœn. & recitat Carer. in d.§. lexto quæro
num.34. vers. in tantum, & alios tenentes contrarium
explosa sententia Bald. in l. Gracchus, ff. de adulter.
quibus iungi potest Afflict. in d. constitut. mala noxia
post numero sexto, versiculo an autem, in qua tamen
contrarium credo tenendum, vt supra dixi, dum egi
de homicidio legitimo, & de homicidio proditorio, &
rursus de homicidio commisso per assassinium in ver-
siculo, & ex eo, quod dictum fuit, ad quæ dicta libens-
tissimè me remitto, & ad latè tradita in meis resolutio-
nibus criminalibus centur.3. casu 278. addens nunc
Farinac. in pract. crim. titul. de varijs, ac diuersis quæ-
stionib. q.103. num.109. vers. sic, & veneno, post Vul-
pel. cons.59. nu.4. Decian. in tract. crim. lib.7. capitulo
30. num.5. & alios per eum allegatos, & licet nu. mero
110. vers. prout, & contrarium, quod s. bannitus ve. eno
necari nequeat multos contrarium tenentes allegat,
tamen num.114. & 122. firmat hanc primam opinio-
nem communiter in practica obseruari, & in ista ma-
gis procedere, quando statutum loqueretur verbis vni-
uersalibus, aut alijs importantibus occisionem quomo
docunque factam, non approbo tamen conciliationem,
quam affert Gomez. in d.l. tauri 76. ante num.18. vers.
sed pro vera, & notanda cōcordia, vbi dicit quod hoc
casu homicida tenetur de excessu, & sic de ista qualita-
te proditionis, cum qua fecit delictum, non vero de to-
tali delicto, quia licuit occidere, & sic punietur tantum
extraordinaria pœna pro illo excessu arbitrio Iudicis,
non verò pœna ordinaria delicti, arg. l. si adulterium
cum incestu, §. Imperatores, ff. ad l. Iuliam de adulter.
& l. Gracchus, C. eod. tit.
580 Et si statuto cautum sit, quod infra duos menses tā-
tum a commisso maleficio homicida accusari possit
de homicidio, veneficus non compræhendetur in tali
statuto, quia plus est veneno extinguere, quam gladio
occidere, & quia homicidium dicitur a cæde manu fa-
cta, l. qua actione, §.1. & l. ita vulneratus in princ. ff. ad
l. Aquiliam, quæ non est in extincto veneno, & statuta
581 sunt intelligenda secundum proprium significatum,
ita dicit Iacob. Butrig. inter consilia crim. diuers. cons.
15. in princ. & per totum lib.1. in impressis primo loco
per Zilet. in parua forma, Salyc. in d.l.1. nu.2. vers. vlt.
dicit Iacob. Butrig. C. de malef. & mathemat. Ioann. de
Platea in §. eadem lege sub nu.68. vers. sed quid si sta-
tutum præfigit certum terminū, Inst. de pub. iud. Fari-
582 nac. d.q.122. inspect.1. n.9. in quinta ampliatione, &
ex atrocitate delicti veneficus non gaudet immunitate
583 Ecclesiæ, & ab ea extrahi potest, Gigas in tract. de
crim. læsæ Maiestatis tit. qualiter, & a quibus crimen
læsæ Maiest. committat. q.10. n.27. & pl. c. seq. vers.4.
fallit supradicta conclusio fol.30. & 31. Ioan. de Anan.
in c.1. de homic. Boer. decis.109. sub nu.5. post ver. de
triplici homicida, ibi secundo in eo, Dec. d.c.22. nu.4.
vers. ex qua criminis immanitate.
584 Maius dubium est, si statuto caueatur, quod si quis
uoluerit alium uenenare, capite puniatur, an statutum
hoc habeat locum in illo, qui præparauerat uenenum,
si delictum non fuit consumatum, an uero procedat
tantum in eo, qui ipsum delictum consumauit, & ui-
detur, quod non habeat locum, nisi delicto consumato
quia uerbum illud, uoluerit, intelligitur, quod re ipsa
585 fecerit, ut de tali expositione est glos. in l.1. in uerbo
uoluerit ff. de legat.2. quem testum ibi ad hoc notant
Paul. de Castr. & Alexan. & in l. si constituerit in uers.
uoluisse, ff. finium regundor. & in lege quod si ab initio
ff. si cert. petat. & seruit ad idem lex finalis, ff. de rer. di-
uis. in illis uerbis, muros transcendere uoluerit, quæ in-
terpretantur, quod re ipsa transcenderit muros secun-
dum glossa ibi exponentem dicta uerba transcendere
uoluerit, idest uoluntariè transcenderit, ex qua Bartol.
ibi notat, quod statutum, quod si quis uoluerit ali-
quam mulierem corrumpere, capite puniatur, intelli-
gitur, quod cum effectu illam corruperit, ex quo dicto
infert Cremens. in suo notabile 49. defensaui semel,
quod statutum capite puniens, qui uoluerit aliquem
uenenare, non habet locum in præparante uenenum,
si delictum non fuit consumatum, sed in prædictis,
quæ Doctores simpliciter sequi uidentur, aduer-
586 tendum est, quod talis expositio est contra proprie-
tatem verborum, cū voluntas ab ipso facto distingua-
tur, &

tur,& separata sit,c.1.de eo, qui mittit.in poss.ff.l.pro. missor Stich.§.cū cōstit.ff.de cōst.pecun.& ideo exponere verbū,voluerit,pro ipso actu,est cōtra proprieta
587 tem verborum,licet aliquando talis expositio tollerari possit propter subiectam materiam, secundum quam verba accipiuntur,l.si vno in princ. vbi Bart. C. locati,etiam in propriando ipsa verba, & hoc modo procedit gl.in d.l.fin. ff.de rer.diuis.nam ibi illa expositio erat necessaria, quia pœna, de qua ibi agebatur, erat imposita pro ipso facto,vt colligitur in principio illius legis,dum dicitur,si quis violauerit muros,verbū
588 enim illud, violauerit, denotat factum,idem sumitur ex alijs verbis,scalis admotis,quæ itidem factum designant, & licèt postea in fine legis dicatur, q Rhemus occisus fuit,ex eo,quod muros transcendere voluerit,
589 consonat, quod verbum illud voluerit, pro facto intelligatur secundum quod in principio legis dicitur,& ideo illatio, quam facit Bart. in d.l.fi. ad statutum non bene procedit, quia in statuto non concurrit,illa ratio interpretandi, quæ in d.l.fin.habetur, & in contrariū
590 est regula,quod verba statuti propriè debent intelligi, l.3. §. hæc verba, vbi Bart. ff. de neg. gest. & pari ratione non videtur satisfacere decisio Cremensis d. notab.49.quod statutum,si quis voluerit venerare aliquem, non habeat locum in eo,qui venenum præparauit, quia militat ratio inducta contra Bart. in casu statuti no subest illa necessitas recedendi à proprietate verborum, prout erat in casu dictæ legis finalis, ff. de rer.diuis.& quia in casu,in quo loquitur Cremensis ille non habuit simplicem voluntatem, sed deuenit ad actum,quia venenum præparauit,& per eum non stetit, sed delictū non consumauit, quia fuit detectus,vt ipse dicit,quo casu statutum videtur voluisse talem pę-
591 nam imponere propter atrocitatē delicti, quia plus est hominem veneno extinguere, quam gladio occidere d.l.1. C. de malefic. & mathemat. & videtur ad hoc bene facere decisio Bart.in d.l.1.in fi.ff. ad l.Pompeiam de Parricid. de qua etiam supra diximus, quod
592 ille, qui emit venenum, vt daret alicui, licet non dederit,punitur tamen ac si dedisset,quod inquit notandū contra quosdam Monacos, qui voluerunt Abatem venenare, ista sunt verba Decij in l.certi conditio, §. fin.n.8.& 9.vers.in gl.ff. si cert. pet. & in l.nō vult hęres esse n.4.& quam plurib.seq. vers.& secundum istū intellectum,ff.de reg.iur.& dicit in d.l.certi cōditio d. §.fin. quod illud dictum Bart. in d.l.fin. nunquam sibi placuit,& eodem modo sibi nō satisfecit decisio Cremensis, & Additionarius ibi approbat Decium,& dicit bene sentire contra Bart.& falsam esse decisionem Cremensis,eandem opinionem Decij approbat Hyeronym.Cucalon in d.l.nō vult hæres esse in appostilla magna in verbo, necessitas, vbi eam quinque fundamentis comprobat, & ad adducta pro contraria parte respondet, dicit tamen quod opinio cōis est in contrarium, & quod in iudicando durum esset ab ea recedere, licet ipse si casus eueniret talis delicti iudicaret intrepidè contra communē,& credit quod rectè iudicaret cum Decio etiam aduersus decis.Bart.in d.l. fi.& Cremens.d.notab.49.tenet Decian.in tract.crim. to.2.lib.9.c.23.sub nu.3.post vers.sed an conatus circa medium vers.quinimò plus voluit, dicens esse opinionem veriorem ex verbis statuentium,licet in iudicando,& consulendo non auderet secundum eam tenere, sed potius in contraria partem inclinaret, vti mitiorem,& benigniorem,sed pro communi opinione stant deducta per Fel. in tract. quando conat. puniat.in 5.fallent.nu.6. & in 8.fallent.num.8.sub etiam in specie meminit de dicto Bart.in d.l. fin.& Socin. in reg.31.in verbo attentatio in 3. fallent. à qua in pratica recedere durum esset, & propterea standum dictæ opinioni communi.
593 Hinc quæri oportunè potest,an conatus in hoc crimine puniatur,si non sequatur effectus eadem pœna, qua teneretur delinquens, si mors offensi sequuta esset, & ex decisione Bart.supra alleg.in dict.l.1. ff. ad l. Pompeiam de parricid.dum voluit eū, qui emerit venenum ad necandum hominem, licet non dederit teneri, ac si dedisset, dicendum videtur, quod sic, & Bart. sequitur Igneus in l.1.§. quod si quis num.2.ff. ad Senatusconsult. Sillanian. & comprobatur ex l. 1. §. præterea,& l.3.ff. ad leg.Corneliam de sicarijs,vbi punitur lege Cornelia qui facit, qui vendit, & qui retinet venenum causa necandi hominem, verum con-
594 trarium vti verius tenendum est quod saltem hodie effectu non sequuto,affectus non puniatur pœna legis Cornelię de sicarijs,idest mortis,Bald.cons.443.Cecchus cum fecit venenum per totum lib.3. idem tenet Paul.de Castr.cons.299.lib.2.Cępol. cons.crimin.vlt. & Grammat.cōs.crim.36.& decis.2. n.6.cum plurib. sequentib. & decis.74. num.4.cum infinitis sequentib. latè Florian. de Sancto Petro in l.item si obstetrix nu. 2.& plurib.sequentib.vers.hinc competenter.ff.ad legem Aquiliam, Augustin. de Arimin. in addition. ad Angel.de maleficijs, in verbo, & ex interuallo in additione sub num. 16.vers.item, adde, Clar.in §. homicidium num.14.vers.punctus est,dicens,quod ita concludunt magis communiter Doctores, Conradus in pract crim.tit.de venefic. & malefic. num.11. versic. amplia primo fol.338. dicens hoc esse verum stante generali consuetudine Italię, quod non puniatur conatus, nisi sequuto effectu,Couar.in cap.si furiosus de homicid.in 2.par.in princ.num.11. vers.5.non incongruè, dicens esse communem, quia communi totius orbis consuetudine derogatum est legibus conatū absque verò effectu punientibus, Grammat.super constitutionib.Regni lib.3.rub.41.de malis & noxijs medicamentis, in constitutione, mala noxia num.5.& seq. vers. & adde, præmissis fol.107. & 108. vbi dicit ita fuisse iudicatum Pisis,& postea bis Neapoli,semel per Magnam Curiam Vicariæ in casu cuiusdam pedisseque,quę imposuerat venenum in ferculis existentibus in Mensa Domini, vxoris, & filiorum, qui omnes comederūt de illis, & incolumes euaserunt, quæ fuit publicè fustigata per Ciuitatem Neapolis, & alias in casu alterius famulæ, quæ imposuit sublimatum in malo, quod coquebat in igne pro Domino, qui illud gustauit, & cum esset amarum proiecit in terram, quam Sacrum Regium Consilium condemnauit ad seruiendum infirmis, & languentibus in hospitali incurabilium eius vita naturali durante, quæ sententia fuit confirmata, & exequuta, licet Magna Curia Vicariæ eam condemnasset in pœnam vltimi supplicii, idem tenet Afflict. in eadem constit. mala noxia num. 5. vers.5.& vltimo nota, Clar.in §.homicidium num. 14. versic. punctus est, dicens esse magis communem opinionem, & refert se vidisse in facto, quod quidam pro veneno propinato fuit trāsmissus ad triremes per decennium,& Decian.dicto lib.9.c.23.num.3.versic. sed an conatus vbi pariter attestatur de communi,qui omnes loquuntur in proprijs terminis venemi,cui opinioni adhærere videtur idem Clar.in pract.crim.q.92. num.2. vers.scias tamen, quod secundum aliquos, vbi

idem

idem firmat in atrocissimis delictis, & specialiter in
hoc veneni propinati, Farinac. vt alias dixi post hæc
scripta visus d.q.122.inspect. 2.n.14.& seq.vbi ita vi-
detur tenere, & Petrus de Socin. inter cons.crim. di-
uers.cons.98.per totum lib.1. in primo loco in impres-
sis in parua forma.
595 Verum est aduertendum, quod licet ita se habeat
cõis opinio, quod tamen specialiter in hoc crimine,
quod grauissimũ est, vbi quis venenum alicui dederit
animo illum occidendi, & sic venit ad actum proximũ
consũmationi criminis, & is sit vltimus ab occidente
agendus, nec ad mortem quicquã aliud superest ab eo
agendum, verior videtur sententia contraria, quod
iste delinquens nõ pęna arbitraria, sed ordinaria, idest
mortis, puniri debet, cui sententiæ suffragantur om-
nes, qui voluerũt in his atrocioribus delictis conatum
ad proximum actum deductũ ordinaria pœna esse di-
gnum, de quibus supra memini, dum tractaui de ho-
micidio per assassinium, concludens locum esse pęnę
ordinariæ, si deuentum sit ad actum proximũ malefi-
ciõ, alias verò pęnæ extraordinarię, & ita ex pluribus
probat & verum esse ostendit Couar.in d.c.si furiosus
in 2.part.in princ.post numerũ 11. vers. verum in hac
quæstione obseruandũ est, sequitur Menoch. in tract.
de arbitrar.iudic.lib.2.cen 4.cas.360.n.20.& seq.ver.
7.cogitatio, dicens hoc casu homicidiũ quantum fuit
in delinquente fuisse perpetratum licet propter adhi-
bita medicamenta mors sequuta non fuerit, Ioann.de
Lignano inter cons.crim.diuers.cons.20.in primo du-
bio lib.1.in impressis primo loco id parua forma, vbi
quod mortis est reus, qui mandauit dari venenum, &
illum dedit, & pecuniam promisit, & exbursauit licèt
vlterius non fuerit processum, nec bibitum veneũ, Il-
lustrissimus Cardinalis Tuschus conclus.227. in verbo,
pœna mortis nu.4. vers.limita, vt non procedat tum.
6.dicens, quod hoc delictũ veneni attentatum, & non
consumatum punitur pęna mortis, quando delinquens
fecit quicquid potuit, vt illud perficeret, Clar. etiam
d.q.92.sub nu.3. post vers.scias tamen, quod secundũ
aliquos ad finem, dicit, quod pluries in his casibus di-
uersimodè vidit iudicari, quandoque puniendo cona-
tum in atrocissimis pęna ordinaria, quandoque extra-
ordinaria, & credere in practica posse Iudicẽ adhæ-
rere cui opinioni maluerit Dec.in d.cap.23.post vers.
sed an conatus in fine, dicẽs verum esse, quod teneа-
tur delinquens vera pęna delicti hoc est mortis, si om-
nia cõsummauit, quæ ipse in hoc facere poterat, quia
scilicet venenum ipsum propinauit, & ille, cui propi-
nauit, bibit illud, sed quia vel non erat potens venenũ,
vel quia remedijs, & medicinis repentinè adhibitis sa-
natus fuit, quia hoc casu in atrocissimis conatus per a-
ctum proximum factus habetur pro consummato, &
hanc partem aperte tenet Bald, d. cons.343. lib.3. &
Florian.de Sancto Petro in d.l.item si obstetrix. ff. ad
l.Aquiliam, & facit dictum Boss,d.tit.de homicid.nu,
13.versic. hæc tamen, vbi refert Senatum Mediolani
condẽnasse ad mortẽ Concubinã Magistri Petri An-
tonij Raudensis, quę dederat venenũ in medicamẽtis,
& ferculis ipsi Magistro Petro Antonio, vt eũ morti
traderet, licet homicidiũ non sit sequutum, motus ea
596 ratione, quod Domini debent reddi securi à ser-
uis suis; iuxta l.1.in princ.ff.ad Senatusconsult.Sillian.
& quia senatus habet arbitrium in pœnis, Ad idem
facit responsum 145. Vulpell. vbi consuluit pro
substinenda sententia Iudicis, qui condemnauit famu-
lum cuiusdam Comitis in pœnam mortis, quia venenũ
ei dederat mixtum vino, quod bibit, licet a sibi bibitis re-
medijs postea euomuerit, & mortem euaserit, quia per
ipsum non stetit, quominus homicidium sequeretur, &
fecit quicquid potuit, & deuenit ad actum proximum,
& ad vltimum per se faciendum, adeò quod quantum
in se fuit, delictum perfecit, cum nihil vlterius ab eo fa-
ciendum esset, & quia famulus debet Dominorum vita
esse in custodia, & vt latius per ipsum Vulpell. & cum
prædictis conueniunt alij, quos refert Farinac. d. q.122.
inspect.2. nu.19. in tertia ampliat. licet nu.n.20. alios
contrariũ tenentes adducat, & cum eis transire videa-
597 tur, & si opus esset, comprobari posset ex multis exẽ-
plis in criminibus atrocibus, in quibus si deuentum sit
ad actum proximum maleficio, etiam non sequuto ef-
fectu, quis punitur, ac si delictum omnino perfecisset,
598 vt est in occidere volente se ipsum, qui punitur pœ-
na capitis, l.si quis aliquid, §.1.ff. de pœnis, & ideò licet
talis volens se ipsum occidere fuerit impeditus, ne id
faceret, punitur tamen, ac si delictum consummasset
ex communi Doctorum sententia, de qua attestatur
Plaza in epitome delictor.lib.1.c.23. nu.18. versic. ex
hoc eodem fonte, & post eum Clar.in pract. crim.q.
68.nu.37.vers. se ipsum occidere volens, & vltra Cla-
rum, quid volens se ipsum interficere, sed non interfe-
cit, quia fuit impeditus, puniatur ad mortem, tradit Al-
ber. de Rosat. de statut.lib.3.q.18.nu.17. vers. si vole-
bat, qui tamen subdit alios dicere aliter, & videtur tex
tus, in l.3.§.sicut autem, ff.de bon.eorum, qui mortem
sibi consciuerunt, & in l.omne delictum, §.qui se vulne-
rauerit, ff.de re milit, Corn, cons.195.n.1. & seq. lib.2.
Ruitiu.decis.Lituan.1.post principium, Foller.in pra-
ctic. crimin.in quarta parte tertiæ part. principalis, in
verbo, etsi confitebuntur nu.7.vers.secundo operatur,
Peregr.in tract.de iure fisci lib.4.tit.4.n.1.& seq.Grã-
matic.decis.44.n.4.in quo tamen videndus est Dec. d.
lib.9.c.3.n.4.& seq.vers.2.videndum est, & infra, qui
super hoc distinguit, idem est in transfuga, qui se repe-
599 tus sit in itinere, etiam quod effectus non sit consum-
matus, & non fugerit ad hostes, pœna mortis punitur,
ac si effectualiter fugisset, l.si quis aliquid, §.transfugæ,
ff. de pœn. & est communis opinio, vt post Bolen.in
repetit.l.capitalium, §.famosos n.82. ff. de pœn. testa-
tur Clar.in pract.crim.d.q.68.n.41. vers. transfuga. I-
600 dem etiam est in crimine læsæ Maiestatis, & parri-
cidij, quibus generalis consuetudo non derogauit, Ro-
man.in l.etsi certus, §.si appetitus, ad finem nu.7. ff.ad
Senatusconsult. Syllan. & in crimine læsæ Maiestatis
idem tenuit Gigas in tract.de crimine læsæ Maiestatis,
tit. qualiter, & a quibus crimen læsæ Maiestatis com-
mittatur, q.30.n.2.& voluit Calcan.cons.2.n.59.& 60
& videtur tex.in l.quisquis, C.ad l.Iuliam Maiest.
601 In parricidio autem contrarium expressè voluit
Dec.d.lib.9.c.8.n.9.vers.oportet tamẽ, & n.16. vers.
illud certum est, intelligendo tamen de parricidio sine
qualitate veneni, licet idem Bal.loquens in crimine So
domiæ, quod immanissimum est, & in adulterio, quod
de iure communi pęnam habet mortis, aliud senserit,
vt in cons.30.& 33.lib.4.& cons.356.lib.1.
602 Nec omittendum est dictum Angeli in l. 1. §. si.
iniuria. ff. de extraordinar. criminib. vbi notat illum
textum contra turpantes alicui vestimenta, vel fon-
tem, aut puteum, quod teneantur pœna iniuriarum, &
postea subdit infrascripta formalia verba, qui autem
venenaret fontem, uel puteum, morte sequuta, tene-
retur lege Cornelia de sicar. quod dictum sequuti sunt
Afflict.in d.constit.mala non poena num.6.vers. & pro
hoc bene

hoc bene facit, Carer. d. §. sexto quæro nu. 28. verf. & dixit Angel. Plaza d. c. 20. nu. 9. verf. cæterum ad literas capitis resolutionem, Farinac. d. q. 122. inspect. 1. nu. 12. ampliat. 6. sub lens num. 13. aliud esse morte non sequuta.

603 Maritus etiam, qui venenum Vxori propinauit, licet mors sequuta non fuerit, tenetur ac si eam occidisset, ex quo fecit Maritus quicquid potuit, & nihil amplius ab eo faciendum erat ad consummationem delicti, Plaza in epitome delictor. lib. 1. cap. 20. n. 32. verf. quibus; & illud ad notandum est vbi allegat ea, quæ superius deducta sunt ad probandum, quod filius, qui emerit venenum ad occidendum patrem, licet illud ei non dederit, punitur, ac si dedisset, Afflict. in d. constit. mala noxia num. 7. verf. in Glosa, dicens, idem è contra in vxore volente venenare virum, Baiard. in additionibus ad Clar. in d. §. homicidium nu. 32. verf. item adde; quod si maritus.

604 Notandum est etiam, quod qui per locum, & circa animum occidendi aliquid immiscuit in poculis, & dederit alicui, vt faciat eum dormire, vel fatuizare ad tempus, si ex hoc mors sequatur, tenetur lege Cornelia de sicar. ratione mortis, ita dicit Florian. de Sancto Petro in l. item si obstetrix sub num. 1. post versic. sed quo ad pœnam mortis per illum textum ff. ad l. Aquiliam, quod tamen intelligendum videtur, nisi fortè dederit ad bonum finem, quo casu licet malus exitus fuerit sequutus, pœna mitigatur, l. 3. §. ex Senatusconsulto, ff. ad l. Corneliam de sicar. vbi mulier, quæ dederat nõ malo animo, sed malo exemplo alteri mulieri medicamentum ad conceptionem, ex quo decessit, relegata est, vt dicit Florian. in loco proximè allegato, Decian. d. lib. 9. c. 23. nu. 6. verf. ex Senatusconsulto, & idem volunt Ludouic. Bologn. in additionibus ad consil. Ioann. de Anan. consil. 1. nu. 19. ad finem, & post eum Illustrissimus Cardinalis Tuschus tom. 8. suar. conclus. in verbo veneficus conclus. 69. nu. 4. versic. restringe.

605 Et sciendum est, quod vbi ex præsumptionibus, quis esset in hoc crimine condemnandus, nunquam posset condemnari ad pœnam mortis, secundum Ioannem Andream, & Ant. de Butr. in c. afferte gladium, de præsumpt. & alios, quos refert, & sequitur Alex. consil. 115. n. 8. ver. vltimo accedat lib. 3. Marsil. in l. 1. n. 57. ver. qui animus, ff. ad l. Corneliam de sicarijs, qui alios idem tenentes adducit, Afflict. in d. constit. mala noxia sub nu. 3. verf. & vbi veniret ex præsumptionibus condemnandus

606 Et quoniam supra dictum est, quod reperitur venenum bonum, & malum, & quod ideò debet esse cautus aduocatus, vt capituletur, & probet de veneno malo, quia sunt quædam venena apta ad mortem inferendam, & ad sanitatem tuendam, & cum verba possint

607 intelligi de veneno malo, & de veneno bono in dubio intelligi deberent de bono ad exclusionem delicti, per l. merito, ff. pro socio vt in puncto determinat Alex. cons. 203 sub nu. 3. & 4. verf. nam venena mala facere nu. 2. quem sequitur Afflict. in d. constit. mala noxia n. 1. verf. nota ex textu, Vulpell. respons. 145. nu. 9.

608 & 10. & 11. nec refert, tamen cum ex vulgari consuetudine loquendi, appellatione veneni, malum semper intelligatur, interpretatio facienda erit de veneno ad mortem inferendam apto, & non ad tuendam sanitatem, ita videtur sentire Felin. c. super his n. 20. de accusationib. & Alciat. in l. qui venenum, ff. de verbor. signific. & post eos Vulpel. d. cons. 145. in fi. nu. 11. qui respondet ad Alex. in d. consil. 103. quod super hoc pedes non figit, & obiter, ac perfunctoriè sequitur, idem tenet nullam de Vulpell. faciens mentionem Baiard. in additionib. ad Clar. in d. §. homicidium n. 69. verf. item adde quod dictio veneni.

609 Pœna horum veneficorum est legis Corneliæ de sicarijs, l. 1. §. præterea, & l. 3. in princ. ff. ad l. Cornel. de sicar. quæ pœna declaratur in d. l. 3. §. penult. qui incipit legis Corneliæ eod. tit. quod sit insulam deportatio, & bonorum omnium publicatio, sed hodie talis de

610 linquens solet capite puniri, nisi honestiori loco positus fuerit, vt pœnam legis sustineat, humiliores enim solent bestijs subijci, altiores vero deportantur in Insulam, ita dicit Decian. d. lib. 9. c. 25. in princ. num. 1. vbi subdit, quod etiam hodie ille malefactor capite punitur, vt concludit Clar. in d. §. homicidium nu. 13. verf. punitur etiam vt homicida, idem latè tenet Plaza d. c. 20. sub n. 1. verf. punitur ergo, & Farinac. d. q. 122. part. 1. n. 1. imò pœna furcarum videtur teneri ille delinquens, & quamuis alia soleat distingui inter nobilē, & ignobilem, vt nobili caput truncetur, & ignobili suspendatur, tamen in veneratione propter eius dete-

611 stationem, & proditionem, quæ in ea est, indifferenter quilibet delinquens furca suspenditur, vt tradit Carer. in d. §. sexto quæro n. 31. & seq. verf. & nota quod adeo tale delictum est detestabile, & faciunt, quæ dixi in meis resolut. crimin. 1. cent. cas. 99. nu. 105. & seq. verf. nec impositioni dictæ pœnæ, vbi latissime ex plurium grauissimorum authorum testimonio, probaui, quod licet nobiles non sint condemnandi pœna furcarum,

612 quæ in Sicilia, & tota Italia reputatur ignominiosa,

613 & ex consuetudine non irrogetur talibus personis, sed tantum plebeis, & ignobilibus, & quod propterea quo ad ipsos nobiles pœna decapitationis locum habere debet, vt per Bart. in l. desertorem, §. pœnæ militum, ff. de re milit. & in l. capitalium, §. serui cæsi, ff. de pœn. Bal. cons. 426. n. 1. lib. 1. & in c. 1. §. si rusticus in fi. n. 5. de pace tenenda, & eius violat. & alios ibi allegatos, ta-

614 men vbi faciunt aliquid, propter quod offuscant nobilitatem, & delictum est enorme, nihil eis prodest nobilitas, & puniuntur, prout si essent plebei, pœna furcarum, ex Marsil. in l. vnica n. 129. verf. & adduci potest, C. de rapt. virg. Gram. decis. 30. n. 5. verf. & in tantum, Afflict. lib. 1. consti. Regn. rub. 13. de homic. puniend. in const. terminum vitæ in 7. notab. n. 46. & lib. 2. rub. 31. de pugnis sublatis in const. prosequentes, in fin. nu. 3 1. verf. & signanter tene menti, & ex alijs ibi adductis, vbi tradit latissimè.

615 Sciendum est autem, quod si imputatus de veneno confitetur se illud dedisse, & ex eo recipientem mortuū fuisse, talis confessio sibi non noceret confitenti, nec is ex ea ad mortem condemnari posset, Io. Franc. Ponzinib. in tract. de lam. js nu. 52. verf. & primo non obstat, & melius nu. 70. verf. septima, & licet Alex. cōs. 115. in causa sanguinis, ferè per totum lib. 3. Cæpol. cons. crim. 53. sub nu. 17. 18. 19. verf. sed cum in casu nostro, latè Marsil. in l. 1. §. præterea nu. 13. & seq. verf. & in quantum, ff. ad l. Cornel. de sicarijs, vbi dicit, quod

616 licet nulla maior sit probatio, quam partis confessio,

617 & in confessionibus sint partes Iudicis, nisi in condemnando, l. prolatis, ff. ad l. Aquil. & l. si confessus, ff. de custod. reor. & satis sit ad aliquem condemnandum quod quis sit, vel confessus vel conuictus, c. nos in quemquam, & c. nullus, & c. prohibentur in fi. 2. q. 1. & cap. si quis omnes 3 1. q. 2. & l. qui sententiam, C. de pœn. tamen

618 in casu veneni dati confessio rei, quid, mors ex illo sequuta fuerit, ipsi non præiudicat, ut ex tali confessione possit condemnari ad mortem, quia talis confessio

reputatur

reputatur impossibilis, nam si reus confiteatur se de-
disse alicui venenum, ex quo recipiens mortuus sit, ipse
reus confitetur, illud, quod est sibi impossibile scire,
quod scilicet ille mortuus sit ex illo veneno, quia im-
possibili est homini in arte Medicorum nõ perito sci-
re operationem, quam fecit in corpore res, quæ sumi-
tur per os, & cum difficultate hoc sciunt Medici, qui
etiam multum laborant ex signis exterioribus cogno-
scere operationem interiorum, ideò cum impossibile
sit ipsi reo scire, an mors sequuta fuerit ex illo vene-
no, vel ne, talis confessio ei non præiudicat, & allegat
quoddam consilium Alexandri, quod credo esse illud,
quod supra citaui, vbi loquitur in his terminis, & per
totam primam columnam probat non standum esse
in hoc confessioni rei, & ei, quod allegari posset in
619 contrarium, quod, scilicet, ex quo recipiens est mor-
tuus post venenum sumptum, præsumitur mortuus ex
ipso veneno, arguendo ab effectu, l. rem non nouam,
§. fi. C. de iudicijs, & l. aut facta, §. euentus, ff. de pœn.
respondet Marsil. quod non habet locum in casu no-
stro, quoniam experientia nos docet, quod quandoque
aliquis sumit medicinam, quæ tamen nihil operatur,
licèt in se apta fuisset operari, ideò confessio prædi-
620 cta, quæ potest esse, & vera, & falsa, & non nocet
ipsi confitenti, sicut non nocet confessio naturæ con-
traria, seu impossibilis, Roman. cons. 113. nu. 5. vers.
ad hoc enim, vbi id clarè dicit, nec etiam nocere po-
test confessio circa ea, quæ confitens etiam si vellet
scire nõ posset, idem Roman. cons. 260. ad fi. vers. nec
præmissis refragatur, idem tenuerunt Foller. in pract.
crim. in 2. part. 2. part. principalis in verbo, item quod
sororem venenauit nu. 15. vers. in tantum vt, & nu. 27.
ad finem vers. tertio ex alio non obstat, & in 1. part. 3.
par. princip. in verbo, & si confitebuntur nu. 37. vers.
& pro prædictis facit, & in 3. part. 1. part. princip. in
eod. verbo, & si confitebuntur nu. 86. vers. 28. requiri-
tur, Gomez. d. tit. de homic. sub nu. 8. vers. dubium ta-
men est, Farin. lib. 1. q. crimin. tit. de inquisitione q. 2. n.
35. vers. sed quid si quis confiteatur Plaza in epitome
delict. lib. 1. c. 20. nu. 10. vers. est in eodem tractatu nõ
omittendum, & Decian. d. lib. 9. cap. 26. num. 4. vers.
notandum quoque, Boss. in pract. crim. tit. de delict.
num. 4. & pluribus sequentib. vers. propterea dicebam,
Grammat. cons. 36. nu. 5. & seq. post vers. item est consi-
derandum, & dixi in meis resolut. crimin. centur. 2.
621 cas. 180. in toto, imò, quod plus est, & ex medicorũ,
& peritorum attestationes simplici, quod quis ex ve-
neno sit mortuus, non dicitur probatũ legitimè in hoc
crimine corpus delicti, nisi addatur, quod ex veneno
dato, & non ingenito sit mortuus, quia sæpè cõtinge-
re potest, quod quis moriatur ex veneno in corpore
ingenito ex humorũ malitia, & non ex bibito, & quod
signa veneni ingeniti a natura sint eadem, ac illa ve-
neni dati, vt late, & eleganter docuit Boss. d. tit. de de-
lict. nu. 5. & seq. vers. ad quod magis adducebar, & Fa-
rinac. d. q. 2. num. 34. vers. & in relatione Medicorum,
imò dicunt ij de Boss. & Farinac. quod non possunt
Medici firmare iudicium, ex quo veneno defunctus
obierit, an scilicet ex ingenito, an ex dato, nisi aliquo
alio extrinsecus apparente, puta, si post assumptionẽ
cibi, in quo venenum datum dicitur, immediatè reci-
piens incidisset in maximam mutationem status, sui
quia tunc possent iudicare fuisse venenum introdu-
ctum, & non per se ortum, ex quo venenum in corpo-
re natum non tam repente operatur, sicuti venenum
datum, & ex quo cibus ille sumptus non potuisset ex
se producere tale accidens, pro quo facit, quia vene-
num potest contrahi non solum facto hominis, sed ẽt
ex aere infecto, & etiam ex malo regimine vitę & hu-
morum putrefactione, & corruptione, vt tradit Deciã.
d. lib. 9. c. 24. sub nu. 4. vers. cum autem, in fine ibi, illud
tamen certũ est, & c. 26. n. 5. vers. excusabitur quoque,
& firmat Grammat. vot. 30. sub nu. 29. circa fi. vers. itẽ
623 suffragari satis apparet, bene verum est, quod ve-
nenũ in corpore ingenitum paulatim facit suum effe-
ctum, propinatũ verò repentè, & ideò inter signa ve-
neni, dati, & non geniti hoc vnum est, si statim sumpto
cibo, vel potu cæpit mutari status corporis, vt supra
dictum est, & tradit Decian. d. c. 24. post nu. 4. vers. cũ
autem in fine, & dixi d. cas. 180. in fi. nu. 8.
624 Præterea est aduertendum, quod reus taliter con-
fessus posset in integrum restitui aduersus dictam cõ-
fessionem, etiam absque aliqua probationis erroris,
quia est confessio de spectantibus ad Iudicium Medi-
corum, & peritorum, non autem ad Iudicium ipsius
rei, & quia ex hoc apparet eum esse læsum, cum aliud
præter dictam confessionem non extet contra eum de
morte ex dicto veneno, vt est elegans doctrina Ang. in
l. certum, §. in pupillo nu. 2. vers. & ideo, ff. de confess.
625 vbi dicit, quod si minor maleficium confitetur, & de
eo aliter, quam per confessionem nõ constat, interest
eius non esse confessum, & ideò veluti læsus aduersus
illam confessionem potest restitui, & ita inquit esse
intelligendam lege, si ex causa, §. nunc videndum, ff. de
minorib. 25. annis, quam doctrinam Angeli tanquam
notabile, & quotidianã sequitur Alex. d. cons. 115. nu.
6. vers. secundo principaliter moueor lib. 3. qui dicit
esse tutissimam, & se in ea facere maximum fundamẽ-
tum, & cons. 80. sub nu. 2. post vers. tamen vbi constat
solum ex confessione lib. 7. & in l. nam, & postea, §. si
minor nu. 11. vers. & ad hoc benefacit, ff. de iureiur. &
ibi Ias. nu. 7. vers. aduerte tamen, & idẽ Ias. in leg. error
nu. 10. vers. 5. limita, C. de iuris, & facti ignorant. Af-
flict. decis. Neapol. 208. sub nu. 5. circa fi. Dec. in l. ni-
hil consensu, §. non capitur, in fi. sub num. 4. vers. nota
tamen, ff. de reg. iur. Grammat. cons. 16. sub n. 1. Corn.
cons. 161. nu. 6. vers. ad hoc, quod dicit Ang. lib. 3. Ad-
ditionarius ad Alex. d. cons. 115. in addition. in verbo,
restitui, sub litera, A, lib. 3. & cum prædictis concordat
Ruyn. qui tamen Angelum non allegat, cons. 59. nu.
8. vers. nec etiam probatur lib. 4. & antea cons. 135.
nu. 8. vers. & vltra Petr. de Anch. hoc confirmatur lib.
1. vbi meminit de dicto Angeli, & est gl. communiter
approbata in cap. si aduersus in gl. in verbo, confessio-
nem, per illum text. de restit. in integr. lib. 6. quam ibi
commendant Canonistæ omnes.
626 Signa autem, ex quibus probatur hoc delictum ve-
nenationis sut ista liuor corporis, spuma in ore, & cor
inter cineres inustum repertum, nam ea illius esse na-
tura existimatur, vt veneno tinctum non crem etur,
frequens vomitus tumor, & nigredo vnguium, tametsi
signa hæc quandoque possint a male affectis humori-
bus ortũ habere, Alb. cons. 72. in princ. Carer. in pract.
crim. §. vigesimumquartum inditium nu. 3. vers. & de
signis fol. 63. Decian. d. c. 24. num. 4. vers. cum autem,
Foller. in pract. crim. in 2. parte 2. part. princ. in verbo,
item quod sororem venenauit. nu. 13. vers. si vera es-
sent & num. 16. vers. ad id vero, hinc dixit Gomez. d.
627 tit. de homic. nu. 8. vers. dubium tamẽ est, quod deli-
ctum hoc non potest probari a communi, & ordina-
ria, qua alia delicta probantur, quia si testes deponerẽt
se vidisse dare alicui venenum, & quod postea sequu-

ta fuit illius mors , legitimè non diceretur probatum
delictum , quia est depositio dubia, incerta, & incogni
ta, cum non possint cognoscere , an illud esset venenũ,
vel non, nec scire operationem , quam intrinsecè pote-
rat facere in corpore humano , vnde non concludit,
sed necessarium est vltra prædictam depositionem te-
stium, quod Iudex aliud quærat, & faciat, quo Medici,
& Chirurgi periti in arte deponant, an illud sit venenũ
vel non, & an ex eo potuerit sequi mors, sumendo etiã
probationem de signis , & qualitatibus, quæ erant in
mortuo post venenum assumptum , & infra quod tẽ-
poris spatium decessit, quia sine hac probatione nullo
modo diceretur probatum delictum, & cum prædictis
omnibus concordat Boss. d. tit. de delicto sub nu. 4. &
plurib. sequentib. vers. propterea dicebam , vbi etiam
videtur sentire, quod in dubio , quando constat , quod
6x8 potuit mori, tam ex veneno ingenito , quam ex pro-
pinato, præsumatur mortuus exhibito, saltem , vbi in-
continenti, vel paulo post sumptum cibum, vel potum
incidit in maximam mutatione status, & aliquid, signũ
estrinsecum apparuit, puta vomitus, quod tamen im-
pugnare videtur Decian. in d. c. 24. n. 21. vers. monen-
di tamen sunt , & malè quidem , dicit etiam Boss. vbi
supra perquirendum esse non solum de signis corpo-
ris, sed & an post assumptionem medicinę, cibi, vel po-
tus, sint sequuta aliqua inditia, & vestigia veneni, qui-
bus ex rebus compositum esset medicamentum, quali-
sue cibus , aut potus datus fuerit , nam circumstantiæ
629 perducũt nos ad cognitionem veritatis, & quod sup-
presso nomine personæ , & casus, suscitandum est ab
alijs medicis de veritate , vt nemini afferatur præiudi-
630 cium, quia in his statur iudicio Medicorum, & in ar-
te peritorum, & vix est , vt possit haberi veritas aliter,
631 quia est delictum difficile probatu, quia secreto solet
fieri , & quod standum sit iudicio peritorum dicunt et
Foller. in d. vers. item quod sororem venenauit num.
14. vers. præterea hi testes, Plaza d. c. 20. sub num. 10.
vers. est in eodem tractatu ad finem, ibi, & argumento
optimo, vbi subdit nu. 11. quod ex prædictis signis, &
inditijs probatis , reus poterit ad mortem condemna-
ri, Castrens. cons. 299. col. 2. & 3. sub num. 2. & 3. lib. 2.
632 vbi considerat cibum, vel potum secretò accomoda-
tum, & postea traditum, vomitum, & signa venenatio-
nis, & depositiones testium, qui viderunt poni quasdã
pulueres in brodetto, sed non dixerunt eas fuisse vene-
nosas, opus est ergo, quod cõstet clarè de hoc delicto,
appareatq; de signis vel extrinsecus in corpore, vel in-
trinsecus aperto cadauere , per quæ signa venenatio
arguatur, & mors ex illa sequuta ex attestatione Me-
dicorum, & peritorum probetur, Boss. d. tit. de delicto
sub nu. 4. & multis seq. Afflict. in d. constit. ma la noxia
sub nu. 3. post vers. & est sciẽdum in fi. Foller. in pract.
crimin. in 2. parte princip. in princ. in verbo , capiat
informationem nu. 16. vers. memoriæ mandaui, & in
3. parte dictæ 2. part. princip. in verbo , item quod so-
rorem venenauit ferè per totum discursum , & in 3.
parte 3. part. princ. in verbo, & si confitebuntur num.
86. vers. 28. requiritur , Clar. in pract. crim. q. 4. ad fin.
sub nu. 5. vers. sic etiam in eo , Gomez. d. tit. de homi-
cid. nu. 8. vers. dubium tamen est , & Farinac. d. q. 2. nu.
30. & plurib. seq. vers. limita decimo in crimine vene-
633 ni, & ipse dixi d. cas. 180. n. 3. innocentiæ autem ma-
ximum signum esset, si imputatus de veneficio come-
derit, vel biberit de eodem cibo , & potu dato illi , qui
dicitur venenatus, Grammat. voto 31. num. 20. vers. &
licèt, & decis. 2. nu. 38. & 40. quem sequitur Decian.
d. c. 24. nu. 13. vers. item inditium innocentiæ , & c. 26.
nu. 7. vers. item illud erit manifestum inditium inno-
centiæ, Farinac. d. q. 122. parte 4. nu. 81. vers. & è con-
634 tra tollitur omnis suspicio , quã Innocentiam Iudex
etiam ex officio suo debet quærere , etiam nullo pe-
tente, l. si non defendantur, ff. de pœnis, Doct. in l. 1. §.
si. per illum textum, ff. de quæstionibus, Cæpoll. cons.
crimin. 46. nu. 7. & 8. vers. & ipse Iudex, & cons. 47. sub
nu. 10. vers. & ratio est, & num. 11. vers. ad quod facit,
Marsil. cons. 81. n. 54. vers. & primo, & non solum pro
absente, qui se non defendit, vt per Cæpol. in dictis lo-
cis, & per Marsil. d. cons. 81. nu. 55. vers. & dixit Bart.
sed etiam pro præsente , qui fuisset crimen confessus,
vel conuictus vt dicit Cæpol. d. cons. 47. sub num. 10.
vers. & etiam pro presente , & non solum hoc debet
facere ante sententiam, sed etiam post ipsam senten-
tiam, Ioan. de Anan. cons. 59. nu. 1. & alij , quos refert,
& sequitur Mars. d. cons. 81. sub nu. 55. & dicitur inno-
cens, qui habet iustam, & iuridicam defensionem , se-
cundum Bald. in l. 2. C. qui testam. facer. pos. & Ca-
strens. in l. si quis ideo, §. qui autem , ff. de iniust. rupt.
& irrit. facto testament. & est tex. in l. ex Iulia in fi. ff.
ad l. Iuliam repetundarum, Marsil. cons. 55. nu. 10. vers.
stantibus itaque, & cõsil. 136. n. 36. vers. ita qui iustas.

Hæc sunt , quæ in hoc tractatu congessi ex plenio-
ribus Doctorum commentarijs , quæ quidem in hac
materia , quæ quotidiè in controuersiam venit , per
pauca sunt , nec enim ignoro multa addi potuisse, sed
temporis breuitas , & corporis debilitas ex longa , &
satis periculosa firmitate , quæ me vehementer pres-
sit, in tam lato dicendi campo spatiari plus non patitu-
tur; Accedit præterea ingens , & continua in negocijs
publicis occupatio , quæ me longiorem esse non est
passa, satis mihi fuit paucis perstringere , quæ alij la-
tiori sermone complexi fuere, & in hac breui pagina
ea omnia , quæ alij immenso volumine tradiderunt vir-
tualiter compræhẽdi, & ex singulos casus , qui in dies
occurrere possunt, per facile decidi posse . His ergo
Lector vti poterit, & si quid minus bene dictum inue-
neris, benignè corriges, quod si placebit, Deo Omni-
potenti , ac Beatę , & Immaculatæ Virgini Mãtri
MARIÆ laudem , & gloriam retribuere dignaberis.

Laus Deo , & Virgini .

F I N I S

INDEX

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM, VERBORVM,
AC SENTENTIARVM OMNIVM,

Quæ in hoc Tractatu de omni genere Homicidij D. Petri Caballi I. C. Pontremulensis continentur.

A

G

H

Homo

INDEX.

L

M

Medicorum

N

O

P

Pauper

Præ-

INDEX.

Sen-

effectu

I N D E X.

F I N I S.